UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1752. usque ad Annum 1757 - Cum Appendice ad Annos 1744. 1745. 1748

Luxemburgi, 1758

urn:nbn:de:hbz:466:1-74789

Visual Library

Th. 475 a.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bibl. Theodor. Paderb.

MAGNUM BULLARIUM ROMANUM,

SEU EJUSDEM

CONTINUATIO,

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi.

CUM RUBRICIS, SUMMARIIS, SCHOLIIS, ET INDICIBUS.

TOMUS DECIMUS-NONUS,

Complectens Constitutiones BENEDICTI XIV. ab Anno 1752. usque ad Annum 1757.

Cum Appendice ad Annos 1744. 1745. 1748.



Juxta Exemplar ROMÆ, Ex Typographia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide *editum* 1757.

LUXEMBURGI,

Sumptibus HENRICI-ALBERTI GOSSE & Soc. Bibliopol. & Typograph.

M D C C L V I I I.

CUM PRIVILEGIO SACRÆ CÆSAREÆ ET CATHOLICÆ MAJESTATIS.

MAGNUM BULLARIUM ROMANUM,

SEU EJUSDEM

CONTINUATIO,

Quæ Supplementi locoque, tum huicce, tum aliis quæ præcessit tum Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi.

CUM RUBRICIS, SUMMARIIS, SCHOLIIS, ET INDICIBUS.

TOMUS DECIMUS-NONUS,

Complectens Constitutiones BENEDICTI XIV. ab Anno 1752. usque ad Annum 1757.

Cum Appendice ad Annos 1744. 1745. 1743.

LUXEMBURGI,

Sumptibus HENRICI-ALBERTI COSSE & Soc. Bibliopolæ & Typographi.

M D C C L V I I I.

CUM PRIVILEGIO SACRÆ CÆSAREÆ ET CATHOLICÆ MAJESTATIS.



INDEX
INITIORUM
SINGULARUM CONSTITUTIONUM
QUÆ IN HOC TOMO XIX. CONTINENTUR.

Sacrosancta. I. pag. 1
Pias. II. 8
Ineffabili. III. 9
In Apostolicæ. IV. 15
Romana Ecclesia. V. 17
Detestabilem. VI. 18
Militantis Ecclesiæ. VII. 20
Securitatem. VIII. 21
Suprema dispositione. IX. 23
Ex sublimi. X. 29
Ad audientiam. XI. 30
Nell' ultima udienza. *ibid.*
Æternus Dei Filius. XII. 37
Inter illustria. XIII. 38
Commendatissimum. XIV. 45
Inclytum. XV. 47
Apostolicum. XVI. 49
Cum aliàs. XVII. 55
Sinceritas Fidei. XVIII. 57
Sollicita. XIX. 59
Quæ, Ven. Fratres. XX. 63
Tibi præ cæteris. XXI. 64
In supereminenti. XXII. 66
Circumspecta. XXIII. 69
Inter cætera. XXIV. 70
Gravissimarum. XXV. 73
Ad coërcenda. XXVI. 79
Commendatam. XXVII. 84
Circumspecta. XXVIII. pag. 88
Romanus Pont. XXIX. 92
Injuncti Nobis. XXX. 93
Inter curas. XXXI. 94
Fidelis. XXXII. 96
Cum Encyclicas. XXXIII. 101
Avendo Ella. *ibid.*
Romanum. XXXIV. 106
Cum Religiosi. XXXV. 108
Essendoci. *ibid.*
Pastoralis. XXXVI. 110
Quod Provinciale. XXXVII. 111
Ex pastorali. XXXVIII. 112
Romanus Pont. XXXIX. 113
Militantis. XL. 115
Apostolicæ Sedis. XLI. 116
Romanorum Pont. XLII. 117
Altre volte. XLIII. 118
Beatus Andreas. XLIV. 120
Il Beato Andrea. *ibid.*
Ad assiduas. XLV. 136
Cum semper. XLVI. 137
Quem Religionis. XLVII. 139
Soror Imelda. XLVIII. 141
La Madre Suor Imelda. *ibid.*
Ad Supremum. XLIX. 144
Allatæ sunt. L. 151
Cum, ut recte. LI. 167
Essendosi, com' ella. *ibid.*

Quam ex ſublimi. LII.	pag. 180	*Quæ ex Apoſtolica.* LXIV.	pag. 245
Etſi Matrimonialis. LIII.	181	*Ex omnibus.* LXV.	250
Præclarum. LIV.	184	*Saluberrimum.* LXVI.	251
In ſuperiori. LV.	187	*In poſtremo.* LXVII.	253
Nella penultima udienza.	*ibid.*	Nell' ultimo Conciſtoro.	*ibid.*
Congregatio. LVI.	191	*Ad Curam.* LXVIII.	263
Ex quo primum. LVII.	192	*Graviſſimum.* LXIX.	264
Quadam, de more. LVIII.	211	*Cum Venerabilis.* LXX.	267
In una delle ſolite udienze.	*ibid.*	*Ad ſummi.* LXXI.	271
Super familiam. LIX.	217	*Die duodecima.* LXXII.	273
Paſtoralis. LX.	219	*Et Venerabilem.* LXXIII.	277
Jam inde a primis. LXI.	222	*Ad ſacram.* LXXIV.	278
Ne' primi anni.	*ibid.*	*Quam grave.* LXXV.	284
Regis pacifici. LXII.	239	*Divinarum.* LXXVI.	286
Non eſt equidem. LXIII.	245	*Cum ad nonnullos.* LXXVII.	287

IN APPENDICE.

Cum nonnulla I.	pag. 1	*Ex tuis precibus.* III.	pag. x.
Jam dudum. II.	11	*Peracta a Nobis.* IV.	xiv.
E qualche tempo.	*ibid.*		



INDEX
ARGUMENTORUM
EARUMDEM
CONSTITUTIONUM.

ANNO MDCCLII.

PONTIFICATUS ANNO XII.

I. ERectio Archiepiscopalis Metropolitanæ Ecclesiæ GORITIENSIS, constitutis omnibus, quæ Ecclesiam ipsam, Capitulum, utriusque Mensam, provisionem vel collationem Beneficiorum, Officiorumque respiciunt. 18. *Aprilis.* *pag.* 1.

PONTIFICATUS ANNO XIII.

II. Privilegia & Indulta concessa Confraternitati Sanctæ Mariæ *de Succursu contra Infideles* in Civitate Januæ erectæ ampliantur, & declarantur. 21. *Augusti.* *pag.* 8.

III. Confirmatio Concordiæ inter Episcopum Herbipolen., & Abbatem Monasterii Abbatiæ nuncupati Fulden., Ordinis S. Benedicti, Nullius Diœcesis Provinciæ Moguntin. super Jurisdictione quasi Episcopali in Clerum, & Populum Ditionis præfati Monasterii. 1. *Octobris.* *pag.* 9.

IV. Abbatia Fuldensis in Episcopatum erigitur, cum omnibus juribus, & prærogativis, præservato tamen statu Regulari; ita ut idem Episcopus, & Abbas Fuldensis sit, & nuncupetur. 5. *Octobris.* *pag.* 15.

V. Herbipolensis Episcopus honorificis prægestandæ sibi Crucis, ususque Pallii prærogativis honestatur, sub certis modis, ac conditionibus. 5. *Octobris.* *pag.* 17.

VI. Damnantur, & prohibentur quinque propositiones Duellorum abusui faventes, veteresque leges adversus Duellantes editæ innovantur, ac novis superadditis pœnalibus Sanctionibus confirmantur. 10. *Novembris.* *pag.* 18.

VII. Damnatio & prohibitio Libri duobus tomis constantis, Gallico idiomate, absque Auctoris nomine, & impressionis loco, in lucem editi, cui Titulus: *Apologie de tous les jugemens rendus par les Tribunaux séculiers en France contre le schisme: dans laquelle on établit, 1. L'injustice, & l'irrégularité des refus de Sacremens, de Sépulture, des autres peines qu'on prononce contre ceux qui ne sont pas soumis à la Constitution* Unigenitus. *2. La compétence des Juges laïcs pour s'opposer à tous ces actes de schisme. Tom. I. & II. En France MDCCLII.* 20. *Novembris.* *pag.* 20.

ANNO MDCCLIII.

VIII. Confirmantur, & declarantur Constitutiones Prædecessorum Romanorum Pontificum super vetita armorum delatione, retentione, & venditione. 15. *Januarii.* *pag.* 21.

IX. In Utinensi Civitate, Collegiata Ecclesia Sanctæ Mariæ Majoris nuncupata in Archiepiscopalem Ecclesiam cum omnibus juribus, præeminentiis, ac privilegiis erigitur. 19. *Januarii.* *pag.* 23.

X. Indiarum Orientalium Vicariis Apostolicis Episcopis, non habentibus Episcopum Coadjutorem cum futura Successione, nec Vicarium Generalem, injungitur, ut sibi constituant Vicarium Generalem, cui amplissimæ facultates in casu obitus Vicarii Apostolici, a Pontifice conceduntur. 26. *Januarii.* *pag.* 29.

XI. Cardinales Episcopos Suburbicarios, in propria Cappella sui Palatii Romæ existentis, non posse

ſuis ſubditis, præter primam Tonſuram, conferre Majores, vel Minores Ordines, niſi requiſito & præobtento Cardinalis Urbis Vicarii conſenſu. 15. *Februarii.* *pag.* 30.

XII. Beatificatio Ven. Servi Dei JOSEPHI A CUPERTINO Sacerdotis Profeſſi Ordinis Fratrum Minorum Conventualium S. Franciſci. 20. *Februarii.* *pag.* 37.

XIII. Confirmatio & innovatio Privilegiorum, Gratiarum, & Jurium, Militaris & Hoſpitalis Ordinis SANCTI JOANNIS JEROSOLYMITANI: cum aliquibus declarationibus, & ampliationibus. 12. *Martii.* *pag.* 38.

XIV. Wilnenſis Collegii, ſeu Seminarii Apoſtolici, a Gregorio XIII. pro Adoleſcentium Ruthenorum & Moſcovitarum educatione & inſtitutione erecti, optimo regimini providetur. 5. *Aprilis.* *pag.* 45.

XV. Monachi S. Baſilii Nationis Ruthenæ ſolvuntur a lege emittendi quartum votum de non acceptandis Epiſcopatibus, vel Archimandriis, abſque aſſenſu ſuorum Superiorum: Abrogatiſque Statutis pœnalibus ſuper hoc editis, Canonicæ Sanctiones innovantur, ac inculcantur. 12. *Aprilis.* *pag.* 47.

XVI. Regulæ obſervandæ in Anglicanis Miſſionibus; ab Apoſtolicis Vicariis, nec non a Sacerdotibus Miſſionariis Sæcularibus, ac Regularibus. 12. *Maii.* *pag.* 49.

XVII. De Beneficiis, & Officiis Curatis per Indiarum Occidentalium Regiones, Sæcularibus etiam Clericis, ſublato aſſerto Regularium privativo jure, conferendis: Apoſtolicæ Litteræ jam editæ (*quas vide Tom. III. num.* 51.) confirmantur, & declarantur. 9. *Junii.* *pag.* 55.

XVIII. Venetiarum Reipublicæ conceditur Jus nominandi ad Eccleſias Torcellanam, Caprularum, & Clodienſem. 13. *Junii.* *pag.* 57.

XIX. Methodus præſcribitur in examine, ac proſcriptione librorum a Congregationibus Romanæ Univerſalis Inquiſitionis, & Indicis, ſervanda, certæque Relatoribus ac Conſultoribus proponuntur Regulæ, quas in examine, judicioque ferendo ſequantur. 9. *Julii.* *pag.* 59.

XX. Venerabilibus Fratribus Metropolitæ, Archiepiſcopis, & Epiſcopis Nationis Ruthenæ in Regno Poloniæ. 14. *Auguſti.* *pag.* 63.

PONTIFICATUS ANNO XIV.

XXI. Juriſdictio Rectoris Carpenctoraten. in Cauſis Civilibus, Criminalibus, & Mixtis, nec non in œconomicis rebus, definitur, ac circumſcribitur. 28. *Auguſti.* *pag.* 64.

XXII. Exemptio Canonicorum Regularium & Monialium Ordinis Præmonſtratenſis ab omni Superioritate, Juriſdictione, Viſitatione quorumcumque Ordinariorum, per Prædeceſſores Pontifices, & præſertim Alexandrum V. conceſſa, innovatur ac confirmatur. 11. *Septembris.* *pag.* 66.

XXIII. Oppidum Mathelicæ in Piceno ad primævum Statum Civitatis reintegratur, & quatenus opus ſit, ex integro erigitur, ac inſtituitur, cum omnibus honoribus, juribus, & prærogativis, cæteris ditionis Pontificiæ Civitatibus competentibus. 26. *Septembris.* *pag.* 69.

XXIV. De cultu S. Maronis Epiſtola ad R. P. Nicolaum Lercari a Secretis Congregationis de Propaganda Fide. 28. *Septembris.* *pag.* 70.

XXV. Juriſdictio Congregationis ſuper Bono Regimine Communitatum Ditionis Eccleſiaſticæ tum in Oeconomicis, tum in Judicialibus negotiis & cauſis cognoſcendis, definitur; eidemque certa methodus in utriſque procedendi præſcribitur. 1. *Octobris.* *pag.* 73.

XXVI. Tribunali Auditoris Generalis Cameræ Apoſtolicæ adduntur duo Prælati Aſſeſſores in Cauſis Criminalibus definiendis, certaque methodus in hujuſmodi judiciis coram ipſo A. C. inſtituendis, proſequendis, & abſolvendis firmatur. 1. *Octobris.* *pag.* 79.

XXVII. Terra Sublaci, aliaque Oppida, & loca, intra ditionem Eccleſiaſticam ſita, Monaſterio S. Scholaſticæ Sublacen. antea ſubjecta, a temporali dominio & juriſdictione Monaſterii præfati, & Abbatum eximuntur, & Cameræ Apoſtolicæ, quoad temporalem hujuſmodi juriſdictionem & dominium, applicantur & incorporantur; præſervatis Monaſterio ac Abbatibus juriſdictione ſpirituali, necnon emolumentis a præfata temporali juriſdictione promanantibus. 7. *Novembris.* *pag.* 84.

Subſequitur declaratio, quænam ſint jura & Emolumenta ex temporali juriſdictione promanantia, quæque onera ex hujuſmodi emolumentis ſint in poſterum ſuſtinenda. *ibid.* *pag.* 87.

ANNO MDCCLIV.

XXVIII. Congregationis Cameralis Decreta, quibus privilegia liberæ extractionis, & exemptionis a Datiis, aliiſque oneribus, in Ducatu, & Provincia Ferrariæ, prævio accuratiſſimo examine, vel approbata fuerant, vel rejecta, vel ſuper iiſdem moderatio aliqua implorata, iteratò confirmantur. 21. *Januarii.* *pag.* 88.

XXIX. Gregorianum Cantum in Choro, aliiſque functionibus, a Fratribus, vel Monialibus Ordinis Minimorum Sancti Franciſci de Paula peragendis adhiberi præcipitur. 22. *Januarii.* *pag.* 92.

XXX. Correctoribus tum Generali tum Provincialibus Ordinis Minimorum Sancti Franciſci de Paula, conceditur facultas decidendi circa Electiones, vel alia negotia, quæ ad Generale vel Provinciale reſpective Tribunal, ob paria poſt tertium ſcrutinium ſuffragia, devolvuntur. 22. *Januarii.* *pag.* 93.

XXXI. Ad

XXXI. Ad exercendos, erudiendosque Picturæ, atque Sculpturæ Tyrones, Gymnasium publicum, seu Academia in Ædibus Capitolinis erigitur, annuo censu constituto in necessarios sumptus. 17. *Martii.* *pag.* 94.

XXXII. Basilica Assisiensis S. Francisci in Patriarchalem & Cappellam Papalem erigitur: Cum aliis gratiis, privilegiis, & indultis. 25. *Martii.* *pag.* 96.

XXXIII. Albaniæ Episcopis traditur methodus, qua satagant, ut a Catholicis illius regionis sua Ecclesiis bona restituantur, vel aliquo modo super illis transigatur, & si neutrum queat obtineri, facultas sit Episcopis derelinquendi fundos, fructusque Possessoribus, eosdemque absolvendi a censuris. 24. *Maii.* *pag.* 101.

XXXIV. Lucensi Reipublicæ Facultas conceditur nominandi tres Viros Ecclesiasticos, eosque Romano Pontifici præsentandi, ut ex iis unum in Archiepiscopum Lucanum eligere possit. 26. *Maii.* *pag.* 106.

XXXV. Encyclicæ Litteræ ad Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos Italiæ, quibus hortantur, ut veteribus nova superaddant Pastoralis sollicitudinis studia, ut Christifideles in rudimentis Fidei instituantur & erudiantur. 26. *Junii.* *pag.* 108.

XXXVI. Confirmatur Decretum Congregationis Consistorialis, quo fuit declaratum, sub Constitutione Innocentii PP. XII. super Capitulationibus Sede Vacante initis, comprehendi etiam Monasteria & Collegia utriusque sexus, necnon eadem Constitutione prohiberi quascumque pactiones, & Capitulationes, etiam per se honestas & licitas. 15. *Julii.* *pag.* 110.

XXXVII. Ne Christifideles sub Turcarum ditione versantes, ad occultandam Christianæ Religionis professionem, Mahumetana Nomina sibi imponant, iisque se compellari patiantur. 1. *Augusti.* *pag.* 111.

XXXVIII. Ecclesiasticis omnibus Ritus Slavo-Latini præcipitur, ut in Missis & Divinis Officiis, Slavum Litterale idioma cum characteribus Hieronymianis retineant, & Missalibus, Breviariis &c. utantur, typis Congregationis Propagandæ Fidei editis. 17. *Augusti.* *pag.* 112.

PONTIFICATUS ANNO XV.

XXXIX. Quinquecclesiensis Episcopus, ejusque Successores, perpetua Pallii usus, ac prægestandæ Crucis concessione donantur, sub certis modis ac conditionibus. 1. *Septembris.* *pag.* 113.

XL. S. Leoni I. Papæ & Confessori, Missa, & Officium decernitur sub Ritu Sanctorum Doctorum. 15. *Octobris.* *pag.* 115.

XLI. Centum, insigne Oppidum, Bononiam inter & Ferrariam, in Civitatem erigitur, cum omnibus juribus, honoribus, & prærogativis, quibus reliquæ Pontificiæ Ditionis Civitates fruuntur: ita tamen, ut quoad spirituale, vel temporale gubernium nihil plane innovetur. 18. *Decembris.* *pag.* 116.

ANNO MDCCLV.

XLII. Abbati Generali Ord. Monachorum S. Hieronymi Congregationis Italicæ indultum conceditur interveniendi Cappellis Pontificiis, locusque cum aliis Abbatibus Generalibus eidem assignatur. 30. *Januarii.* *pag.* 117.

XLIII. Lettera Circolare della Disciplina, diretta a' Superiori Regolari d'Italia, e dell' Isole Adjacenti, sopra il dubio; se li Confessori Regolari, non Curati, siano obligati ad intervenire alla Conferenza dei Casi Morali, ordinata dalli Vescovi nelle loro Diocesi? 9. *Februarii.* *pag.* 118.

XLIV. Pueros ante usum rationis in odium Christi occisos, an canonizari expediat, disquiritur, & in hanc rem plura de Martyrio horum Puerorum, cultuque publico iisdem in Ecclesia præstito; & de Martyrio, cultuque præsertim Beati Andreæ Rinnensis, cujus instituta Canonizationis causa conscribendæ Epistolæ occasio fuit, distinctim adnotantur. 22. *Februarii.* *pag.* 120.

XLV. Liber Gallice editus, inscriptusque: *Principes sur l'essence, la distinction, & les limites des deux puissances spirituelle, & temporelle, Ouvrage posthume du Pére la Borde de l'Oratoire*, Decreto Congregationis Universalis Inquisitionis jam damnatus, iterata acriori censura proscribitur, & sub excommunicationis pœna, legi, aut retineri prohibetur. 4. *Martii.* *pag.* 136.

XLVI. Olivetanæ Congregationis Privilegia a Prædecessoribus Pontificibus, & præsertim a Pio II. concessa confirmantur, & ampliantur; novumque superadditur, quo ejusdem Congregationis Abbatibus indulgetur, ut in die festo S. Franciscæ Romanæ, Pontificalibus in Missa, reliquisque Officiis intra Ecclesias Conventuales Regularis Observantiæ uti possint. 1. *Aprilis.* *pag.* 137.

XLVII. Confirmatur Resolutio Congregationis deputatæ super correctione librorum Ecclesiæ Orientalis, super abbreviatione Officii, & Missæ pro Monachis Ordinis S. Basilii. 17. *Maii.* *pag.* 139.

XLVIII. Epistola Sanctissimi Domini Nostri Benedicti Papæ XIV. ad Reverendissimum Dominum Vincentium Crd. Malvetium Bononiensem Archiepiscopum, de S. Philocali Martyris Corpore. 20. *Maii.* *pag.* 141.

XLIX. Sanctæ Inquisitionis Officialium, seu Ministrorum numerus, deputationis forma, qualitates, onera, privilegia, & exemptiones reales & personales, tum in Civilibus Causis,

tum & Criminalibus, distinctim recensentur, ac perpetua Constitutione præcedentis Motus proprii confirmativa, futuris quibuscunque abusibus, vetitisque ampliationibus occurritur. 21. *Julii.* *pag.* 144.

L. A Syriacis, & Armenis in Latinorum Ecclesiis Sacra peragentibus proprium Ritum servari præcipitur: Missionariis denegatur facultas dispensandi eosdem Syriacos & Armenos super abstinentia a Piscibus jejunii tempore omnes denique Græcos & Orientales Ritus conservandos esse decernitur, monenturque Missionarii, ut in Orientalibus convertendis, eos ab erroribus, & schismate revocent, non a suis approbatis Ritibus avertant. 26. *Julii.* *pag.* 151.

LI. Ad incendium compescendum ad Ecclesiam S. Nicolai in Carcere exortum, minus ritè allatam fuisse ex Ecclesia Sacram Pyxidem Sanctissimum Sacramentum intercludentem, eaque super populum, & ad furentes flammas benedictum, rationibus, pluribusque allatis Ecclesiasticis sanctionibus, demonstratur: & ne tale quid exinde fiat, opportune sancitur. 27. *Julii.* *pag.* 167.

LII. Quod Episcopis Vicariis Apostolicis Indiarum Orientalium injunctum fuit, ut si Episcopum Coadjutorem, vel Vicarium Generalem non haberent, hunc sibi adsciscerent, cui amplissimæ tribuebantur facultates in casu obitus Vicarii Apostolici, id cæteris etiam Vicariis Apostolicis nunc imperatur: Salva tamen electione Vicarii Capitularis, ubi vel Canonici, vel Parochi eam peragere consueverunt; in iis verò locis, ubi vel non adsunt, vel convenire nequeunt, constitutus jam ab Episcopo Vicarius Generalis, ipse, eodem defuncto, Vicarius etiam Capitularis habeatur. 8. *Augusti.* *pag.* 180.

PONTIFICATUS ANNO XVI.

LIII. Pontificium Decretum super nullitate Matrimonii Violantis Josephæ Henriquez de Almada, & Ludovici Francisci de Assis Sanches de Baena editum, Apostolica auctoritate per Litteras in forma Brevis expeditas roboratur. 27. *Septembris.* *pag.* 181.

LIV. Quæ, & qualis conveniat exemptio ab Archiepiscopi Neapolitani jurisdictione, Hospitali S. Angeli a Nido nuncupat., ejusdemque Ecclesiæ, & personis, decernitur & declaratur. 4. *Octobris.* *pag.* 184.

LV. Celebratio trium Missarum Natalitio Christi die, præcipuus Latinæ Ecclesiæ Ritus demonstratur: ideoque universim ab Orientalibus, præsertim verò ab Armenis Liburni in Portu commorantibus, non usurpandus. 29. *Decembris.* *pag.* 187.

ANNO MDCCLVI.

LVI. Decretum Sanctissimi Domini Nostri Benedicti Papæ XIV. in causa Neapolitana Beatificationis, & Canonizationis Ven. Servi Dei PAULI BURALIS, S. R. E. Cardinalis de Arctio nuncupati. 8. *Februarii.* *pag.* 191.

LVII. Excitantur omnes Græci Ritus Orientales, ut nova Euchologii editione utantur; narratur quoque, quid pro ea perficienda factum fuerit; & quæ eidem novæ editionis Euchologio præposita sunt Monita, latius explicantur. 1. *Martii.* *pag.* 192.

LVIII. Facultas tribuitur Jacobo III. Magnæ Britanniæ Regi, ut SS. Eucharistiam possit suscipere, de Spiritualis directoris sui consilio, etsi post mediam præcedentem noctem jentaculum aliquod, sic exposcente valetudine, sumpserit. 24. *Martii.* *pag.* 211.

LIX. Definitur auctoritas tum Metropolitani Nationis Ruthenorum, tum Proto-Archimandritæ Ordinis S. Basilii Magni ejusdem Nationis, in Abbates, seu Archimandritas Monasteriorum ipsius Ordinis: aliaque ad hujusmodi Abbates & Monachos Ruthenos pertinentia opportune statuuntur. 30. *Martii.* *pag.* 217.

LX. Spolia Prælatorum Neapolitani Regni, jam pridem ab Innocentio XII. Ecclesiis, quibus iidem præfuerunt, applicata, ut in designatos usus erogentur, novis superadditis cautionibus, providetur. 28. *Aprilis.* *pag.* 219.

LXI. Demonstratur congruentia, ex Sacrorum Canonum præscripto, iterum inaugurandi Bononiensem Metropolitanam Ecclesiam; munusque Consecrationis Pontificio nomine peragendæ Cardinali Archiepiscopo delegatur. 12. *Maji.* *pag.* 222.

LXII. Veronensis Episcopi Ordinaria privativa auctoritate in Civitatem universamque Diœcesim Veronensem redintegrata, definitur jurisdictio, quam idem Episcopus in Capitulum, subjectasque tum ipsi, tum Monasterio Sanctæ Mariæ in Organis Veronen., Parochiales, ac simplices Ecclesias, & Personas earum servitio addictas, utatur. 17. *Maji.* *pag.* 239.

LXIII. Utinensi Metropolitanæ Ecclesiæ Missa de Spiritu Sancto cum certis Collecta & Orationibus celebranda conceditur in die depositionis, seu commemorationis B. Bertrandi Aquilejensis Patriarchæ. 18. *Junii.* *pag.* 245.

LXIV. Privilegia Monasterii Monialium B. Mariæ Virginis, Ordinis S. Benedicti, prope & extra muros Civitatis Aquilejensis, opportuna locorum subjectorum descriptione, ac definitione jurisdictionis Delegati Apostolici apposita, confirmantur. 30. *Julii.* *pag.* 246.

LXV. De Jure Metropolitico Archiepiscopalis Ecclesiæ Moguntinæ in novam Diœcesim Fuldensem, ejusque Clerum & Populum. 15. *Septembris.* *pag.* 250.

LXVI. Refractariis Constitutioni *Unigenitus* an, & quando SS. Corporis Christi Viaticum denegari

negari debeat, Encyclica hac Epistola definitur. 16. *Octobris.* *pag.* 251.

LXVII. Consecratio electi in Episcopum, qui fuerat a Pontifice Ordinatus Presbyter, an ab ipso Pontifice, vel ex speciali ejus delegatione, sit peragenda. 20. *Octobris.* *pag.* 253.

LXVIII. Confirmatur Motus Proprius Sancti Pii V., & Constitutio Urbani VIII. contra tondentes monetas aureas, & augenteas: necnon Bannimenta & Decreta adversus falsificantes, alterantes, ac expendentes Cedulas Montis Pietatis, & Mensæ Nummariæ Sancti Spiritus, & pœnæ in illis inflictæ ad omnes Ecclesiasticas personas extenduntur. 31. *Octobris.* *pag.* 263.

ANNO MDCCLVII.

LXIX. Præscribitur ratio construendi Processus tum super statu Ecclesiarum in partibus infidelium existentium, & Populum fidelem habentium, quarum provisiones in Congregatione de Propaganda Fide proponuntur; tum super meritis præficiendorum iisdem Ecclesiis. 18. *Januarii.* *pag.* 264.

LXX. Confirmatur Decretum Congregationis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium universali adversus hæreticam pravitatem Inquisitioni Præpositorum, coram Sanctitate Sua habitæ, pro tollendis, conciliandisque dissidiis & controversiis, inter nonnullos Antistites Indiarum Occidentalium, & Missionarios Societatis Jesu, exortis, super concessione Dispensationum Matrimonialium, juxta facultates ab Apostolica Sede utrisque concedi solitas. 27. *Januarii.* *pag.* 267.

LXXI. Antiquum Urbis Pantheon, nunc Ecclesia S. Mariæ ad Martyres nuncupata, sub peculiari Romanorum Pontificum tutela susscipitur, ejusque Fabricæ conservatio Apostolicarum Ædium Præfecto pro tempore committitur, Palatii Apostolici sumptibus procuranda. 18. *Februarii.* *pag.* 271.

LXXII. Acta Consistorialia pro Concessione Pallii Patriarchæ Antiocheno Syro Maronitarum, 28. *Martii.* *pag.* 273.

LXXIII. Brevia Sanctissimi Domini Nostri ad Patriarcham, Archiepiscopos, Episcopos, & Proceres Maronitarum. 30. *Aprilis.* *pag.* 277.

LXXIV. Confirmatio Concordiæ inter Archiepiscopum Moguntinum, S. R. I. Electorem, & Episcopum atque Abbatem Fuldensem initæ, super jure Metropolitico Ecclesiæ Moguntinæ in Episcopatum, atque Ecclesiam Fuldensem; necnon super aliis utriusque Ecclesiæ controversiis. 21. *Maji.* *pag.* 278.

LXXV. Missam celebrantes, aut Fidelium Confessiones excipientes, ad Presbyteratus Ordinem non promoti, quibus pœnis ex Sacrorum Canonum, & Apostolicarum Constitutionum præscripto subjiciantur; quæ praxis hactenus in Judiciis adversus hujusmodi reos sit servata, & quomodo in posterum sit providendum. 2. *Augusti.* *pag.* 285.

LXXVI. Celebrantibus Missam, aut Fidelium Confessiones excipientibus, sine Sacerdotali Charactere, sincera criminis confessio facta in primo interrogatorio generali nihil suffragatura decernitur, ad evadendam pœnam traditionis brachio sæculari, indictam in Constitutionibus Apostolicis. 2. *Augusti.* *pag.* 286.

PONTIFICATUS ANNO XVIII.

LXXVII. Damnatio, & prohibitio Epistolæ manuscriptæ, quæ directa legitur: *Amplissimis S. R. E. Cardinalibus, & clarissimis Theologis in Urbe Prænestæ congregatis post pacem Ecclesiæ Gallicanæ restitutam, & methodum propediem edituris pro studiis peragendis ab Alumnis Collegii Urbani de Propaganda Fide ad Hæreticos profligandos, ad Gentiles, & Atheos in sinum Ecclesiæ reducendos.* 5. *Septembris.* *pag.* 287.

IN APPENDICE.

I. Acta, & Decreta in Causis Beatificationum, & Canonizationum, aliisque ad Sacrorum Rituum materiam spectantibus, addenda ad Tomum VI. Operum Sanctissimi Domini Nostri Romæ editum anno 1751. 17. *Julii.* 1744. *pag.* 1.

II. Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI PP. XIV. Epistola ad Capitulum, & Canonicos Metropolitanæ Ecclesiæ Bononiensis data, occasione, qua S. Proci Martyris Corpus repertum in Sancti Thrasonis Cœmeterio, in eadem Ecclesia collocandum, transmittitur. 20. *April.* 1745. *pag.* 11.

III. Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI PP. XIV. Epistola prima ad R. P. Engelbertum Abbatem Monasterii Campidonensis, de facultate consecrandi Abbatialem Ecclesiam Campidonensem. 16. *Novemb.* 1748. *pag.* x.

IV. Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI PP. XIV. Epistola secunda, ad R. P. Engelbertum Abbatem Monasterii Campidonensis, de Consecratione Ecclesiæ S. Appollinaris Romæ a Sanctitate Sua peracta. 16. *Novembris.* 1748. *p.* XIV.



BULLARIUM ROMANUM.

TOMUS DECIMUS-NONUS,

SIVE

CONTINUATIONIS PARS DECIMA-TERTIA.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

BENEDICTI XIV.

PONTIFICIS CCLI.

CONSTITUTIONES, EPISTOLÆ &c.

ANNO 1752.

ANNO 1752.

I.

Erectio Archiepiscopalis Metropolitanæ Ecclesiæ GORITIENSIS, constitutis omnibus, quæ Ecclesiam ipsam, Capitulum, utriusque Mensam, provisionem vel collationem Beneficiorum Officiorumque respiciunt.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Procœmium.

SACROSANCTÆ Militantis Ecclesiæ gubernacula, quæ copiosus in misericordia Deus, & in cunctis suis gloriosus operibus, ad hoc Nobis, meritis quamvis impariibus, committere, & debilitati nostræ magnum Apostolicæ servitutis jugum imponere voluit, ut tanquam de summo vertice montis ad hujus mundi infima reflectentes intuitum, quid pro hujusmodi Ecclesia illustranda, ad Fidei Orthodoxæ propagationem, Divinique cultus augmentum conferat, quidque animarum Christifidelium saluti quomodolibet conveniat, attentius prospicere non omittamus, demandata tenentes, & propterea causis dissidiorum, quæ inimicus homo suggerit, per suppressionis, & extinctionis Ecclesiarum, etiam Patriarchalium, fontium & originum dissidiorum hujusmodi ministerium, penitus eliminatis, Apostolica auctoritate, qua fungimur in hac parte, earum loco novas Ecclesias Metropolitanas, pro Dominiorum diversitate, ne Fideles ipsi inibi degentes in recidivæ contentionis scopulum relabantur, erigimus, aliaque desuper disponimus, prout rationabiles causæ, & pia sublimium Principum vota exposcunt, temporumque, locorum, & personarum qualitatibus & circumstantiis matura deliberatione pensatis, ad Omnipotentis Dei, ejusque Gloriosissimæ Genitricis Virginis Mariæ laudem & gloriam, ac ejusdem Militantis Ecclesiæ honorem, conspicimus in Domino salubriter expedire.

Justa causa veteres supprimendi, novasque erigendi Cathedrales statuitur, urgens necessitas avertendi dissidia.

Spectabiles Urbis Goritiensis qualitates, ob quas Archiepiscopalis Sedis digna.

§. 1. Sanè &c. *Sequitur narratio suppressionis Patriarchatus Aquilejensis, ejusque Diœcesis, & Provinciæ divisio in duos Archiepiscopatus; de quibus vide Constit. L. Tom. III. pag.* 394., ac aliàs prout in Litteris nostris Apostolicis Pontificatus Nostri anno undecimo desuper expeditis plenius & uberius continetur. Nos propterea Erectioni Archiepiscopatus Goritiensis hujusmodi modum, & formam imponere, eamdemque erectionem per Nos, ut præfertur, factam, Apostolica auctoritate præfata confirmare cupientes, quique dudum inter alia voluimus, quod petentes Beneficia Ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem, secundum communem æstimationem, tam Beneficii uniendi, quàm illius, cui uniri petitur, alioquin unio non valeret, & in unionibus semper commissio fieret ad Patres, vocatis quorum interest; motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, in dicta Civitate Goritiensi valde conspicua, & in sui amplitudine circuitus duorum milliarium, & ultra, in qua Civitate Goritiensi, ejusque suburbiis, plures, ut pariter accepimus, reperiuntur Ecclesiæ, videlicet Presbyterorum Regularium Societ. Jesu cum publico Gymnasio, ac Fratrum Ordinis Minorum Conventualium Sancti Francisci, & Cappuccinorum, & Carmelitarum discalceatorum nuncupatorum, præter duo Monialium Monasteria, rnum sub Sanctæ Claræ, alterum verò sub Sanctæ Ursulæ respectivè Regulis, & tres utriusque sexus Christifidelium Confraternitatum Ecclesiæ, scilicet Sanctissimi Sacramenti, & Sanctorum Angelorum Custodum, & Sancti Joannis Nepomuceni nuncupati, nec non Ecclesia Fratrum Misericordiæ nuncupatorum, ut jure merito Archiepiscopalis Civitatis nomine nuncupari valeat, Parochialem Ecclesiam Exaltationis Sanctæ Crucis, & Sancti Viti, cum ei annexis altera Parochiali Ecclesia de Salcano nuncupata Goritien., ac perpetuò simplici Beneficio Ecclesiastico sub invocatione Sanctæ Annæ in Parochiali, seu alia Ecclesia dictæ Civitatis Goritiensis, quæ, sicut etiam accepimus, de Jurepatronatus

Parochialis Ecclesia Exaltationis S. Crucis, & S. Viti una cum aliis supprimitur, & extinguitur.

tronatus Laicorum Nobilium, & Illustrium, videlicet præfatæ Mariæ Theresiæ Reginæ, ex fundatione, vel dotatione existit, & quam quondam cognominatus Comes Coronini primodictæ Parochialis Ecclesiæ Rector, dum viveret, obtinebat, quæque per obitum dicti cognominati Comitis, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, ad præsens vacat, sive, ut præfertur, sive aliàs quovis modo &c. Illiusque Titulum collativum, ac denominationem, naturam, & essentiam Parochialis Ecclesiæ collativæ, ita quod ex nunc illa collativa esse desinat, & de cætero uti talis in Titulum Collativum conferri, aut impetrari non possit, & si illam deinceps conferri, aut impetrari, vel aliàs de illa disponi contigerit, collationes, impetrationes, aliæque dispositiones hujusmodi nullæ & invalidæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, nullique suffragentur, nec coloratum titulum possidendi cuiquam tribuant, eadem Apostolica auctoritate, de consensu præfatæ Mariæ Theresiæ Reginæ, perpetuò supprimimus, & extinguimus: Illisque sic suppressis, & extinctis eamdem Parochialem Ecclesiam Exaltationis Sanctæ Crucis, & Sancti Viti, in sua structura valde elegantem, & ob ejus pulchritudinem, ac præcipuè septemdecim marmoreorum Altarium in ea existentium magnificentiam, dignam propterea ut titulo, & honore Archiepiscopalis Ecclesiæ decoretur, ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, ac Beatæ Virginis Mariæ, & Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, necnon Fidei Catholicæ exaltationem, & totius Ecclesiæ militantis gloriam, in Archiepiscopalem, & Metropolitanam Ecclesiam Goritiensem nuncupandam, & in ea Archiepiscopalis, & Metropolitani Præsulis Goritiensis Sedem, & Provinciæ caput, pro uno deinceps Archiepiscopo Goritiensi, qui Pallii, & Crucis usum aliorum Archiepiscoporum more habeat, cum suis Capitulo, Sigillo, Arca, Mensa Archiepiscopali, omnibusque aliis insigniis Archiepiscopalibus, necnon privilegiis, honoribus, & prærogativis Archiepiscopis debitis, & concessis, ac juribus, jurisdictionibus, facultatibus, præeminentiis, gratiis, favoribus, & indultis realibus, & personalibus, & mixtis, quibus aliæ Metropolitanæ Ecclesiæ, earumque Præsules quomodolibet, non tamen titulo oneroso, seu ex indulto, aut privilegio particulari, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, similiter perpetuo erigimus, & instituimus, ac nomine, titulo, & honore Archiepiscopali, & Metropolitano decoramus, necnon pro tempore existentem Ecclesiæ præfatæ Goritiensis Præsulem in Archiepiscopum declaramus, eique, ut ipse cætera singula, prout Metropolitanis in eorum Civitatibus, Diœcesibus, & Provinciis a Jure indultum extitit, facere, exercere, & administrare, & exequi possit, eadem auctoritate concedimus, & indulgemus.

Eaque erigitur in Ecclesiam Archiepiscopalem, & Metropolitanam, cum omnibus juribus &c.

§. 2. Præterea eidem Ecclesiæ Goritiensi Ecclesias Episcopales Tridentinam, ac Tergestinam, & Petinensem, necnon Comensem, Patriarchatus olim Aquilejensis per Nos, ut præfertur, suppressi, & extincti suffraganeas, ac Ven. Fratres Nostros modernos, ac pro tempore existentes earum respectivè Episcopos, pro Archiepiscopi Goritiensis pro tempore existentis suffraganeis, qui tanquam membra Capiti eidem Archiepiscopo Goritiensi Jure Metropolitico subsint: Ita quod Archiepiscopus Goritien. pro tempore existens præfatus, in Tridentina, ac Tergestina, ac Petinensi, necnon Comensi Civitatibus, & Diœcesibus, Jus Metropoliticum sibi vindicet, necnon Tridentina, ac Tergestina, & Petinensis, ac Comensis Ecclesiæ præfatæ eidem Archiepiscopo, & Metropolitano Goritien. ad omnia, & singula teneantur, & sint adstrictæ, ad quæ Suffraganei suis Metropoliticis Ecclesiis, & Metropolitanis tenentur, & obligati sunt, ut judicentur juxta Canonicas Sanctiones; Ac eidem Archiepiscopo Goritiensi præfatos suos Suffraganeos consecrandi, ad Provinciales Synodos evocandi, ac cum eis etiam Ecclesiastica negocia terminandi, & causas quarumcumque appellationum, sive querelas, alias ad eum tamquam Metropolitanum, juxta Decreta Concilii Tridentini devolutas, ac alias juxta Sacrorum Canonum statuta spectantes, cognoscendi, omniaque alia, & singula quæcumque, quæ de jure, vel consuetudine, aut aliàs quovis modo ad Archiepiscopos, & Archiepiscopale munus spectare, & pertinere solent, & debent, gerendi, faciendi, & exercendi, plenam, & omnimodam auctoritatem concedimus, & facultatem.

Assignantur Ecclesiæ suffraganeæ, in quas jus Metropoliticum obtineat.

§. 3. Provinciæ quoque Goritiensis Clerum, & Populum universum, ac omnia Loca, Ecclesias, & Monasteria, ac Oratoria, & pia Loca, necnon Confraternitates a parte Imperii existentes olim præfato Aquilejensi Patriarchatui per Nos, ut præfertur, suppresso, & extincto subjecta, & subjectas, pro eorumdem Ecclesiæ, & Archiepiscopi Goritien. Provincialibus, pariter perpetuo concedimus, & assignamus, ac deinceps perpetuis futuris temporibus præfatas Tridentinam, & Tergestinam, ac Petinensem, necnon Comensem Ecclesias, dictæ Ecclesiæ Goritien. Suffraganeas censendas, ac tam eas, quàm illarum Civitates, & Diœceses respectivè universas, sub ipsa Provincia Goritiensi comprehensas, & nullatenus ab ea exemptas, nec dictæ Sedi Apostolicæ immediatè, neque ulli alteri, nisi tantum Goritien. Ecclesiæ, & illius Archiepiscopo præfatis, quoad Archiepiscopalia, Metropolitica, ac Provincialia Jura, & Jurisdictiones, subjectas esse, & fore, dicta auctoritate declaramus. Pro residentia verò, & habitatione Archiepiscopi Goritien. pro tempore existentis præfati, in eadem Civitate Goritien. Domum conspicuam, & mobilibus decenter instructam, cum suis Cappella, necnon viridario, & vinea propinquis, seu annexis, & ad hunc effectum a pia liberalitate quondam tunc in humanis agentis Augustini Codelli, dum viveret, donatam, & destinatam, concedimus, & assignamus.

Alia designantur Goritiensis Provinciæ membra.

Et Archiepiscopales Ædes.

§. 4. Utque eadem Parochialis Ecclesia Exaltationis Sanctæ Crucis, & Sancti Viti in Archiepiscopalem Ecclesiam Goritiensem, ut præfertur, erecta, ex omni parte perfectior reddatur, condignoque Capitulo, & Canonicorum, & Dignitates in ea obtinentium, ac Mansionariorum numero condecoretur, in ea unam Præposituram, quæ inibi post Pontificalem major, ac de infrascripto Jure nominandi Regio semper existat, pro uno Presbytero dictæ Parochialis Ecclesiæ Exaltationis Sanctæ Crucis, & Sancti Viti in Archiepiscopalem Ecclesiam Goritien., ut præfertur, erectæ Præposito, qui illius Capituli, ut infra erigendi, caput existat, & in Choro, Capitulo, Processionibus, cæterisque functionibus, & Actibus Capitularibus publicis, & privatis dictæ Ecclesiæ, præeminentiam, & primum locum habeat; & unum Decanatatum, qui secunda, quemque pro tempore obtinens Præpositus ad Sanctum Stephanum denominari debeat, attento quod in Gradiscæ Territorio quædam Ecclesia olim Filialis Ecclesiæ Patriarchalis Aquilejensis per Nos, ut præfertur, suppressæ, & extinctæ, titulo Præposituræ decorata reperitur, pro uno Clerico, seu Presbytero futuro dictæ Ecclesiæ Decano; & unum Primiceriatum, qui Tertia, Dignitates inibi respectivè existant, quemque pro tempore etiam obtinens Abbas Belinge, seu de Belluna, vel Bulegna denominari similiter debeat, attento quod in eodem Gradiscæ Territorio quædam Ecclesia pariter olim Filialis præfatæ Ecclesiæ Aquilejensis Titulo Abbatiæ decorata reperitur, pro

Capitulum in nova Metropolitana Dignitatibus, & Canonicis constitutum, nec non Mansionariæ, aliique tituli eriguntur.

uno

uno Clerico, seu Presbytero futuro dictæ Ecclesiæ Primicerio; ac quinque Canonicatus, totidemque Præbendas, pro totidem Clericis, seu Presbyteris futuris in ea Canonicis; ac sex Mansionariatus, pro sex Presbyteris futuris in ea Mansionariis; ac unam & alteram perpetuas sine cura Cappellanias, pro duobus Presbyteris ut infra nominandis, qui tamen in Patriarchali Ecclesia Aquilejensi, per Nos, ut præfertur, suppressa & extincta præfata, pro celebratione infrascriptarum Missarum remanere debeant; cum Capitulo, Stallo, Mensa Capitulari, Arca, Bursa, & Sigillo communibus, ac omnibus & singulis aliis Capitularibus signis & Insigniis, aliis Metropolitanis Ecclesiis, earumque Capitulis de jure, usu, consuetudine, privilegio, aut aliàs quomodolibet, non tamen ex Indulto, seu privilegio particulari, competentibus, quique Præpositus, ac Decanus, & Primicerius, necnon Canonici præfati, Capitulum inter se constituant, & tam ipsi, quàm Mansionarii præfati apud dictam Ecclesiam personaliter residere, ac in ea singulis diebus, & debitis temporibus Horas Canonicas, ac Missam Conventualem seu Majorem semper pro Benefactoribus applicandam, cæteraque Divina Officia solita & consueta, cum debita mentis attentione, servataque Ecclesiastica disciplina, ac infrascriptis ordine & præcedentia omnino servatis, videlicet quod Præpositus semper primum, ac Decanus secundum, ac Primicerius tertium locos habeant, deinde juxta antianitatem quinque Canonici, & successivè etiam juxta antianitatem sex Mansionarii præfati succedant, qui Mansionarii nunquam de gremio Capituli censeri debeant, minusque vocem, aut votum in Capitulo, ac sessionibus Capitularibus habere valeant, sed ultra Ecclesiæ servitium Festalibus diebus, Canonicis, ac dignitates in ea obtinentibus, omnes vero Archiepiscopo Goritiensi pro tempore existenti, prout in Cathedralibus, & Metropolitanis Ecclesiis practicari solet, inservire teneantur, psallere, decantare, recitare, & respective celebrare, & aliàs dictæ Ecclesiæ in Divinis laudabiliter deservire debeant & teneantur, dicta Apostolica auctoritate etiam perpetuo erigimus, & instituimus. Illisque sic erectis & institutis pro Mensarum Archiepiscopalis, & respective Capitularis præfatæ Parochialis Exaltationis Sanctæ Crucis, & Sancti Viti Ecclesiæ in Archiepiscopalem Ecclesiam Goritiensem ut præfertur erectæ, nec non Archiepiscopatus, & Præposituræ, ac Decanatus, & Primiceriatus, ac quinque Canonicatuum, totidemque Præbendarum, nec non sex Mansionariatuum, ac unius & alterius Cappellaniarum, ut præfertur, erectorum, & erectarum hujusmodi, respective dote, illumque, ac illos, & illas pro tempore respective obtinentium congrua sustentatione, ac onerum eis pro tempore respectivè incumbentium supportatione, omnia & singula fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta universa ex inscriptis Monasterio, ac Parochialibus Ecclesiis, & Beneficiis, ut infra, supprimendis & extinguendis, & fundationibus, seu Legatis piis, etiam ut infra, applicandis; ita tamen, ut Archiepiscopo Goritiensi seximille sexcenti, ac Præposito, præter infrascriptæ Domus habitationis usum, mille, & Decano octingenti, ac Primicerio sexcenti, singulis vero ex quinque Canonicis quadringenti & quinquaginta, ac singulis ex sex Mansionariis pro tempore existentibus præfatis, biscentum, nec non singulis ex duobus Cappellanis præfatis centum & quinquaginta floreni monetæ currentis in ditionibus Austriacis, annuatim assignentur, eadem Apostolica auctoritate similiter perpetuo applicamus, & appropriamus: Ita quod liceat futuris Archiepiscopo Goritiensi, ac Præposito, & Decano, ac Primicerio, & quinque Canonicis, nec non Mansionariis Præfatæ Ecclesiæ in Archiepiscopalem, ut præfertur, erectæ pro tempore existentibus, illarum & illorum omnium fructuum, reddituum, proventuum, Jurium, obventionum, & emolumentorum hujusmodi, veram, realem, & actualem possessionem, per se, vel alium, seu alios, eorum, ac dictarum Mensarum Archiepiscopalis, & respectivè Capitularis nominibus, propria auctoritate liberè apprehendere, & apprehensam perpetuò retinere, fructus quoque, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque percipere, exigere, levare, ac in eorum, & Mensarum Archiepiscopalis, & respectivè Capitularis hujusmodi usus & utilitatem convertere, cujusvis licentia desuper minimè requisita.

Ordo præcedendi, incumbentia onera.

Et præbendales redditus unicuique assignantur, ac definiuntur.

§. 5. Præterea Monasterium Abbatiam nuncupatum Sancti Petri de Rosacio Ordinis S. Benedicti olim Aquilejen. Diœcesis per Nos, ut præfertur, suppressæ, & extinctæ, cujus fructus, redditus, & proventus, ad trecentos triginta tres florenos auri, cum uno tertio alterius floreni similis in libris Cameræ Apostolicæ, ut etiam accepimus, taxati reperiuntur, quodque Dilectus filius Noster Angelus Maria præfatæ S. R. E. Cardinalis Quirinus nuncupatus modernus Episcopus Brixiensis in Commendam ad sui vitam ex concessione, & dispensatione Apostolicis ad præsens obtinet, ac in similem Commendam ex pari concessione Apostolica ad vitam obtineri consuevit, ex nunc prout ex tunc, & cum primum illud per cessum, etiam ex causa permutationis, vel decessum, seu privationem, aut quamvis aliam dimissionem, vel amissionem dicti Angeli Mariæ Cardinalis & Episcopi, aut alias quovis modo ex ejus persona, Commenda præfata cessante, vacare contigerit, etiamsi &c., firmo remanente titulo Commendæ hujusmodi, in duas partes, seu duas deinceps Commendas per Nos ut infra erigendas, quarum una, quæ redditus ex bonis in Austriaca ditione consistentibus in summa florenorum mille & centum monetæ præfatæ, ut pariter accepimus, ad præsens habet, Goritiensis, altera vero, quæ redditus ex bonis in Veneto dominio existentibus etiam ad præsens habet, Utinensis respectivè Diœcesis denominari, ac primodicta Goritiensi, secundodicta vero Commendæ ut infra erigendæ, Utinensi Archiepiscopis pro tempore existentibus, & non aliis personis in Commendam Apostolica auctoritate præfata concedi, & assignari debeant, dividimus, & separamus, & respectivè in unam, & alteram Commendas Ordinis, & Denominationis, seu Tituli ejusdem Monasterii S. Petri de Rosacio, ut præfertur, divisas, & separatas, quæ tamen noviter in libris Cameræ Apostolicæ præfatæ, habito respectu ad earum respectivè fructus, taxentur, eadem Apostolica auctoritate similiter perpetuò erigimus, & instituimus.

Divisio Commendæ Monasterii Sancti Petri de Rosacio nuncupat in duas Commendas, quæ duobus Archiepiscopis Goritien. & Utinen., cum suis respectivè fructibus perpetuò conceduntur.

§. 6. Declarantes nihilominus unam Abbatiam Belinge, seu de Belluna, vel Bulegna, & alteram Præposituram Sancti Stephani, respectivè nuncupatas Ecclesias supradictas, in præfato territorio Gradiscæ, ut præfertur, existentes sub Diœcesi Goritiensi præfata, versaque vice Monasterium Abbatiam nuncupatum Sancti Galli de Mozio, seu Mosacen. præfati Ordinis Sancti Benedicti, cujus fructus, redditus, & proventus ad trecentos florenos auri similes in libris ejusdem Cameræ Apostolicæ, ut pariter etiam accepimus, taxati reperiuntur, quodque dictus Daniel præfatæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Patriarcha Delfinus nuncupatus, ac Monasterium, Abbatiam etiam nuncupatum, S. Mariæ de Sexto, præfati Ordinis S. Benedicti, ejusdem Aquilejensis respectivè Diœcesis, per Nos, ut præfertur, suppressæ, & extinctæ, ac cujus fructus, redditus,

Utrique Diœcesi assignantur Monasteria, & Commendæ.

ditus, & proventus ad biſcentum ſexaginta florenos auri pares in eiſdem libris præfatæ Cameræ Apoſtolicæ, ut ſimiliter accepimus, taxati reperiuntur, & quod Dilectus pariter Filius Noſter Hieronymus præfatæ S. R. R. Cardinalis Columna nuncupatus, in Commendam, ad eorum reſpectivè vitam, ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolicis ad præſens reſpectivè obtinent, quæque in ſimilem Commendam ex pari conceſſione Apoſtolica ad vitam obtineri conſueverunt, ſub Diœceſi Utinenſi deinceps reſpective comprehendi debere; quodque futuri Capitulum, & Canonici Eccleſiæ Utinenſis per alias Noſtras Litteras in Archiepiſcopalem, & Metropolitanam Eccleſiam erigendi, inpoſterum teneantur, & obligati exiſtant, vice ſummæ vigintiſex Ducatorum auri de Camera cum tribus quartis alterius ducati ſimilis, conficientium ſcuta quadragintaſex & obulos octoginta monetæ Romanæ, ſingulis quindenniis, Officialibus Cancellariæ Apoſtolicæ, ratione unionis perpetuæ Parochialis Eccleſiæ S. Pauli de Lovaino olim Aquilejenſis Diœceſis, necnon ratione alterius unionis perpetuæ Theſaurariæ, præfatæ Patriarchalis olim Eccleſiæ Aquilejenſis Dignitatis, inibi non tamen poſt Pontificalem majoris exiſtentis, eidem Patriarchali Eccleſiæ, ſeu illius menſæ Patriarchali, aut Capitulari pariter, per Nos, ut præfertur, ſuppreſſis, & extinctis aliàs Apoſtolica auctoritate reſpectivè factarum, ad alteram, ſolutiones ſummæ ſexaginta unius ducatorum auri ſimilium, cum tribus quartis alterius ducati paris, conficientium ſummam centum & octo ſcutorum monetæ præfatæ, & obulorum quinque ejuſdem monetæ, eiſdem Cancellariæ præfatæ Officialibus etiam ſingulis quindenniis reſpectivè debitorum, reſpectivè faciendas.

De ſolutione quindenniorum opportunè ſtatuitur.

§. 7. Conſiderantes itaque dignum eſſe, quod in præfata Eccleſia Goritienſi, ut præfertur, erecta, uſque ab ejus exordio pro Chriſtifidelium ad eam concurrentium commoditate aliquis major Miſſarum celebrandarum numerus reperiatur; quodque in olim Patriarchali Eccleſia Aquilejenſi per Nos, ut præfertur, ſuppreſſa & extincta, ob exiguum Presbyterorum inibi remanentium numerum, ſolita anniverſaria celebrari nequibunt, decernimus, quod inpoſterum celebrentur, ut prius, ab infraſcriptis Presbyteris, ut infra nominandis, quotannis Miſſæ privatæ quingentæ & ſexaginta, videlicet &c. &c. Sequentia vero Anniverſaria per eoſdem pro tempore exiſtentes Capitulum, & Canonicos præfatæ Eccleſiæ in Archiepiſcopalem Goritienſem, ut præfertur, erectæ, quotannis, ſeu & per præfatos Manſionarios celebranda, ad eam Apoſtolica auctoritate præfata transferimus, videlicet &c. &c.

Onera Miſſarum, & Anniverſaria in ſuppreſſa Patriarchali relicta, ubi & quomodo adimplenda.

§. 8. Præterea Parochialem Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Romans nuncupatam, Goritien., quæ, ſicut ſimiliter accepimus, de eodem Jurepatronatus Laicorum Nobilium & Illuſtrium, videlicet præfatæ Mariæ Thereſiæ Reginæ, ex fundatione, vel dotatione exiſtit; quæque per obitum quondam Joannis Baptiſtæ Caterini, dum viveret, illius Rectoris, qui extra dictam Curiam diem clauſit extremum, ad præſens vacat, ſive ut præfertur, ſive aliàs quovis modo &c., illiuſque titulum collativum, ac denominationem, naturam, & eſſentiam Parochialis Eccleſiæ collativæ, ita quod ex nunc collativa eſſe deſinat, & de cætero uti talis in titulum collativum conferri, aut impetrari non poſſit, & ſi illam deinceps conferri, aut impetrari, vel aliàs de illa diſponi contigerit, collationes, impetrationes, aliæque diſpoſitiones hujuſmodi, nullæ & invalidæ, nulliuſque roboris vel momenti exiſtant, nullique ſuffragentur, nec coloratum titulum poſſidendi cuiquam tribuant, eadem Apoſtolica auctoritate, de conſenſu præfatæ Mariæ Thereſiæ Reginæ, etiam perpetuo ſupprimimus, & extinguimus, illamque ſic ſuppreſſam & extinctam, una cum omnibus, & ſingulis ſecundodictæ Parochialis Eccleſiæ bonis, rebus, & proprietatibus, illorumque fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis univerſis, cujuſcumque nominis, naturæ, ſpeciei, qualitatis, & quantitatis exiſtant, eiſdem Menſis Archiepiſcopali, & reſpectivè Capitulari præfatæ Parochialis Eccleſiæ Exaltationis Sanctæ Crucis, & Sancti Viti in Archiepiſcopalem Eccleſiam Goritienſem, ut præfertur, erectæ: ita quod liceat futuris Archiepiſcopo, ac illius Capitulo, & Canonicis, eorum, ac utriuſque Menſæ hujuſmodi reſpectivè nominibus, omnium, & ſingulorum ſecundodictæ Parochialis Eccleſiæ, ut præfertur, ſuppreſſæ & extinctæ bonorum, rerum, proprietatum, fructuum &c. poſſeſſionem &c. apprehendere, & apprehenſam perpetuò retinere, dictaque bona, res, proprietates locare, dislocare, arrendare, illorumque fructus &c. percipere, exigere, levare, ac in eorum, & utriuſque menſæ hujuſmodi uſus, & utilitatem convertere, cujuſvis licentia deſuper minimè requiſita; ſupportatis tamen per futuros Archiepiſcopum, ac Capitulum, & Canonicos præfatos, omnibus & ſingulis ſecundodictæ Parochialis Eccleſiæ, ut præfertur, ſuppreſſæ, & extinctæ oneribus, dicta Apoſtolica auctoritate, de ſimili conſenſu præfatæ Mariæ Thereſiæ Reginæ modernæ & unicæ ſecundodictæ Parochialis Eccleſiæ Patronæ præfatæ, pariter perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus.

Parochialis patronata Eccleſia S. Mariæ de Romans ſupprimitur.

§. 9. Et inſuper, ne cura animarum dilectorum quoque filiorum Parochianorum tam primodictæ Exaltationis Sanctæ Crucis, & Sancti Viti in Archiepiſcopalem Eccleſiam Goritienſem, ut præfertur, erectæ, quàm ſecundodictæ, ut præfertur, ſuppreſſæ, & extinctæ Parochialium Eccleſiarum hujuſmodi, aliquod in ejus exercitio, cæteriſque ejuſdem muneribus, oneribus, & obligationibus, patiatur detrimentum, unam in primodicta, ac alteram in ſecundodicta Parochialibus Eccleſiis hujuſmodi Vicarias perpetuas, pro uno, & altero Presbyteris ſæcularibus, futuris primo & ſecundodictarum Parochialium Eccleſiarum hujuſmodi Vicariis perpetuis, per dictam Mariam Thereſiam Reginam, ejuſque Filios, & Deſcendentes nominandis, & ab Ordinario loci ad curam animarum exercendam approbandis, atque in dictis Vicariis ad nominationem hujuſmodi per ipſum Ordinarium inſtituendis, qui Vicarii ſic in illis inſtituti, apud primo & ſecundodictas Parochiales Eccleſias hujuſmodi perſonaliter reſpectivè reſidere, ac curam animarum Parochianorum præfatorum laudabiliter exercere, eiſque Eccleſiaſtica Sacramenta adminiſtrare, aliaque onera primo & ſecundodictis Parochialibus Eccleſiis hujuſmodi quomodolibet incumbentia, ſubire & adimplere, prout Rectores primo & ſecundodictarum Parochialium Eccleſiarum hujuſmodi pro tempore exiſtentes facere debebant, & tenebantur, ſimiliter, & pariformiter, & abſque ulla prorſus differentia, etiam debeant, & teneantur, eadem Apoſtolica auctoritate ſimiliter perpetuò erigimus & inſtituimus; illiſque ſic erectis & inſtitutis, pro illarum reſpectivè congrua & competenti dote, illaſque pro tempore obtinentium congrua ſuſtentatione, & onerum illis incumbentium ſupportatione, ex fructibus dictarum menſarum Archiepiſcopalis & Capitularis reſpectivè, ſummam futuris Vicariis præfatis ab eodem Ordinario loci juxta Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini præfati Decretorum, nec non Conſtitutiones Pii Papæ V. etiam prædeceſſoris Noſtri, ſuper declaratione aſſignationum Vicariis perpetuis faciendarum editæ diſpoſitionem, quotannis aſſignandam, & per futuros Archiepiſcopum, ac Capitulum, & Canonicos Goritienſes præfatos perſolvendam, Apoſtolica auctoritate præfata, etiam perpetuo applicamus, & appropriamus.

Curiæ animarum utriuſque Parochiæ, tam ſuppreſſæ, quam in Metropolitanam erectæ cumulatè conſulitur.

Et una cum omnibus fructibus, & proventibus Archiepiſcopali, & Capitulari Menſæ unitur.

Conſtitutis inibi duobus Vicariis perpetuis cum congrua ad formam Conſtitutionum Apoſtolicarum definienda.

§. 10. Et

Alia Archiepiscopalis, & Capitularis Mensæ accessio ex suppressione Beneficii simplicis.

§. 10. Et quia, sicut etiam accepimus, aliàs, videlicet de anno ejusdem Domini millesimo sexcentesimo octogesimo sexto, quondam tunc in humanis agens Vitus Gullini Presbyter, in ejus postremo, sub quo ab humanis decessit, elogio, nonnulla ejus bona, quorum redditus ad præsens ad valorem annuum duorum millium florenorum monetæ illarum partium, ut pariter accepimus, ascendunt, intuitu erectionis Cathedralis Ecclesiæ Goritiensis reliquit, & deinde de anno præfati Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo quinto, bonæ memoriæ Sebastianus Antonius, dum viveret, præfatæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Tanarius nuncupatus, tunc dictæ Sedis Apostolicæ Nuncius Viennæ commorans, ex bonis a præfato Vito, ut præfertur, relictis, unum simplex, & personalem residentiam non requirens Beneficium Ecclesiasticum in Parochiali, seu alia Ecclesia Civitatis Goritiensis præfatæ, juxta decretum Congregationis tunc existentium præfatæ S. R. E. Cardinalium Decretorum dicti Concilii Tridentini Interpretum, erexit & fundavit; Nos providè considerantes, attenta erectione Archiepiscopalis Ecclesiæ Goritiensis hujusmodi per Nos, ut præfertur, facta, piam præfati Viti intentionem, & fundationem suum plenarium effectum jam consequutam esse, Beneficium, ut præfertur, ad tempus destinatum, erectum, & fundatum hujusmodi, non obstante quovis dissensu, seu obstaculo moderni illius Titularis, prævia illius tituli collativi, quatenus opus sit, perpetua suppressione & extinctione, una cum omnibus & singulis illius bonis, fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis universis, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, Mensis Archiepiscopali, & respectivè Capitulari præfatis, supportatis tamen per futuros Archiepiscopum, & Capitulum, & Canonicos Goritienses onumbus & singulis dicti Beneficii, ac præsertim unius Missæ privatæ, quam per dictos futuros Capitulum, & Canonicos in suffragium animæ præfati Viti quotannis celebrari mandamus, oneribus, pariter perpetuò unimus, annectimus, & incorporamus.

Dos Archiepiscopalis Ecclesiæ quanta, & unde conficienda?

§. 11. Insuper ex præfatis dismembrationibus, & suppressionibus, ac respectivè unionibus, & applicationibus, per Nos, ut præfertur, factis, certam, & fixam dotem, tam Archiepiscopalis, quàm Capitularis Goritien. Mensarum hujusmodi destinare intendentes, pro tempore existenti Archiepiscopo Goritiensi, in computum præfatorum sex millium sexcentorum florenorum annuorum pro ejus manutentione, ut præfertur, assignatorum, redditus Patriarchialis Ecclesiæ præfatæ Aquilejensis per Nos, ut præfertur, suppressæ & extinctæ, ad quatuor mille & quadringentos florenos hujusmodi annuatim, ut similiter accepimus, ascendentes; ac ex nunc prout ex tunc, & e contra, postquam dictum Monasterium Sancti Petri de Rosacio ex persona præfati Angeli Mariæ Cardinalis, & Episcopi quovis modo, illius Commenda præfata, ut præfertur, cessante, vacare contigerit, ejusdem Monasterii S. Petri de Rosacio fructus, redditus, & proventus ex bonis in Austriaca Ditione existentibus provenientes, & ad summam mille & centum florenorum monetæ illarum partium etiam annuatim, ut pariter accepimus, ascendentes; ac etiam quibus Patriarchatus Aquilejensis per Nos, ut præfertur, suppressus, & extinctus, illiusque Patriarcha pro tempore existens a parte Imperii fruebatur, in summa quadringentorum sexaginta quatuor florenorum similium annuorum; nec non redditus secundodictæ Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ de Romans, ut præfertur, suppressæ & extinctæ, ac etiam, ut præfertur, unitæ, annexæ, & incorporatæ, ad sexcentos florenas similiter annuatim, ut etiam accepimus, ascenden., similiter perpetuò concedimus, & assignamus. Et quamvis ad complendam integram summam dictorum sex millium & sexcentorum florenorum monetæ præfatæ pro Congrua Archiepiscopi Goritiensis pro tempore existentis præfati assignatorum, trigentasex floreni similes annuatim deficiant; nihilominus eadem summa, ut præfertur, assignata, tanquam integra computari debebit, tum quia bona, ut par est, diligenter administrata, majores producere poterunt redditus, tum etiam quia pro tempore existens Archiepiscopus Goritiensis præfatus exemptus semper erit a solutione quindenniorum Sedi Apostolicæ præfatæ a Capitulo, & Canonicis Patriarchalis Ecclesiæ Aquilejensis per Nos, ut præfertur, suppressæ & extinctæ antea solvi solitorum, pro bonis nonnullorum Monasteriorum illius Mensæ Capitulari aliàs unitorum, ad quorum solutionem Capitulum & Canonici Ecclesiæ Goritiensis, ut præfertur, erectæ pro tempore existentes præfati, ex nunc imposterum tenebuntur, & obligati existent. Quibus itidem pro eorum particulari dote, onerumque eis pro tempore incumbentium supportatione, infrascriptos redditus, ad summam octo millium ducentorum & quatuor florenorum dictæ monetæ annuatim, ut pariter accepimus, ascendentes, scilicet florenos mille & quingentos ex præfata Parochiali Ecclesia Exaltationis Sanctæ Crucis, & Sancti Viti, ut præfertur, suppressa & extincta, & in Archiepiscopalem Ecclesiam Goritiensem, ut præfertur, erecta; ac florenos bismille ex præfato Beneficio pariter, ut præfertur, suppresso, & extincto; ac florenos quatuormille ex bonis hæreditariis dicti quondam Augustini Codelli, licet bona hæreditaria hujusmodi, ex dispositione præfati Augustini, pro erectione Episcopatus, seu Cathedralis Ecclesiæ Goritiensis relicta fuerint; necnon florenos similes septingentos quatuor ex communibus redditibus Capituli, & Canonicorum olim Ecclesiæ Patriarchalis Aquilejensis per Nos, ut præfertur, suppressæ & extinctæ, annuatim respectivè provenien.; & quemcumque alium fundum, quatenus existat, pro dote, & annuo adimplemento Missarum, & Anniversariorum destinatum, etiam pariter concedimus & assignamus. Cum hoc tamen, quod administratione omnium bonorum hujusmodi apud Capitulum, & Canonicos præfatæ Ecclesiæ Goritiensis pro tempore existentes præfatos remanente, teneantur ipsi Capitulum & Canonici, ex illorum redditibus subministrare annuatim florenos mille Præposito, qui etiam fruatur habitatione domus ab eodem quondam Vito Gulini, ut similiter accepimus, relictæ, ac octingentos Decano, & sexcentos Primicerio, ac quadringentos quinquaginta cuilibet ex quinque Canonicis præfatis, ac ducentos cuilibet ex sex Mansionariis hujusmodi, necnon centum quinquaginta florenos similes cuilibet ex duobus Presbyteris Cappellanis nuncupandis, qui præter Sacristam, annuos redditus trecentorum florenorum similium separatim habentem, inservient, & insimul Missas celebrabunt in antiqua Patriarchali Ecclesia Aquilejensi per Nos, ut præfertur suppressa & extincta, semper tamen Sedi Apostolicæ præfatæ immediatè subjecti, & Delegato Apostolico, prout ordinatur in præfatis Nostris Litteris Apostolicis incipientibus -- *Injuncta Nobis* -- Pridie nonas Julii Pontificatus Nostri anno undecimo, ut præfertur, expeditis.

Quanta itidè dos Capitularis Mensæ? & quomodo inter Dignitates, Canonicos, reliquosque Mansionarios, ac Cappellanos partienda.

§. 12. Et quia juxta supradictum computum, annuatim superabundare videntur mille sexcentiquatuor Floreni similes, isti erogari debebunt in adimplementum onerum Missarum, & Anniversariorum translatorum, & ut superius ordinatorum, inter quas Missas una annuatim private celebranda erit in suffragium Animæ præfati quondam Viti Gulini, necnon in manutentionem præfatæ Ecclesiæ Aquilejensis, per Nos, ut præfertur, suppressæ, & extinctæ, ac novæ Ecclesiæ Archiepiscopalis Goritiensis, pro medietate cum Archiepiscopo Goritiense pro tempore existente,

Quæ reliqua est summa, in quos usus eroganda.

& pro salariis Ministrorum, aut alterius occurrentis solutionis, onerum, & similiter pro prompta, & integra satisfactione quindenniorum præfatæ Sedi Apostolicæ debitorum pro præfato Momasterio de Belinga, seu Belluna, vel Bulegna, ac dicta Præpositura ad Sanctum Stephanum, præfati Territorii Gradiscæ in Austriaco dominio, mensæ Capitulari præfatæ Ecclesiæ Patriarchalis Aquilejensis per Nos, ut præfertur, suppressæ, & extinctæ, aliàs unitis, videlicet Florenos auri de Camera septuagintaduos, & solidos novem pro eodem supradicto Monasterio de Belinga, seu Belluna, vel Bulegna, eorumdem Fratrum Nostrorum præfatæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Collegio, qui ad monetam Romanam reducti conficiunt summam centum vigintinovem scutorum dictæ monetæ, & obulorum octoginta duorum, singulis quindenniis; & Cancellariæ Apostolicæ Officialibus septuagintaquinque Ducatorum auri de Camera hujusmodi, qui sunt in moneta Romana præfata scuta centumviginti septem, & obuli septuaginta quinque; necnon Cameræ Apostolicæ Florenos vigintinovem, qui conficiunt summam scutorum quinquagintaduorum dictæ monetæ: itaut in totum debeantur in decursu annorum quindecim scuta trecenta novem, & obuli septuagintaduo cum dimidio alterius obuli paris; & ulterius præfatæ Cancellariæ Apostolicæ Officialibus, pro præfata Præpositura ad Sanctum Stephanum Gradiscæ, ut supra, unita, singulis pariter quindenniis, ducatos auri de Camera similes centum & tres, qui conficiunt summam centum octoginta scutorum dictæ monetæ, & obulorum vigintiquinque; itaut ambabus dictis partitis computatis, pro tempore existentes Capitulum, & Canonici præfatæ Archiepiscopalis Ecclesiæ Goritiensis per Nos, ut præfertur, erectæ tenebuntur, & obligati erunt solvere singulis quindenniis scuta quadringenta octoginta novem, & obulos nonaginta septem præfatæ monetæ, quæ singulis annis repartita, quolibet anno constituunt summam scutorum trigintaduorum, & obulorum sexaginta sex cum dimidio alterius obuli similis.

Conceditur facultas Capitulo condendi, reformandi, ac corrigendi statuta pro œconomica bonorum administratione, & Ecclesiæ servitio.

§. 13. Præterea eisdem futuris, & pro tempore existentibus Ecclesiæ Goritiensis Archiepiscopo, Capitulo, & Canonicis, & Dignitates præfatas obtinentibus, ut ipsi capitulariter congregati pro dictæ Ecclesiæ Goritiensis, ac illius Mensæ Capitularis, Sacristiæ, & Fabricæ, earumque rerum, & bonorum tam spiritualium, quàm temporalium prospero, felicique statu, regimine, gubernio, & directione, ac onerum eis pro tempore respectivè incumbentium supportatione, Missarum, Horarum Canonicarum diurnarum, & nocturnarum, aliorumque Divinorum Officiorum, Processionum, Funeralium, & Anniversariorum celebratione, ac de Dignitatibus, Canonicatibus, & Præbendis, ac Mansionariis præfatis, aliisque Ministeriis Ecclesiasticis, inibi pro tempore providendorum receptione, & admissione, personali residentia, distributionum etiam quotidianarum, & emolumentorum quorumcumque repartitione, & amissione, pœnarum per absentes a Divinis Officiis, & Functionibus, suis loco, tempore non interessentes, seu onera, & ministeria eis respectivè incumbentia subire negligentes incurrendarum impositione, atque incursu, singulorum præsentiis, & absentiis notandis, Cœremoniis, & Functionibus in præfata Ecclesia, illiusque Choro, Capitulo, Processionibus, & aliis actibus servandis, necnon præfatæ Ecclesiæ Ministris deputandis, & amovendis, salariis, & stipendiis, eorum cuilibet assignandis, ac quibusvis aliis rebus, in præmissis, & circa ea quomodolibet necessariis, & opportunis, quæcumque Statuta, Ordinationes, Capitula, & Decreta, licita tamen & honesta, & sacris Canonibus, ac præfati Concilii Tridentini Decretis, & Constitutionibus Apostolicis non contraria, condere, & edere, conditaque, & edita, pro temporum, & rerum varietate & qualitate, mutare, limitare, corrigere, declarare, & interpretari, ac in meliorem formam redigere, seu alia de novo etiam ex integro condere, & per eos, ad quos pro tempore spectabit, sub pœnis in contrafacientes statuendis, observari facere, liberè & licitè valeant, plenam, liberam, & omnimodam facultatem, potestatem, & auctoritatem, eadem Apostolica auctoritate similiter perpetuò concedimus, & impertimur.

Ac Dignitatibus, & Canonicis Cappæ Magnæ, Mansionariis autem Almutiæ usus.

§. 14. Ulterius futuris præfatæ Ecclesiæ in Archiepiscopalem, ut præfertur, erectæ Præposito, & Decano, ac Primicerio, & quinque Canonicis, necnon sex Mansionariis præfatis, eorumque in Præpositura, & Decanatu, & Primiceriatu, ac singulis Canonicatibus & Præbendis, necnon sex Mansionariatibus hujusmodi successoribus respectivè pro tempore existentibus, ut ipsi Præpositus videlicet, ac Decanus, & Primicerius, ac quinque Canonici præfati, Cappam magnam violacei coloris cum pellibus Armellinis subsutam, & Rochettum; Mansionarii verò præfati Almutiam, tam in præfata Ecclesia in Archiepiscopalem, ut præfertur, erecta, quàm extra eam, & tam in Processionibus, quam aliis actibus, & functionibus quibuscumque publicis, & privatis, etiam extra Civitatem Goritiensem præfatam, ac ubique locorum, etiam in Synodalibus, Provincialibus, Universalibus, Generalibusque Conciliis, ac etiam in præsentia dictorum Venerabilium Fratrum Nostrorum præfatæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium de Latere Legatorum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & Ordinarii etiam proprii, ac aliorum quorumcumque, ac etiam in ipsius Ecclesiæ Choro, & Capitulo, quibusvis anni temporibus, & diebus, deferre & gestare, illisque respectivè uti liberè, & licitè valeant, & possint.

Universa denique jura cæteris Capitulis quomodolibet competentia.

§. 15. Eisdem quoque Præposito, & Decano, ac Primicerio, & quinque Canonicis, necnon sex Mansionariis pro tempore existentibus præfatis, ut ipsi eorumque Officiales, ac Ministri, ac res, bona, proprietates, & jura quæcumque, omnibus & singulis tam spiritualibus, quàm temporalibus privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, præeminentiis, antelationibus, concessionibus, indultis, favoribus, & gratiis, quibus aliarum similium Archiepiscopalium, & Metropolitanarum Ecclesiarum illarum Partium Capitula, Dignitates, Canonicatus & Præbendas, ac Mansionariatus in eis obtinentes, eorumque Officiales, & Ministri, ac bona, jura, res, & proprietates, de jure, usu, consuetudine, privilegio, aut aliàs quomodolibet, non tamen titulo oneroso, aut ex Indulto, seu privilegio particulari, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, aut uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, similiter, & pariformiter, ac æquè principaliter, & ubique, absque ulla prorsus differentia, dummodo tamen illa sint in usu, & non revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, sacrisque Canonibus, & præfati Concilii Tridentini Decretis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis non repugnent, uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè etiam possint, & valeant, perinde ac si eis nominatim, & expressè concessa fuissent, eadem Apostolica auctoritate etiam perpetuò concedimus, & indulgemus.

Jus nominãdi ad Metropolitanã Ecclesiam, Dignitates, Canonicatus, Mansionariatus, & Cappellanias, re-

§. 16. Et insuper, attentis præfatæ Mariæ Theresiæ Reginæ peculiaribus meritis, dum ipsa pro erectione novæ Archiepiscopalis Ecclesiæ Goritien. hujusmodi, consensum præstitit unioni Beneficiorum aliquot Ecclesiasticorum de suo jure patronatus existentium, ac considerabilibus muneribus, & donativis eidem Archiepiscopali Ecclesiæ

Go-

Anno 1752. Servatur favore Reginæ Hungariæ ejusque Filiorum, & Descendentium.

Goritienſi per eam factis, ſperantes etiam quod in poſterum, pro ejus ſingulari liberalitate, alia familia, aut majora facere poſſit, eidem Mariæ Thereſiæ Reginæ, ejuſque Filiis, & Deſcendentibus, Jus nominandi ad præfatam Archiepiſcopalem Eccleſiam, tam hac prima vice, a primæva illius erectione & inſtitutione per Nos, ut præfertur, factis, Paſtoris ſolatio deſtitutam, quàm deinceps, quoties eam pro tempore quomodolibet, non tamen per obitum apud Sedem Apoſtolicam præfatam, etiam Paſtoris ſolatio deſtitui contigerit, Perſonam idoneam, per Nos, & Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, ad nominationem hujuſmodi, eidem Eccleſiæ Goritienſi in Archiepiſcopum præficiendam, necnon ad Præpoſituram, & Decanatum, & Primiceriatum, & quinque Canonicatus & Præbendas, ac ſex Manſionariatus præfatos, necnon ad unam, & alteram perpetuas Cappellanias in præfata Eccleſia Patriarchali Aquilejenſi per Nos, ut præfertur, ſuppreſſa, & extincta, pro celebratione Miſſarum, & Anniverſariorum præfatorum, inibi per unum & alterum Presbyteros, Cappellanos nuncupandos, obtinendas, deſtinatos, &, ut præfertur, erectos & erectas hujuſmodi, quandocumque, & quotieſcumque illos, & illas de cætero, quibuſvis modis, & ex quorumcumque perſonis, etiam Noſtris, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, ſeu quorumvis præfatæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, etiam tunc viventium, Familiaribus, & continuis Commenſalibus, ſeu præfatæ Romanæ Eccleſiæ & Curiæ Officialibus, aut aliàs reſervationem, & affectionem inducentibus, ſeu per liberas, etiam ex cauſa permutationis, reſignationis de illis in Romana Curia præfata, etiam in Noſtris, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis manibus, vel extra eam quomodolibet, reſpectivè factas & admiſſas, aut affequutionem aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quavis auctoritate collatorum, ſeu illos & illas pro tempore reſpectivè obtinentium in aliquo ex menſibus Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti præfato, ac eidem Sedi Apoſtolicæ reſervatis, non tamen per obitum apud Sedem eamdem, deceſſum, vel quamvis aliam dimiſſionem, amiſſionem, privationem, Religionis ingreſſum, & profeſſionis in ea emiſſionem, Matrimonii contractum, aut alias quomodocumque, & qualitercumque vacare contigerit, perſonas itidem idoneas, in Præpoſitura per Nos, ut præfertur, erecta præfata, quovis modo, & in quibuſvis menſibus pro tempore vacante, per Ordinarium Loci; in Primiceriatu vero, ac ſingulis quinque Canonicatibus, totidemque Præbendis, ac ſex Manſionariatibus, necnon una & altera Cappellaniis per Nos, ut præfertur, erectis hujuſmodi, non tamen in infraſcriptis ſex menſibus pro tempore vacan., neque in dicto Decanatu quovis modo, & in quibuſvis menſibus etiam pro tempore vacante, etiam per eumdem Ordinarium Loci reſpectivè inſtituendas, ſimili Apoſtolica auctoritate pariter perpetuo reſervamus, concedimus, & aſſignamus; necnon Jus nominandi hujuſmodi tam ad dictam Eccleſiam Goritienſem, quàm ad Præpoſituram, & Decanatum, & Primiceriatum, & quinque Canonicatus, totidemque Præbendas, & ſex Manſionariatus, ac unam & alteram Cappellanias per Nos, ut præfertur, erectas & erectos hujuſmodi, Regium exiſtere, eidemque Mariæ Thereſiæ Reginæ, ejuſque Filiis, & Deſcendentibus præfatis, ſemper & perpetuò competere, illudque vim, effectum, naturam, ſubſtantiam, eſſentiam, qualitatem, validitatem, & roboris firmitatem Juris nominandi Regii hujuſmodi obtinere, ac uti tale ſub quacumque derogatione, etiam cum quibuſvis prægnantiſſimis, & efficaciſſimis clauſulis, & decretis, in quacumque diſpoſitione etiam per viam Conſtitutionis, Legis, Regulæ Cancellariæ Apoſtolicæ, aut alias quomodocumque facta, nullatenus comprehendi, neque illi ullo unquam tempore, & ex quavis cauſa derogari poſſe, neque debere, ac collationes, proviſiones, & quaſvis alias diſpoſitiones de Præpoſitura, & Decanatu, ac Primiceriatu, & quinque Canonicatibus, totidemque Præbendis, ac ſex Manſionariatibus, necnon una & altera Cappellaniis, ut præfertur, erectis hujuſmodi, abſque ipſius Mariæ Thereſiæ Reginæ, ejuſque Filiorum, & Deſcendentium præfatorum conſenſu, ſeu nominatione, pro tempore factas, proceſſuſque deſuper habendos, & inde ſequenda quæcumque, nulla & invalida, nulliuſque roboris, vel momenti fore & eſſe, ac pro nullis & infectis haberi, nec jus, aut coloratum titulum poſſidendi cuiquam per illa tribui poſſe decernimus.

Quando expediendæ ſint Litteræ Apoſtolicæ, & cum quibus expreſſionibus.

§. 17. Cum hoc tamen, quod quoties præfatam Eccleſiam Goritienſem Paſtoris ſolatio deſtituti, ac Decanatum præfatum quovis modo, & in quibuſvis menſibus, præfatum verò Primiceriatum, ac quinque Canonicatus, totidemque Præbendas, & ſex Manſionariatus, ac unam & alteram Cappellanias, ut præfertur, erectos & erectas hujuſmodi, in ſex menſibus, ſcilicet Januarii, Martii, Maii, Julii, Septembris, & Novembris, Sedi Apoſtolicæ præfatæ juxta Concordata Germaniæ reſervatis, vacare contigerit, ad illam, & illos, ac illas nominatio hujuſmodi, Nobis, & Succeſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus tantum fieri debeat, & ad illos, & illas reſpectivè, ut præfertur, pro tempore nominati, Litteras Apoſtolicas, cum expreſſione tamen fructuum tam Decanatus, quàm Primiceriatus, ac quinque Canonicatuum, totidemque Præbendarum, necnon ſex Manſionariatuum, & unius, & alterius Cappellaniarum hujuſmodi, in vigintiquatuor ducatis auri de Camera hujuſmodi, juxta ſtylum Germaniæ, expedire teneantur; ad Eccleſiam præfatam verò Goritienſem pro tempore etiam nominati pariter Litteras Apoſtolicas expedire, ac jura præfatæ Cameræ Apoſtolicæ, & illis propterea debita, juxta taxam, quæ ab eorumdem Cardinalium Collegio præfato, habito reſpectu ad præſentes reddit us Menſæ Archiepiſcopalis Goritienſis præfatæ, necnon ad aliam taxam correſpondentem redditibus a præfato Monaſterio Sancti Petri de Roſacio, ut præfertur, diſmembratis, & pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Goritienſi aſſignatis, in ſumma ſeptingentorum florenorum auri hujuſmodi, ſtatuta fuit, & quam in eadem ſumma in Libris Cameræ Apoſtolicæ præfatæ deſcribi volumus; & in qua taxa florenorum ſeptingentorum, comprehendi debeat taxa Communis dicti Monaſterii Sancti Petri de Roſacio Goritienſis Diœceſis, quæ ab Archiepiſcopis Goritienſibus pro tempore, utpote in proviſione Eccleſiæ Archiepiſcopalis ſolvenda, in Litteris Apoſtolicis Commendæ ejuſdem Monaſterii deſuper expeditis perſolvi non debebit, perſolvere ſimiliter teneantur.

Clauſulæ pro præmiſſorum firmitate.

§. 18. Præſentes quoque Litteras ſemper & perpetuò validas, & efficaces eſſe & fore, nec ullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, ſeu invaliditatis vitio, ſeu intentionis Noſtræ, aut alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, ſeu in jus, vel controverſiam vocari, aut adverſus illas quodcumque juris vel facti, aut gratiæ vel juſtitiæ remedium impetrari poſſe, nec illas ſub quibuſvis ſimilium vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam per Nos, & Sedem Apoſtolicam præfatam, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, & ſub quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, pro tempore factis, & faciendis, comprehendi, vel

confundi, sed tanquam ad Fidei Catholicæ exaltationem, Divinique Cultus incrementum, & animarum ædificationem, & solatium, factas, & emanatas, semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, ac plenariè reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data, per futuros, & pro tempore existentes Archiepiscopum, & Capitulum, ac Canonicos Goritienses præfatos, ac alios, quorum favorem eædem præsentes Litteræ quomodolibet concernunt, quandocumque eligenda, concessas, validasque fore & esse, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: & sic ab omnibus censeri, & ita per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, & quoslibet alios quavis prærogativa, & privilegio fungentes, ac honore, & præeminentia fulgentes, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane Motu pari similiter decernimus &c. &c. &c.

Aliter judicari prohibetur.

Derogatio contrariis.

§. 19. Non obstantibus priori voluntate Nostra præfata, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ Octavi etiam prædecessoris Nostri de una, & Concilii Generalis de duabus Dietis, dummodo ultra tres Dietas aliquis vigore præsentium ad judicium non trahatur, ac quibusvis aliis, etiam in Synodalibus, Provincialibus, Generalibusque Conciliis editis vel edendis, specialibus vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Nostris & Cancellariæ Apostolicæ præfatæ Regulis, de jure quæsito non tollendo, ac de gratiis adinstar non concedendis, necnon Lateranensis Concilii noviſſimè celebrati, uniones, & applicationes perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, ac quatenùs opus sit, primodicti Monasterii, & Ordinis præfati, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis, quibusvis Superioribus, & Personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficaciſſimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, aut aliàs quomodolibet, etiam pluries, & iteratis vicibus concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis, necnon præfata ultima dicti quondam Augustini Codelli voluntate, & dispositione. Quibus omnibus & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, aliàs de illis, eorumque totis tenoribus, speciális, specifica, & expressa, ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita, & peculiaris forma servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum omnium & singulorum validitatis effectum, hac vice dumtaxat specialiter & expresè, ac latissimè & plenissimè harum quoque serie, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus derogamus, contrariis quibuscumque &c.

Sanctio pœnalis.

§. 20. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ absolutionis, perpetuæ suppressionis, extinctionis, erectionis, concessionis, dismembrationis, separationis, affignationis, unionis, declarationis, applicationis, annexionis, incorporationis, facultatum impartitionis, indulti juris nominandi, reservationis, & extensionis, decreti, mandati, & commissionis, collationis, provisionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo septingenteſimo quinquageſimo ſecundo, Quartodecimo Kalendas Maii, Pontificatus Noſtri Anno Duodecimo.

Dat. 18. Aprilis 1752.

Expedita in Cancellaria Apoſtolica.

Privilegia & Indulta conceſſa Confraternitati Sanctæ Mariæ *de Succurſu contra Infideles* in Civitate Januæ erectæ ampliantur, & declarantur. II.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

PIas Chriſtifidelium Societates Omnipotentis Dei cultum per aſſidua Religionis obſequia, ſimulque Proximorum utilitatem, per impenſa Charitatis officia promoventes, Apoſtolicæ liberalitatis favoribus, & gratiis libenter cumulamus, ac etiam Indulta, & Privilegia ſemel ipſis conceſſa ampliamus, & declaramus, prout in Domino ſalubriter expedire conſpicimus.

Pontificis munificentia in Societates divinum cultum, & proximorum utilitatem promoventes.

§. 1. Cum itaque aliàs a Nobis emanaverint Litteræ in forma Brevis ſub Annulo Piſcatoris, quarum initium eſt -- *Attendentes* -- favore Confratrum piæ Sodalitatis Beatæ Mariæ Virginis *de Succurſu contra Infideles* nuncupatæ in Civitate Januenſi canonicè erectæ, in quibus, inter alia illius Confratribus tunc & pro tempore exiſtentibus conceſſa Privilegia, & Indulta, hoc etiam continetur, quod Confratres prædicti in Januenſi Ditione, & Dominio commorantes, & eleemoſynas juxta Confraternitatis hujuſmodi Statuta promptè contribuentes, ſeu alia pia opera in Statutis ipſis contenta & expreſſa adimplentes, Privilegio veſcendi ovis, & lacticiniis, diebus Dominicis, & quibuſlibet ſecundis, tertiis, & quintis Feriis cujuſlibet Hebdomadæ Quadrageſimæ, exceptis tamen Dominica in Palmis, & Hebdomadæ Majoris reſpectivè nuncupatis diebus, ac ſervata lege jejunii, & unica comeſtione in die, uti poſſent, & valerent, prout in enunciatis Litteris diſtinctius continetur:

Indultum Confratribus jam conceſſum veſcendi ovibus, & lacticiniis certis Quadrageſimæ diebus.

§. 2. Cumque, ſicut nuper pro parte Dilectorum Filiorum modernorum dictæ Congregationis Confratrum Nobis expoſitum fuit, non tam ipſorum majori ſolatio, quàm ipſius Confraternitatis progreſſibus magnopere proficuum fore cenſeatur, ſi Nos privilegium, ſeu Indultum hujuſmodi, ad alios omnes Quadrageſimæ dies ampliare, & extendere dignaremur: Nos, qui ejuſdem Confraternitatis utilitatem, ac etiam augmentum ſinceris deſideramus affectibus, illius Confratres prædictos, eorumque ſingulares perſonas, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus

Protenditur ad omnes Quadrageſimæ dies, ſervata tamen lege jejunii.

quo-

quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; supplicationibus pro eorum parte Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, & Apostolicæ potestatis plenitudine, supradictum Privilegium, seu Indultum, Ovis, & Lacticiniis certis Quadragesimæ diebus vescendi, eidem Confraternitati, ejusque Confratribus, ut præfertur, concessum, non solum confirmamus, & approbamus; Verum etiam ipsis modernis, & pro tempore existentibus ejusdem Confraternitatis Confratribus prædictis, in Reipublicæ Januensis Ditione, & universo Dominio tantùm commorantibus, non tamen illis, qui Archiepiscopi, Episcopi, & inferiores Prælati, nec non cujusvis Regularis Ordinis Professores, & quoad Ecclesiasticos sæculares, qui ad Sacrum Presbyteratus Ordinem promoti respectivè sint & fuerint, nisi hujusmodi Archiepiscopi, Episcopi, Prælati, aliique Ecclesiastici Regulares, & Presbyteri Sæculares, sexagesimum ætatis annum compleverint, ut ipsi & eorum singuli, omnibus tam Dominicis, quàm festivalibus diebus Quadragesimæ, etiam Dominica in Palmis, & per Hebdomadam Majorem nuncupatam, iisdem Ovis, & Lacticiniis vesci, servatis tamen in singulis Feriis jejunii legibus, & unica tantum comestione in die, liberè & licitè possint & valeant, præsentium tenore etiam perpetuò concedimus, & indulgemus.

Privilegium eligendi Confessarium, a Reservatis S. Sedi absolvat.

§. 3. Quia verò ad aures Nostras, non sine animi nostri molestia, fide dignorum relatione delatum fuit, aliud Indultum, seu Privilegium in dictis prioribus Litteris Nostris contentum, per quod videlicet concessum fuit, ut singuli dictæ Confraternitatis Confratres Presbyterum quemlibet Confessarium ab Ordinario Loci respectivè approbatum eligere possint, qui unumquemque eorum a peccatis reservatis etiam Sedi Apostolicæ, bis in ipsorum vita, & in eorundem mortis articulo absolvere valeat, ita ab aliquibus intelligi & interpretari, ut singuli Confratres prædicti, novam singulis annis adscriptionem eidem Confraternitati, juxta illius Statuta, obtinentes, duabus vicibus inter unam, & alteram adscriptiones hujusmodi, hoc est duabus vicibus in singulos annos, absolutionem a casibus reservatis, & quidem non solum Sedi Apostolicæ prædictæ, sed etiam Ordinariis Locorum respective reservatis, sine eorundem Ordinariorum licentia, solo dictarum Litterarum Nostrarum vigore, recipere possint: Nos interpretationes hujusmodi, tam rectæ disciplinæ perniciosas, quàm etiam Nostræ menti, ac voluntati contrarias, de medio tollere volentes; Motu proprio, ac certa scientia, earundem præsentium tenore edicimus & declaramus, Nostræ mentis, ac voluntatis nunquam fuisse, nec esse, ut prædictæ Confraternitatis Confratres, vigore dictarum Litterarum Nostrarum, extra mortis articulum, plusquam duabus vicibus in toto ipsorum vitæ decursu, quantumvis pluries eidem Confraternitati se adscripserint, Privilegio prædicto sibi concesso, eligendi videlicet Confessarium, qui eos a casibus reservatis absolvat, uti, aut gaudere; nec etiam, ut Confessarii ab iisdem Confratribus sic electi, earundem Litterarum Nostrarum vigore, ipsos a casibus Ordinariis Locorum respectivè reservatis, sine eorundem Ordinariorum licentia, absolvere possint, & valeant; nec unquam hujusmodi eligendi, & respectivè absolvendi facultatem, ultra duas vices in toto cujuslibet Confratris vitæ cursu, extra ipsorum mortis articulum, & præterquam in casibus Nobis, & Sedi Apostolicæ dumtaxat, non verò etiam Ordinariis Locorum reservatis, nisi eorundem Ordinariorum licentia respectivè accedat, per Nos in præcitatis Nostris Litteris concessam fuisse; & consequenter absolutiones, in vim earundem Litterarum, contra præsentis declarationis Nostræ tenorem, forsan de præterito impertitas, aut in posterum impertiendas, nemini suffragari potuisse, sivè posse, decernimus & declaramus; & ita censeri volumus, atque præcipimus; rejectis interpretationibus superiùs enunciatis, quas Nos earundem præsentium tenore, & Apostolica auctoritate, reprobamus, & a quolibet cujusvis status, gradus, conditionis, & Ordinis, etiam necessario forsan exprimendi, teneri, tradi, defendi, aut in praxim deduci prohibemus, & interdicimus; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Bis tantum in vita eo uti possunt Confratres, non obstantibus iteratis adscriptionibus Confraternitati.

Nec eo continetur facultas absolvendi a reservatis Ordinario.

§. 4. Ut autem præsentis declarationis Nostræ, nec non reprobationis, & prohibitionis hujusmodi tenor, ad eorumdem Confratrum, & quorumcumque Confessariorum ab ipsis forsan eligendorum, aliorumque in præmissis interesse habentium, notitiam certius perducatur; Nos earundem præsentium serie, & auctoritate prædicta, Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, ac Dilectis etiam Filiis Prælatis inferioribus, Locorum Ordinariis, in prædicta Ditione, & universo Dominio Reipublicæ Januensis constitutis, committimus & demandamus, ut de vero sensu dictarum priorum Litterarum Nostrarum, & de præsenti voluntate Nostra, prædictos omnes, in suis quique Civitatibus, Diœcesibus, & Territoriis, instructos reddant, aliisque opportunis rationibus animarum securitati, & Apostolicorum Decretorum observantiæ prospiciant. Quocirca volumus, ut præsentium Litterarum transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem ubique fides habeatur, quæ ipsis originalibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Ordinariis locorum committitur hujusce declarationis publicatio, & executio.

Fides asseritur transumptis.

§. 5. Nulli ergò omninò hominum liceat paginam hanc Nostrarum confirmationis, ampliationis, concessionis, Indulti, declarationis, prohibitionis, mandati, commissionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Sanctio.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo secundo, duodecimo Kalendas Septembris, Pontificatus Nostri Anno XIII.

Dat. 21. Augusti 1752.

D. Card. Passionеus.

J. Datarius.

VISA

De Curia J. C. Boschi.

Loco † Plumbi

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Confirmatio Concordiæ inter Episcopum Herbipolen., & Abbatem Monasterii Abbatiæ nuncupati Fulden., Ordinis S. Benedicti, Nullius Diœcesis Provinciæ Moguntin. super Jurisdictione quasi Episcopali in Clerum, & Populum Ditionis præfati Monasterii. III.

INNOCENTIUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Uberes fructus in animarum salutem ex concordia inter Præsules promanantes.

INEFFABILI Dei bonitate in supremo Apostolatus Solio præsidentes, inter Pastoralis Officii Nostri curas, nil magis cordi Nobis est, nilque ferventiùs exoptamus, quàm pacem inter Catholicarum Ecclesiarum, præsertim inter se vicinos, Antistites fovere, augere, illamque perpetuò conservare, ad hoc ut ipsi Antistites, semotis a se quibus-

cumque

cumque animi molestiis, possint quietâ mente, & tranquillo corde, non solum doctrina verbi, sed etiam exemplo boni operis, suæ curæ Pastorali commissas oves ad Cœlestia Regna perducere: Quamobrem ea libenter concedimus, quæ ad pacem ipsam inter eos conservandam magis apta esse dignoscuntur, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Ad evellendas lites sæpe enascentes plures inter Episcopos, & Abbates initæ fuerunt transactiones

§. 1. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Venerabilis Fratris Nostri Caroli Philippi moderni Episcopi Herbipolen., & Dilecti filii Amandi moderni Abbatis Monasterii Abbatiæ nuncupati Fulden. Ordinis Sancti Benedicti Nullius Diœcesis Provinciæ Moguntin., ac respectivè Sacri Romani Imperii Principum, petitio continebat, quod cum aliàs non exigui momenti lites & controversiæ, inter tunc existentes Episcopum Herbipolen., & Abbatem præfati Monasterii, ex una, & altera Partibus, præsertim super Jurisdictione quasi Episcopali in Clerum, & Populum Ditionis præfati Monasterii, exortæ viguissent: Demum de Anno Domini millesimo septingentesimo vigesimo secundo, ad conciliandam inter eos, uti vicinos Principes, eorumque vicinos Principatus, firmam pacem & sinceram amicitiam, de consensu tam Ecclesiæ Herbipolen. Capituli & Canonicorum, quàm præfati Monasterii Conventus & Monachorum tunc existentium, quasdam litium præfatarum per tot longum tempus agitatarum via amicabili extinctivas conventiones ediderunt. Cupientes modo tam Carolus Philippus Episcopus, quàm Amandus modernus Abbas præfatus, inter eos, uti vicinos Principes, perfectam constantemque pacem, & amicabilem tranquillitatem, novis veteri transactioni superadditis stipulationibus, ac respectivè modificationibus, novam cum totius & integri præteritarum supradictarum Conventionum tenoris insertione, ac modernorum Capituli, & Canonicorum dictæ Ecclesiæ Herbipolen., ac Conventus & Monachorum præfati Monasterii respectivè consensu, ac instituto, & celebrato tam per præfati Caroli Philippi Episcopi, quàm per Amandi Abbatis præfati, respectivè Deputatos, Legatos, & Consiliarios, Conventu, habitaque matura deliberatione, Concordiæ Instrumentum in quinque Capitibus seu Paragraphis consistens confecerunt, cujus Instrumenti tenor est, qui sequitur.

Tenor instrumenti recentioris transactionis quinque capitibus distinctæ.

§. 2. Nos Dei & Apostolicæ Sedis gratia Carolus Philippus Episcopus Herbipolensis Sacri Romani Imperii Princeps Franciæ Orientalis Dux &c. -- Et Nos gratia eadem Amandus Sacri Romani Imperii Princeps & Abbas Fuldensis Augustissimæ Romanorum Imperatricis Archicancellarius per Germaniam & Galliam Primas &c. -- Notum facimus per præsentes, earumque tenore declaramus, pro Nobis, nostrisque Ecclesiis, & Successoribus, quod cum usque ab anno millesimo septingentesimo vigesimo secundo, inter bonæ memoriæ Joannem Philippum Franciscum Episcopum Herbipolensem, & bonæ memoriæ Constantinum Abbatem ac Principem Fuldensem, Prædecessores nostros, de consilio, & consensu utriusque Capituli, inita, atque erecta fuerit quædam concordia extinctiva litium a pluribus retro annis inter utramque Ecclesiam super jurisdictione diœcesana vigentium, reservato quidem, & variis interjectis impedimentis non secuto usque in præsens, Apostolicæ Sedis beneplacito; Nos Antecessorum nostrorum vestigia sectantes, ac probè perpendentes, quantum rei Catholicæ, hac præsertim difficili & periculosa temporum conditione, interfit, ut pax & sincera amicitia foveatur & jugiter conservetur inter Principes Ecclesiasticos Imperii Germanici, Territoria contermina habentes; maximè vero etiam excitati paternis, iisdemque geminatis adhortationibus Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI PAPÆ XIV. felicissimè & gloriosissimè regnantis, qui sane, pro ea, qua eminet, summa & admirabili sapientia, quid singulis per orbem Diœcesibus, Fideique, ac Religionis bono magis sit opportunum, & quid promovendæ animarum saluti potissimum conducat, unus omnium optimè perspicit; in id curam, animosque nostros convertimus, ut dudum agitata inter prædecessores nostros, subinde verò intermissa pacis, & concordiæ studia, resumeremus, novisque veteri transactioni superadditis stipulationibus, & respectivè modificationibus, ad perfectam Ecclesiarum nostrarum pacem & tranquillitatem, necnon ad conciliandum inter vicinos Principatus nostros arctioris conjunctionis, necessitudinis, officiorumque vinculum, in eum, qui sequitur, modum conveniremus. Placuit itaque ante omnia supradictam Concordiam anno millesimo septingentesimo vigesimo secundo Carolostadii inter præfatos prædecessores nostros initam, ejusdemque singula capita, nisi in quantum illis per infrascriptas novas conventiones derogatum fuerit, in toto suo robore permanere; ac proinde totum, atque integrum ejus tenorem hoc loco repetere & inserere, qui talis est --

Vetus transactio stipulata anno 1722.

§. 3. „ Nos Dei, & Apostolicæ Sedis gratia „ Joannes Philippus Franciscus Episcopus Her„ bipolensis, Franciæ Orientalis Dux, Sac. Rom. „ Imperii Princeps, Ecclesiæ Metropolitanæ Mo„ guntinæ Præpositus &c. -- Et Nos gratia ea„ dem Constantinus Sacri Romani Imperii Prin„ ceps, & Abbas Ecclesiæ Fuldensis, Divæ Au„ gustæ Archi-Cancellarius, per Germaniam, & „ Galliam Primas &c. -- Notum facimus, & te„ nore præsentium declaramus, pro nobis, no„ strisque Ecclesiis, & Successoribus, qualiter „ cum jam de anno millesimo sexcentesimo se„ xagesimo secundo a Venerabilibus piissimæ „ memoriæ Dominis Prædecessoribus nostris, „ super prætensa ab Ecclesia Herbipolensi in cer„ ta Loca, ac Ditionis Fuldensis Parochias, spi„ rituali jurisdictione, Concordia quædam ini„ ta, in Curia autem Romana variis ex causis re„ scissa, onerosæ deinde, ac diuturnæ litis reassu„ mendæ occasio fuerit; insuper non sine fun„ damento timendum sit, ne idem Processus om„ ni adhibita industria adhuc annis quampluri„ mis perseverare, & inter utramque Ecclesiam „ perpetuos discordiarum fomites alere valeat; „ unde nos, difficillimorum temporum pericula, „ & eventus præ oculis habentes, iisque matura „ utrinque deliberatione perpensis, judicavi„ mus nobis, nostris Successoribus, Ecclesiis, „ & subditis, tam in spiritualibus, quàm tem„ poralibus, consultum magis ac prospectum „ fore, si per novam a Sancta Sede Apostolica „ confirmandam Concordiam, liti huic modus, „ ac finis imponeretur. Eapropter, tractatibus „ præviis per Plenipotentiarios nostros Carolo„ stadii de præterito mense Majo Anni currentis „ desuper habitis, specialiter verò de scitu, & „ consensu plurimum Reverendorum, Perillus„ trium, ac nobis Episcopo, & Principi Herbi„ polensi Dilectorum & Devotorum, Præpositi, „ Decani, & Capituli Ecclesiæ nostræ Cathedra„ lis Herbipolensis, tum etiam plurimum Reve„ rendorum, Perillustrium, ac nobis Abbati, „ & Principi Fuldensi Dilectorum, & Devoto„ rum, Decani, Præpositorum, & Capituli Ec„ clesiæ Fuldensis, ad stabiliendam veram ami„ citiam, & sinceram vicinitatem, illa, quæ „ hic subnectuntur, transegimus, ac eâ, qua se„ quitur, formâ concordavimus --

Territorium separatum cum amplissimo jure in Clerum, & Populum asseritur Abbati

§. 4. „ Nos Episcopus Herbipolensis Di„ lectioni suæ Fuldensi, ejusque Successoribus, „ ratione spiritualis hactenus controversiæ juris„ dictionis, nullam amplius in futurum litem mo„ vebimus, sed illam ex nunc, & in perpetuum,

eidem,

„ eidem, ejusque Successoribus, ac Ecclesiæ Fuldensi liberè taliter cedimus, seu relinquimus, ut „ Ecclesia, & Diœcesis Fuldensis sit, maneatque „ *Nullius*, habeatque ejusdem Antistes in Clerum, „ & Populum jurisdictionem ordinariam privativè, „ qualis de facto Reverendissimo Fuldensi, sive „ de jure, sive ex privilegio, sive ex præscriptione, aut consuetudine competit; hancque jurisdictionem exerceat, ut hactenus exercita est, tam in Civilibus, & Matrimonialibus „ Laicorum, quàm in Beneficialibus, & Criminalibus Clericorum, aliisque Ecclesiasticis cau„ sis, & ordinationibus quibuscumque, sive per „ se, sive per Vicarium, aut Commissarium suum, „ quos constituere, aut destituere; sicut & Clerum in omnibus tam Curatis, quàm non Curatis Beneficiis instituere, aut destituere, visitare, Synodum congregare; & alia omnia facere, quæ a jurisdictione quasi Episcopali dependent, ipsi semper integrum & liberum sit, „ sine ullo ad nos Episcopum Herbipolensem appellandi jure; & salva libertate, pro iis, quæ „ sunt Ordinis, quæque, ex defectu Gradus, „ Reverendissimo Fuldensi haud competunt, non „ tantum Regulares, sed & Clericos sæculares „ sui Territorii, pro Ordinibus sacris suscipiendis, mittendi ad quemcumque Antistitem, gratiam & communionem Sanctæ Sedis Apostolicæ habentem; salva item libertate quemcumque accersendi Catholicum Antistitem pro Sacramento Confirmationis, consecrandis Ecclesiis, Altaribus &c. -- E contra nos Abbas, & „ Princeps Fuldensis hanc a Dilectione sua Herbipolensi voluntariè nobis declaratam desistentiam, „ & cessionem, sive relictionem, perpetua gratitudine recognoscentes, concessimus & rati habuimus, ut eadem non vigeat, vel duret diutius, quam quousque Ecclesia, & Principatus „ Fuldensis, juxta Fundatorum mentem, sub „ Catholicorum manibus perstiterit, si vero per „ vim majorem, seu aliam quamcumque viam „ (quod Deus avertat) contigerit Ecclesiam Fuldensem in Laicales Catholicorum, aut Acatholicorum manus incidere, tunc Ecclesia Herbipolensis prætensum jus suum Episcopale hoc „ in casu libere exerceat, & tandiu manuteneat, donec Ecclesia Fuldensis in statum pristinum fuerit redintegrata, ac restituta -- Ut „ tamen tristes hujusmodi eventus melius arceantur, nos Episcopus Herbipolensis Ecclesiæ Fuldensi adversus omnes, & singulas hostium in„ festationes, atque violentas incursiones, omnem, quam fida ac sincera vicinitas exigit, „ operam, & assistentiam toties præstare appromittimus, quoties requisiti desuper fuerimus, „ & temporum circumstantiæ idem postulaverint -- „ Ut vero amica hæc concordia, & mutua partium „ conventio, eò firmiùs in suo vigore conserve„ tur, quivis Abbas & Princeps Fuldensis, ad „ ingressum regiminis sui, epistolam, & quivis „ Episcopus Herbipolensis responsionem transmit„ tere teneantur, tenore sequenti --

Formula epistolæ, qua Abbas suam electionem nunciat Episcopo.

§. 5. „ *Amica officiorum nostrorum oblatione* „ *prævia, & quidquid alias boni ac grati præsta*„ *re possumus, Rme Princeps, Domine, Amice,* „ *& Vicine in primis Dilecte -- Dilectionem ve*„ *stram pro constanti propensæ vicinitatis confiden*„ *tia latere nolumus, quod nos, post obitum Do*„ *mini nostri Antecessoris N. piissimæ memoriæ,* „ *unanimi perillustris Capituli nostri suffragio, in* „ *Abbatem & Principem Fuldensem non ita pridem,* „ *& quidem die N., canonice electi fuerimus, de* „ *facto quoque in actuali, & quieta Abbatiæ, &* „ *Principatus nostri possessione constituti simus. Cum* „ *autem probè recordemur Concordiæ inter Dilectio*„ *nem vestram, (aut vestræ Dilectionis Dominum* „ *Prædecessorem Joannem Philippum Franciscum),* „ *ac inter Dominum nostrum Antecessorem Constan*„ *tinum, anno millesimo septingentesimo vigesimo se*„ *cundo, super prætensa, ac in mododicto anno no*„ *bis in perpetuum cessa, sive relicta Jurisdictione* „ *Ecclesiastica in aliquibus locis nostri territorii, ini*„ *tæ, ac conventionis ibidem adjectæ, quatenus pro* „ *jugi renovatione perennis amicitiæ per hujusmodi* „ *concordiam stabilitæ, mox ab electione confirma*„ *tio supradictæ concordiæ, sub assecuratione nobis,* „ *& nostræ Ecclesiæ contra quoscumque pro viri*„ *bus præstandæ ad requisitionem assistentiæ, sin*„ *gulis vicibus per litteras petatur, & vicissim a* „ *Dilectione vestra nobis per litteras responsorias* „ *sine ulla recusatione concedatur: Hinc Dilectio*„ *nem vestram hisce amice requirimus, ut ad has* „ *nostras concordiæ sæpedictæ conformes notifica*„ *tionis, & requisitionis Litteras, eo se vicissim* „ *modo erga nos declaret, prout in eadem Concor*„ *dia continetur, & de eadem amice confidimus;* „ *hoc annexo, quod præmemoratæ Concordiæ nul*„ *latenus contraventuri, nec ad perpetuo conservan*„ *dam veram amicitiam eo tempore stabilitam ul*„ *lam unquam occasionem simus prætermissuri; qui* „ *proinde ad exhibenda grata officia semper prompti* „ *permanemus. Datum &c. -- Nos Dei & Apo*„ *stolicæ Sedis gratia &c. &c. -- Dilectionis ve*„ *stræ -- Officiosissimus & Fidelis Amicus, ac Vi*„ *cinus N N.*

Responsionis norma.

§. 6. „ Responsio -- *Officiorum nostrorum amica oblatione prævia, & quidquid alias boni, ac* „ *grati præstare possumus, Reverendissime Prin*„ *ceps, Domine, Amice, & Vicine in primis Di*„ *lecte -- Litteræ Dilectionis vestræ, sub N. ad nos* „ *directæ de ejusdem electione in Abbatem & Prin*„ *cipem Fuldensem fusius nobis retulerunt, ex qui*„ *bus insimul cognovimus id, quod Dilectio ve*„ *stra in vim Concordiæ de anno millesimo sep*„ *tingentesimo vigesimo secundo a nobis amice re*„ *quisivit; quemadmodum igitur Dilectioni vestræ* „ *ad hujusmodi adeptam Dignitatem principalem* „ *a Deo omnem gratiam, & benedictionem ex* „ *corde apprecamur, ita pariter, secundum teno*„ *rem dictarum litterarum, cessionem, seu relictio*„ *nem Ecclesiasticæ jurisdictionis, dictæ Concordiæ* „ *conformem, non solum harum vigore confirma*„ *mus, sed insuper promittimus, quod ubi Dile*„ *ctionem vestram, ejusdem Successores, & Ec*„ *clesiam, contra spem, a quocumque, præsertim* „ *Acatholicis, vel Heterodoxis, vicinis, vel ex*„ *teris, in mentionata Jurisdictione Ecclesiastica, vel* „ *aliis Juris Juribus, præjudicium, aut turbationem* „ *pati contigerit, fida tunc assistentia, pro modo no*„ *strarum virium, non simus defecturi, prout etiam* „ *in omnibus aliis occurrentiis Dilectioni vestræ &c.* „ *&c. -- Nos Dei, & Apostolicæ Sedis Gratia* „ *&c. -- Dilectionis vestræ -- Officiosissimus & Fi*„ *delis Amicus ac Vicinus, N. N. --*

Permutatio quarumdam Ecclesiarum.

§. 7. „ Porro cum ratione Parochiæ in Schon„ dra, ubi temporale dominium Fuldensi Prin„ cipatui competit, inter Ecclesias Herbipolen„ sem, & Fuldensem super spirituali jurisdictio„ ne nonnullæ differentiæ exortæ fuerint -- Nos „ Episcopus Herbipolensis, & Nos Abbas Ful„ densis, ad tollendum omnem offensionis lapi„ dem, ac pro majori utriusque Ecclesiæ utilita„ te, & Fidelium salute, neçessarium & oppor„ tunum esse censuimus, ut ab Episcopo Herbi„ polensi præfata Parochia in Schondra, aliæ„ que Filiales Ecclesiæ, cum alia Parochia, „ aliisque juribus spiritualibus ad Ecclesiam Ful„ densem pertinentibus, utrinque commutentur; „ unde prævio pariter maturo causæ examine, „ taliter rem concordavimus, ut Parochia præ„ dicta, cum Jurepatronatus in Schondra, „ omnesque ejusdem filiales (excepta illa par„ te loci Riedengerg, cujus jurisdictio tempo„ralis ad Ecclesiam Herbipolensem spectat) „ nec non sex filiales Parochiarum, in Hil„ ters, & Wiissensachsen, scilicet Batten, „ Deuten, Seutfers, Findlas, Branda, & Mol„ bers, cum omnibus juribus, & appertinentiis,

„ uti

„ uti & cum oneribus consuetis, ad liberam Ec-
„ clesiæ Fuldensis provisionem, ac dispositionem
„ impositorum in perpetuum pertineant -- E con-
„ tra Ecclesia Herbipolensis, in æquam dictorum
„ jurium compensationem, Parochiam in Eck-
„ weisbach, & Kleinsassen, prout huc usque
„ constituta fuit, cum omnibus filialibus, apper-
„ tinentiis, & juribus (excepto jurepatronatus
„ ad Familiam Nobilium de Rosenbach pertinen-
„ te) prout etiam locum Morlesau filialem Pa-
„ rochiæ in Dippach prope Hammelburg, nec-
„ non jus, quod hactenus Abbatiæ Fuldensi sine
„ contradictione competebat, nominandi ad Ca-
„ nonicatum quemdam, & Præbendam in Eccle-
„ sia Collegiata Sanctorum Petri, & Marcellini
„ in Aschaffenburg Diœcesis Moguntinæ, toties
„ quoties dictum Canonicatum vacare contigerit,
„ vicissim in perpetuum recipiat --

Religiosa promittitur transactionis observantia.

§. 8. „ His ergo fideliter concordatis, Nos
„ supradicti Joannes Philippus Franciscus Episco-
„ pus, & Dux Herbipolensis &c. &c. -- Et Nos
„ Constantinus Abbas, & Princeps Fuldensis &c.
„ &c. -- pro Nobis, & nostris utrinque Succes-
„ soribus, sincerè promittimus, & data nostra
„ fide, verboque Principis interposito, pollice-
„ mur, quod omnes, & singulos Articulos in
„ præsenti Concordia contentos, simul, & quem-
„ libet separatim, firmiter & irrefragabiliter ob-
„ servare, nec contra eos quidquam in perpe-
„ tuum attentare, aut permittere velimus, ut
„ contra eosdem, ulla via, aut medio quocum-
„ que excogitabili, aliquid per nostros unquam
„ attentetur; quemadmodum etiam per hæc su-
„ pra explicata Concordiæ capita, omnes & sin-
„ gulos præteritos tractatus, vigore harum, cas-
„ samus, annullamus, & pro irritis declaramus,
„ iisdem, non minus ac liti in Curia Romana
„ hactenus desuper agitatæ, per expressum in
„ perpetuum renuntiantes. Hanc præterea con-
„ ventionem a summo Pontifice confirmari pro-
„ curabimus; interim omnia superius conventa,
„ & stipulata, suum robur utrinque inconcussè,
„ & irrevocabiliter obtineant. Si verò, citra
„ spem, ante obtentam a Sanctissimo confirma-
„ tionem, nova desuper orirentur diffidia, con-
„ cordia hæc in nullius partis præjudicium queat
„ allegari. In quorum fidem nos principaliter
„ contrahentes, nomine nostro, & Successorum
„ nostrorum, manu propria has Concordiæ pa-
„ ginas signavimus, & nostris communiri sigil-
„ lis mandavimus. Herbipoli die vigesima se-
„ cunda Mensis Decembris Anno eodem -- Joan-
„ nes Philippus Franciscus Episcopus Herbipo-
„ lensis, Franciæ Orientalis Dux -- Constanti-
„ nus -- Similiter Nos, Præpositus, Decanus, &
„ reliqui Ecclesiæ Cathedralis Herbipolensis Ca-
„ pitulares; nec non Nos Decanus, ac totum
„ Capitulum Fuldense, pro Nobis, ac nostris
„ utrinque Successoribus, palam profitemur, quod
„ hæc Concordia cum consilio, scitu, ac con-
„ sensu nostro fuerit erecta, prout etiam in eam-
„ dem hisce omni meliori modo consentimus. In
„ quorum fidem nostra sigilla Capitularia scien-
„ ter appendi jussimus. Actum ut supra --

Primum recentioris transactionis caput, quo definitur jus Episcopi in Præpositu-ram Holtz-kircken.

§. 9. Quæ verò ad stabiliendam hanc no-
vam Concordiam conducere posse videbantur,
prævie instituto Hammelburgi, & celebrato per
Deputatos Legatos, & Consiliarios utrinque no-
stros Conventu, habitaque inter se matura deli-
beratione, præ primis vero ex consilio, & con-
sensu utriusque Capituli Ecclesiarum nostrarum,
ita porrò transegimus, & concordavimus -- *Primò* --
Ecclesiæ Herbipolensi competat Jus Diœce-
sanum cum omnibus suis effectibus in Præpo-
situram Holtzkircken, salva tamen & reservata
Præposito, aliisque Ecclesiæ Fuldensis Conven-
tualibus ibidem pro tempore commorantibus,
exemptione personali, quoad interna, & Regu-
laria, quousque nimirum in eo loco, ad normam
Apostolicarum Constitutionum, erectus non fue-
rit verus, & formalis Conventus Regularis; cui
quidem, dum aliquando fuerit erectus, plenaria
conceditur exemptio passiva, quin tamen vel ipsa
Fuldensis Ecclesia, vel præfata Præpositura in
Holtzkircken ullum territorium separatum, ul-
lumve jus diœcesanum cum qualitate Nullius,
aut aliam quamcumque jurisdictionem in Clerum,
& Populum, sibi arrogare, aut vendicare va-
leant, sed hoc jus diœcesanum, & jurisdictio,
sit, maneatque per omnia penes Ecclesiam Her-
bipolensem. Quapropter donec institutus fuerit
verus Conventus Regularis, Parochus loci de
Holtzkircken pro tempore existens, jus paro-
chiale, & quæ huic juri annexa sunt, tam in
Personas Ecclesiasticas & Regulares ejus Præ-
posituræ, quàm in Officiales, Famulos, alios-
que Domesticos Præposituram inhabitantes, nec
non, & quidem pro quocumque tempore, in
Conductorem, seu Possessorem Molendini spectan-
tis ad Præposituram, non secus atque in alios
suos Parochianos, exerceat.

Secundo capite confirmatur vetus concordia super Præpositura in Zell.

§. 10. *Secundo* -- Firmas etiam consistere vo-
lumus transactiones alias inter Ecclesiam Herbi-
polensem, & Fuldensem circa Præposituram in
Zell prope Fischberg a nostris pariter Prædeces-
soribus Anno millesimo sexcentesimo octogesimo
tertio initas, quibus per hanc novam Concor-
diam nec quidquam sit derogatum; unde eas
hoc etiam loco verbo tenus inserendas duximus,
sequentis videlicet tenoris -- „ Cum circa Præpo-
„ situram in Zella sitam prope Fischberg, ra-
„ tione confirmationis, ac visitationis Præpositi
„ Fuldensis ibidem existentis, certas quasdam
„ differentias, ac contentiones emersisse comper-
„ tum fuerit, placuit eas sequentem in modum
„ componere, & abolere: videlicet, quod ipsa
„ quidem hactenus consueta confirmatio Præ-
„ positi ab Ecclesia Fuldensi pro tempore præ-
„ sentandi, ac nominandi, intra terminum ju-
„ ris, & per litteras præsentationis ritè concep-
„ tas, ab Ecclesia Herbipolensi, ejusdemque Epis-
„ copo pro tempore existente, petenda sit per
„ Abbatem, & Principem Fuldensem pariter pro
„ tempore existentem: Fidei tamen Professio non-
„ nisi per Consiliarium Ecclesiasticum Fulden.,
„ sufficienti mandato instructum, coram Episcopo
„ emittenda, & juramentum ad tramitem Pro-
„ cessus Canonici in Neo-præsentati animam præ-
„ standum, ac proinde eidem Præposito nuda,
„ & sola Episcopalis confirmatio impertienda sit,
„ juxta formam invariabilem sequentis tenoris.

Litteræ Confirmationis Præpositi in Zell ab Episcopo Herbipolen. obtinendæ.

§. 11. „ *Nos N. N. Episcopus Herbipolensis,*
„ *Sacri Romani Imperii Princeps, Franciæ Orien-*
„ *talis Dux &c. -- Universis has litteras inspectu-*
„ *ris, lecturis, seu legi audituris, salutem in Do-*
„ *mino. Vacante jam Præpositura Monasterii in*
„ *Zella prope Fischberg, & nominato, & præ-*
„ *sentato Nobis per Reverendissimum Principem,*
„ *ac Dominum Charissimum Amicum Nostrum N.*
„ *N. Abbatem Fuldensem Sacri Romani Imperii*
„ *Principem Divæ Augustæ Archi-Cancellarium*
„ *per Germaniam, & Galliam Primatem &c. in*
„ *Præpositum Devoto Nobis Dilecto N. N., necessa-*
„ *rium videbatur pro legitime impertienda Confirma-*
„ *tione, citationem proclamatoriam contra omnes &*
„ *singulos in hoc negotio interesse habere putantes,*
„ *& valentes, decernere: decreta istiusmodi ci-*
„ *tatione, eademque affixa in portis majoris nostræ*
„ *Ecclesiæ Herbipolensis, & debitè exequuta, &*
„ *in termino præfixo reproducta, & nemine com-*
„ *parente, qui nominationem seu præsentationem*
„ *hanc contradiceret, seu quidquam contra nomi-*
„ *nati personam, vel nominationem, & præsen-*
„ *tationem exciperet; Nos nominationem, seu præ-*

„ *sentationem*

„ *sentationem de persona N. N. factam, ratam, &* „ *gratam habuimus, ipsumque auctoritate nostra,* „ *per Procuratorem ejus N. N. Consiliarium Ec-* „ *clesiasticum Fuldensem, in Præpositum Monasterii* „ *in Zella prope Fischberg præfecimus, eidemque de* „ *eadem per præsentes providimus, prout confir-* „ *mamus, præficimus, & instituimus; curam, ac* „ *regimen ejusdem Præposituræ in animam suam* „ *committentes, in nomine Patris, & Filii, &* „ *Spiritus Sancti, Amen. Præmissa tamen prius per* „ *dictum Procuratorem, nomine sui Principalis, pro-* „ *fessione Fidei, & corporali Juramento, subsequen-* „ *ti verborum forma.*

Juramentum procuratorio nomine Præfati præstandum a Consiliario Ecclesiastico Fuldensi.

§. 12. „ *Ego N. N. Consiliarius Ecclesiasticus* „ *Fuldensis constitutus Procurator admodum Reve-* „ *rendi, & Præ- Nobilis Domini N. N. nominati,* „ *& præsentati in Præpositum Monasterii in Zella* „ *prope Fischberg, bona fide promitto, & juro in* „ *animam, & nomine mei Principalis, ex nunc in* „ *antea, quamdiu Præposituram administravero,* „ *submissionem, & reverentiam S. Sedi Apostolicæ,* „ *Celsissimo & Reverendissimo Principi, ac Domino* „ *Domino N. N. Episcopo Herbipolensi Franciæ O-* „ *rientalis Duci &c. Domino meo Clementissimo,* „ *& suis Successoribus legitimè, & canonicè intran-* „ *tibus, me exhibiturum; nec ero in consilio, nec* „ *in facto, ut vitam sive membrum perdant, vel* „ *capiantur mala captione, & consilium, quod mihi* „ *crediderint, per se, Nuntios, vel litteras, ad* „ *eorum damnum me sciente nemini pandam; adju-* „ *tor quoque ero, pro posse, & nosse, ad defendendam,* „ *& retinendam Ecclesiam Herbipolensem in bonis,* „ *& juribus suis, Præpositura mihi commissa salva;* „ *possessiones verò, & bona, maximè immobilia,* „ *& allodia, ad dictam Præposituram spectantes, &* „ *spectantia, non vendam, non donabo, non im-* „ *pignorabo, neque de novo infeudabo, nec alio* „ *modo alienabo, absque decreto Celsissimi Herbipo-* „ *lensis. Bona autem dictæ Præposituræ inutiliter* „ *dispersa, pro viribus recuperabo, & recuperata* „ *conservabo; & alias in omnibus, & per omnia* „ *præfatæ Præposituræ administrationem fideliter ge-* „ *ram, & exercebo, uti salubrius, & ferventius* „ *potero: salvo tamen Regulari, & consueto Jura-* „ *mento Capitulari, Celsissimo & Reverendissimo* „ *Principi ac Domino Domino Abbati meo Fuldensi* „ *N. N. Domino meo Clementissimo præstito; sic me* „ *Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia, quæ* „ *his manibus propriis tango. In quorum omnium* „ *Fidem, & Testimonium præsentes litteras fieri,* „ *Sigillique Officii nostri Vicariatus, quo ad præsens* „ *utimur, jussimus appensione communiri. Datum &* „ *Actum in Arce dicta Marienberg prope Herbipo-* „ *lim Die & Anno &c.*

§. 13. „ Et quod Præpositus, ubi fortè ex „ redditibus, ac proventibus Præposituræ Zel- „ lensis, cum ejus notabili detrimento & dam- „ no, quidquam auferri contigerit, teneatur id „ ipsum, ad vindicationem, & manutentionem „ communi ope præstandam, & exhibendam, „ utrique Ecclesiæ, Herbipolensi nimirum, ac „ Fuldensi, ad tenorem Juramenti religiosè de- „ nuntiare. E contra verò Ecclesia, Herbipolen- „ sis in hoc solo, & simplici jure confirmandi „ conquiescat, & a visitatione ejus Præposituræ, „ necnon Parochi, ac loci de Zell, anno supe- „ riori instituta, penitùs desistat; neque Eccle- „ siæ Fuldensi in Visitatione ejusmodi, aut aliis „ Juribus in sequelam Visitationis competenti- „ bus, Institutione Parochi, & in Ecclesiastica, „ ac temporali ejus Loci jurisdictione, ullum in- „ jiciat impedimentum, aut præjudicium aliquod „ inferat; sed liberum sit præfato Principi Ful- „ densi, prout visum fuerit, Præpositum visitare, „ & in prædictum Locum, ac Parochiam, Eccleſia- „ stica ac temporalia quæcumque Jura, absque ul- „ la Ecclesiæ Herbipolensis turbatione, exercere.

Limites præfiniuntur jurisdictioni Abbatiali.

§. 14. Quo verò magis præcaveantur quæ- cumque dissidia, quæ nasci possunt in futurum circa limites Jurisdictionis utriusque Ecclesiæ, & ut appareat, quousque Jus Diœcesanum Ecclesiæ Fuldensis, vigore novæ hujus Concordiæ extendatur, atque exerceri possit, & debeat, ex ea parte, qua maximè conterminum habet Episcopatum Herbipolensem, placuit -- *Tertio* -- Sequentes Parochiales Ecclesias, una cum Filialibus ad eas pro nunc spectantibus, necnon Præfecturas in extremis Abbatiæ finibus partis cis-amnensis recensere, & pro terminis, ac finibus Diœcesis Fuldensis constituere: sunt autem eæ, quæ sequuntur, Parochiæ, Warmannsrod, Dippach, Hundsfeld, Hammelburg, Thulba, Gerod, Pfrückenau, cum parvo Pago Eckards, Motten, Hettenhausen, Schmulnau, Dittershausen, Poppenhausen, Batten, Schwarzbach, Geüsmar, Schleida, Cranlueken, Præfecturæ Fischberg, & Saltzungen, cum suis Parœciis sitis intra earumdem Territorium; porro Parochiæ Weiler, Lengsfeld, Satrapia Vacha, cum suis itidem Parœciis, inque ejus Territorio sitis; præterea Parochiæ Mansbach, Oberuffhausen, Eiterfeld, Buchenau, Neukirchen, Werda, Rothenkirchen, Langenschwartz.

Itidem & Episcopali.

§. 15. *Quarto* -- Præfecturæ verò Lichtenberg, & Sondheim, quæ sunt de proprietate Ecclesiæ Fuldensis, hodiedum verò, pignoris loco, a Saxoniæ Principibus detinentur, necnon quæcumque alia Feuda Fuldensia in Territorio Herbipolensi de facto existentia, & Augustanæ Confessioni pro nunc addicta, quotiescumque ea, seu illas, eveniente casu vel reluitionis, vel consolidationis cum Dominio directo Fuldensi, ad Fidem Catholicam reverti contigerit, Jurisdictioni Diœcesanæ Herbipolensis Ecclesiæ perpetuò adscripta sint; salvo tamen in præfatis locis, ac Præfecturis sublimi Territoriali, ac Patronatus Jure. Eadem Jurisdictio, seu Jus Diœcesanum, pro casu reversionis ad Fidem Catholicam, sit penes Ecclesiam Herbipolensem in Parochia, & Filialibus, totoque districtu Nobilium de Thann quomodolibet ad eos spectantibus, aut ab ipsis huc usque possessis; similiter in districtu Nobilium de Weyhers, qui passim sub nomine Parochiæ Gersfeldensis venire solet; cum expressa tamen reservatione Jurium temporalium in duobus hisce locis Fuldensi Ecclesiæ competentium. Porrò in Præfectura Schwarzenfels Dominii Hasso-Casselani, quoad Parochias intra eandem sitas, item in Schüchtern, necnon in his locis, Windheim, Ochsental, Heckmühl, Volckersleyer, Platz, Wolffsmunster, & in Zeitlorff, denique in omnibus & singulis locis, ac Parœciis Augustanæ Confessioni pro nunc addictis, & Territorio Fuldensi partis cis-amnensis circumquaque non inclusis, sed in confiniis utriusque Principatus existentibus, quæque ante dissidia Religionis, ad Diœcesim Herbipolensem spectasse asseruntur, etiamsi sint Feuda Fuldensia, reversionis ad Fidem Catholicam existente casu, idem Jus Diœcesanum Herbipolensi competat Ecclesiæ; iis solum locis exceptis, quæ supra, in tertia stipulatione, intra limites Diœcesis Fuldensis nomine tenus posita, & recensita fuerunt.

Quintum hoc Caput inferius reprobatur.

§. 16. *Quinto* -- Ab undecim Parochiis, ad Capitulum Rurale Carolostadianum olim, prout assertum est, majori ex parte spectantibus, earumque Filialibus in Territorio Fuldensi existentibus, tàm quoad Personas Ecclesiasticas, quàm Laicales, videlicet a Parochiis Hundsfeld, Eschenbach, Hammelburg, Dippach, Unter-Erthal, Scondra, Leüchtersbach, Pruckenau, Weyhers, Dittershausen, & Poppenhausen, Episcopus Herbipolensis Jure perpetuo ab Apostolica Sede sibi delegato, & non aliter, facultatem habeat recipiendi appellationes in casibus de Jure permissis, & a sententiis in quibuscumque causis ad Forum Ecclesiasticum pertinentibus, in Consistorio, vel alio quocumque Judicio Ecclesiastico Fuldensi,

superiori videlicet, non subalterno, prolatis: Sic tamen, ut omnino liberum sit prædictarum Parochialium incolis omnibus & singulis, appellare, vel ad Curiam Ecclesiasticam Herbipolensem, ut præfertur, vel ad Nuntiaturam Colonien sem, vel, si libuerit, nullo interposito medio, ad ipsam Sedem Apostolicam: Neque fas sit earumdem Parochiarum Incolas ullatenus impedire, directè, vel indirectè, quominus ad Herbipolensem Curiam appellationes interponant. Cæterum per ea, quæ sive de Juribus Patronalibus, sive Territorialibus, & aliis quibuscumque temporalibus, in præmissis, ex una alterave parte adducta fuerunt, cum ad præsentem concordiam per se minime pertineant, nemini quidquam novi concessum sit, neque ademptum.

Reservatur Beneplacitum Apostolicum.

§. 17. Nos itaque Carolus Philippus Episcopus Herbipolensis &c. &c. -- Et Nos Amandus Abbas, & Princeps Fuldensis &c. &c. -- Quæ in præmissis utraque ex parte maturo consilio, & plena deliberatione, pro publica Ecclesiarum Nostrarum utilitate, tranquillitate, & animarum salute, inter Nos conventa, & stipulata fuerunt, pro Nobis, & Successoribus Nostris, integerrima fide, verboque Principis interposito, quoad omnes & singulos articulos, firmiter & religiosissimè servare promittimus, & pollicemur, neque ut iis quacumque via, aut medio per Nostros quoquomodo contraveniatur, aut contra ea aliquid unquam attentetur, ulla ratione permittemus. Ipsam verò præsentem Concordiam, ut ei debitum robur accedat, etiam a Summo Pontifice confirmari omni, & indilato studio procurabimus. Si verò, citra spem, ante obtentam a Sanctissimo confirmationem, nova super his diffidia orirentur, Concordia hæc in nullius Partis præjudicium in judicio queat allegari -- In quorum fidem Nos principaliter contrahentes, nomine Nostro, & Successorum Nostrorum, manu propria has Concordiæ paginas signavimus, & nostris communiri sigillis mandavimus. -- Herbipoli die vigesimo quarto mensis Julii millesimo septingentesimo quinquagesimo primo -- Fuldæ die vigesimo septimo mensis Julii anno eodem -- Carolus Philippus Episcopus Herbipolensis Franciæ Orientalis Dux -- Amandus Abbas, & Princeps Fuldensis -- Loco † sigilli Episcopi Herbipolensis -- Loco † sigilli Abbatis Fuldensis -- Similiter Nos Præpositus, Decanus, & reliqui Ecclesiæ Cathedralis Herbipolensis, necnon Nos Decanus, ac totum Capitulum Fuldense, pro Nobis, ac Nostris utrinque Successoribus, palam confitemur, quod hæc Concordia cum consilio, scitu, ac consensu nostro fuerit erecta, prout etiam in eandem, hisce omni meliori modo consentimus. In quorum fidem nostra sigilla Capitularia scienter apprimi jussimus. Actum ut supra -- Loco † sigilli Capituli Herbipolensis -- Loco † sigilli Capituli Fuldensis.

Pacta omnia Auctoritate Apostolica firmantur, exceptis quæ quinto Capite continentur.

§. 18. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, ea, quæ a Sede Apostolica approbantur, & confirmantur, firmius subsistere soleant; quapropter Carolus Philippus Episcopus, ac Amandus modernus Abbas præfati plurimum cupiant Concordiam hujusmodi, & in eis contenta quæcumque, ad hoc ut illa serventur exactiùs, per Nos & Sedem Apostolicam, ut infra, approbari, & confirmari; quare pro parte dicti Caroli Philippi Episcopi, & Amandi Abbatis præfati, Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eorum, ac Episcopi Herbipolen., necnon Abbatis præfati Monasterii pro tempore respectivè existentium, quieti & tranquillitati in præmissis opportunè providere, ipsosque specialis gratiæ favore prosequi de benignitate Apostolica dignaremur; Nos igitur, qui, quantum cum Domino possumus, litibus obviare, ac diuturnam pacem, mutuamque amicitiam inter Ecclesiasticas Personas, præsertim Pontificali Dignitate insignitas, non tantum promovere, sed & stabilire, sinceris desideramus affectibus, Carolo Philippo Episcopo, ac Amando Abbati præfatis specialem gratiam facere volentes, eosque, & eorum singulares Personas a quibusvis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Concordiam præfatam, & in ea contenta quæcumque, ac, prout illam concernit, desuper confectum Instrumentum publicum, non tamen illius Quintum Caput, seu Quintum Paragraphum in præfato Instrumento exaratum, quod Nos nullo modo approbare intendimus, immo ipsum Caput Quintum, seu Paragraphum Quintum, præsentium tenore omnino cassamus, & abolemus, perinde ac si nunquam tractatum, nec stabilitum, neque in Instrumento præfato conscriptum fuisset; Apostolica auctoritate, earundem tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illique perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur, & efficaciam adjicimus, omnesque & singulos tàm juris, quàm facti, & solemnitatum, alioſve quantumvis substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint in eisdem, supplemus; ac Concordiam hujusmodi ab ipsis modernis, & pro tempore existentibus Episcopo Herbipolen., ac Abbate præfati Monasterii, perpetuo observari, nec illam ullo unquam tempore a quoquam quavis auctoritate fungente, ac honore, & præeminentia fulgente, immutari, innovari, aut reformari posse vel debere.

Decreta.

§. 19. Præsentes quoque semper, & perpetuo validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & sic ab omnibus censeri: Et ita per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuntios, & alios quoslibet, quavis prærogativa, & privilegio fungentes, judicari, & definiri debere; & quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus.

Derogatio contrariis.

§. 20. Non obstantibus quibusvis etiam in Synodalibus, Provincialibus, universalibusque Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Ecclesiæ Herbipolensis, ac Monasterii, & Ordinis præfatorum, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis, in contrarium præmissorum forsan quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis; quibus omnibus & singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, eisdem præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, latissimè, & plenissimè, ac specialiter, & expresse hac vice dumtaxat harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibùscumque. Volumus autem quod præfatum Quintum Caput, seu præfatus Quintus Paragraphus, ejusdem Concordiæ, non solum minimè approbatum, seu minimè approbatus, sed omnino cassatum, sive cassatus remaneat, & pro non scripto habeatur.

Sanctio.

§. 21. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, intentionis, cassationis, abolitionis, approbationis, confirmationis, roboris adjectionis, defectuum suppletionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem

hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. 1. Octobris 1752.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo secundo, Kalendis Octobris, Pontificatus Nostri Anno Tertiodecimo.

Expedita in Cancellaria Apostolica.

IV.

Abbatia Fuldensis in Episcopatum erigitur, cum omnibus juribus, & prærogativis, præservato tamen statu Regulari; ita ut idem Episcopus, & Abbas Fuldensis sit, & nuncupetur.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Summi Pontificis est Sedes Episcopales erigere, cum Ecclesiæ dignitas, & divini cultus ratio id postulant.

IN Apostolicæ Dignitatis apice, Divina sic disponente voluntate, cui obediunt omnia, meritis licet imparibus, constituti, omnes Dominici Agri partes, quasi de montis vertice, inspicimus, ac speculamur, ut quid Ecclesiarum omnium conditioni, decori, & firmamento conveniat, dijudicemus: Eaque propter, Decessorum Nostrorum vestigiis inhærentes, novas quandoque plantare, atque erigere Episcopales Sedes, quandoque vero Monasteria insignia, servata tamen in eis Regulari observantia, Episcopali dignitate & honore condecorare opportunum ducimus, ut uberior inde Dominici Agri cultus & messis existat, ac Monasticus Ordo clarius florescat, pax ac concordia cum finitimis servetur, & quod potissimum est, Catholicæ Fidei nomen in Civitatibus, in quibus Illustres Personæ resident, splendidius appareat, illarumque Præsules dignioribus titulis illustrentur, & condignis favoribus attollantur.

Recensentur insignes prærogativæ Abbatiæ Fuldensis.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, insigne Monasterium, Abbatia nuncupatum Fulden. Ordinis Sancti Benedicti, a Sancto Bonifacio in Buconia fundatum, Sedi Apostolicæ immediatè subjectum, quod suam Civitatem, cum Seminario Alumnorum, ac Academia Studii Generalis inibi existentibus, ac Territorium separatum, quamplurima Loca, Præposituras, & Oppida, cum nonnullis Sæcularibus, & Collegiatis Ecclesiis, ac non exiguo Parochialium Ecclesiarum circumquaque positarum numero, sub se continens, habet, & in quo abundantissimus Monachorum, sub una eademque Disciplina, & Regulari Observantia alitur numerus, ex quibus terdeni ad minimum quotidiana Divina Officia, tàm in Choro, quàm intra Ecclesiam sacra peragendo, laudesque Deo persolvendo, peculiari frequentia peragunt, ac decore, & cujus Monasterii fructus, redditus, & proventus ad tercentum viginti florenos in Libris Cameræ Apostolicæ taxati reperiuntur; ejusdemque Monasterii Abbatis (qui etiam, sicut pariter accepimus, Sacri Romani Imperii Princeps, ac Charissimæ in Christo Filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ, Hungariæ, & Bohemiæ Reginæ Illustris, Charissimi in Christo Filii Nostri Francisci Romanorum Regis in Imperatorem electi uxoris, ac etiam pro tempore existentis Romanorum Imperatricis Archicancellarius, ac per Germaniam, & Galliam Primas existit, quique jurisdictionem quasi Episcopalem, tàm in Civitate præfata, quàm toto Territorio, aliisque sibi subjectis Locis, Præposituris, & Oppidis præfatis, non tamen in eis, quæ sunt Ordinis, exercet) electio ad pro tempore existentes quatuordecim ejusdem Ordinis expresè professos Monachos Capitulares tantum, videlicet Decanum, qui etiam Præpositus S. Andreæ in Monte novo nuncupatus prope Fuldam, ac prima post Abbatialem Dignitas existit, & continuo in Præpositura ejusdem Sancti Andreæ dicti Ordinis eidem Monasterio contigua residet, ac octo Præpositos in aliis octo Monasteriis, seu Præposituris ejusdem Ordinis, a primodicto tamen Monasterio dependentibus, in locis diffitis extra primodictum principale Monasterium degentes, eisque præsidentes, atque in contubernio sociorum Regularium, præter spiritualia Officia, annexam jurisdictionem, nomine atque auctoritate Abbatis Fuldensis, administrantes, necnon alios quinque præfati Ordinis respectivè Monachos Capitulares, non tamen Præpositos, quorum ex eis unum Regularis Disciplinæ, ac Chori in Monasterio primodicto Præsidem Capitularem, ac semper apud præfatum Decanum, reliquos verò quatuor Monachos Capitulares, & non Præpositos, continuo una cum ipsis Præpositis, tanquam eorum socios & commensales, cum debita tamen erga eos reverentia & subjectione, respectivè commorantes & permanentes, Concordatis Germaniæ inibi vigentibus, spectat & pertinet, quamplurimis propterea eximiis gaudebat prærogativis.

Propter quas in Episcopatum erigitur, integro tamen manente Regulari statu.

§. 2. Nos igitur attentis tot tantisque, quibus Monasterium primodictum eminet meritis, illius Abbatialem Ecclesiam in Cathedralem, & Episcopalem, ut infra, erigere cupientes, Motu proprio, non ad alicujus super hoc oblatæ petionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Ecclesiam Abbatialem præfatam, firmis tamen semper in ea remanentibus, inibique semper vigentibus omni statu, qualitate, denominatione, & omnimoda essentia Regularibus; ita ut imposterum, ut prius, Regularis nunquam esse desinat, in Cathedralem, & Episcopalem, quæ ut antea Sedi Apostolicæ immediatè subjecta, ac Regularis existat, Ecclesiam, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, perpetuò erigimus & instituimus, ac nomine, titulo, & honore Episcopali decoramus, ac pro tempore existentes primodicti Monasterii Abbates, in veros Præsules, & Episcopos Fulden. declaramus; nec non quod pro tempore existens ejusdem Ecclesiæ per Nos, ut præfertur, in Episcopalem erectæ Episcopus, semper imposterum non tantum Episcopus, & Abbas Fuldensis denominari, sed etiam verus ejusdem Ecclesiæ Episcopus cum omnibus insigniis Episcopalibus, privilegiis, honoribus, & prærogativis Episcopis debitis, & concessis, ac juribus, & jurisdictionibus in Clerum Sæcularem, & Regularem, ac populum tàm Civitatis præfatæ, quàm totius Territorii, ac Ditionis, & Diœcesis Fulden., & facultatibus, præeminentiis, gratiis, favoribus, & Indultis realibus, & personalibus, ac mixtis, quibus aliæ Ecclesiæ Episcopales, eorumque Præsules quomodolibet, non tamen titulo oneroso, seu ex indulto, aut privilegio particulari, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt, verusque insimul Abbas Regularis Fuldensis, cum omnibus suis Abbatialibus juribus, honoribus, præeminentiis, prælationibus, & prærogativis universis, quibus de præsenti gaudet, verè, realiter, & cum effectu existere, ipseque in Litteris Apostolicis tàm gratiam, quàm justitiam separatim, seu utramque mixtim concernendis, imposterum expediendis, Episcopi insimul & Abbatis Fuldensis titulo, ac nomine decorari, ac vocari, sicque idem inscribi; quodque occurrente ejusdem Ecclesiæ in Episcopalem, per Nos, ut præfertur, erectæ, ac Monasterii primodicti vacatione, futurus illius Episcopus, & Abbas, nullo in ejus electione innovato ordine, eodem modo & forma, ut prius, per dictos Decanum, & alios tredecim Monachos

Nec non eligentium jure, ac electionis forma.

Capitulares præfatos, qui tantummodo vocem activam, & passivam in electione præfata, ut prius, habere possint, eligi:

Adeo ut uno electionis actu Fuldensis Episcopus, & Fuldensis Abbas eligatur.

§. 3. Ita tamen, ut sequuta, ut præfertur, ejus in primodicti Monasterii Abbatem Canonica Electione, etiam Episcopus Fuldensis electus remaneat, ac propterea Confirmationem electionis præfatæ, ut prius, una cum provisione Ecclesiæ Episcopalis per Nos, ut præfertur, erectæ, ac Monasterii Fuldensis, a Sede Apostolica petere, & obtinere respectivè debeat, & teneatur: Cum hoc etiam, quod uti Episcopus & Abbas Fuldensis, jurisdictionem suam Episcopalem insimul & Abbatialem Diœcesanam in eisdem Locis, Ecclesiis, & Personis, ac præfato Clero tàm Seculari, quàm Regulari, ad præsens Territorio Fuldensi subjectis, & juxta Concordiam inter Venerabilem Fratrem Nostrum Carolum Philippum modernum Episcopum Herbipolensem, ac Dilectos Filios Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Herbipolensis ex una, & Venerabilem etiam Fratrem Nostrum Amandum Episcopum Themiscirensem in partibus Infidelium, & modernum primodicti Monasterii Abbatem, quem propediem ad præfatam Ecclesiam Fuldensem per Nos in Episcopalem, ut præfertur, erectam transferre intendimus, ac Dilectos quoque Filios Capitulum Regulare primodicti Monasterii ex alterâ partibus initam, & nuper per Nos Apostolica auctoritate præfata approbatam, & confirmatam, salva tamen & illæsa semper remanente præcedentia, favore præfati moderni, & pro tempore existentis Episcopi Herbipolensis, illiusque Sedis Episcopalis, eis, uti antiquioribus, debita, exercere valeat, ac firma etiam permanente præfata taxa florenorum tercentum viginti in Libris Cameræ Apostolicæ, ut præfertur, descripta, quam unicam tantum in Litterarum Apostolicarum Episcopalis, & Abbatialis Ecclesiæ hujusmodi provisionis, & confirmationis electionis, desuper conficienda expeditione, imposterum persolvi, illamque nunquam ratione præfatæ erectionis ejusdem Ecclesiæ in Episcopalem per Nos, ut præfertur, factæ augeri posse volumus, Motu pari, dicta Apostolica auctoritate, earundem tenore præsentium decernimus.

Episcopium, Cathedralis, & Capitulum Regulare designatur.

§. 4. Quodque Episcopium, pro Episcopi, & Abbatis Fuldensis pro tempore existentis residentia, & habitatione, idem existat Monasterium, aut Palatium, quod usque num ab Abbate Fuldensi habitum fuit, & ad præsens inhabitatur, & inhabitari solet, Motu simili etiam declaramus. Pro Cathedrali verò Ecclesia, ut eadem Principalis primodicti Monasterii, sub antiqua SS. Salvatoris Invocatione, Ecclesia habeatur, & in ea Capitulum, nec in minimo immutata ejus Regularitate, & denominatione Capituli Regularis, solum ex præfatis quatuordecim, vel quindecim, quatenus alium Monachum ejusdem Ordinis eidem numero, ut infra, augeri contigerit, Capitularibus, non autem aliis non Capitularibus, & extra præfatum numerum ejusdem Ordinis respectivè Monachis, videlicet Decano, cujus Decanatus prima & unica in præfata Ecclesia Dignitas Regularis existat, ac cujus, dum illa pro tempore vacat, electio ad prædictum Abbatem, & reliquos Capitulares tantum Monachos præfatos, ut prius, spectare debeat, ac eisdem octo Præpositis, necnon quinque, aut sex, si alium Monachum non Capitularem dicti Ordinis expressè professum per pro tempore existentem Episcopum, & Abbatem Fuldensem (ad quem semper, ut antea, spectet electio tàm præfatorum octo Præpositorum, quàm aliorum quinque, vel sex Capitularium Monachorum præfatorum) eidem numero Capitulari augeri contigerit; cum hoc tamen, quod tàm præfati Decani, quàm præfatorum Monachorum Capitularium vestes Regulares, & Monasticæ existant, illaque Decanus, & aliii Monachi Capitulares præfati, juxta earum Regularem professionem, gestare teneantur, componi tantummodo debeat; Quodque Capitulum præfatum, tempore Sedis Episcopalis, & Abbatialis vacantis, usque dum ad electionem novi Episcopi & Abbatis deventum fuerit, non tantum de Monasterio, sed de tota Civitate, & Diœcesi Fuldensi Gubernium sumat, Motu pari etiam decernimus.

Residentia per Capitulares quomodo præstanda.

§. 5. Ad hoc autem ut ipsi Ecclesiæ per Nos in Episcopalem, ut præfertur, erectæ splendidiori decore inserviatur, ipsarum tenore præsentium mandamus, quod ultra Monachos continuò in primodicto Monasterio, juxta ejusdem primodicti Monasterii regulas, & præcepta, ut prius, recipiendos, inibique habitantes, & residentes, qui, ut prius, quotidie ejusdem Ecclesiæ Chori servitio, aliisque arbitrio Episcopi & Abbatis Fuldensis pro tempore existentis præfati functionibus sacris peragendis obligati existant; Decanus pro tempore existens præfatus, una cum uno ex dictis quinque, aut sex Capitularibus, non tamen Præpositis Monachis, ut antea, continuo apud eandem Præposituram S. Andreæ residere, octo verò Præpositi pro tempore existentes præfati, ultra residentiam in præfata Ecclesia in quatuor, & forsan ultra, anni diebus, per eos, ut prius, fieri solitam; quinque ex eisdem octo Præpositis præfatis alternatim per integrum mensem quolibet anno; reliqui autem quatuor, vel quinque Monachi Capitulares pro tempore existentes hujusmodi, etiam alternatim per integros sex menses (nisi aliter tàm quoad octo Præpositos, quàm alios Capitulares non Præpositos Monachos præfatos, super Residentia hujusmodi, ab Apostolica Sede dispositum fuerit) eorum respectivè residentiam apud eandem Ecclesiam adimplere respectivè teneantur.

Pœnitentiarii, & Theologi munus quibusnam demandandum.

§. 6. Pro Pœnitentiarii verò & Theologi respectivè munere, ad formam Concilii Tridentini, in præfata Ecclesia explendo, ex eo quod nullus ex præfatis octo Præpositis, ac reliquis Capitularibus Monachis præfatis, attenta eorum in Præposituris præfatis permanentia, munus præfatum adimplere potest, ipsarum tenore præsentium volumus, quod pro tempore existens Episcopus & Abbas Fuldensis, duos, non tamen Capitulares, præfati tamen Ordinis expressè professos, in primodicto Monasterio, ac apud eandem Ecclesiam continuo degentes, & residentes Presbyteros Monachos idoneos, quorum unus Pœnitentiarii, alter verò Theologi respectivè munus præfatum, ad formam præfati Concilii, exerceant, designare debeant.

Decano, & Præpositis conceditur usus Mitræ, & Annuli, dum Episcopo Abbati Pontificalia exercenti assistunt

§. 7. Ulterius modernis, ac pro tempore existentibus Decano, & octo Præpositis tantum (qui una cum aliis præfatis Capitularibus Monachis peculiari Insigni Aureæ Crucis è collo gestandæ, ex concessione felicis recordationis Clementis Papæ XII. Prædecessoris Nostri, gaudent) ut ipsi Decanus, ac octo Præpositi tantum, Mitra, & Annulo, toties quoties pro tempore existenti Episcopo, & Abbati Fuldensi præfato Pontificalia exercenti assistentiam præstabunt, uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant, eadem Apostolica auctoritate, earumdem tenore præsentium, etiam perpetuo concedimus & indulgemus.

Clausulæ, & Decreta.

§. 8. Præsentes quoque Litteras semper & perpetuò validas & efficaces esse & fore, nec ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut alio quovis defectu, notari, impugnari, invalidari, seu in Jus vel controversiam vocari, aut adversus illas quodcumque Juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari posse, nec illas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut

aliis

aliis contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & Sedem Apostolicam præfatam, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam Motu simili, etiam consistorialiter, pro tempore factis, vel faciendis, comprehendi, vel confundi, sed semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data, quandocumque eligenda, concessas, validasque fore & esse, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere; & sic ab omnibus censeri, & ita per quoscumque Judices, Ordinarios, vel Delegatos, etiam Causarum Palatii Nostri Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, & quoslibet alios quavis prærogativa, & privilegio fungentes, ac honore, & præeminentia fulgentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, & quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane Motu pari similiter decernimus.

Derogatur contrariis.

§. 9. Non obstantibus quibusvis etiam in Synodalibus, Provincialibus, Generalibusque Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac primodicti Monasterii, & Ordinis præfati, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis, quibusvis Superioribus, & personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam Derogatoriarum Derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis Clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis, etiam Motu simili, ac etiam consistorialiter, ac aliàs etiam quomodolibet, etiam pluries concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad vervum, nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent eisdem præsentibus, pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum omnium, & singulorum validitatis effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè, ac latissimè, & plenissimè, Motu pari derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio pœnalis.

§. 10. Nulli ergo omninò Hominum liceat hanc paginam Nostrarum erectionis, institutionis, declarationis, decreti, concessionis, mandati, voluntatis, ac indulti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. 5. Octobris 1752.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quinquagesimo secundo, tertio Nonas Octobris, Pontificatus Nostri Anno Tertiodecimo.

Expedita in Cancellaria Apostolica.

Herbipolensis Episcopus honorificis prægestandæ sibi Crucis, ususque Pallii prærogativis honestatur, sub certis modis, ac conditionibus. V.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad futuram rei memoriam.

Procœmium. Provida S. Sedis in Jurisdictione, & honoribus distribuendis administratio.

ROMANA Ecclesia, omnium Ecclesiarum Mater & Magistra, concessum sibi a cœlesti sponso Jesu Christo supremum auctoritatis & dignitatis principatum, ita semper in omnes Catholici Orbis Ecclesias obtinuit, ut tamen pro locorum, ac temporum, personarumque conditionibus, egregiis earum Pastoribus, nunc amplioris jurisdictionis suæ partem aliquam sustinendam, exercendamque communicaverit, nunc autem eximias honoris prærogativas indulserit, prout ad Dei gloriam, & fidelium populorum utilitatem promovendam, & ad Catholicæ Religionis integritatem, majestatemque tuendam, Romanis Pontificibus ejusdem Jesu Christi Vicariis, & Beati Petri Apostolorum Principis Successoribus, visum est in Domino salubriter expedire.

Jus præferendæ Crucis, & Pallii usus; præcipua honoris Pontificalis insignia.

§. 1. Porro inter præcipua Sacerdotalis honoris insignia, quibus diversæ per Orbem Ecclesiæ, earumque Antistites, ab Apostolica Sede decorari meruerunt, & Sacri Pallii usus, & jus præferendi Sanctissimæ Crucis signi meritò numerantur. Illud siquidem a Romano Pontifice, vel ex ejus auctoritate dumtaxat, solemni ritu benedictum, & prope Corpus Beatissimi Apostolorum Principis religiosâ curâ adservatum, indeque ad enixas postulantium Antistitum preces desumptum, si cui utendum, induendumque conceditur, peculiare quoddam sacri fœderis vinculum inter ipsum, & Romanum Pontificem, ejusdem Beati Petri Successorem, specialis sacramenti interpositione firmatum significat: Cumque ipsum Pallium ex ovium velleribus contextum, sacri Pastoris humeris gestetur, ovis illius speciem repræsentat, quam Dominus aberrantem requisivit, inventamque humeris suis sustulit; ut Episcopus, qui Christi typum gerit, ejusque munere fungitur, ipso etiam habitu illius boni Pastoris imitatorem se exhibeat, qui ovium suarum infirmitates, admirando pietatis & misericordiæ excessu, portavit. Crucis autem erectæ delatio, non solum Pastoralis Officii vim auctoritatemque ostendit, ex illius potestate derivatam, qui *crucifixus ex infirmitate, sed vivens ex virtute* Dei, Ministros suos contra omnes adversarias potestates invictæ Crucis signo armavit: verum etiam ipso sui conspectu Episcopalis prædicationis summam fidelibus populis ob oculos ponit, sublatoque ad eorum solamen Fidei nostræ vexillo, æternæ salutis spem credentibus ingerit.

Ritus servari solitus in concedendo Pallio, hujusque mistica significatio.

Herbipolensis Ecclesiæ amplitudo, ejusque Antistitum, Capituli, & Cleri decora.

§. 2. Cum itaque Herbipolensis Ecclesia Provinciæ Moguntinæ in Superioris Germaniæ partibus constituta, jam usque ab octavo Ecclesiæ sæculo per Sanctum Burchardum Episcopum ex auctoritate Apostolicæ Sedis fundata & erecta, singularibus prærogativis ditata, amplissimæque Diœceseos jura dans, plurium egregiorum Antistitum, aliorumque, ex conspicuo, ac numeroso Capitulo, & Clero, insignium Virorum virtute, admodum illustrata fuisse dignoscatur: nunc autem existens Venerabilis Frater Carolus Philippus Herbipolensis Episcopus suorum illam ornare pergat præstantia meritorum, pluribusque editis erga Nos, & Apostolicam Sedem, fidei, & observantiæ argumentis, amplioribus Pontificiæ liberalitatis favoribus se dignum exhibeat: Nos, attentis præmissis, & præsertim quod ipse

Speciale Episcopi nunc existentis meritum in concordia cum Abbate Fuldensi inita.

ipse Carolus Philippus Episcopus, Ecclesiasticæ pacis studio, plurimum contulit ad extinctionem veterum litium, & controversiarum, quæ jampridem inter ipsam Herbipolensem Ecclesiam, & Curiam, ac pro tempore existentes Episcopos Herbipolenses, ex una, & Fuldense Monasterium, Abbatiam aliàs nuncupatum, in quo Nos hodie Episcopalem Dignitatem & Cathedram ereximus & instituimus, ejusque Abbates etiam pro tempore existentes, ex altera, partibus, agitatæ fuerunt, honestâ inter ipsum, & dicti Monasterii Abbatem Concordiâ initâ, quàm Nos per alias Nostras Litteras, cum quibusdam restrictionibus, & moderationibus, approbavimus & confirmavimus: Cumque hujusmodi restrictiones & moderationes, eidem Concordiæ per Nos, justis de causis, appositæ, circa quædam potissimum capita versentur, quæ idem Episcopus in favorem Ecclesiæ & Curiæ suæ admitti, ac respectivè concedi & firmari exoptaverat, ideoque æquum sit illas alicujus indulti, & beneficii concessione pensari: Motu proprio, & certâ scientiâ, eumdem Carolum Philippum Episcopum a quibusvis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; eidem Carolo Philippo Episcopo, ut Ipse, & ejus Successores Ecclesiæ Herbipolensis Præsules pro tempore existentes, de cætero perpetuis futuris temporibus sacrum Pallium in solemnitatibus & functionibus in Pontificali Romano descriptis induere, & gestare, ac etiam Crucem, ad instar Archiepiscoporum, ante se elevari & gestari facere, in dicta Herbipolensi Civitate & Diœcesi dumtaxat, & non alibi omnino, sive in alienis Diœcesibus, sive in Sacri Romani Imperii Comitiis, sive in quibusvis aliis locis Episcopo præfato non subjectis, etiamsi Ordinariorum Locorum licentia ad id accederet, nec etiam in dicta Civitate & Diœcesi Herbipolensi, in præsentia alicujus ex S. R. E. Cardinalibus, vel Nostri & ejusdem Sedis Apostolicæ ordinarii aut extraordinarii Legati, seu Nuncii, vel Archiepiscopi Moguntini, nisi de eorum respectivè consensu, sub gratiæ & concessionis hujusmodi nullitate; & dummodo, quo ad Pallium prædictum, tam ipse Carolus Philippus, quàm illius Successores Herbipolenses Episcopi pro tempore eligendi, illud ab eadem Apostolica Sede, servatis de jure, vel consuetudine servandis, postulare, & consueto fidelitatis debitæ sacramento edito, accipere, aliaque in similibus observari solita adimplere teneantur; ac denique, salvo in omnibus jure Metropolitico Ecclesiæ Moguntinæ, illiusque Archiepiscopi pro tempore existentis; & nihil immutato præcedentiæ ordine inter ipsos Episcopos Herbipolenses, aliosque Episcopos, sive ejusdem, sive alterius Provinciæ, hactenus de jure, usu, aut consuetudine, in quibusvis functionibus, consessibus, aut Comitiis servari solito; hujusmodi Pontificalis honoris Insigniis uti, liberè, & licitè possint & valeant, de Apostolicæ auctoritatis plenitudine, tenore præsentium, concedimus & indulgemus.

Hujus capita quædam Herbip. juribus favorabilia, minime confirmantur.

Episcopus ipse, ejusque Successores usu Pallii, & jure præferendæ Crucis donantur, sub certis conditionibus, & reservationibus.

Præmissorum firmitas.

§. 3. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, nec unquam sub quibusvis generalibus similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehensas, sed tanquam in præmissarum moderationum compensationem, ut supra, concessas, semper ab illis exceptas esse, & fore, ac censeri, ac dicto Carolo Philippo Episcopo, ejusque Successoribus dictæ Herbipolensis Ecclesiæ Præsulibus pro tempore existentibus, perpetuò suffragari, nec non ab ipsis respectivè in omnibus & per omnia observari, sicque, & non aliàs, per quoscumque Judices, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuncios, judicari & definiri debere, ac irritum, & inane; si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter judicari, aut respectivè attentari contigerit. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, seu dictæ Herbipolensis, aut alterius cujuscumque Ecclesiæ, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariis.

§. 4. Nulli ergò omnino hominum liceat, hanc paginam Nostræ absolutionis, concessionis, indulti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Sanctio.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo secundo, tertio Nonas Octobris, Pontificatus Nostri Anno XIII.

Dat. Pont. anno 13. die 5. Octobris 1752.

D. Card. Passionеus.

J. Datarius.

VISA DE CURIA J. C. Boschi.

Loco ✝ Plumbi. J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Damnantur, & prohibentur quinque propositiones Duellorum abusui faventes, veteresque leges adversus Duellantes editæ innovantur, ac novis superadditis pœnalibus Sanctionibus confirmantur. VI.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Affiduum Romanorum Pontificum ſtudium in eliminando duellorum abuſu.

DETESTABILEM, ac Divina naturalique Lege damnatum Duellorum abusum, a barbaris gentibus, atque superstitiosis, non sine ingenti corporum, animarumque clade, in Christianam Rempublicam auctore Diabolo invectum, cum semper execrata sit, atque improbarit Ecclesia, tum præcipuo in eam curam studio, vigilantia, ac zelo incubuerunt Romani Pontifices, ut a Fidelium cœtu longissimè arceretur. Nam, ut antiquiora mittamus Prædecessorum Nostrorum Nicolai I. (*a*), Cœlestini III., Innocentii II., Eugenii III., Alexandri III. (*b*), Innocentii IV. (*c*) adversus singulares pugnas decreta, extant recentiores Apostolicæ Sedis Constitutiones, quibus Romani Pontifices Julius II. (*d*), Leo X. (*e*), Clemens VII. (*f*), ac demum Pius IV. (*g*) gravissimas pœnas antea statutas confirmarunt, aliasque de novo addiderunt, contra duellantes ex quacumque causa, etiam per Sæculares Regionum aut Locorum Leges forsan permissa, adjecta infamia, bonorumque proscriptione, etiam adversus complices ac partici-

(*a*) *Epist. L. ad Carolum Calvum.*
(*b*) *In Concil. Lateranensi Cap.* 1 *&* 2. de Torneamentis, *ubi trium Prædecessorum Decreta citantur.*
(*c*) *In Epist. ad Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Ecclesiasticos Regni Francia, apud Raynald. ad annum* 1251. *num.* 31.
(*d*) *Constit. incip.* Regis pacifici.
(*e*) *Constit.* Quam Deo & Hominibus.
(*f*) *Constit.* Consuevit Romanus Pontifex.
(*g*) *Constit.* Ea, quæ a Prædecessoribus.

participes, & qualemcumque operam iisdem præbentes.

Pœnæ per Tridentinum indictæ in exhibentes locii ad Monomachiam, Patrinos, & pugnantes.

§. 1. Tridentina verò Synodus (*a*) latam in eos excommunicationem extendit ad Imperatores, & Reges, Duces, ac Principes, cæterosque Dominos temporales, si locum ad Monomachiam in terris suis concesserint, ac jurisdictione & dominio loci, in quo duellum fieri permiserint, quem ab Ecclesia obtineant, eo ipso privatos declaravit. Committentes verò pugnam, eorumque Patrinos, excommunicationis, ac omnium bonorum proscriptionis, nec non perpetuæ infamiæ pœnam incurrere statuit; &, si in ipso conflictu decesserint, Ecclesiastica sepultura perpetuo carituros decrevit.

Gregor. XIII. pœnales omnes Sanctiones a solemnibus ad privata duella protendit.

§. 2. Cum verò præfatis saluberrimis Legibus judicialia dumtaxàt, ac solemnia duella comprehensa, ac proscripta viderentur, piæ memoriæ Prædecessor noster Gregorius Papa XIII. (*b*) hujusmodi pœnas adversus eos omnes extendit, qui nedum publicè, sed etiam privatim ex condicto, statuto tempore, & loco, Monomachiam comiserint, etiamsi nulli Patrini, sociive ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullæve provocatoriæ Litteræ, aut denuntiationis Chartulæ præcesserint.

Et Clemens VIII. iisdem obnoxios effecit omnes consilium, operam, & indemnitatem præstantes, etiam pugna non secuta.

§. 3. Denique felicis recordationis Clemens Papa VIII. etiam Prædecessor Noster, Apostolicas Romanorum ante se Pontificum Leges omnes, & pœnas in eis statutas, sua Constitutione, quæ incipit *Illius vices*, Data XVI. Kal. Septembris Anno MDXCII. diserte complexus, easdem extendit ad omnes non solum duello certantes, sed etiam provocantes, suadentes, equos, arma, commeatus præbentes, comitantes; Chartulas, Libellos, Manifesta mittentes, scribentes, vel divulgantes, aut quomodolibet circa ista cooperantes; Socios, Patrinos, de industria spectatores, fautores, criminis demum participes, illudque permittentes, vel, quantum in ipsis est, non prohibentes, ac delinquentibus veniam & impunitatem concedentes, quique se prædictis quoquomodo immiscuerint; etiamsi neque pugnæ effectus, neque accessus ad locum sit subsequutus.

Assertiones ab Alexandro VII., & Innocentio XI. damnatæ.

§. 4. His tam sapienter, tam apertè, atque perspicuè ab Ecclesia, & ab Apostolica Sede constitutis, dubitari jam nullo modo posse videbatur, quin duella omnia tam publica, quàm privata, & naturali, & Divino, & Ecclesiastico jure, prorsus illicita, vetita, atque damnata censeri deberent. Sed nonnulli earum Legum interpretes, per benignitatis speciem humanis pravisque cupiditatibus plus æquo faventes, Apostolicas Sanctiones ad corrupta hominum judicia inflectentes, ac temperantes, *licere*, docuerunt, (*c*) *Viro Equestri duellum acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat*: (*d*) *Fas esse defensione occisiva, vel ipsis Clericis, ac Religiosis, tueri honorem, dum alia declinandæ calumniæ via non suppetat*, (*e*) *propulsare damna, quæ ex iniqua Judicis sententia certò imminent*; (*f*) *defendere non solum quæ possidemus, sed etiam ea, ad quæ jus inchoatum habemus, dum alia via id assequi non valeamus*: Quas quidem assertiones duellis faventes, Apostolica Sedes censura notavit, rejecit, proscripsit.

Instauratæ laxiores opiniones foventes duellorum abusum.

§. 5. Et nihilominus extiterunt quàm proxime recentiores alii, qui etsi duella, vel odii, vel vindictæ, vel honoris tuendi causâ, vel levioris momenti res fortunasque servandi, fateantur illicita; aliis tamen in circumstantiis, & casibus; vel amittendi Officii, & sustentationis, vel denegatæ sibi a Magistratu justitiæ, defensionis innoxiæ titulo, ea licere pronunciant. Laxas, & periculi plenas opiniones hujusmodi, ex vulgatis eorum Libris ad Nos delatas, ubi primum accepimus, earum examen nonnullis ex Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & quibusdam Dilectis Filiis Sacræ Theologiæ Magistris specialiter ad id per Nos deputatis, commisimus; qui re maturè discussa, latis coram Nobis tum voce, tum scripto suffragiis, infrascriptas Propositiones censurâ, & proscriptione dignas existimarunt.

PRIMA PROPOSITIO.

Vir Militaris, qui nisi offerat, vel acceptet duellum, tamquam formidolosus, timidus, abjectus, & ad Officia Militaria ineptus haberetur, indeque officio, quo se suosque sustentat, privaretur, vel promotionis, aliàs sibi debitæ ac promeritæ, spe perpetuo carere deberet, culpa & pœna vacaret, sive offerat, sive acceptet Duellum.

II.

Excusari possunt etiam, honoris tuendi, vel humanæ vilipensionis vitandæ gratia, Duellum acceptantes, vel ad illud provocantes, quando certò sciunt pugnam esse secuturam, utpotè ab aliis impediendam.

III.

Non incurrit Ecclesiasticas pœnas ab Ecclesia contra duellantes latas, Dux, vel Officialis Militiæ, acceptans duellum, ex gravi metu amissionis famæ, & officii.

IV.

Licitum est, in statu hominis naturali, acceptare, & efferre duellum, ad servandas cum honore fortunas, quando alio remedio earum jactura propulsari nequit.

V.

Asserta licentia pro statu naturali, applicari etiam potest statui Civitatis malè ordinatæ, in qua nimirum, vel negligentia, vel malitia Magistratus, justitia aperte denegatur.

Damnantur, & sub censuris defendi prohibentur.

§. 6. Auditis itaque, super unaquaque earum Propositionum, dictorum Cardinalium & Consultorum judiciis, atque omnibus ritè & maturè consideratis, Nos ipsas, præsentium Litterarum tenore, & Apostolica Auctoritate, tamquam falsas, scandalosas, ac pernicioſas rejicimus, damnamus, ac prohibemus, itaut quicumque illas aut conjunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de iis, etiam disputandi gratiâ, publicè, aut privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, a qua non possit (præterquam in mortis articulo) ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, nisi ab existente pro tempore Romano Pontifice absolvi.

Necnon in praxim induci.

§. 7. Insuper strictè, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicii, prohibemus omnibus Christifidelibus cujuscumque conditionis, dignitatis, & status, etiam speciali & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum, ad praxim deducant.

Constitutiones Prædecessorum Pontificum de duellis confirmantur.

§. 8. Jam verò ut exitiosam Duellorum licentiam, in Christiana, ac præsertim Militari Republica, non obstantibus providis Legibus a plerisque etiam Sæcularibus Principibus & Potestatibus ad eamdem extirpandam laudabiliter editis, adhuc glisscentem, validiore manu coërceamus, gravissimumque scelus Apostolicæ districtionis gladio magis magisque insequamur, omnes & singulas dictorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Constitutiones superius enunciatas, quarum tenores, ac si præsentibus de verbo ad verbum insertæ forent, pro sufficienter expressis haberi volumus, Apostolica auctoritate confirmantes & innovantes, ad hoc ut pœnarum gravitas & severitas majorem perditis hominibus ingerat peccandi metum, Nostro Motu proprio, ac de Apostolicæ auctoritatis plenitudine, earun-

(*a*) *Sess. 25. Cap. 19. de Reform.*
(*b*) *Constit.* Ad tollendum.
(*c*) *2. Prop. damnata ab Alexandro VII.*
(*d*) *17. Prop. ex damnatis ab eodem.*
(*e*) *18. Prop. ab eodem damnata.*
(*f*) *32. Prop. ex damnatis ab Innocentio XI.*

earundem præsentium Litterarum serie, statuimus atque decernimus, ut si quis in duello, sive publicè, sive privatim indicto, hominem occiderit, sive hic mortuus fuerit in loco conflictus, sive extra illum ex vulnere in duello accepto, hujusmodi homicida, tamquam interficiens proximum suum animo præmeditato ac deliberato, ad formam Constitutionis felicis recordationis Prædecessoris Nostri Benedicti Papæ XIII., quæ incipit *Ex quo Divina*, data VI. Idus Junii Anno Domini MDCCXXV., ab Ecclesiasticæ Immunitatis beneficio exclusus & repulsus omnino censeatur; ita ut a cujuscumque Sacri aut Religiosi loci asylo, ad quod confugerit, servatis tamen de jure servandis, extrahi, & Judicis competentis Curiæ pro merito puniendus, tradi possit & debeat; super quo Nos Episcopis, aliisque Superioribus Antistitibus, ad quos respectivè pertinet, & pertinebit imposterum, necessarias & opportunas facultates præsentium quoque tenore impertimur. Quin etiam, vivente adhuc altero in singulari certamine graviter vulnerato, si percussor in locum immunem se receperit, ex quo, eveniente illius morte, fugam arripere, & legum severitatem evadere posse prospiciatur; Volumus, & respectivè permittimus, ut, quatenus Periti ad inspiciendum vulnus accti, *grave vitæ periculum* adesse retulerint, percussor ipse, prævio semper Decreto Episcopi, & cum assistentia personæ Ecclesiasticæ ab eodem Episcopo deputatæ, ab hujusmodi loco immuni extractus, sine morâ carceribus mancipetur; ea tamen lege Judicibus indictâ, ut illum Ecclesiæ restituere debeant, si vulneratus superstes vivat ultra tempus a legibus, quæ de homicidio sunt, constitutum; alioquin in easdem pœnas incidant, quæ in memoratis Benedicti XIII. Litteris constitutæ sunt adversus illos, qui delinquentem in aliquo ex casibus ibidem expressis, ex indiciis ad id sufficientibus sibi traditum, restituere recusent, postquam is in suis defensionibus hujusmodi indicia diluerit.

Insuper publico vel privato duello interficiens alterum Asyli jure privatur.

Vivente adhuc læcio, quando, & qua forma percussoriè loco immuni extrahi debeat.

§. 9. Præterea, simili motu & auctoritate decernimus ac declaramus, Sepulturæ sacræ privationem a sacrosancta Tridentina Synodo inflictam morientibus in loco duelli & conflictus, incurrendam perpetuo fore, etiam ante Sententiam Judicis, a decedente quoque extra locum conflictus ex vulnere ibidem accepto, sive duellum publice, sive privatim indictum fuerit, ac etiamsi vulneratus ante mortem non incerta Pœnitentiæ signa dederit, atque a peccatis & censuris absolutionem obtinuerit; sublata Episcopis, & Ordinariis Locorum super hac pœna interpretandi ac dispensandi facultate, quo cæteris documentum præbeatur fugiendi sceleris, ac debitam Ecclesiæ Legibus obedientiam præstandi.

Interfecto autem sepultura sacra denegatur, licet extra locum pugnæ, & præobtenta absolutione obierit.

§. 10. In hujus demum sollicitudinis nostræ societatem vocantes Carissimos in Christo Filios Nostros, Imperatorem electum, cunctosque Catholicos Reges, nec non Principes, Magistratus, Militiæ Duces, atque Præfectos, eos omnes & singulos, pro sua in Deum Religione, ac pietate, enixè obtestamur in Domino, ut conjunctis studiis, & animis, exitiosæ duellorum licentiæ, qua Regnorum tranquillitas, populorum securitas atque incolumitas, neque corporum solùm, sed, quæ nullo pretio æstimari potest, æterna animarum vita certò periclitatur, omni nisu & constantia vehementer obsistant. Neque sibi, suæque in Deum fidei, muneriſque rationi feciſſe satis intelligant, quod optimè constitutis Legibus, indictisque gravissimis pœnis, horrendum scelus proscriptum sit; nisi accuratam ipsarumLegum, pœnarumque executionem naviter urgeant, ac promoveant, seque inexorabiles Dei vindices in eos, qui talia agunt, diligenter exhibeant. Nam si delinquentes aut oscitanter ferant, aut molliter puniant, alieno sese crimine polluent, omnisque illius sanguinis reos se constituent, quem ita crudeliter inultum effundi permiserint. Vani enim falsique honoris Idolo humanas litari victimas non impune feret supremus omnium Judex Deus; rationem ab iis aliquando exacturus, quorum est Divina, & humana jura tueri, sibique creditorum hominum vitam servare, pro quibus sanguinem ipse suum Jesus Christus effudit.

Hortatio ad Principes, ut in Monomachiam eradicandam efficaciter incumbant.

§. 11. Volumus autem ut præsentium Litterarum Transumptis etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem ubique, etiam in judicio, fides habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si originaliter forent exhibitæ vel ostensæ: Utque eædem præsentes in consuetis locis publicis hujus Almæ Urbis per Cursores nostros, ut moris est, publicatæ & affixæ, omnes & singulos, quos concernunt, seu concernent in futurum, perinde afficiant, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ & notificatæ fuissent. Exemplorum auctoritas.

§. 12. Nulli ergò omninò hominum liceat paginam hanc nostrarum prohibitionis, damnationis, præcepti, statuti, declarationis, facultatum impertitionis, obtestationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Sanctio.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLII., quarto Idus Novembris, Pontificatus Nostri Anno Tertiodecimo. Dat. 10. Novembris 1752.

D. Card. Passioneus.

J. Datarius.

VISA

De Curia J. C. Boschi.

Loco † Plumbi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.
Publicat. die 24. mensis Novemb. 1752.

VII. Damnatio & Prohibitio Libri duobus tomis constantis, Gallico idiomate, absque Auctoris nomine, & impressionis loco, in lucem editi, cui Titulus: *Apologie de tous les jugemens rendus par les Tribunaux séculiers en France contre le schisme: dans laquelle on établit: 1. L'injustice, & l'irrégularité des refus de Sacremens, de Sepulture, & des autres peines, qu'on prononce contre ceux qui ne sont pas soumis à la Constitution* Unigenitus: *2. La compétence des Juges laïcs pour s'opposer à tous ces actes de schisme. Tom. I. & II. En France MDCCLII.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

MILITANTIS Ecclesiæ regimini superna dispositione præsidentes, Dominici Gregis custodiæ jugiter invigilare, ac Oves Æterni Pastoris sanguine redemtas a pernicioſarum doctrinarum venenis, quantum Nobis ex alto conceditur, præservare tenemur. Quapropter cum, sicut Nobis innotuit, in lucem prodierit quidam pernicioſus Liber duobus tomis constans Gallico idiomate absque auctoris nomine, & impreſſionis loco, cui Titulus -- *Apologie de tous les jugemens rendus par les Tribunaux séculiers en France, contre le schisme, dans laquelle on établit: 1. L'injustice, & l'irrégularité des refus*

de

de Sacremens, de Sépulture, & des autres peines, qu'on prononce contre ceux qui ne ſont pas ſoumis à la Conſtitution Unigenitus. 2. *La competence des Juges laics pour s'oppoſer à tous ces actes de ſchiſme. Tom. I. & II. En France MDCCLII.* Nos, auditis deſuper plurium S. R. E. Cardinalium, aliorumque ſacræ Theologiæ Magiſtrorum, quos ad prædicti Libri examen delegimus, ſuffragiis, iiſque plene ac mature diſcuſſis, de memoratorum Cardinalium conſilio, utrumque ſupra relati Libri tomum, tanquam continentem aſſertiones falſas, temerarias, ſcandaloſas, piarum aurium offenſivas, in Romanos Pontifices, Apoſtolicam hanc Sanctam Sedem, & Epiſcopos injurioſas, Eccleſiaſticæ juriſdictioni derogantes, obedientiæ Conſtitutioni *Unigenitus* ab omnibus ſincere debitæ everſivas, ſchiſmati faventes, ſchiſmaticas, in errorem inducentes, ac erroneas reſpectivè, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium damnamus, reprobamus, prohibemus, ipſiuſque Libri impreſſionem, deſcriptionem, lectionem, retentionem, & uſum, omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus, etiam ſpecifica & individua mentione, & expreſſione dignis, ſub pœna excommunicationis per contrafacientes ipſo facto abſque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam, præter quam a Nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente, niſi in mortis articulo conſtitutus, abſolutionis beneficium valeat obtinere, omnino interdicimus. Volentes, & auctoritate Apoſtolica mandantes, ut quicumque Librum præfatum, ſeu aliquam illius partem, ſive Typis impreſſam, ſive manu ſcriptam penes ſe habuerint, vel in futurum quandocumque habebunt, illum, & illam, ſtatim atque præſentes Literæ eis innotuerint, Locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus tradere, atque conſignare teneantur; hi vero exemplaria ſibi ſic tradita illico flammis aboleri curent. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Ut autem eædem præſentes Literæ omnibus facilius innoteſcant, nec quiſquam illarum ignorantiam allegare poſſit, volumus, & auctoritate prædicta decernimus, ilias ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, nec non Curiæ Generalis in Monte Citatorio, ac in acie Campi Floræ de Urbe, per aliquem ex Curſoribus noſtris, ut moris eſt, publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui; itaut ſic publicatæ omnes, & ſingulos, quos concernunt, perinde afficiant, ac ſi unicui que illorun perſonaliter notificatæ, & intimatæ fuiſſent: Ipſarum autem Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eamdem prorſus fidem tam in judicio, quàm extra illud ubique locorum haberi, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi exhibitæ forent, vel oſtenſæ.

Cenſura & damnatio libri.

Imprimentes, tenentes, legentes hujuſmodi libram excommunicantur.

Publicationis præceptum, ejuſque effectus.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die xx. Novembris MDCCLII. Pontificatus Noſtri Anno decimotertio.

Dat. 20. Novembris 1752

D. Cardinalis Paſſionem.

Publicat. eodem die, menſe, & anno.

Confirmantur, & declarantur Conſtitutiones Prædeceſſorum Romanorum Pontificum ſuper vetita armorum delatione, retentione, & venditione. VIII.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

SECURITATEM, atque tranquillitatem Populorum & Perſonarum Apoſtolicæ Sedi in temporalibus ſubjectarum tueri & aſſerere volentes Prædeceſſores Noſtri Romani Pontifices, non modo ſeveriſſimas leges adverſus homicidia, & cujuſcumque generis vim ediderunt, verum etiam ad ea ſubmovenda, quæ hujuſmodi delictis facilè perpetrandis occaſionem & commoditatem præbere poſſent, omnium armorum ad necem clam & doloſè inferendam aptorum delationem, retentionem, & venditionem, graviſſimarum pœnarum interminatione vetuerunt; quemadmodum ex providis felicis recordationis Pii Papæ IV. Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo, nonis Martii, & Sancti Pii V. pridie Idus Februarii illius Pontificatus Anno ſeptimo, editis Conſtitutionibus, patet.

Certi generis arma in publicæ ſecuritatis exitium comparata.

Proſcripta ſunt a Prædeceſſoribus Pontificibus, & præſertim Pio IV., & S. Pio V.

§. 1. Quorum veſtigiis inhærens recolendæ memoriæ Prædeceſſor quoque Noſter Alexander Papa VIII. per ſuam Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo, Idibus Auguſti, editam Conſtitutionem, quæ incipit *Etſi cuncta*, prædictorum ante ſe Pontificum Leges atque Sanctiones confirmans & innovans, decrevit & ſanxit, nemini cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ, etiam ſpeciali mentione ſeu nota digno, licere in Alma Urbe, ejuſque Diſtrictu, & in toto Statu Eccleſiaſtico tunc ſibi & dictæ Sedi tam immediatè, quam mediatè ſubjecto, comprehenſis etiam quatuor Legationibus, ac Civitatibus Bononienſi, Ferrarienſi, Beneventana, aliiſque Civitatibus, Terris & Locis, etiam ſpecialem & individuam expreſſionem, & nominationem requirentibus, ejuſdem arma in præmiſſis Conſtitutionibus expreſſè vetita, & alia quæcumque brevioris menſuræ trium Palmorum, illius menſuræ, quæ vulgariter denominatur *Canna Romana* ad uſum Mercatoris, ſub pœnis læſæ Majeſtatis, & rebellionis irremiſſibiliter exequendis, (exceptis dumtaxat cultellis aptis ad incidendum panem, qui tamen majoris longitudinis unius palmi eſſe non poſſent, ac ſine cuſpide, & ut vulgò dicitur, *ſpuntati* eſſe deberent; nec non aliis inſtrumentis ad uſum propriæ artis, quam quiſque exercet, neceſſariis, & in actu exercitii ejuſdem artis, & non aliàs) deferre, ſeu domi, aut in Apothecis, vel alibi retinere, ſive in ipſum Statum Eccleſiaſticum introducere, fabricare, vendere, permutare, aut aliud contractus genus ſuper ipſis inire.

Horum Sanctiones innovavit Alexander VIII. & vetitorum armorum genera exactè diſtinxit.

§. 2. Cumque ſub luæ hujuſmodi, ac præcedentium Conſtitutionum cenſura, tam Clericos, quàm alias omnes & ſingulas perſonas Eccleſiaſticas etiam quomodolibet exemptas, Sæculares, & cujuſvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Inſtituti, etiam de neceſſitate ſpecialiter exprimendi, nec non Militiarum quarumcumque, etiam Hoſpitalis Sancti Joannis Jeroſolymitani, Regulares, vel aliàs immunitate perſonali quomodolibet gaudentes, comprehendi voluiſſet, & contra tranſgreſſores, ſi qui etiam ex his reperti fuiſſent, per Ordinarios Locorum, aliiſque competentes Judices, ad majorem pœnam,

Eccleſiaſticos omnes, aliiſque exemptos, iiſdem legibus teneri declaravit.

quam

quam Tribunal Ecclesiasticum pro quocumque graviori, & atroci delicto imponere soleat & valeat, irremissibiliter procedi mandasset:

Statutas pœnas incurri decrevit, licet dolus, & mala qualitas abesse dicerentur.

Nec suffragari patentes litteras aut privilegia quæcumque.

§. 3. Hoc insuper decrevit, & declaravit, ut ad eximendos transgressores a pœnis præfatis minimè suffragaretur allegare, quod non constaret de dolo, vel mala eorumdem contravenientium qualitate; nec etiam ad hujusmodi effectum ullæ Familiaritates, Litteræ patentes, & Licentiæ concessæ, aut concedendæ, seu Privilegia cujuslibet Congregationis, Tribunalis, aut Militiæ, seu Judicum, Officialium Militarium, & Ministrorum, etiam Justitiæ, aut Ministerii Cameralis, Almæ Domûs Lauretanæ, & cujusvis Ordinis etiam Militaris, Congregationis, Societatis, & Instituti, aut quarumvis Personarum quacumque Ecclesiastica, seu mundana dignitate fulgentium, quidquam prodessent, aut relevarent; prout latiùs atque distinctiùs in præcitatis ejusdem Alexandri Prædecessoris Litteris continetur.

Præfatorum Pontificum leges instauravit Clemens XII.

§. 4. Pari justitiæ zelo, & publicæ quietis studio incensus sanctæ memoriæ immediatus Prædecessor Noster Clemens Papa XII. per suam anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo trigesimo quarto, Kalendis Februarii, Pontificatus sui Anno quinto, editam Constitutionem, cujus initium est -- *In Supremo justitiæ Solio*, inter alia, quæ pro recta Justitiæ administratione, ac delictorum coërcitione providè constituit, prædictas Pii IV., Pii V., & Alexandri VIII., aliorumque Antecessorum Litteras & Ordinationes, nec non Edictum Kalendis Januarii Anni Domini millesimi septingentesimi octavi, de mandato piæ memoriæ Clementis Papæ XI. promulgatum, cæteraque Bannimenta eousque publicata, quibus eorumdem, seu aliorum armorum in Urbe, & Ditione Ecclesiastica præfatis delatio, retentio, introductio, aut venditio, sub diversis etiam capitalibus pœnis prohibentur, omniaque, & singula in eis contenta, similiter approbavit & innovavit; Et ne pœnarum in ipsis adversus transgressores statutarum executionem ullo modo impediri contingeret, quibuscumque Tribunalibus, Magistratibus, & Judicibus, tam Urbis præfatæ, quàm aliarum Civitatum, Terrarum, & Locorum eidem Apostolicæ Sedi immediatè, ac etiam mediatè subjectorum, nec non quibusvis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus etiam de Latere Legatis, districtè prohibuit & interdixit, ne in causis delationis ac retentionis hujusmodi armorum, ulli delinquenti, pœnas, quas quomodolibet incurrissent, gratiosè remitterent, aut componerent, vel in minima etiam parte moderarentur, sed ea dumtaxat, quæ stricti juris essent, juxta præcisam formam & dispositionem Litterarum, Edicti, & Bannimentorum hujusmodi decernerent & exequerentur.

Sublata Judicibus facultate moderandi pœnas, seu componendi.

Et reservata Pontifici cujuslibet gratiæ concessione.

§. 5. Quod si ex peculiaribus quandoque facti circumstantiis, vel ex qualitate personarum, gratiæ, compositioni, aut pœnæ moderationi locum esse, æquitate ita suadente, prudenter existimarent; voluit nihilominus, neque tunc per eosdem Magistratus & Judices ad concessionem gratiæ, compositionem, aut moderationem pœnæ deveniri posse, nisi prævia sua, ac Romani Pontificis pro tempore existentis expressa approbatione; sub nullitatis gestorum, ac omnium inde sequutorum, &, quoad Judices præfatos, sub pecuniariis, aliisque etiam corporalibus, suo, & ejusdem Pontificis arbitrio infligendis pœnis; & consequenter quibuslibet Cardinalium Congregationibus, ac Cardinalibus etiam de Latere Legatis, quamcumque facultatem, quæ ipsis de jure, usu, vel consuetudine, seu aliàs quomodolibet competere posset, arbitrandi, gratiam impertiendi, & componendi, ac moderandi pœnas hujusmodi, in dictis causis delationis, aut retentionis armorum, abrogavit, & revocavit.

§. 6. Et Nos igitur dictorum Prædecessorum consilium ac prudentiam magnoperè commendantes, ejusque necessitatem pro felici Populorum regimine in dies magis magisque agnoscentes, præcitatas eorum Constitutiones, quarum totos & integros tenores præsentibus pro insertis de verbo ad verbum haberi volumus, atque omnes & singulas dispositiones, prohibitiones, declarationes, & extensiones in eis contentas, Nostris Motu proprio, ac certa scientia, per hanc Nostram perpetuò valituram Constitutionem, Apostolica auctoritate approbamus, confirmamus, & innovamus, & secundum eas, per quoscumque Judices, ac in omnibus, & singulis earumdem Urbis, ac Ditionis Tribunalibus, & Curiis, omnino procedi volumus & mandamus.

Innovantur providæ hujusmodi Sanctiones.

Controversia excitatur super onere probandi bonam, aut malam qualitatem reorum.

§. 7. Verum quia in hujusmodi causarum tractationibus sæpè contingit, ut pro parte reorum, ab ipsis, aut ab eorum Advocatis & Defensoribus, allegetur, eorum pravam intentionem, seu dolum, in delatione aut retentione armorum hujusmodi, & personarum malam qualitatem, a Fisco minimè probari; ac, deficientibus horum probationibus, contendatur, justam & fundatam præsumptionem bonæ qualitatis eisdem Reis semper assistere; ideoque locum esse æquitati, quam præcitata Clementis XII. Constitutio insinuare videtur, ut scilicet Supremo Principi consilium detur pro gratia, aut compositione, seu moderatione pœnæ in præmissis Constitutionibus, Edictis, & Bannimentis respectivè statutæ; Nos hujusmodi ratiocinationes, non modo ad reos a promeritis pœnis eximendos, cum præmissarum Legum eversione, & publicæ quietis detrimento, tendentes, verum etiam earumdem Alexandri, & Clementis Constitutionum litteræ, & spiritui adversantes, de medio tollere, ac debitam earumdem Constitutionum observantiam, & executionem asserere volentes; Simili motu, scientia, & auctoritate, ac earumdem præsentium renore, decernimus, & declaramus, nil aliud oneris Fisco incumbere ad fundandam actionem suam, pro urgenda, obtinendaque condemnatione reorum ad formam dictarum Constitutionum, quàm ut ipsum contraventionis delictum, videlicet delationem, vel retentionem, seu respectivè introductionem, fabricationem, aut venditionem armorum in supradictis Pii IV., Pii V., Alexandri VIII., & Clementis XII. Constitutionibus, aliisque edictis, & Bannimentis per eosdem Prædecessores confirmatis & innovatis, vetitorum & proscriptorum, plena & valida probatione constare faciat. Quod si excipiendo contendatur, eam esse delinquentis qualitatem, vel tales in peculiari facto circumstantias concurrere, quæ consulendum Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti pro gratia aut compositione, vel moderatione pœnæ, meritò suadeant; onus erit ipsius Rei, seu illius defensorum, hujusmodi exceptionis subsistentiam, concludentibus, & juridicis probationibus demonstrare, quemadmodum ipsa Clementis XII. Constitutio, cum præcedenti Alexandri VIII. Lege collata, satis apertè indicat; & ne super hoc in posterum hæsitari contingat, Nos earundem tenore præsentium, ejusmodi probationum adstruendarum onus in ipsos reos, eorumque defensores, expressè refundimus; eoque non adimpleto, memoratas exceptiones delinquentibus nullatenus suffragari volumus, quominus omnibus, & singulis pœnis, etiam læsæ Majestatis, & rebellionis, in præfatis Prædecessorum Sanctionibus constitutis, subjiciantur, & cum effectu plectantur & puniantur.

Fisco nil aliud incumbit, quâ probare transgressionem dd. Constitutionum.

Reus allegans bonam qualitatem, hanc concludenter probare tenetur.

§. 8. Sicque, & non aliter in hujusmodi causis censeri, atque ita per quoscumque Judices, Ordinarios & Delegatos, tam in Urbe, quàm in universo Statu Ecclesiastico, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere

Aliter judicari prohibetur.

Lega-

Legatos, alioſque quoſlibet, quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes & functuros, ſublata eis & eorum cuilibet aliter judicandi & interpretandi facultate, adverſus quoſcumque in præmiſſis delinquentes, etiam ſpeciali nota & expreſſione dignos, prout in præcitatis Prædeceſſorum Noſtrorum Conſtitutionibus exprimuntur & nominantur, judicari & definiri debere decernimus & mandamus.

Derogatio contrariis.

§. 9. Non obſtantibus contrariis quorumcumque Trimunalium & Judicum reſolutionibus & definitionibus, aut Curiarum uſibus, ſtylis, & conſuetudinibus, ſeu inveteratis Doctorum opinionibus & Sententiis, nec non Urbis præfatæ, aliarumve Civitatum, Terrarum, atque Locorum Statutis, ſeu eorumdem, & quarumcumque Perſonarum, & Univerſitatum Privilegiis, Exemptionibus, & Indultis, cæteriſque omnibus, quæ uterque Pius, Alexander, & Clemens Prædeceſſores prædicti ſuarum Conſtitutionum obſervantiæ, & executioni decreverunt non obſtare.

Fides habenda tranſumptis.

§. 10. Volumus autem, ut præſentium Litterarum exemplis, etiam impreſſis, Notarii publici manu ſubſcriptis, & Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ Sigillo munitis, eadem fides in judicio, & extra, ubicumque opus fuerit, habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi originaliter exhiberentur, ſeu oſtenderentur.

Sanctio.

§. 11. Nulli ergo omninò Hominum liceat paginam hanc Noſtrarum approbationis, confirmationis, innovationis, Decreti, declarationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. 15. Januarii 1753.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quinquageſimo tertio, decimo octavo Kalendas Februarii, Pontificatus Noſtri Anno Tertiodecimo.

D. Card. Paſſioneus.

J. Datarius.

Viſa de Curia J. C. Boſchi.

Loco + plumbi.

J. B. Eugenius.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Publicata die 3. Februarii 1753.

IX.

In Utinenſi Civitate, Collegiata Eccleſia Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ in Archiepiſcopalem Eccleſiam cum omnibus juribus, præeminentiis, ac privilegiis erigitur.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium. Præcipuæ enumerantur conditiones, ut locus aliquis Pontificalis Sedis honore donetur.

SUprema diſpoſitione, cujus inſcrutabili Providentia ordinationem ſuſcipiunt univerſa, in ſupereminenti Apoſtolicæ Dignitatis ſpecula, meritis licet imparibus, conſtituti, illiuſque vices in Terris gerentes, qui glorioſus regnat in Cælis, inter cæteras curas humeris noſtris incumbentes, illam libenter amplectimur, per quam Noſtræ Proviſionis ope inſignes Collegiatæ Eccleſiæ, præſertim in Civitatibus Nobilibus, Populique frequentia conſpicuis, dignioribus titulis, ſcilicet Metropolitanarum Eccleſiarum, illuſtrentur, & condignis favoribus attollantur; cumque id ſtatui, & decori Eccleſiarum ipſarum maxime congruat, & Nos pro Divini cultus augmento, & ſpeciali Chriſtifidelium conſolatione, convenire conſpicimus, in his ſollicitudinis Noſtræ partes favorabiliter interponimus, ac opem, & operam Noſtras impendimus efficaces, ut illæ per Noſtræ vigilantiæ miniſterium, votivis gratulentur eventibus, & felicia in ſpiritualibus ſuſcipiant incrementa. *Sequitur narratio ſuppreſſionis Patriarchatus Aquilejen., & ſtatutæ erectionis duorum Archiepiſcopatuum, de quibus vid. Tom. XVIII. Conſtit. L.*, ac aliàs, prout in ſupradictis litteris Noſtris Apoſtolicis ſub Datum pridiè Nonas Julii Pontificatus Noſtri Anno undecimo deſuper expeditis, plenius & uberius continetur.

Inſigniores Civitatis Utinen. prærogativæ.

§. 1. Nos propterea erectioni Archiepiſcopatus Utinen. hujuſmodi modum & formam imponere, eamdemque erectionem per Nos factam Apoſtolica auctoritate confirmare cupientes, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, in Civitate Utinenſi valde conſpicua, ambitus quinque Milliarium circiter, duplici muro circumdata, ac pluribus ædificiis tàm publicis, quàm privatis eximiè ornata, Populique frequentia celebri, utpotè viginti millium circiter habitatorum numero referta, inter quos plurimæ Nobiles Familiæ, ex quibus plures quovis tempore tam antiquæ Militiæ, quàm inſignioribus Equeſtribus Ordinibus adſcripti fuerunt, & in qua, uti Gubernator etiam per totam Provinciam, præſidet unus Venetus Patritius, qui una cum duobus Judicibus Prætoriam Curiam efformat; novem itidem inibi, præter infraſcriptam Collegiatam, reperiuntur Parochiales, & aliæ intra muros Sæculares Eccleſiæ, ſeu Cappellæ, ac decem virorum, inter quæ Domus Presbyterorum Miſſionis a prædicto Daniele Cardinale, & Patriarcha propriis expenſis erecta, & fundata, ac duodecim Mulierum Cœnobia, quorum unum, illud videlicet Sanctæ Catharinæ Senenſis nuncupatæ, per eumdem Danielem Cardinalem & Patriarcham a fundamentis extructum; & Conſervatoria, aliaque Loca Pia, Hoſpitalia, & Confraternitatum Oratoria, cum Monte Pietatis, & Seminario: Et in eadem Civitate Utinenſi, in qua Tribunal Inquiſitionis contra Hæreticam pravitatem, & Magiſtratus particulares reperiuntur, convocari ſolent generalia Provinciæ Comitia, ideoque digna, ut juremerito Archiepiſcopalis Civitatis nomine nuncupari valeat; Sæcularem & Collegiatam Eccleſiam Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ, una cum illius Canonicatibus & Præbendis, Apoſtolica auctoritate perpetuò ſupprimimus, & extinguimus, illiſque ſic ſuppreſſis, & extinctis, prædictam Collegiatam Eccleſiam, in ſui ſtructura valde magnificam, ac undecim nobiliſſimis Altaribus efformatam, ac ſacris paramentis, & utenſilibus ad divinum cultum neceſſariis, & ad Pontificalia exercenda ſufficienter inſtructam, dignam propterea, ut titulo & honore Archiepiſcopalis Eccleſiæ decoretur, ad laudem & honorem Omnipotentis Dei, ac Beatæ Virginis Mariæ, & Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, necnon Fidei Catholicæ exaltationem, & totius Militantis Eccleſiæ gloriam, in Archiepiſcopalem & Metropolitanam Eccleſiam Utinenſem nuncupandam, ſub titulo Annunciationis ejuſdem B. M. V., & in ea Archiepiſcopalis, & Metropolitani Præſulis Utinenſis Sedem, & Provinciæ caput, pro uno deinceps Archiepiſcopo Utinenſe nuncupando, qui Pallii, & Crucis uſum, aliorum Archiepiſcoporum more, necnon ex voluntate, ſeu permiſſione Ducis, & Reipublicæ prædictorum benignè decreta, locum, & vocem in Parlamento Generali Forijulii, in prima ſede, ſeu ſeſſione inter Prælatos, habeat, cum ſuis Capitulo, Sigillo, Arca, Menſa Archiepiſcopali, omnibuſque aliis inſigniis Archiepiſcopalibus, necnon privilegiis, honoribus, & prærogativis, aliis Archiepiſcopis debitis, & conceſſis, ac juribus, juriſdictionibus, facultatibus, præmi-

Nec non Sæcularis Collegiata Eccleſia S. Mariæ Majoris.

Quapropter Pont. Archiepiſcopalem Sedem & Eccleſiam ibi erigit cum omnibus juribus & prærogativis.

nentiis,

nentiis, gratiis, favoribus, & Indultis realibus, & personalibus, ac mixtis, quibus aliæ Metropolitanæ Ecclesiæ, earumque Præsules quomodolibet, non tamen titulo oneroso, seu ex indulto, aut privilegio particulari, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, similiter perpetuò erigimus, & instituimus, ac nomine, titulo, & honore Archiepiscopali & Metropolitano decoramus, necnon pro tempore existentem Ecclesiæ prædictæ Utinensis Præsulem, in Archiepiscopum declaramus; eique, ut ipse cætera singula, prout Metropolitanis in eorum Civitatibus, Diœcesibus, & Provinciis a jure indultum existit, facere, exercere, administrare, & exequi possit, eadem auctoritate concedimus, & indulgemus.

Archiepiscopales Ædes.

Erectæ Metropoli Suffraganeæ Ecclesiæ assignantur.

§. 2. Præterea eidem Ecclesiæ Utinensi, Episcopales Paduanam, & Vicentinam, ac Veronensem, & Tarvisinensem, ac Ceneten sem, & Bellunensem, ac Feltrensem, & Concordiensem, ac Justinopolitanam, & Æmonien sem, seu Civitatis novæ, ac Parentinam, necnon Polensem Ecclesias, Patriarchatus olim Aquilejensis per Nos, ut præfertur, suppressi & extincti Suffraganeas, ac Venerabiles Fratres Nostros modernos, ac pro tempore existentes earum respectivè Episcopos, pro Archiepiscopo Utinensi pro tempore existente Suffraganeis, qui tamquam membra capiti eidem Archiepiscopo Utinensi jure Metropolitico subsint, ita quod Archiepiscopus Utinensis pro tempore existens prædictus in Paduana, Vicentina, & Veronensi, ac Tarvisina, & Cenetensi, ac Bellunensi, & Feltrensi, ac Concordiensi, & Justinopolitana, & Æmonien si, seu Civitatis novæ, & Parentina, necnon Polensi Civitatibus, & Diœcesibus, jus Metropoliticum sibi vindicet, necnon Paduana, ac Vicentina, & Veronensis, ac Tarvisina, & Cenetensis, ac Bellunensis, & Feltrensis, ac Concordiensis, & Justinopolitana, ac Æmonien sis, seu Civitatis novæ, & Parentina, necnon Polensis Ecclesiæ prædictæ, eidem Archiepiscopo & Metropolitano Utinensi ad omnia & singula teneantur, & sint adstrictæ, ad quæ Suffraganei suis Metropoliticis Ecclesiis, & Metropolitanis tenentur, & obligati sunt, & judicentur secundum Canonicas Sanctiones, dicta Apostolica auctoritate etiam concedimus, & assignamus; ac eidem Archiepiscopo Utinensi prædictos suos Suffraganeos consecrandi, ad Provinciales Synodos evocandi, ac cum eis etiam publica negotia terminandi; & causas quarumcumque appellationum, sive querelas, aliàs ad eum tamquam Metropolitanum, juxta Decreta Concilii Tridentini devolutas, ac alias juxta Sacrorum Canonum statuta spectantes, cognoscendi, omniaque alia & singula, quæ de jure vel consuetudine, aut aliàs quoquomodo ad Archiepiscopos, & Archiepiscopale munus spectare & pertinere solent, & debent, gerendi, faciendi, & exercendi, plenam, liberam, ac omnimodam auctoritatem concedimus & facultatem: Provinciæ quoque Utinensis Clerum, & Populum universum, ac omnia Loca, Ecclesias, & Monasteria, ac Oratoria, & Pia Loca, necnon Confraternitates, in dominio Veneto existen., olim prædicto Aquilejensi Patriarchatui per Nos, ut præfertur, suppresso & extincto, subjecta & subjectas, pro eorumdem Ecclesiæ, & Archiepiscopi Utinensis provincialibus, pariter perpetuo concedimus & assignamus; ac deinceps perpetuis futuris temporibus prædictas Paduanam, ac Vicentinam, & Veronensem, ac Tarvisinam, & Cenetensem, ac Bellunensem, & Feltrensem, ac Concordiensem, & Justinopolitanam, & Æmonien sem, seu Civitatis novæ, ac Parentinam, necnon Polensem Ecclesias dictæ Ecclesiæ Utinensis Suffraganeas, ac tàm eas, quàm illarum Civitates, & diœceses respectivè universas, sub ipsa Provincia Utinensi comprehensas, & nullatenus ab ea exemptas, nec dictæ Sedi Apostolicæ immediatè, neque ulli alteri, nisi tantum Utinensi Ecclesiæ, & illius Archiepiscopo prædictis, quoad Archiepiscopalia, Metropolitica, ac Provincialia jura, ac jurisdictiones, subjectas esse, & fore, dicta auctoritate declaramus. Pro Residentia verò, & habitatione Archiepiscopi Utinensis pro tempore existentis prædicti, in eadem Civitate Utinensi, Palatium cum ei annexis, in quo prædictus Daniel Cardinalis Patriarcha ad Præsens commoratur, & ab ipso multis ædificiis auctum, concedimus, & assignamus.

Omniaque Metropolitica jura.

Capitulum in nova Metropolitana statuitur, certusque Mansionariorum, & Cappellanorum numerus.

§. 3. Utque eadem Collegiata Ecclesia Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ in Archiepiscopalem Ecclesiam Utinensem, ut præfertur, erecta, ex omni parte perfectior reddatur, condignoque Capitulo, ac Canonicorum, & Dignitates in ea obtinentium, ac Mansionariorum, & Cappellanorum numero condecoretur; in ea unam Præposituram, quæ inibi post Pontificalem major existat, pro uno Presbytero in Theologia Magistro, vel Decretorum Doctore, aut in eis Licentiato, futuro dictæ Collegiatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ in Archiepiscopalem Ecclesiam Utinensem, ut præfertur, erectæ Præposito, qui illius Capituli Caput existat, & in Choro, Capitulo, Processionibus, cæterisque functionibus, & actibus Capitularibus publicis & privatis, dictæ Collegiatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ in Archiepiscopalem Ecclesiam Utinensem, ut præfertur, erectæ præeminentiam, & primum locum habeat; ac unum Decanatum, qui secunda, pro uno Clerico, seu Presbytero futuro dictæ Ecclesiæ Decano, & unum Primiceriatum, qui tertia, Dignitates inibi respectivè existant, pro uno Clerico, seu Presbytero futuro dictæ Ecclesiæ Primicerio, ac viginti quatuor Canonicatus, totidemque Præbendas pro totidem Clericis, seu Presbyteris futuris in ea Canonicis, ac duodecim Mansionariatus, pro totidem Presbyteris futuris in ea Mansionariis, necnon octo sine cura, personalem tamen residentiam requirentes, Cappellanias, pro totidem Presbyteris futuris in ea Cappellanis, ut infra, nominandis; cum Capitulo, Stallo, Mensa Capitulari, Arca, Bursa, & Sigillo communibus, ac omnibus & singulis aliis Capitularibus signis, & insignis, aliis Metropolitanis Ecclesiis, earumque Capitulis de jure, usu, consuetudine, privilegio, aut aliàs quomodolibet, non tamen ex indulto, seu privilegio particulari, competentibus; quique Præpositus, ac Decanus, & Primicerius, necnon Canonici prædicti Capitulum inter se constituant; ac tàm ipsi, quàm Mansionarii, & Cappellani hujusmodi apud dictam Ecclesiam personaliter residere, & in ea singulis diebus, ac debitis temporibus, horas Canonicas, ac Majorem, seu Conventualem, & alias Missas, cæteraque Divina Officia solita & consueta, cum debita mentis attentione, servataque Ecclesiastica disciplina; ac infrascriptis ordine & præcedentia omninò servatis, videlicet quod Præpositus semper primum, Decanus secundum, & Primicerius tertium, locos habeant; deinde juxta antianitatem majorem, seu priorem electionem, aut nominationem in Canonicos, Mansionarios, & Cappellanos hujusmodi, viginti quatuor Canonici, & successivè duodecim Mansionarii, & octo Cappellani prædicti succedant; qui Mansionarii, & Cappellani nunquam de Gremio Capituli censeri debeant, minusque vocem, aut votum in Capitulo, ac Sessionibus Capitularibus habere valeant; omnes vero Archiepiscopo Utinensi pro tempore existenti, prout in aliis Cathedralibus & Metropolitanis Ecclesiis practicari solet, inservire teneantur, psallere, decantare, recitare, & respectivè celebrare, & aliàs dictæ Ecclesiæ in Divinis

Ordo præcedendi inter eos.

Jauda-

laudabiliter deservire debeant, & teneantur, dicta Apostolica auctoritate, etiam perpetuò erigimus, & instituimus.

Archiepiscopali Mensæ reditus assignantur.

§. 4. Illis autem sic erectis, & institutis, pro mensarum Archiepiscopalis & respectivè Capitularis prædictæ Ecclesiæ, necnon Archiepiscopatus Utinensis hujusmodi, videlicet infrascriptam summam octo millium trecentorum, & sexdecim Ducatorum monetæ Venetæ, ei ut infra assignandam, & Præposituræ, ac Decanatus, & Primiceriatus, ac viginti quatuor Canonicatuum, totidemque Præbendarum, & duodecim Mansionariatuum, necnon octo Cappellaniarum, ut præfertur, erectorum, & erectarum, hujusmodi respectivè dote, illumque, ac illos, & illas pro tempore respectivè obtinentium congrua sustentatione, ac onerum eis pro tempore respectivè incumbentium supportatione, omnia & singula fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta universa, tàm ad prædictam olim Patriarchalem Aquileiensem Ecclesiam per Nos, ut præfertur suppressam, & extinctam, in Dominio Veneto existentia, quàm ad prædictam Collegiatam Ecclesiam Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ in Archiepiscopalem Ecclesiam Utinensem, ut præfertur, erectam quomodolibet spectantia, & pertinentia: ita tamen ut Mensæ Archiepiscopalis Utinensis redditus annui sint in octo mille tercentum & sexdecim Ducatis monetæ Venetæ prædictæ, ad rationem Librarum sex, & solidorum quatuor pro quolibet Ducato hujusmodi, licèt redditus Mensæ Patriarchalis Ecclesiæ Aquilejensis prædictæ in solis septem millibus quingentis nonaginta septem Ducatis similibus consisterent, attento quod prædicti Dux & Respublica Venetiarum, ad faciendam Nobis rem gratam, auxerunt redditus prædictæ Mensæ Archiepiscopalis Utinensis in ducatis septingentis novendecim similibus, quo intuitu etiam Dux, & Respublica prædicti continuabunt favore Sacristiæ prædictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ annuam præstationem trecentorum & sexdecim Ducatorum similium, quæ priùs præstabatur Sacristiæ prædictæ Patriarchalis Ecclesiæ Aquileiensis.

Item cuilibet Præbendæ, Officio, ac Beneficio in Archiepiscopali Ecclesia erectis.

§. 5. Præposito verò septingenti sexaginta, & Decano sexcenti quinquaginta, ac Primicerio quingenti septuaginta, singulis verò ex viginti quatuor Canonicatibus trecenti quinquaginta quinque, ac singulis ex duodecim Mansionariis centum octoginta septem ducati monetæ Venetæ prædictæ, cum dimidio alterius ducati paris, necnon singulis ex octo Cappellanis pro tempore existentibus prædictis, octoginta octo ducati similes cum tribus quartis alterius ducati paris annuatim assignentur, eadem Apostolica auctoritate similiter perpetuò applicamus, & appropriamus; ita quod liceat futuris Archiepiscopo Utinensi, ac Præposito, & Decano, ac Primicerio, & viginti quatuor Canonicis, ac duodecim Mansionariis, & octo Cappellanis prædictæ Ecclesiæ pro tempore existentibus, illorum omnium fructuum, reddituum, jurium, obventionum, & emolumentorum veram, realem, & actualem possessionem per se, vel alium, seu alios, eorum, ac dictarum Mensarum Archiepiscopalis, & respectivè Capitularis nominibus, propria auctoritate, liberè apprehendere, & apprehensam perpetuò retinere, fructus quoque, redditus, & proventus hujusmodi, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque percipere, exigere, levare, ac in eorum, & Mensarum Archiepiscopalis, & respectivè Capitularis hujusmodi usus, & utilitatem convertere, cujusvis licentia desuper minimè requisita.

Portio reditus Mensæ Archiepiscopalis percipienda ex perpetua

§. 6. Præterea, attenta dismembratione, ac separatione fructuum ex Bonis in Veneto Dominio existentibus ad Monasterium Abbatiam nuncupatum Sancti Petri de Rosacio Ordinis Sancti Benedicti olim Aquileiensis Diœcesis per Nos, ut præfertur, suppressæ & extinctæ, quod Dilectus similiter Filius noster Angelus Maria prædictæ S. R. E. Cardinalis Quirini nuncupatus, modernus Episcopus Brixiensis, in Commendam ad sui vitam ex concessione & dispensatione Apostolicis ad præsens obtinet, quodque in similem Commendam ex pari concessione Apostolica ad vitam obtineri consuevit, spectantium, & pertinentium, in actu erectionis Ecclesiæ Archiepiscopalis Goritiensis per Nos, ut præfertur, factis, ex tunc, & cum primum illud per cessum, etiam ex causa permutationis, vel decessum, seu privationem, aut quamvis aliam dimissionem, vel amissionem dicti Angeli Mariæ Cardinalis & Episcopi, aut alio quovis modo ex ejus persona, Commenda prædicta cessante, vacare contigisset, firmo remanente Titulo Commendæ; cujus Monasterii taxa in libris Cameræ Apostolicæ descripta ad centum octoginta tres Florenos auri, cum uno tertio alterius Floreni similis, pro parte ad Mensam Archiepiscopalem Utinen. prædictam spectante, quæ ab Archiepiscopo Utinensi pro tempore existente, utpotè in provisione Ecclesiæ Archiepiscopalis solvenda, in litteris Apostolicis Commendæ ejusdem Monasterii desuper expediendis persolvi non debebit, attento quod taxa Ecclesiæ Utinensis ad mille Florenos auri, comprehensis dictis centum octoginta tribus Florenis hujusmodi cum uno tertio alterius Floreni paris, in prædictis libris, ut accepimus, descripta reperitur; quodque Monasterium, quia redditus ex Bonis in Veneto Dominio existentibus habet, Utinensis Diœcesis denominari, ac Archiepiscopis Utinensibus pro tempore existentibus, & non aliis personis, in Commendam, Apostolica auctoritate concedi, & assignari debeat, cum denominatione, seu titulo ejusdem S. Petri de Rosacio, ut præfertur, etiam factis, quas dicta Apostolica auctoritate confirmamus; eosdem fructus sic dismembratos, & separatos, & ad summam duorum millium ducatorum similium annuatim ascendentes, eidem Mensæ Archiepisc. Utinensi, cujus favore annuatim solventur, ut adimpleatur summa octo millium trecentorum, & sexdecim ducatorum hujusmodi quotannis Archiepiscopo Utinensi pro tempore existenti a publica Capsa Utinensi, seu alia Reipublicæ prædictæ, donec & quousque tradantur fundi & stabilia, quæ sint dicti annui redditus, nitidi, & liberi ab omnibus expensis; & quatenus prædictus Daniel Cardinalis & Patriarcha eidem Angelo Mariæ Cardinali & Episcopo præmoriatur, tunc Dux, & Respublica prædicti subministrabunt bis mille Ducatos annuos similes Archiepiscopo Utinensi pro tempore existenti, donec tamen & quousque prædictum Monasterium per dicti Angeli Mariæ Cardinalis & Episcopi cessum, vel decessum, aut alio quovis modo, ex ejus persona, Commenda prædicta cessante, vacare contigerit.

Commenda Monasterii S. Petri de Rosacio.

Proventus Capitularis Mensæ designantur, & unde sint colligendi.

§. 7. Pro Capitulo verò, & omnibus Capitularibus prædictæ Ecclesiæ in Archiepiscopalem, ut præfertur, erectæ, omnes & singulos redditus cujuscumque generis, & speciei, cum omnibus juribus, & actionibus, ac unionibus Beneficiorum Ecclesiasticorum, tàm Capituli olim Patriarchalis Ecclesiæ Aquilejensis per Nos, ut præfertur, suppressæ & extinctæ, quàm prædictæ Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Majoris in Archiepiscopalem, ut præfertur, erectæ, ad tredecim mille & quadringentos ducatos similes in totum annuatim ascendentes, non deductis oneribus, itaut, facta distributione inter singulos, ut supra, superesse debeant annuatim sexaginta ducati pares in salarium Acolytorum, qui prædictæ Ecclesiæ inservient, erogandi, Apostolica auctoritate prædicta similiter perpetuò applicamus & appropriamus: ad prædictam itidem Ecclesiam in Archiepiscopalem, ut præfertur erectam, omnia & singula

Anniversaria, & onera Missarum, ac Officia, habentia fundos, & redditus in ditione Veneta, similiter perpetuò transferimus, in eaque celebrari mandamus.

Provisionalia quædam de Ecclesia Utinensi, Archiepiscopo, ejusque Coadjutore.

§. 8. Insuper quod semper, & quandocumque Archiepiscopalis Ecclesia Utinensis per Nos, ut præfertur, erecta, Pastoris solatio destituta fuerit, ad illam Archiepiscopus Utinensis pro tempore, ut infra, nominandus teneatur ad solutionem taxæ a Collegio Venerabilium Fratrum Nostrorum prædictæ S. R. E. Cardinalium statutam, tàm ratione prædictæ Ecclesiæ Utinensis, quàm ratione prædicti Monasterii Sancti Petri de Rosacio, in parte, ut supra, Mensæ Archiepiscopali Utinensi prædictæ assignata, quin teneatur ad utriusque taxæ solutionem prædictus Daniel Cardinalis & Patriarcha, quem Nos, absque alia de ejus persona Ecclesiæ Utinensi prædictæ de novo facienda provisione, & præfectione, in Archiepiscopum Utinensem declaramus, ipsumque eidem Ecclesiæ Utinensi præfectum fuisse & esse volumus; & cum in Archiepiscopum Utinensem prædictum successerit Venerabilis Frater Noster Bartholomæus Gradenigo modernus Episcopus Thiatirensis in partibus Infidelium, ex nunc pro tunc a Duce & Republica prædictis ad illam nominatus, quatenus tamen in actu, quo ipse aliàs prædicto Danieli Cardinali & Patriarchæ Coadjutor perpetuus, & irrevocabilis in regimine & administratione dictæ olim Patriarchalis Ecclesiæ Aquileiensis per Nos, ut præfertur, suppressæ & extinctæ, cum futura in illa successione, Apostolica auctoritate prædicta constitutus & deputatus fuit, jura & emolumenta eisdem Collegio, & Cameræ Apostolicæ debita persolverit, & non aliàs, quod in actu expeditionis suarum novarum Litterarum Apostolicarum Coadjutoriæ, teneatur tantùm ad solutionem taxæ prædicti Monasterii Sancti Petri de Rosacio, pro qua taxa præstare debeat prædicto Collegio, & Cancellariæ Apostolicæ idoneam cautionem, eadem Apostolica auctoritate declaramus.

Concilii Utinensis facultas condendi statuta, eaque reformandi, ac revocandi.

§. 9. Præterea eisdem futuris, & pro tempore existentibus Ecclesiæ Utinensis Archiepiscopo, Capitulo, & Canonicis, & Dignitates prædidas obtinentibus, ut ipsi capitulariter congregati, pro dictæ Ecclesiæ Utinensis, ac illius Mensæ Capitularis, Sacristiæ, & Fabricæ, earumque rerum, & bonorum, tàm spiritualium, quàm temporalium prospero, felicique statu, regimine, gubernio, & directione, ac onerum eis pro tempore respectivè incumbentium supportatione, Missarum, Horarum Canonicarum diurnarum, & nocturnarum, aliorumque Divinorum Officiorum, Processionum, Funeralium, & Anniversariorum celebratione, ac de Dignitatibus, Canonicatibus, & Præbendis, ac Mansionariis, & Cappellaniis prædictis, aliisque Ministeriis Ecclesiasticis inibi pro tempore providendorum receptione, & admissione, personali residentia, distributionum etiam quotidianarum, & emolumentorum quorumcumque repartitione, & administratione, pœnarum per absentes, ac Divinis Officiis, & Functionibus suis loco & tempore non interessentes, seu onera, & ministeria eis respectivè incumbentia subire negligentes, incurrendarum impositionem, atque incursum, singulorum præsentiis & absentiis notandis, cœremoniis, & ritibus in prædicta Ecclesia, illiusque Choro, Capitulo, Processionibus, & aliis actibus servandis, necnon illius Ministris deputandis & amovendis, salariis, & stipendiis eorum cuilibet assignandis, & quibusvis aliis rebus, in præmissis, & circa ea quomodolibet necessariis & opportunis, quæcumque Statuta, Ordinationes, Capitula, & Decreta, licita tamen, & honesta, ac sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, & Constitutionibus Apostolicis non contraria, condere & edere, conditaque & edita, pro temporum & rerum variatione, & qualitate, mutare, limitare, corrigere, declarare, & interpretari, ac in meliorem formam redigere, seu alia de novo etiam ex integro, de consensu tamen semper Archiepiscopi Utinensis pro tempore existentis, condere, & per eos, ad quos pro tempore spectabit, sub pœnis in contrafacientes statuendis, observari facere liberè & licitè valeant, plenam, liberam, & omnimodam facultatem, potestatem, & auctoritatem, eadem Apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, & impertimur.

Dignitates, Canonici, & Mansionarii peculiaribus insignibus & consuetis juribus, ac privilegiis decorantur.

§. 10. Ulterius futuris prædictæ Ecclesiæ Præposito, & Decano, ac Primicerio, & viginti quatuor Canonicis, necnon duodecim Mansionariis prædictis, eorumque in Præpositura, ac Decanatu, & Primiceriatu, & singulis Canonicatibus, & Præbendis, necnon Mansionariatibus hujusmodi successoribus respectivè pro tempore existentibus, ut ipsi, Præpositus videlicet, ac Decanus, & Primicerius, ac viginti quatuor Canonici prædicti, Cappam magnam violacei coloris, pellibus armellinis subsutam, & Rocchettum; Mansionarii verò prædicti Almutiam, tàm in prædicta Ecclesia, quàm extra eam, & tàm in Processionibus, quàm aliis actibus, & functionibus quibuscumque, publicis & privatis, etiam extra Civitatem Utinensem prædictam, ac ubique locorum, etiam in Synodalibus, Provincialibus, Universalibus, Generalibusque Conciliis, ac etiam in præsentia dictorum Venerabilium Fratrum Nostrorum prædictæ S. R. E. Cardinalium, etiam de Latere Legatorum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & Ordinarii etiam proprii, ac aliorum quorumcumque, ac etiam in ipsius Ecclesiæ Choro, & Capitulo, quibusvis anni temporibus, & diebus, deferre & gestare, illisque respectivè uti, liberè, & licitè possint, & valeant; eisdem quoque Præposito, & Decano, & Primicerio, & viginti quatuor Canonicis, necnon duodecim Mansionariis pro tempore existentibus prædictis, ut ipsi, eorumque Officiales, & Ministri, ac respectivè bona, proprietates, & jura quæcumque, omnibus & singulis, tàm spiritualibus, quàm temporalibus privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, præeminentiis, antelationibus, concessionibus, indultis, favoribus, & gratiis, quibus aliarum similium Archiepiscopalium, & Metropolitanarum Ecclesiarum illarum partium, Capitula, Dignitates, Canonicatus & Præbendas, ac Mansionariatus in eis obtinentes, eorumque Officiales, & Ministri, ac bona, jura, res, & proprietates, de jure, usu, consuetudine, privilegio, aut aliàs quomodolibet, non tamen titulo oneroso, aut ex indulto, seu privilegio particulari, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, similiter & pariformiter, ac æque principaliter, & absque ulla prorsus differentia, dummodo tamen illa sint in usu, & non revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, sacrisque Canonibus, prædicti Concilii Tridentini Decretis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis prædictis non repugnent, uti, frui, potiri, & gaudere liberè & licitè etiam possint, & valeant, perinde ac si eis nominatim & expressè concessa fuissent, eadem Apostolica auctoritate etiam perpetuò concedimus, & indulgemus.

Jus nominandi Archiepiscopum, Decanum, Primicerium, & duodecim Canonicos, reservatur Venetæ Reipublicæ.

§. 11. Et super, attentis Ducis & Reipublicæ prædictorum erga Sanctam Sedem particularibus meritis, eisdem Duci & Reipublicæ jus nominandi ad prædictam Archiepiscopalem Ecclesiam Utinensem, quoties eam pro tempore quomodolibet, non tamen per obitum apud Sedem Apostolicam prædictam, Pastoris solatio destitui contigerit, Personam idoneam, per Nos & Romanum Pontificem pro tempore existentem, ad

nomi-

nominationem hujusmodi, eidem Ecclesiæ Utinensi in Archiepiscopum præficiendam; necnon ad Decanatum, & Primiceriatum, & duodecim ex dictis vigintiquatuor Canonicatibus & Præbendis, per Nos, ut præfertur, erectis hujusmodi, certis Sanctorum nominibus, ut infra, designandos, quandocumque & quotiescumque illos & illas de cætero, quibusvis modis, & ex quorumcumque personis, etiam Noſtris, & Romani Pontificis pro tempore existentis, seu quorumvis prædictæ S. R. E. Cardinalium etiam tunc viventium familiaribus, & continuis Commensalibus, seu Romanæ Curiæ Officialibus, aut aliàs reservationem & affectionem inducentibus, seu per liberas, etiam ex causa permutationis, respectivè resignationes de illis in Romana Curia prædicta etiam in Noſtris, & Romani Pontificis pro tempore existentis manibus, vel extra eam quomodolibet respectivè factas & admissas, aut assequutionem aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum quavis auctoritate collatorum, seu illos & illas pro tempore respectivè obtinentium in aliquo ex Mensibus Nobis & Romano Pontifici pro tempore existenti, ac eidem Sedi Apostolicæ reservatis, decessum, aut quamvis aliam dimissionem, amissionem, privationem, Religionis ingressum, & Professionis in ea emissionem, Matrimonii contractum, aut aliàs quomodocumque, & qualitercumque, non tamen per obitum apud Sedem Apostolicam prædictam, vacare contigerit, Personas itidem idoneas, in Decanatu, ac Primiceriatu, ac duodecim ex dictis viginti quatuor Canonicatibus & Præbendis per Nos, ut præfertur, erectis hujusmodi, per Ordinarium Loci respectivè instituendas, simili Apostolica auctoritate perpetuò reservamus, concedimus, & assignamus. Necnon Jus nominandi hujusmodi, tam ad dictam Ecclesiam Utinensem, quàm ad Decanatum, & Primiceriatum, ac duodecim ex dictis viginti quatuor Canonicatibus & Præbendis, ut præfertur, erectis hujusmodi, Regium existere, eisdemque Duci & Reipublicæ semper & perpetuo competere, illudque vim, effectum, naturam, substantiam, essentiam, qualitatem, validitatem, & roboris firmitatem Juris nominandi Regii hujusmodi, obtinere, ac, uti tale, sub quacumque derogatione, etiam cum quibusvis prægnantissimis & efficacissimis clausulis, & decretis, in quacumque dispositione, etiam per viam Constitutionis, Legis, Regulæ Cancellariæ Apostolicæ, aut aliàs quomodocumque facta, nullatenus comprehendi, neque illi ullo unquam tempore, & ex quavis causa, derogari posse, neque debere, ac Collationes, provisiones, & quasvis alias dispositiones de Decanatu & Primiceriatu, ac duodecim ex viginti quatuor Canonicatibus & Præbendis, ut præfertur, erectis hujusmodi, absque Ducis & Reipublicæ prædictorum consensu, seu nominatione, pro tempore factas, processusque desuper habendos, & inde sequenda quæcumque, nulla, & invalida, nulliusque roboris vel momenti fore & esse, ac pro nullis & insectis haberi, nec jus, aut coloratum titulum possidendi cuiquam per illa tribui posse, decernimus.

Aliud jus nominandi ad certum Canonicatum, & Præbendam Capitulo reservatum.

§. 12. Capitulo verò & Canonicis prædictæ Collegiatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ in Archiepiscopalem Ecclesiam Utinensem, ut præfertur, erectæ, Jus nominandi ad Canonicatum, & *Masolini* nuncupatam Præbendam, ex dictis vigintiquatuor Canonicatibus & Præbendis per Nos, ut præfertur, erectis; utpote semper considerandos ex fundatione, vel dotatione, de Jurepatronatus Laicorum, quoties illos quovis modo, & ex cujusvis persona, non tamen per obitum apud Sedem prædictam, vacare contigerit, personam idoneam ab eisdem Capitulo & Canonicis in illis instituendam, similiter perpetuo reservamus, concedimus, & assignamus.

§. 13. Sed ne ex prædicta reservatione Juris nominandi Duci & Reipublicæ prædictis, ut præfertur, concessa, tantum oriatur præjudicium prædictæ Cancellariæ Apostolicæ; decernimus & declaramus, quod tam Decanatûs, quàm Primiceriatûs, & duodecim ex vigintiquatuor Canonicatibus & Præbendis, ut præfertur, erectis hujusmodi, vacationibus extra prædictam Curiam in Januarii, Martii, Maji, Julii, Septembris, & Novembris mensibus quovis modo pro tempore occurrentibus; ad illos & illas a Duce & Republica præfatis nominati, exhibere debeant eorum nominationem in Dataria Apostolica, & subinde Apostolicas Litteras, cum expressione fructuum in viginti quatuor Ducatis auri de Camera, in Cancellaria Apostolica expedire teneantur. Vacationibus autem præfatis in aliis sex, Februarii videlicet, ac Aprilis, & Junii, ac Augusti, & Octobris, nec non Decembris mensibus occurrentibus, ad illos & illas nominati, Patentales litteras eorum institutionis ab Archiepiscopo Utinensi pro tempore existente reportare debeant. Litteræ autem Apostolicæ collationis prædictæ Præposituræ, quæ, utpote Dignitatis post Pontificalem majoris existentis, semper ad Sedem Apostolicam prædictam pertinebit, cum expressione pariter illius fructuum in viginti quatuor ducatis auri de Camera expediantur.

Provisio seu respectivè Institutio in Præfatis Dignitatibus, & Canonicatibus Jurispatronatus Reipublicæ, quomodo moderanda.

§. 14. Idemque servabitur in litteris Apostolicis collationis aliorum undecim Canonicatuum, totidemque Præbendarum, ut præfertur, erectorum & erectarum hujusmodi, quorum, tamquam liberæ collationis existentium, collatio facienda erit a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, vel ab Archiepiscopo Utinensi pro tempore existente, ad formam Regularum ejusdem Cancellariæ Apostolicæ. Et quoad duodecim Mansionariatus, ac octo Cappellanias, ut præfertur, erectos & erectas hujusmodi, utpote de sui natura ad nutum amovibiles, prædictis Capitulo & Canonicis dictæ Ecclesiæ Jus eligendi libere Mansionarios & Cappellanos, quo priùs potiebantur Capitulum & Canonici præfatæ Patriarchalis Ecclesiæ Aquilejensis per Nos, ut præfertur, suppressæ & extinctæ, necnon ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ in Archiepiscopalem Ecclesiam Utinensem, ut præfertur, erectæ, juxta antiquam consuetudinem; quodque cura animarum dilectorum Filiorum Parochianorum ejusdem Ecclesiæ Utinensis penes Capitulum & Canonicos præfatæ Ecclesiæ Utinensis remaneat, exercenda tamen per unum & alterum Vicarios ab eisdem Capitulo & Canonicis nominandos, & ad eorum nutum amovibiles, similiter reservamus, concedimus, ac respectivè declaramus.

Quid de Canonicatibus liberæ collationis.

Deque Mansionariis, & Cappellaniis.

Cura animarum actualis, & habitualis penes quos?

§. 15. Denique, quod prædictus Daniel Cardinalis & Patriarcha, necnon pro tempore existens Archiepiscopus Utinensis, de Consilio Capituli, & Canonicorum prædictæ Ecclesiæ Utinensis, distinguere, seu declarare debeat Præbendas Canonicales hujusmodi Presbyterales, Diaconales, & Subdiaconales, necnon, ad præscriptum Concilii Tridentini prædicti, etiam Theologalem, & Pœnitentiariam Præbendas ejusdem Ecclesiæ Utinensis, ut præfertur, erectæ, prævio concursu conferendas: Quodque cum justum non sit, quod remaneant totaliter expoliati nonnulli ex antiquis Canonicis, Mansionariis, & Cappellanis tam præfatæ Patriarchalis Ecclesiæ Aquilejensis per Nos, ut præfertur, suppressæ & extinctæ, quàm ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ in Archiepiscopalem Ecclesiam Utinensem, ut præfertur, erectæ, quibus locus esse non potest, attento determinato numero Præbendarum in prædicta Archiepiscopali Ecclesia; onus esse debeat ejusdem Ecclesiæ Utinensis Capituli & Canonicorum

Archiepiscopo, cum consensu Capituli, reservatur distinctio Præbendarū in Presbyterales, Diaconales, & Subdiaconales, ac designatio Theologalis, & Pœnitentiariæ.

Indemnitati consulitur nonnullorū Canonicorū, & Presbyterorum extinctæ Patriarchalis, & Collegiatæ in Metropolitanam erectæ.

dictis Presbyteris Congruam præbere, vita eorum naturali durante, vel donec ipsi aliter provideantur, qua sese sustentare valeant, & quatenus aliqua emergeret difficultas super assignatione præfatæ Congruæ per Capitulum & Canonicos prædictos, ut præfertur, præstandæ, quod idem Daniel Cardinalis & Patriarcha illam pro suo arbitrio prudenter componere, & concordare; prout etiam decernere quantitatem distributionum a solis interessentibus Choro personaliter lucrandarum, valeat; quodque, quoad eam Diœcesis Aquilejensis partem in Civitate, & Diœcesi Veronensi existentem, hæc ut prius, remanere debeat subjecta præfato Danieli Cardinali Patriarchæ, vita ejus naturali durante; neque hoc intermedio tempore omittemus omnem opportunam capere providentiam in eo quod respiciet futurum tempus; & si dictus Daniel Cardinalis & Patriarcha è vivis decederet, quod Deus avertat, antequam capta fuisset dicta providentia, exequenda, ut supra, post obitum præfati Danielis Cardinalis & Patriarchæ, ne Capitulum Veronense, ac Monasterium Sanctæ Mariæ in Organo nuncupatæ Sancti Benedicti, seu alterius Ordinis, & aliæ Ecclesiæ in Civitate, & Suburbiis Veronensibus positæ, olim Patriarchatui Aquilejensi per Nos, ut præfertur, suppresso & extincto subjectæ, ullo unquam tempore sint sine capite, & ne via aperiatur inconvenientibus ex causa prætensionum bene notarum Capituli & Canonicorum Ecclesiæ Veronensis super aliquibus Ecclesiis, & Monasteriis; ex nunc pro tunc decernimus, Venerabilem Fratrem Nostrum Episcopum Veronensem, uti Apostolicum Delegatum, exercere debere super Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Veronensis prædictæ, & Monasterio præfato, aliisque Ecclesiis prædictis omnem eam jurisdictionem, si, & quam hactenùs exercuerunt Patriarchæ Aquilejenses, usque dum fuerit examinatum a Sancta Sede totum id, quod opus est examinari, ut rectum judicium dari possit super prætensionibus, ne dum Episcopi, verum etiam Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Veronensis prædictorum, similiter declaramus.

Peculiaris dispositio de parte Aquilejensis Diœcesis, sita in Veronensi Civitate & Diœcesi.

§. 16. Præsentes quoque litteras semper & perpetuò validas & efficaces esse, & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, nec ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam vocari, aut adversus illas quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari posse; nec illas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus etiam per Nos, & Sedem Apostolicam prædictam, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam motu, scientia & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter pro tempore factis, & faciendis, comprehendi, vel confundi; sed tamquam ad Fidei Catholicæ exaltationem, Divinique cultus incrementum, & animarum ædificationem & solatium, factas & emanatas, semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de novo, etiam sub quacumque posteriori data, per futuros, & pro tempore existentes Archiepiscopum, & Capitulum, & Canonicos Utinenses prædictos, ac alios, quorum favorem eædem præsentes litteræ quomodolibet concernunt, quandocumque eligenda, concessas, validasque fore & esse, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; & sic ab omnibus censeri; & ita per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, & quoslibet alios quavis prærogativa & privilegio fungentes, ac honore & præeminentia fulgentes, sublata eis, ac eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, in quavis causa & instantia judicari & definiri debere, & si secus super his a quoquam &c. irritum & inane motu pari similiter decernimus.

Clausulæ, & Decreta pro præmissorum firmitate.

§. 17. Non obstantibus &c. quibusvis etiam in Synodalibus, Provincialibus, Universalibus, & Generalibus Conciliis editis vel edendis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Nostris, & Cancellariæ prædictæ Regulis, de jure quæsito non tollendo, ac de gratiis adinstar non concedendis, & de exprimendo vero annuo valore, nec non Lateranensis Concilii noviſſimè celebrati, uniones, & applicationes perpetuas, nisi in casibus à jure permissis fieri prohibentis, & quatenus opus sit, præfatæ Collegiatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ in Archiepiscopalem Ecclesiam Utinensem, ut præfertur erectæ, etiam juramento &c. roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis, quibusvis Superioribus & Personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficaciſſimis, & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, aut aliàs quomodolibet etiam pluries ac iteratis vicibus concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, aliàs de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita & peculiaris forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum omnium & singulorum validitatis effectum, hac vice dumtaxat specialiter & expresè, ac latissimè, & plenissimè, harum quoque serie, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, derogamus, contrariis quibuscumque. *Et post alia.*

Ampliſſima derogatio contrariis quibuscumque.

§. 18. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Nostrarum absolutionis, suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, concessionis, dismembrationis, separationis, assignationis, unionum, confirmationis, declarationis, applicationis, annexionis, incorporationis, facultatum impertionis, Indulti Juris nominandi, reservationis, extensionis, Decreti, mandati &c., & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, &c. incursurum.

Sanctio pœnalis.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo septingenteſimo quinquageſimo tertio, quartodecimo Kal. Februarii, Pontificatus Nostri Anno Tertiodecimo.

Dat. 19. Januarii 1753. Pont. 13.

Expedita in Cancellaria Apostolica.

Aliter judicari prohibetur.

India-

X.

Indiarum Orientalium Vicariis Apoſtolicis Epiſcopis, non habentibus Epiſcopum Coadjutorem cum futura Succeſſione, nec Vicarium Generalem, injungitur, ut ſibi conſtituant Vicarium Generalem, cui ampliſſimæ facultates in caſu obitus Vicarii Apoſtolici, a Pontifice conceduntur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Pontificis ſollicitudo in omnes etiam longe diſſitas Eccleſias.

EX ſublimi hac Sacroſancti Apoſtolatus ſpecula, in qua per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam plane immerentes præſidemus, impoſitam imbecillitati noſtræ omnium Eccleſiarum ſollicitudinem, & omnium animarum JESU CHRISTI Sanguine redemptarum procurationem aſſiduè cogitantes, advigilare, ac providere adnitimur, ut opportunas Apoſtolicæ charitatis poteſtatiſque noſtræ partes, in Regionibus præſertim, & Provinciis ab Europa tam longè diſſitis, quoad Nobis integrum eſt, deſiderari minimè patiamur.

§. 1. Quoniam autem non ſine graviſſima Pontificii animi noſtri moleſtia accepimus, ſæpe accidiſſe, aliquem ſcilicet ex Vobis, Venerabiles Fratres, iſtarum Indiarum Orientalium Apoſtolicis Vicariis, Epiſcopali titulo, & charactere inſignitum, ſed ſine Coadjutore cum futura ſucceſſione, viam univerſæ carnis ingreſſum, ad repoſitam in Cœlis coronam Apoſtolicis laboribus paratam evolaſſe, ac neminem, qui Ordinariam pro defuncto Vicario Apoſtolico juriſdictionem exerceret, repertum, aut deputatum fuiſſe: Hinc eſt, quod omnibus, & ſingulis Vicariis Apoſtolicis hujuſmodi injungimus, & mandamus, ut qui neque Epiſcopum Coadjutorem cum futura ſucceſſione, neque Vicarium, ex Clero ſive ſæculari, ſive regulari, Generalem habent, ſtatim atque ad unumquemque eorum præſentium noſtrarum litterarum certa notitia pervenerit, deputent Vicarium ex Clero ſive ſæculari, ſive regulari Generalem, habilem tamen, atque idoneum, qui eveniente cujuſvis Apoſtolici Vicarii ſine Coadjutore cum futura ſucceſſione obitu, tanquam Apoſtolicæ hujus Sanctæ Sedis Delegatus, teneatur aſſumere, & obire regimen, & gubernium Apoſtolici Vicariatus, uſque ad captam ejuſdem Vicariatus Apoſtolici hujuſmodi poſſeſſionem a novo Vicario Apoſtolico, quem eadem hæc Sancta Sedes conſtituerit, aut uſque ad quamcumque aliam ab ipſa Sancta Sede ineundam ordinationem.

Vicarii Apoſtolici Epiſcopum Coadjutorem non habentes jubentur aſſumere Vicarium Generalem.

Qui ipſis obeuntibus Vicariatus regimen aſſumat.

§. 2. Porrò Vicario Generali hujuſmodi per Apoſtolicum quemque Vicarium ſibi, ut præmittitur, deputando, Nos earumdem præſentium tenore, nunc pro tunc, Apoſtolica auctoritate noſtra concedimus, & tribuimus omnes, & ſingulas facultates perpetuis futuris temporibus valituras, quæ Vicariis Capitularibus cujuſvis Cathedralis Eccleſiæ, Sede vacante, ineſſe, & de jure competere dignoſcuntur. Præterea eidem Vicario Generali, poſt tamen Apoſtolici Vicarii obitum, concedimus, pariterque impertimur uſum, & exercitium earum facultatum, quibus utebatur, & gaudebat, dum viveret, defunctus Apoſtolicus Vicarius Epiſcopus; iis dumtaxat exceptis, quæ requirunt Ordinem, & Characterem Epiſcopalem, vel non ſine Sacrorum Oleorum uſu exercentur. Quandocumque verò neceſſitas urgeat, fæpedicto Vicario Generali poteſtatem etiam indulgemus & damus, conſecrandi Calices, Patenas, & Altaria portatilia, cum Sacris Oleis omninò ab Epiſcopo benedictis.

Ampliſſimæ deſignato Vicario facultates tribuuntur.

§. 3. Itaque, Venerabiles Fratres, ex Apoſtolicæ providentiæ auctoritatiſque noſtræ ratione, maximè ad procurandam ſalutem animarum conſentanea, a Nobis ſuſcepta, atque unicuique Veſtrum præcepta, animadvertite, quanta ſit Apoſtolici muneris unicuique Veſtrum injuncta cura: Atque eapropter ſatagite, ut per aſſiduos labores, vigilantiam paſtoralem, ſollicitudinemque contendatis, ne quiſpiam Chriſtifidelium Vobis commiſſorum, & de quibus ratio Supremo Paſtorum Principi Æterno Judici reddenda eſt, pereat; Sed potius, ut omnes æternam ſalutem conſequantur, ut Vobis merces veſtris meritis debita a juſto Remuneratore Deo tribuatur. Nos interim cœleſtis præſidii auſpicem Apoſtolicam Benedictionem, in Populos etiam veſtrarum Diœceſum & Provinciarum redundaturam, Fraternitatibus Veſtris peramanter impertimur.

Cohortatio ad Apoſtolicos Vicarios.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præſentium litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, & a Congregationis Venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei Præpoſitorum Præfecto, & Secretario pro tempore exiſtentibus ſubſcriptis, & Sigillo ejuſdem Congregationis munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Exemplorum fides.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXVI. Januarii MDCCLIII. Pontificatus Noſtri Anno Decimo tertio.

Dat. 26. Januarii 1753.

Cajetanus Amatus.

XI.

Cardinales Episcopos Suburbicarios, in propria Cappella sui Palatii Romæ existentis, non posse suis Subditis, præter primam Tonsuram, conferre Majores, vel Minores Ordines, nisi requisito & præobtento Cardinalis Urbis Vicarii consensu.

Venerabili Fratri Nostro, Fr. Joanni Antonio Episcopo Tusculano S. R. E. Cardinali Guadagni nuncupato, Nostro in Urbe ejusque districtu Vicario Generali.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater Noster, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Quænam fuerit Epistolæ conscribendæ occasio?

AD audientiam Nostram nuper admissa Fraternitas Tua nobis detulit, in hac ipsa Urbe, superiore anno 1752. impressum Typis fuisse exiguum Tractatum *de Episcopis Cardinalibus Suburbicariis*, auctore Religioso Viro æque pio, ac in Theologia Morali, & Canonica facultate versato; eoque in Opusculo fuisse affirmatum, licere Episcopis Suburbicariis in Sacellis suarum Ædium, quas Romæ incolunt, subditos suos Clericali Tonsura, & Minoribus Ordinibus initiare, non requisito, aut obtento Fraternitatis Tuæ opportuno assensu, seu necessaria licentia: Id autem tibi visum esse Officii tui juribus detrahere. Quod quum Nobis etiam tunc visum fuerit, multo magis in sententia persistendum duximus, postquam perlecto memorati Opusculi *cap. 3. quæst. 12.*, ubi auctor quæstionem hanc discutit, rem ipsam nobiscum consideravimus, atque perpendimus.

Consuetudo hac in re hactenus servata, ejusque efficacia.

§. 1. Porrò ad sententiam nostram inconcussa stabilitate firmandam sufficeret id, quod ex Tabularii tui monumentis eruitur, nimirum Cardinales Suburbicarios, quoties in Sacellis suarum Ædium cuiquam ex propriis subditis primam Clericalem Tonsuram Minoresque Ordines conferre voluerunt, toties opportunam ad id licentiam a Cardinalibus Urbis Vicariis pro tempore existentibus quæsisse, & obtinuisse. Est enim in rebus omnibus magna consuetudinis auctoritas; nec jure & recte plerumque agit, qui novitates inducit, aut inducendas suadet.

Tridentini Sanctio quoad Pontificalia in aliena Diœcesi exercenda.

§. 2. Verùm rem ipsam penitiùs investigantibus, occurrit perspicuum Concilii Tridentini decretum *sess. 6. cap. 5. de Reform.* ubi hæc leguntur: *Nulli Episcopo liceat cujusvis privilegii prætextu Pontificalia in alterius Diœcesi exercere, nisi de Ordinarii loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subjectas tantùm:* indicta in Episcopum huic legi contrafacientem pœna Suspensionis ab exercitio Pontificalium; in Ordinatum verò Suspensionis ab Ordinum susceptorum exercitio, ipso jure incurrenda.

Traditur genuinus ejusdem sensus.

§. 3. In quo animadvertenda est (quod per transennam dictum intelligatur) Sacri Concilii severitas; dum, ut Episcopo in aliena Diœcesi commoranti liceat Pontificalia exercere, non solum expressam Ordinarii Loci licentiam obtinendam decernit, sed insuper vetat, ne is Episcopus Pontificalia exerceat, præter quam in subditos ejusdem Loci Ordinarii: *& in personas eidem Ordinario subjectas tantùm.*

Exemplisque illustratur.

§. 4. Quare si Decreti Litteræ strictius inhæreas, ac proponatur exempli causa Episcopus Placentinus Bononiæ existens, posset hic quidem, accedente expressa licentia Archiepiscopi Bononiensis, Pontificalia exercere in Diœcesanos Bononienses; sed minime ipsi liceret, quantumvis eodem assentiente Archiepiscopo, Pontificalia exercere in Mutinensem quempiam, qui Episcopi sui Dimissorialibus Litteris munitus, Bononiam accessisset.

Che ai Cardinali Vescovi Suburbicarj non sia lecito il conferire oltre la Tonsura anche gli Ordini Minori, o Sacri a' loro Sudditi nella Cappella del proprio Palazzo di Roma, senza aver chiesta, ed ottenuta licenza dal Cardinal Vicario di Roma.

Venerabili Fratri Nostro, Fr. Joanni Antonio Episcopo Tusculano S. R. E. Cardinali Guadagni nuncupato, Nostro in Urbe ejusque districtu Vicario Generali.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater Noster, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Qual fosse il motivo di scrivere la presente lettera.

NELL' ultima udienza, che le dammo, Ella ci rappresentò, essere stato stampato in Roma nell' anno passato 1752. un piccolo Trattato *de Episcopis Cardinalibus Suburbicariis*, da un Religioso pio, e versato nelle materie Morali, e Canoniche; ed esserſi in esso asserito, potere i Vescovi Suburbicarj nelle Cappelle de suoi Palazzi, ne' quali abitano in Roma, conferire alli loro Sudditi la Tonsura, e gli Ordini Minori, senza aver chiesto, ed ottenuto da Lei il necessario assenso, o sia la necessaria licenza; e creder Ella ciò pregiudiziale al suo diritto. Ciò parve ancora a Noi, ed in questo nostro sentimento ci siamo confermati, dopo aver letto l' indicato Autore *al cap. 3. quæst. 12.*, ove tratta la controversia, e dopo avere anche considerata, ed esaminata la materia.

Di quanta forza sia l' osservanza nella presente materia.

§. 1. Per istabilire quest' assunto, basterebbe il dire, che, per quanto si ricava dalla di Lei Segreteria, ogni volta, che i Cardinali Suburbicarj hanno voluto dare la Tonsura ed i Minori a qualche loro Suddito nelle Cappelle de' loro Palazzi, hanno chiesta dai Cardinali Vicarj di Roma *pro tempore*, ed ottenuta da essi l' opportuna licenza: valendo molto in tutte materie l'osservanza, ed avendo torto per lo più chi innova, o consiglia ad innovare.

Decreto del Concilio di Trento intorno all' esercizio de' Pontificali.

§. 2. Ma, entrando, come suol dirsi, nelle viscere dell' affare, chiara è la disposizione del Concilio di Trento alla *sess. 6. cap. 5. de Reform.*, ove così si legge: *Nulli Episcopo liceat cujusvis privilegii prætextu Pontificalia in alterius Diœcesi exercere, nisi de Ordinarii loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subjectas tantùm:* imponendo *ipso jure* al Vescovo contraveniente la Sospensione dall' esercizio de' Pontificali, ed all' Ordinato quella dall' esecuzione degli Ordini.

Senso letterale del Decreto.

§. 3. Notabile (e ciò s' intenda detto *per transennam*) è il rigore del Sacro Concilio; mentre ad effetto, che il Vescovo, che è nella Diocesi di un' altro, possa esercitare i Pontificali, non solo richiede l' espressa licenza dell' Ordinario del luogo: ma di più non vuole, che possa esercitare i Pontificali, se non sopra le persone suddite dello stesso Ordinario del luogo: *& in personas eidem Ordinario subjectas tantùm.*

Si spiega con un esempio.

§. 4. In tal maniera che, stando strettamente alla lettera, e ritrovandosi per esempio in Bologna il Vescovo di Piacenza, potrebbe bensì questi esercitare i Pontificali sopra i Bolognesi, essendovi l' espressa licenza dell' Arcivescovo di Bologna; ma non potrebbe, anche colla licenza dello stesso Arcivescovo, esercitare i Pontificali sopra un Modenese venuto a Bologna colle Dimissorie del proprio Vescovo.

Viene più benignamente interpretata dalla Congregazione del Concilio.

§. 5. Si è detto, che così dovrebbe essere, stando alla lettera del Concilio: *& in personas eidem Ordinario subjectas tantùm*: Sapendo però ancor Noi, aver creduto, e stabilito la Congregazione del Concilio, interprete dello stesso, potere il Vescovo, che è nella Diocesi di un altro, colla di lui espressa licenza, non solo esercitare i Pontificali sopra i Sudditi del detto Vescovo, ma anche, colla stessa licenza, sopra i Sudditi degli altri Vescovi, venuti colle Lettere Dimissorie de' loro Ordinarj.

Risoluzione della stessa.

§. 6. Ecco la risoluzione *del 1573. nel. lib. 1. de' Decreti pag. 85. a tergo*: *Prosper Vitalinus Episcopus Bistanensis, requisitus ab Archiepiscopo Neapolitano, ut ejus nomine in illa Civitate Ordinationes habeat, & non solùm eidem Subditos, sed aliarum quoque Diœcesum, si qui fortè advenerint, de licentia sui Ordinarii expostulantes, Clericali charactere insignire velit; ipse quidem cupit illius morem gerere voluntati, sed aliquantulum veretur, an id sibi tutò facere liceat, ex Capite ultimo Sessionis sextæ de Reformatione. Sacra &c. censuit, licere, si illi, qui aliarum Diœcesum erunt, habuerint Litteras Dimissorias a suis Ordinariis*: il che anche ritroviamo confermato in una risoluzione *de' 25. di Giugno 1599. lib. 9. Decretor. pag. 73. a tergo.*

Resta però fermo, che nell' altrui Diocesi non possono esercitarsi i Pontificali senza l' espressa licenza dell' Ordinario del luogo.

§. 7. Il rigore poc' anzi riferito del Concilio di Trento, ancorche ammollito, e modificato dalle risoluzioni della Congregazione, e dalla pratica susseguente, dimostra il savio contegno prescritto al Vescovo, che è nella Diocesi di un altro, di non poter mai in essa esercitare i Pontificali senza l'espressa licenza dell' Ordinario del luogo; e per conseguenza ad evidenza comprova, non potere il Cardinal Vescovo Suburbicario, quando è in Roma, conferire la Tonsura e gli Ordini Minori nella propria Cappella, senza licenza del Cardinale Vicario di Roma.

Tre motivi fondamentali dell' assunto.

§. 8. Tre cose sono necessarie per bene stabilire l'assunto. La prima, che il Cardinale Vescovo Suburbicario, stando in Roma, non sta nella sua Diocesi; e ciò sembra chiaro, essendo Roma nella Diocesi del Vescovo di Roma, e non avendo che fare una Diocesi coll' altra, come chiaramente si deduce dalla nostra Costituzione 115. §. 21. *nel nostro Bollario al Tom. primo.* La seconda, che il Cardinale Vicario sia l' Ordinario di Roma; nè di ciò può muoversi controversia, rappresentando la persona del Papa, non come Papa, ma come Vescovo di Roma, giusta ciò, che da Noi si è dimostrato nel nostro Trattato *de Synodo Diœcesana lib. 2. cap. 3. num. 1. & 2.*, e sarà forse ancora più ampiamente posto in chiaro nella ristampa, che, se Iddio ci darà vita e sanità, intendiamo di fare della predetta nostra Opera, con molte rilevanti aggiunte. La terza, che, conferendosi la Tonsura e gli Ordini Minori, si esercitano i Pontificali; il che è innegabile, come molto bene avverte il Thesauro nel suo Trattato *de Pœnis Ecclesiasticis part. 2. alla parola Episcopus cap. 4. num. 3.*, ove anche saviamente riflette, venire, per l' effetto di cui si tratta, sotto il nome di Pontificali, oltre la collazione degli Ordini benchè Minori, anche la Consecrazione de' Vasi delle Chiese, delle Vergini, del Crisma, l' amministrazione del Sagramento della Cresima, la benedizione delle Vesti, e de' Corporali; colla sola differenza fra la collazione degli Ordini, e gli altri atti sopradetti, che conferendosi dal Vescovo fuori della sua Diocesi gli Ordini senza la licenza dell' Ordinario del luogo, incorre, come si è detto, *ipso jure* la pena della sospensione, che non incorre esercitando gli altri atti sopradetti, non essendovi legge, che l' imponga; ancorchè, così facendo, commetta peccato.

Mitior interpretatio Congregationis Concilii.

§. 5. Hoc autem procedere dictum est, si stricte sumantur relata superius Concilii verba: *& in personas eidem Ordinario subjectas tantùm.* Non tamen ignoramus, Congregationem Cardinalium ejusdem Concilii interpretum censuisse, ac statuisse, Episcopum in aliena Diœcesi commorantem posse non solum, cum Ordinarii localis licentia, in ipsius Ordinarii subditos Pontificalia exercere, sed etiam, eadem accedente licentia, in subditos aliorum Episcoporum, Dimissoriales Litteras sui Ordinarii afferentes.

Ejusdem Decretum.

§. 6. Extat Resolutio Congregationis anno 1573. edita, *lib. 1. Decretor. p. 85. a tergo*, tenoris sequentis: *Prosper Vitalinus Episcopus Bistanensis, requisitus ab Archiepiscopo Neopolitano, ut ejus nomine in illa Civitate Ordinationes habeat, & non solùm eidem subditos, sed aliarum quoque Diœcesum, si qui fortè advenerint, de licentia sui Ordinarii expostulantes, Clericali charactere insignire velit; ipse quidem cupit illius morem gerere voluntati, sed aliquantulum veretur, an id sibi tutò facere liceat, ex Capite ultimo Sessionis sextæ de Reformatione. Sacra &c. censuit, licere, si illi, qui aliarum Diœcesum erunt, habuerint Litteras Dimissorias a suis Ordinariis.* Idque confirmatum invenitur altera resolutione edita *die 25. Junii 1599., lib. 9. Decretor. pag. 73. a tergo.*

Perstat tamen sine licentia Ordinarii loci non posse ab alieno Pontificalia exerceri.

§. 7. Verùm hujusmodi Tridentinæ legis rigor, licet adductis Congregationis resolutionibus, & successivi temporis usu nonnihil mollius & temperatus, satis indicat, quænam Episcopo in aliena Diœcesi existenti præscripta sit recta agendi ratio; ne scilicet inibi unquam Pontificalia exercere valeat, absque Ordinarii Loci expressa licentia: & consequenter aperte demonstrat, non posse Cardinalem Episcopum Suburbicarium, quum in Urbe est, in proprio Sacello Tonuram, & Minores Ordines alicui impertiri, non obtenta ad id Cardinalis ejusdem Urbis Vicarii licentia.

Tria assumptionis firmissima fundamenta.

§. 8. Quod ut firmiter statuatur, tria demonstrari oportet. Primum nempe, Cardinalem Episcopum Suburbicarium, dum in Urbe moratur, in sua Diœcesi non esse; quod satis perspicuum videtur, quum Romana Urbs ad Episcopi Romani Diœcesim pertineat, nec unam Diœcesim cum alia confundi oporteat, veluti aperte evincitur ex nostra Constitutione 115. §. 21. *Bullarii nostri Tom. I.* Alterum verò, Cardinalem Vicarium Romæ Ordinarium esse; idque extra controversiam omnino est, quum ipse personam repræsentet Pontificis, non quà Pontifex est, sed quà Episcopus Urbis Romæ; juxta id, quod a Nobis demonstratum fuit, in nostro Tractatu *de Synodo Diœcesana lib. 2. cap. 3. num. 1. & 2.*, & latius fortasse explanabitur in nova ejusdem Operis editione, quam, Deo vitam & valetudinem Nobis largiente, pluribus atque proficuis additamentis auctam adornare constituimus. Tertium denique, in collatione Tonsuræ & Ordinum Minorum, Pontificalia exerceri; id quod inficiari nemo potest, quemadmodum diligenter advertit Thesaurus in suo Tractatu *de Pœnis Ecclesiasticis part. 2. verbo Episcopus, cap. 4. num. 3.*, ubi recte observat, Pontificalium nomine, ad effectum, de quo nunc agimus, venire non modo quorumvis Ordinum, etiam Minorum collationem, sed etiam consecrationem Vasorum Ecclesiæ, ac Virginum, & Chrismatis, necnon Sacramenti Confirmationis ministrationem, ac indumentorum, & Corporalium benedictionem; hoc uno interjecto discrimine inter collationem Ordinum, & reliquos prædictos actus, quod Episcopus Ordines conferens extra propriam Diœcesim absque Ordinarii Loci licentia, suspensionis pœnam, ut supra dictum est, ipso jure incurrit; at reliquos recensitos actus exercendo, eidem pœnæ nequaquam subjicitur, quum lex non adsit, quæ eam ferat; quamvis cæteroquin præmissa agens, peccati reus fiat.

Paulus IV. Vicariatum Urbis Cardinalium Collegio adnectit.

§. 9. Ex Actis Conſiſtorialibus anni 1558. comperimus, Prædeceſſorem noſtrum Paulum IV. in Conſiſtorio habito die 18. Novembris, Officium Vicarii Urbis S. R. E. Cardinalium Collegio adnexum perpetuò decreviſſe; qua ex re quum magna honoris acceſſio hujuſmodi Officio facta fuerit, minime mirum videri debet, ſi idem munus ſubinde ſingularibus quibuſdam, & inſignioribus prærogativis decoratum fuit. Eas omnes hìc recenſere minime nobis propoſitum eſt; ſed ſatis erit de iis ſermonem habere, quæ pertinent ad Ordinum collationem, ſpecialiter verò quoad ſubditos Epiſcoporum Cardinalium, qui Suburbicarii appellantur.

§. 9. Fra gli Atti Conciſtoriali del 1558. Noi ritroviamo, che nel Conciſtoro tenuto *il giorno* 18. *di Novembre* il Pontefice Paolo IV. unì al Sacro Collegio de' Cardinali l' Uffizio di Vicario di Roma; ed eſſendo reſo più illuſtre il detto Uffizio per l' anneſſione predetta, non è maraviglia, ſe l' Uffizio ſia di poi ſtato decorato con alcune particolari, ed illuſtri prerogative. Noi quì non intendiamo di riferirle tutte, dovendo baſtare il fare parola di ciò, che riſguarda la collazione degli Ordini, e ſpecialmente in ordine ai Sudditi de' Veſcovi Suburbicarj.

Paolo IV. unì al Collegio de' Cardinali l'Uffizio di Vicario di Roma.

Decretum Clementis VIII. de Exteris ad Ordines quoſcunque promovendis a Vicario Urbis.

§. 10. Quod ſpectat ad Ordinum collationem in genere, Clemens VIII. Pont. Max. Decretum edidit, quo ſtatuit, omnes exteros in Urbe degentes, qui ad Sacros Ordines, ſive Minores, ſive Majores, promoveri cupiunt, etiamſi dimiſſorias Litteras a ſuis Ordinariis obtinuerint, quarum vigore a quocumque Epiſcopo ordinari poſſent, nihilominus neque his uti, neque Sacros Ordines extra Urbem ſuſcipere poſſe, niſi antea examinati & approbati fuerint ab Examinatoribus Cardinalis Urbis Vicarii, hujuſque licentiam obtinuerint; idque ſub pœna Suſpenſionis, quam porro ſequitur Irregularitas, ſi Ordinatus contra formam Decreti, in ſuſceptis Ordinibus miniſtrare præſumpſerit. Clementis Decretum editum fuit die 24. Novembris anni 1603., deindeque in ſtauratum ab Alexandro VII. ſub die 15. Maji 1664. Quum verò poſtmodum nonnullæ obortæ fuerint quæſtiones ſuper Decreti interpretatione, ac præcipuè, quinam cenſeri deberent Clerici exteri in Urbe commorantes ſub ipſius Decreti cenſura comprehenſi; & utrum eidem Decreto obnoxii dicendi eſſent ii, qui poſtquam in Urbe per aliquod temporis ſpatium morati fuerint, non examinati a Cardinalis Vicarii Examinatoribus, abſcedunt, ut Sacros Ordines ſuſcipiant a proprio Ordinario, quem ſcilicet proprium agnoſcunt, ſive ratione originis, ſive domicilii, aut Beneficii, aut denique triennalis ſervitii: Hæc omnia opportunis Decretis definita fuerunt in Congregatione particulari habita anno 1668., cujus Reſolutiones videri poſſunt relatæ per accuratiſſimum Rigantium *Tom. II. ad Regulas Cancellariæ, Reg.* 24. §. 3. *à num.* 177. *ad* 185.

§. 10. Parlando della collazione degli Ordini in generale, il Pontefice Clemente VIII. publicò un Decreto, in cui ſtabilì, che i Foreſtieri, che abitavano in Roma, volendo ricevere gli Ordini, o Minori, o Sacri, ancorche aveſſero avute le Dimiſſorie da' ſuoi Ordinarj per potere eſſere ordinati da qualſivoglia Veſcovo, non ſe ne poſſano prevalere, nè ricevere gli Ordini fuori di Roma, ſe non ſono prima ſtati eſaminati, ed approvati dagli Eſaminatori del Cardinale Vicario, ed abbiano ottenuta la licenza del detto Cardinale; e ciò ſotto pena di Soſpenſione, a cui è anneſſa l' Irregolarità, ſe gli Ordinati contro la forma del Decreto, aveſſero l'ardire di eſercitare gli Ordini ricevuti. Il Decreto del detto Pontefice fu fatto *alli* 24. *di Novembre* 1603., e fu rinovato dal Pontefice Aleſſandro VII. *ai* 15. *di Maggio* 1664.; Ed eſſendoſi poi eccitate alcune controverſie ſopra l' intelligenza del predetto Decreto, e ſpecialmente, quali foſſero i Chierici foreſtieri, che potevano dirſi commoranti in Roma, per eſſer compreſi ſotto l' Editto; e ſe ſotto lo ſteſſo Editto ſi doveſſero intendere compreſi quelli, che eſſendo ſtati qualche tempo in Roma, ne partono ſenza eſſere ſtati eſaminati dagli Eſaminatori del Cardinale Vicario, e vanno a ricevere gli Ordini dal proprio Ordinario, o proprio per origine, o per domicilio, o per beneficio, o per ſervizio triennale: fu il tutto riſoluto in una particolare Congregazione tenuta *l'anno* 1668., e le riſoluzioni ſi poſſono vedere regiſtrate *nel Tom.* 2. del diligentiſſimo Rigante *ſopra la Regola* 24. *di Cancellaria* §. 3. *a num.* 177. *ad* 185.

Decreto di Clemente VIII. intorno all' Ordinazione de' Foraſtieri.

Confirmatum fuit ab Alexandro VII. Exortaſque de eo controverſias definivit particularis Congregatio anno 1668.

Vien confermato da Aleſſandro VII. ed interpretato da una Congregazione Particolare l' anno 1668.

Epiſcopi Suburbicarii Suffraganeum non habentes, ad ſolum Urbis Vicarium Subditos ſuos Ordinandos dirigere poſſunt, ex Conſtit. Alex. VII. 126.

§. 11. Speciale hoc jus Cardinalis Urbis Vicarii circa exteros in Urbe degentes, indeque abſcedentes, ut alibi ad Ordines promoveantur vigore Litterarum Dimiſſorialium a propriis Ordinariis obtentarum, alterum ſubſequitur jus circa ſubditos Epiſcoporum, qui Suburbicarii vocantur. Nonnulli ex his Suburbicariis Epiſcopis Suffraganeum habent, alii non item. Porro, juxta regulas generales, qui Suffraganeum non habent, poſſent ſuis ſubditis Dimiſſorias Litteras dare, ut a quocumque Antiſtite ad Ordines promoverentur. Verum laudatus Prædeceſſor Alexander VII. in ſua Conſtitutione, quæ incipit: *Apoſtolica ſollicitudo*, & impreſſa eſt *Bullarii Tom. VI. num.* 126. decrevit, ne a Cardinalibus Epiſcopis Suburbicariis concederentur ſuis ſubditis Litteræ Dimiſſoriæ ad Ordines ſive Minores, ſive Majores ſuſcipiendos, alteri cuiquam directæ, præter quam Cardinali Urbis Vicario; volens nimirum, ut in Urbe omnino ordinentur, præmiſſis in religioſa domo ad id deſignata, ante cujuslibet Sacri Ordinis ſuſceptionem, ſpiritualibus decem dierum Exercitiis. Quò verò ad illos ex Epiſcopis Suburbicariis, qui Suffraganeum habent, idem Alexander in citata Conſtitutione decrevit, canonicis quibuſdam indictis pœnis in eos, qui contra feciſſent, neminem ex iis Diœceſibus poſſe per hujuſmodi Suffraganeos ad Majorem quemcumque Ordinem promoveri, niſi

§. 11. Alla prerogativa poc' anzi accennata del Cardinale Vicario riſpetto ai Foreſtieri abitanti in Roma, e che ne partono per farſi ordinare fuori di Roma in ſequela delle Lettere Dimiſſorie ricevute dai proprj Ordinarj, ſuccede l'altra, che riſguarda i Sudditi de' Veſcovi Suburbicarj. Alcuni di queſti Veſcovi Suburbicarj hanno il Suffraganeo, ed altri non l'hanno. Secondo le regole generali, quelli, che non hanno il Suffraganeo, potrebbero dare ai loro Sudditi le Dimiſſorie per ricevere gli Ordini da qualſivoglia Veſcovo. Ma il citato Pontefice Aleſſandro VII. nella ſua Coſtituzione, che incomincia: *Apoſtolica ſollicitudo*, e che è *la* 126. *nel Bollario al Tom. VI.* determinò, che dai Cardinali Veſcovi Suburbicarj non ſi daſſero le Dimiſſorie ai loro Sudditi per ricevere gli Ordini o Minori, o Maggiori, ſe non dirette al Cardinale Vicario di Roma; volendo, che ſiano ordinati in Roma dopo aver fatti gli Eſercizi ſpirituali nella caſa a ciò deſtinata lo ſpazio di dieci giorni per ciaſchedun' Ordine Maggiore. E riſpetto ai Veſcovi Suburbicarj, che hanno i Suffraganei, lo ſteſſo Pontefice nella ſteſſa Coſtituzione, ſotto alcune pene canoniche, impoſte ai contravenienti, ſtabilì, che dai predetti Suffraganei non ſi poteſſe ordinare verun loro ſuddito a verun' Ordine Maggiore, ſe prima non aveſſe fatti in Roma nella Caſa ſopracennata dieci giorni d' Eſercizj ſpirituali per ciaſchedun Ordine Maggiore.

I Cardinali Veſcovi Suburbicarii devono dare le Dimiſſorie a loro Sudditi dirette al Cardinal Vicario, quando non hanno Suffraganeo.

per- §. 12. La

Stando in Diocesi però possono per se stessi, o per mezzo d'un Vescovo, ordinare i loro Sudditi.

§. 12. La Costituzione Alessandrina è letterale; mentre rispetto ai Vescovi Suburbicarj, che non hanno Suffraganei, dice, che i loro Sudditi *ad Minores, vel Sacros Ordines promovendi, cum Litteris Dimissoriis sui Ordinarii, ad memoratum Vicarium, & non ad alium Antistitem, directis, ad Urbem accedant, ibique, & non alibi, ordinentur*: e rispetto ai Vescovi Suburbicarj, che hanno Suffraganei, prescrive, che nessun loro Suddito si ordini agli Ordini Maggiori, *nisi prius &c. ad minus per decem dies a dictis Sacerdotibus in Urbe deputatis, in eorum ædibus incluſus, ut supra, fuerit eruditus, ac litteras testimoniales eorumdem Superiorum ad ipsum Suffraganeum detulerit*; Ed essendosi dopo la Costituzione Alessandrina eccitato il dubbio, se il Cardinale Vescovo Suburbicario, che non ha Suffraganeo, andando al suo Vescovado, possa esso ivi fare l'Ordinazione, ed anche, stando nel Vescovado, prevalersi di un'Vescovo, che colla sua licenza, la faccia; la risoluzione è stata affermativa, come può vedersi nel Rigante *al luogo citato num.* 175., *nel Tom. V.* della fel. mem. del Card. Petra *pag.* 276. *num.* 79., *e pag.* 371. *num.* 98., e nell'Honorante, Ministro attuale della Segretaria del Cardinale Vicario, *nella sua Pratica al cap.* 6. *pag.* 184., *e seguenti.*

In propriis tamen Diœcesibus manentes non prohibentur per se, vel per alium Ordinationes habere.

§. 12. Alexandrinæ Constitutionis Littera satis perspicua est. Nam quoad Suburbicarios Episcopos, qui Suffraganeum non habent, statuit, ut ipsorum subditi *ad Minores, vel Sacros Ordines promovendi, cum Litteris Dimissoriis sui Ordinarii, ad memoratum Vicarium, & non ad alium Antistitem, directis, ad Urbem accedant, ibique, & non alibi, ordinentur.* Quò verò ad eos, qui Suffraganeos habent, edicit, ne quis ex eorum subditis ad Majores Ordines promoveatur, *nisi prius &c. ad minus per decem dies a dictis Sacerdotibus in Urbe deputatis, in eorum ædibus incluſus, ut supra, fuerit eruditus, ac litteras testimoniales eorumdem Superiorum ad ipsum Suffraganeum detulerit.* Quum autem post Constitutionem Alexandrinam proposita fuerit quæstio, an liceat Cardinali Episcopo Suburbicario, ex his, qui Suffraganeum non habent, quum ad suam Dioceſim se confert, Clericorum Ordinationem inibi habere, vel etiam, dum ipse in suo Episcopatu se continet, alium Episcopum advocare, qui Ordinationem hujusmodi de ipsius Cardinalis licentia perficiat; affirmativum prodiit responsum, ut videre est apud Rigantium *loc. cit. num.* 175. & apud bon. mem. Card. Petra *Tom. V. pag.* 276. *num.* 79., *& pag.* 371. *num.* 98., ac denique penes Honorantem, qui unus est ex actualibus Administris Secretariæ Cardinalis Vicarii, *in sua Praxi cap.* 6. *pag.* 184. *& seqq.*

Se poi il Suffraganeo v'è bensì, ma non tiene Ordinazione, devono, come sopra, le dimissorie dirigersi al Cardinal Vicario.

§. 13. Il Religioso, che col suo Trattato *de Episcopis Cardinalibus Suburbicariis* ci ha data occasione di scrivere a Lei la presente lettera, concorda con tutto ciò, che poco anzi si è detto, e secondo il suo solito, molto bene lo stabilisce, come può vedersi *nel cap.* 3 *alla quæst.* 10. Anzi avendo con molta accuratezza *nella questione ottava precedente* dubitato, se i Cardinali Vescovi Suburbicarj, che hanno i Suffraganei, sieno obbligati a dirigere le Dimissorie, non facendosi dal Suffraganeo l'Ordinazione, al Cardinale Vicario di Roma, o pure le possano indirizzare a qualunque Vescovo Cattolico, giacche la Costituzione Alessandrina non prescrive, rispetto agli Ordinandi Sudditi de' Vescovi Suburbicarj, quali hanno i Suffraganei, che il fare in Roma gli Esercizj Spirituali per dieci giorni prima di ricevere qualsivoglia Ordine Sacro; colla sua solita ingenuità ammette, e confessa, dovere i Cardinali Vescovi Suburbicarj indirizzare al solo Cardinale Vicario di Roma le Lettere Dimissoriali, quando i loro Suffraganei non tengono Ordinazione: sì perche il Pontefice Alessandro di ciò non parlò nella sua Costituzione, supponendo, che l'Ordinazione si tenesse da i Suffraganei, sì perche, avendo sempre i Vescovi Suburbicarj, che hanno i Suffraganei, indirizzate le Lettere Dimissorie dopo la Costituzione Alessandrina al Cardinale Vicario di Roma, ogni volta che i loro Suffraganei non hanno tenuta Ordinazione, viene questa uniforme osservanza da esso rispettata, e qualificata per interprete della Costituzione Alessandrina.

Suffraganeo autem existente quidem, sed Ordinationem non habente, nihilominus ad Urbis Vicarium Litteræ Dimissoriæ diriguntur.

§. 13. Sane Religiosus vir, qui edito Tractatu *de Episcopis Cardinalibus Suburbicariis*, occasionem Nobis præbuit hujus epistolæ ad Fraternitatem Tuam conscribendæ, omnibus, quæ supra dicta sunt, assentitur; eaque etiam, ut solet, optime firmat; quemadmodum videre est *in cap.* 3. *quæst.* 10. Quin immo, quum in præcedenti *quæstione* 8. dubium illud scite proposuerit, an scilicet Cardinales Episcopi Suburbicarii, qui Suffraganeum habent, si ab hujusmodi Suffraganeo non habeatur Ordinatio, teneantur Litteras Dimissorias ad Cardinalem Urbis Vicarium dirigere, an potius valeant easdem cuilibet Catholico Antistiti directas concedere; quandoquidem Alexandrina Constitutio, quoad promovendos subjectos Episcopis Suburbicariis, qui Suffraganeum habent, nil aliud expresè jubet, quàm ut ante cujuslibet Sacri Ordinis susceptionem spiritualibus exercitiis per decendium in Urbe vacent: pro assueta sibi ingenuitate, admittit, atque fatetur, Cardinales Episcopos Suburbicarios, quoties ipsorum Suffraganei Ordinationes non celebrant, teneri Litteras Dimissoriales ad Cardinalem Vicarium Urbis tantummodo dirigere; tum quia Alexander Pontifex ideo de hac facti specie in sua Constitutione mentionem non fecit, quia Ordinationes a Suffraganeis habendas fore pro certo habuit; tum quia compertum habens, hoc semper Episcopis Suburbicariis Suffraganeum habentibus, post Alexandrinam Constitutionem, in more positum fuisse, ut eorum Suffraganeis a Clericorum Ordinatione ceſſantibus, Dimissorias Litteras ad Cardinalem Vicarium Urbis dirigerent, constantem hanc observantiam & consuetudinem magni æstimandam, & tamquam fidissimam Alexandrinæ Constitutionis interpretem habendam censuit.

Opinione dell'Autore, e sui fondamenti.

§. 14. Se di più non si fosse asserito nel citato Trattato *de Episcopis Cardinalibus Suburbicariis*, non vi sarebbe veruna occasione di recedere da quanto saviamente l'Autore ha in esse scritto: ma avendo *nella quest.* 12. *del cap.* 3. proposto il seguente quesito -- *An iidem Episcopi*, cioè Suburbicarj, *possint immediatè per se ipsos Ordines Minores conferre suis Subditis in proprio Palatio Romæ existente*, ed avendo risposto di sì -- *Censeo, hos sex Cardinales Episcopos posse in propria*

Recentioris Auctoris hac de re opinio, ejusque fundamenta.

§. 14. Quod si nihil præterea affirmatum fuisset in prælaudato Tractatu *de Episcopis Cardinalibus Suburbicariis*, nulla causa esset, cur in aliquo recederetur ab iis, quæ Auctor ibidem docte admodum scripsit. Verum quum idem *in quæst.* 12. *cap.* 3. dubium hoc proposuerit -- *An iidem Episcopi*, nempe Suburbicarii *possint immediate per se ipsos, Ordines Minores conferre suis subditis in proprio Palatio Romæ existente*; & affirmativè respondendum censuerit -- *Censeo, hos sex Car-*

dinales Episcopospoſſ e in propria Cappella intra fines sui Palatii Romæ exiſtentis, & non extra, conferre ſuis Subditis primam Tonſuram, & Ordines Minores -- hac ſcilicet allata aſſertionis ratione, quod Ædes, quas Romæ inhabitant Cardinales Epiſcopi Suburbicarii, quamvis ad eorum Epiſcoparum non ſpectent, nihilominus *per fictionem juris* perinde haberi debeant, ac ſi Epiſcopatui adhærerent, & Cappella in hujuſmodi ædibus erecta cenſenda ſit tanquam Eccleſia ipſorum Titulo ſubjecta -- *Palatium Romæ exiſtens talium ſex Epiſcoporum, qui Romæ reſidentiam habent, per fictionem juris cenſetur adhærere ſuo Titulo, nempe ſuo Epiſcopatui, qui eſt eorum Titulus, & Cappella ibidem exiſtens intra fines talis Palatii, eſt veluti Eccleſia ſubjecta tali Titulo* -- adjectiſque exemplis tum Cardinalium, qui Romæ in ſuis Titulis Tonſuram, & Minores Ordines conferunt; tum Abbatum Regularium, qui erga ſuos ſubditos Regulares idipſum præſtant: Hæc ſunt, quæ Nos nequaquam ſufficere judicamus, ut pro hujuſmodi jure Epiſcopis Cardinalibus adſtruendo, a Tridentini Concilii ſanctionibus, & ab Alexandrina Conſtitutione ſit recedendum; quum magnæ Nobis difficultates ſe offerant adverſus unamquamque ejuſmodi aſſumpti partem.

Diluitur primum, nimirum excogitata fictio juris, Romanas Ædes Cardinalis Diœceſi Suburbicariæ attribuens.

§. 15. Nam primò difficultatem offendimus in *fictione juris*: Tum quia, fictionem juris inducere, indeque aliquod veluti conſequens elicere, privati cujuſque auctoris atque doctoris poteſtatem excedit, & in eo dumtaxat admittitur, qui condendarum legum auctoritate pollet; unde vulgatum illud axioma: *Fictio legis non habet locum, niſi in caſibus a jure expreſſis*; ut recte advertit Fagnanus *in Cap. In præſentia, num. 23. de Probationibus.* Tum quia excogitata juris fictio in propoſita facti ſpecie locum aliter habere nequit, quam ſi Cardinalis Epiſcopus Suburbicarius, dum in Urbe & in ſuis ædibus commoratur, in propria Cappella reſidens, animo ſibi repræſentet, ſe in ſua Diœceſi exiſtere, quia Palatium Epiſcopatui adhærens, & Cappella veluti Epiſcopatus hujuſmodi Eccleſia, cenſeri debeant. Hæc autem opinio in Cardinale Epiſcopo Suburbicario nimis improbabilis videtur; quum non ignoret, ſe Romæ commorantem, in ſua Diœceſi minime reſidere; & quidem perſuaſum habeat, ſe ideo deſertæ reſidentiæ reatum non incurrere, vel quia Pontifex id ſciens & patiens, ipſumque præterea videns, non obſtantibus muneribus, quibus pro Apoſtolicæ Sedis utilitate occupatur, Suburbicariæ Diœceſis regimen recte gerere poſſe, tacite cum eo diſpenſat; vel quia, ob eaſdem rerum circumſtantias, declarat, præceptum Divinum de reſidentia non comprehendere caſum illius, qui certis muneribus in Urbe addictus, ſi non materialem reſidentiam in Diœceſi præſens adimplet, formali certe ſatisfacit, non ſolum adhibita in id Miniſtrorum opera, ſed propria etiam adjecta præſentia, dum ad ipſam Diœceſim identidem viſitandam percommode ſe confert; juxta ea, quæ fuſe diſcutit Cardinalis Brancaccius in ſua Diſſertatione *De optione ſex Epiſcopatuum*, quæque recte comprobat auctor ipſe Tractatus *De Epiſcopis Cardinalibus Suburbicariis Cap. 4.*

Diluitur alterum deſumptum ab exemplo Cardinalium, & Abbatum, in ſuis Titulis, vel Eccleſiis, Minores Ordines conferentium.

§. 16. Præterea difficultas nobis occurrit in allatis exemplis, ex quibus nullum omnino eſt, in quo non ſtatim ſe offerat Apoſtolicum Privilegium, quod & facultatem tribuat pro collatione Tonſuræ, Minorumque Ordinum, & locum ſimul, atque perſonas definiat, quo in loco, & quas in perſonas Privilegiatus hujuſmodi conceſſum ſibi Privilegium valeat exercere. Nam ſi de Cardinalibus fermo ſit, qui Tonſuram & Minores Ordines conferunt in ſuis Titulis, eorum jus deducitur ex Decretali *in Cap. His quæ, de Majorit. & obed.*, de qua diſſerit Epiſcopus Fonſeca in ſuo Opere *de Baſilica Sancti Laurentii in Damaſo* potere

Cappella intra fines ſui Palatii Romæ exiſtentis, & non extra, conferre ſuis Subditis primam Tonſuram, & Ordines Minores -- Aſſegnando la ragione, che è la ſeguente, che *per fictionem juris* i Palazzi, ne' quali i Cardinali Suburbicarj abitano in Roma, benche non ſiano del Veſcovado, debbano averſi per aderenti al Veſcovado, e la Cappella in eſſi eſiſtente, dee conſiderarſi come Chieſa ſoggetta al loro Titolo -- *Palatium Romæ exiſtens talium ſex Epiſcoporum, qui Romæ reſidentiam habent, per fictionem juris cenſetur adhærere ſuo Titulo, nempe ſuo Epiſcopatui, qui eſt eorum Titulus, & Cappella ibidem exiſtens intra fines talis Palatii, eſt veluti Eccleſia ſubjecta tali Titulo* -- e portando gli eſempj de' Cardinali, che in Roma ne' loro Titoli conferiſcono la prima Tonſura, e gli Ordini Minori, e degli Abbati Regolari, che fanno lo ſteſſo co i loro Sudditi Regolari; Ciò è quello, che non crediamo baſtare per recedere a pro de' Cardinali Suburbicarj dalla diſpoſizione del Concilio di Trento, e dalla Bolla Aleſſandrina, incontrando Noi difficoltà in ogni parte dell' eſpoſto aſſunto:

Rigettaſi il primo dedotto *ex fictione juris.*

§. 15. Incontriamo difficoltà *in fictione juris*; Si perchè, l'indurre *fictionem juris*, e ricavare da eſſa una conſeguenza, ſorpaſſa l'autorità di qualſivoglia Autore, e Dottore privato; eſſendo ciò riſervato all'autorità di chi può far legge; perloche commune è l'aſſioma, che *fictio legis non habet locum, niſi in caſibus a jure expreſſis*, come ben oſſerva il Fagnano *nel Cap. In præſentia, num. 23. de probationibus*; Si perchè, non potendo avere luogo l' ideata finzione di ragione nel caſo noſtro, ſe non col ſuppoſto, che il Cardinale Suburbicario, che abita in Roma nel ſuo Palazzo, e ſtà nella ſua Cappella, ſi figuri di eſſere nella ſua Dioceſi, giacchè il Palazzo è appendice del ſuo Veſcovado, e la Cappella è una Chieſa dello ſteſſo; ſembra improbabile una ſimile figurazione nel Cardinale Suburbicario, quale sà, che ſtando in Roma, ſtà fuori di reſidenza; ed è perſuaſo di non peccare, non riſedendo, o perchè il Papa ſapendo, e tollerando, e vedendo che, non oſtante l'impiego appreſſo la Santa Sede, può ben governare la Dioceſi Suburbicaria, tacitamente lo diſpenſa; o perchè, atteſe l'eſpoſte circoſtanze, dichiara, non comprendere il precetto Divino di riſedere il caſo di chi, impiegato in Roma, ſe non adempie la reſidenza materiale nella ſua Dioceſi, adempie però la reſidenza formale nella ſteſſa, non meno per mezzo de ſuoi Miniſtri, che della propria perſona, che a tratto a tratto và commodamente a viſitarla; giuſta ciò, che ampiamente diſcorre il Cardinale Brancacci nella ſua Diſſertazione *de Optione ſex Epiſcopatuum*, ed anche molto bene ammette l'Autore *de Epiſcopis Cardinalibus Suburbicariis, nel capitolo 4. del ſuo Trattato.*

Indi il ſecondo preſo dall'eſempio de' Cardinali ed Abbati, i quali per privilegio ne' loro Titoli, e Chieſe conferiſcono la Tonſura, e gli Ordini.

§. 16. Incontriamo difficoltà negli Eſempj allegati; non eſſendovene uno, in cui non vi ſia un'eſpreſſo Apoſtolico privilegio, che autoriza la collazione della Tonſura, ed Ordini Minori, e prefigge il luogo, e le perſone, in cui, ed a cui il privilegiato eſercita il Privilegio di conferire la prima Tonſura, e gli Ordini Minori. Parlando de' Cardinali ne' loro Titoli, deriva la loro giuriſdizione dalla Decretale *nel Cap. His quæ, de majorit. & obed.*, di cui diſcorre Monſignor Fonſeca nel ſuo Trattato *de Baſilica Sancti Laurentii in Damaſo lib. 2. cap. 9.* in vigore della quale, eſſenſo Sacerdoti, pretendono di

potere conferire nella loro Chiesa Titolare la Tonsura, ed i Minori agli addetti al servigio di essa, come può vedersi nella Disceptazione del Cardinale Albizi *sopra la giurisdizione de' Cardinali ne' loro Titoli n. 71. e segu.* Parlando degli Abbati Regolari, il loro privilegio di conferire la Tonsura, e gli Ordini Minori a i loro sudditi Regolari nelle proprie Chiese, deriva *dal Can. Quoniam dist. 69. dal Cap. Cum contingat, De ætate & qualitate, dal Cap. Statuimus, de supplenda negligentia, dal Cap. Abbates, de privilegiis in 6.* purchè sieno Sacerdoti, e sieno stati bededetti dal Vescovo, o abbiano almeno il privilegio Apostolico di potere, benchè non benedetti, fare tutto ciò, che possano fare gl' Abbati benedetti; come da Noi fù dimostrato in alcune nostre Annotazioni fatte, quando *in minoribus* eravamo Segretario della Congregazione del Concilio, e che sono stampate *nel. tom. 3. del Tesoro delle risoluzioni pag. 23. e seg.* Illustre pure è l'esempio del Cardinale Ariciprete della Basilica Vaticana, che avendo il Carattere Episcopale, a dirittura conferisce gli Ordini Minori, e Maggiori, nella Basilica, a i Canonici, Beneficiati, ed altri addetti al servizio d'essa, e non avendo il Carattere Vescovile, chiama chi l'hà, a fare la collazione degli Ordini predetti nella Basilica, e ciò in sequela degli Apostolici Privilegj, che possono vedersi *nel tom. 3. del nuovo Bollario della detta Basilica alla pag.* 340. Non sono questi monumenti *fictiones juris;* ma sono fondamenti reali, e sussistenti: e se, per istabilire l'asserto diritto de' Cardinali Vescovi Suburbicarj, si vuole ricavare conseguenza dalla collazione degli Ordini Minori, che si fà dai Cardinali ne' loro Titoli, dagli Abbati, o da altri, e d'uopo, che o si esibisca il privilegio, che conceda a i Vescovi Suburbicarj lo stesso, o almeno si produca qualche titolo equipollente; e non essendovi altra Apostolica Costituzione risguardante i Cardinali Vescovi Suburbicarj, che la più volte nominata di Alessandro VII., che riserva al Cardinale Vicario di Roma la collazione degli Ordini Minori, e Maggiori, da farsi ai Sudditi dei predetti, e non avendo insino ad ora essi fatta la collazione anche de' Minori senza l'espressa licenza del Cardinale Vicario, nulla di più vi vuole per qualificare l'assunto per insussistente.

Assurdi, che proverrebbero dalla practica della nuova opinione

§. 17. Per non abbracciare, e molto più per non eseguire il parere del nostro Autore, dovrebbe bastare l'aver detto, che non hà sussistenza; ma non è dispregievole anche il motivo, che quando per impossibile l'opinione fosse speculativamente sussistente, in prattica sarebbe sempre pericolosa. L'Autore la restringe alla sola Tonsura, ed Ordini Minori; ma dagli Ordini Minori sarebbe assai facile, ed aperto l'adito agli Ordini Maggiori. L'accurato Autore non hà mancato di prevedere l'inconveniente, ed hà preteso di scansarlo, col dire; potersi bensì nella Cappella privata conferire dal Vescovo Suburbicario la prima Tonsura, e gli Ordini Minori, ma non mai i Maggiori, avendo il Sac. Concilio di Trento alla *sess. 23. cap. 8. de reformat.* stabilito, che le Ordinazioni agli ordini Maggiori, facendosi nella Città, si facciano nella Cattedrale, assistendovi i Canonici, e facendosi nella Diocesi, si facciano nella Chiesa più insigne, alla presenza del Clero.

Si provano inefficaci le cautele proposte dall' Autore

§. 18. Tutto và bene: Ma, se il Sacro Concilio parla delle Ordinazioni generali, come

Damaso lib 2. cap. 9., cujus Decretalis auctoritate, si Sacerdotali charactere sint insignit, putant se posse in sua Titulari Ecclesia Tonsuram & Ordines Minores personis ejusdem Ecclesiæ servitio addictis conferre; quemadmodum videre est in Disceptatione Cardinalis Albitii *De jurisdictione Cardinalium in suis Titulis num. 71. & seqq.* Si autem de Abbatibus Regularibus agatur, eorum privilegium conferendi Tonsuram, & Minores Ordines suis subditis Regularibus in propriis Ecclesiis, desumitur *ex Can quoniam, dist. 69., ex Cap. cum contingat, de ætate & qualit., & Cap. statuimus, de supplen. neglig., & ex Cap. Abbates, de privilegiis in 6.*, dummodo sint Sacerdotes, & Benedictionis munus ab Episcopo acceperint; vel saltem Apostolico Privilegio muniti sint, ad hoc, ut quamvis non benedicti, omnia præstare valeant, quæ fieri possunt ab Abbatibus rite benedictis; ut olim Nos ipsi ostendimus in quibusdam adnotationibus per Nos exaratis, dum in minoribus existentes munus Secretarii Congregationis Concilii gerebamus, quæ impressæ habentur *in Tomo III. Thesauri Resolutionum pag. 23. & seq.* Præclarum quoque suppetit exemplum Cardinalis Archipresbyteri Basilicæ S. Petri in Vaticano, qui, si Episcopali charactere præditus sit, per se ipse, in dicta Basilica, Minores, Majoresque Ordines confert Canonicis, Beneficiatis, aliisque ejusdem Basilicæ servitio addictis, prædicto autem charactere si careat, alium aliquem Episcopum advocat, qui præfatos Ordines in ipsa Basilica conferat; idque in vim Apostolicorum Privilegiorum, quæ legi possunt *Tom. III. Bullarii ejusdem Basilicæ nuper impressi pag.* 340. Non sunt hæ fictiones juris, sed Privilegia, certis, atque stabilibus fundamentis innixa. Quare si a collatione Ordinum Minorum, quam Cardinales in suis Titulis, Abbates, aliique peragunt, argumentum duci velit ad assertum jus adstruendum Cardinalibus Episcopis Suburbicariis, necesse est aut Privilegium ostendere, quo idipsum Episcopis Suburbicariis indulgeatur, aut titulum saltem Privilegio æquipollentem proferre. Quum autem alia non extet Apostolica Constitutio circa Cardinales Episcopos Suburbicarios, præter sæpedictam Alexandri VII., quæ Cardinali Urbis Vicario reservat jus conferendi Minores Majoresque Ordines eorum subditis: cumque hactenus iidem Cardinales Episcopi neminem ad Ordines etiam Minores in Urbe promovere consueverint, absque expressa Cardinalis Vicarii licentia; nihil præterea desiderandum videtur, ad hoc ut auctoris assumptum omni fundamento destitutum dicatur.

Recensentur absurda ex nova opinione facile profluentia.

§. 17. Et quidem ne illius sententiæ quisquam adhæreat, multoque magis ne quis eamdem in praxim deducat, satis esse deberet illius insubsistentiam ostendisse: verum nec illa quoque spernenda est ratio, quod scilicet, admissa etiam speculativè contra rei veritatem illius subsistentia, nihilominus in illius praxi plurimum ineesset periculi. Quamvis enim auctor Tonsuram tantummodo, Minoresque Ordines, sententia sua complectatur, perfacilis tamen apertusque ab his ad Majores Ordines transitus esset. Nec prætersugit accurati Auctoris prudentiam futurum hujusmodi absurdum; sed satis eidem occurrere se reputavit, dum ait, posse quidem ab Episcopo Suburbicario in privato Sacello conferri primam Tonsuram, & Minores Ordines; nequaquam verò Majores; propterea quod Tridentinum Concilium *sess. 23. cap. 8. de reformat.* decreverit, ut Ordinationes ad Majores Ordines, si quidem in Civitate fiant, in Cathedrali Ecclesia, assistentibus Canonicis, celebrentur; si autem illas in Diœcesi haberi contingat, insignior Ecclesia seligatur, in qua, præsente Clero loci, peragantur.

Iisdem satis non occurritur per Auctorem.

§. 18. Et hæc quidem recte: At si sancta Synodus de Ordinationibus Generalibus loquitur,

uti expendunt Fagnanus *in Cap. In Ordinando, num.* 45. *de Simonia*, Monacellus *in Formulario Tom.* 1. *tit.* 3. *formul.* 1. *num.* 3. Si præterea, ex mitiori interpretatione apud omnes recepta, non prohibetur Episcopus, quin justa aliqua suadente causa, possit aliquos privatim in Episcopii Sacello Majoribus Ordinibus initiare; quis poterit Cardinali Episcopo Suburbicario, post assertam ipsi facultatem conferendi suis subditis Tonsuram, atque Minores Ordines in Æ lium suarum Cappella, inconsulto Cardinali Urbis Vicario, alterum illud jus denegare, celebrandi nimirum in eadem Cappella particularem aliquam Ordinationem ad Ordines Sacros; quum præsertim Cardinalium Cappellæ iisdem, ut minimum, prærogativis gaudeant, quibus fruuntur domestica Episcoporum Sacella; uti late demonstravit Cardinalis Brancaccius in altera ex suis Dissertationibus *De Cappellis Cardinalitiis.*

Immo fatetur vel Majores Ordines in Urbanæ Æ lis Sacello posse a Cardinali Suburbicario conferri.

§. 19. Argumenti vim agnoscit Auctor *cit. quæst.* 12. *pag.* 50., aperteque fatetur, quibus in casibus Episcopo licet in sui Episcopii Cappella Majores Ordines alicui conferre, licitum similiter fore Cardinali Episcopo Suburbicario idipsum in sua Cappella peragere: *etiam hi Cardinales idem possent.*

Quid exinde consequeretur incommodi demonstratur.

§. 20. Id autem, ut verè loquamur, nimis ultra recti fines progreditur. Quum enim in Episcopatibus Suburbicariis haud ita magnus sit numerus promovendorum ad Ordines Majores, possent singuli, qui his initiandi sunt, identidem se ad Urbem conferre; atque ita, per hujusmodi particulares paucorum Ordinationes, auctoritas ordinaria Cardinalis Urbis Vicarii penitùs concuteretur. Neque proderit replicando subjungere, quod ut liceat Ordinationem etiam particularem ad Ordines Majores extra publicam Ecclesiam in privato Sacello peragere, necesse est, justam & legitimam causam adesse: huc enim redacta negocii difficultate, conclamatum de eo dici potest. Neque enim deerit, qui continuò suadeat, satis justam adesse causam, ne is, qui plurium milliarium iter, & quidem pedibus fortasse confecit, ut Ordinationis munus a proprio Episcopo susciperet, sua spe frustratus, nulla sua culpa aut demerito, ad propria reverti cogatur. *Nos, qui in Foro litibusque trivimus ætatem, multum malitiæ, quamvis noluerimus, didicimus*: Hæc Nos verba apud Plinium multis ab hinc annis legisse meminimus.

Conclusio Epistolæ.

§. 21. Atque hæc sunt, Venerabilis Frater Noster, quæ inter plurimas, quibus obruimur, curas, colligere potuimus; non quidem ex ingenii libidine, ut auctorem oppugnaremus magnæ existimationis, atque doctrinæ, & adeo utiliter in tradenda rerum Ecclesiasticarum praxi a pluribus annis adlaborantem; sed ne ejusdem auctoritate suffulta invalesceret opinio, quæ ad severiorem trutinam revocata, contraria invenitur Concilio Tridentino, Constitutioni Alexandrinæ, & consuetudini ad hunc diem retentæ; quæque Ordinariam labefactaret auctoritatem tuam, quam Nos propugnare, ac tueri debemus. Hanc itaque Epistolam nostram a Fraternitate Tua in Tribunalis istius Tabularium illatam servari volumus, ut tibi, tuisque successoribus in promptu sit agendi normam ex ea desumere.

Epistola in futurorum eventuum normam penes acta custoditi jubetur.

§. 22. Eidem verò Epistolæ jam forte nimis in longum protractæ finem imponentes, monendum te censemus, quæ hactenus dicta sunt, locum sibi vindicare, quum agitur de Ordinibus Minoribus atque Majoribus; secùs verò, ubi res esset de sola Clericali Tonsura: quo casu iidem ipsi auctores nostri superius citati, Rigantius, Cardinalis Petra, & Honorante, allegatis etiam nonnullis Resolutionibus Congregationis Concilii, in eo consentiunt, ut liceat Cardinalibus Episcopis Suburbicariis per se ipsos eam solam suis subditis in proprii Palatii Cappella conferre; ex ea

Suburbicariorum Episcoporum facultas quoad collationem Primæ Tonsuræ tantum agnoscitur.

molto bene riflettono il *Fagnano nel cap. In Ordinando num.* 45. *de Simonia*, *il Monacello in Formulario tom.* 1. *tit.* 3. *formula* 1. *num.* 3. se poi per un' epicheia universalmente ricevuta non è proibito al Vescovo, concorrendovi una causa legitima, di poter fare qualche Ordinazione particolare agli Ordini Maggiori nella sua Cappella privata dell' Episcopio; e chi sarà, che possa negare al Cardinale Vescovo Suburbicario, ammesso a conferire la Tonsura, ed i Minori al suo Suddito, senza la previa licenza del Cardinal Vicario di Roma, nella Cappella del suo Palazzo, il fare nella stessa Cappella qualche Ordinazione particolare agli Ordini Maggiori; godendo le Cappelle de' Cardinali quelle stesse per lo meno prerogative, che godono quelle de' Vescovi, come molto bene ha dimostrato il *Cardinal Brancacci* nell' altra sua Dissertazione *de Cappellis Cardinalitiis.*

Anzi confessa anche egli potersi da' Cardinali Vescovi dar. si gli Ordini Maggiori nella detta Cappella privata.

§. 19. Ammette l'Autore nella citata *questione* 12. *alla pag.* 50. la forza dell' argomento, confessando liberamente, che in quei casi, ne' quali può il Vescovo dar gli Ordini Maggiori nella Cappella dell' Episcopio, li potrà dare ancora il Cardinal Vescovo Suburbicario nella sua Cappella; *etiam hi Cardinales idem possent.*

Dalla quale opinione ne nascerebbero gravi inconvenienti.

§. 20. Ma questo, per vero dire, è un poco troppo; perchè non essendo grande il numero de' Promovendi agli Ordini Maggiori ne' Vescovadi Suburbicarj, gli Ordinandi agli Ordini Maggiori potrebbero, a poco a poco, ed uno per volta, venire a Roma; ed in questo caso l' Ordinazione, benchè particolare, e ristretta, darebbe un tracollo all' autorità Ordinaria del Cardinale Vicario di Roma. Nulla giovando il replicare, che per fare l' Ordinazione anche particolare agli Ordini Maggiori nella Cappella, e non nella Chiesa, è d' uopo, che vi concorra una legittima causa; imperocchè, ridotto l' affare a questo punto, l' affare si può dire perduto, non essendo per mancare, chi sempre suggerirà, esser causa legittima il non rimandar indietro chi ha fatto un viaggio di molte miglia, e forse anche a piedi, per esser ordinato dal proprio Vescovo, senz' aver potuto adempire il suo disegno, e ciò senza sua colpa, e demerito. *Nos qui in Foro, litibusque trivimus ætatem, multum malitiæ, quamvis noluerimus, didicimus*: ci sovviene d' aver, tant' anni sono, lette queste parole in *Plinio.*

Conclusione della Lettera.

§. 21. Ed ecco, o Venerabile Nostro Fratello, quanto fra le molte occupazioni, che ci opprimono, abbiamo potuto raccorre, non già pel cacoete d' impugnare un Autore di molto merito, e di molto sapere, e che tanto utilmente ha faticato, e fatica nelle materie pratiche, ed Ecclesiastiche; ma acciò, col suo credito, non prendesse piede un' opinione, rigorosamente contraria al Concilio di Trento, alla Costituzione Alessandrina, all' osservanza sinora usata, e che recherebbe pregiudizio alla vostra autorità Ordinaria, che da Noi deve esser propugnata, e difesa. Conservi Ella dunque, come le ordiniamo, questa Nostra Lettera negli Atti della sua Segreteria, acciò serva di regola a Lei, ed a' suoi Successori.

Si ordina, che sia custodita, come sicura norma per regolarsi in appresso.

§. 22. Terminiamo questa Nostra Lettera ormai troppo lunga, con avvertirla, che il detto in essa ha luogo rispetto agli Ordini Minori, e Maggiori; ma non quando si trattasse della sola, e semplice Tonsura: nel qua caso i Nostri stessi Autori di sopra citati, il *Rigante*, il *Cardinal Petra*, l' *Honorante*, concordano, in sequela anche di alcune Risoluzioni della Congregazione del Concilio, potersi essa sola conferire a dirittura dai Cardinali Vescovi Suburbicarj ai loro sudditi nella Cappella del loro Palazzo; per la ragione, che la Costituzione Alessandrina parla degli Ordini

Si ammette ne' Cardinali suddetti la facoltà di dare la prima Tonsura solamente.

nimi- Mino-

Minori, e Maggiori; ed è anche vigente la controversia, se la prima Tonsura sia, o non sia Ordine. E con pienezza di cuore abbracciandola, le diamo l' Apostolica Benedizione.

Data della Lettera alli 15. di Febraro 1753.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 15. Februarii 1753. Pontificatus Nostri anno decimotertio.

nimirum ratione, quod Alexandrina Constitutio de Ordinibus Minoribus, atque Majoribus disserte caveat; quæstio autem est non adhuc definita, utrum prima Clericalis Tonsura sit Ordo, nec ne. Denique Fraternitati Tuæ, quam pleno cordis affectu complectimur, Apostolicam Benedictionem impertimur.

Dat. 15. Febbruarii 1753.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die XV. Februarii 1753. Pontificatus Nostri anno decimotertio.

XII.

Beatificatio Ven. Servi Dei JOSEPHI A CUPERTINO Sacerdotis Professi Ordinis Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

ÆTERNUS DEI FILIUS, etsi ante Mundi originem, Patri coæqualis, æquè semper regnaverit, in plenitudine tamen temporum ideo apparuit patefactus in carne, ut juxta Prophetarum vaticinia, collapsa reædificando, & diruta instaurando, Regnum suum in ultimos usque Terræ fines contra antiqui hostis tyrannidem erigeret, & stabiliret. Quicumque igitur in hoc Regno, quod ex omnibus Linguis, & Populis colligendum erat, tamquam Cives adscribi satagunt, illud violenter expugnare, & assequi debent; cum hoc perpetuum edictum, & in omnem vitam ipsis promulgatum voluerit Christus Dominus, quod ignem venerit mittere in Terram, & quod nihil aliud peteret, nisi ut accenderetur, & arderet. Hoc solo Cælesti igne mentes hominum undequaque instaurantur, cum ardore Spiritus Sancti afflatæ & succensæ, terrenis cupiditatibus compressis atque devictis, in Dei amorem rapiuntur, atque in similitudinem, imaginemque ejus conformantur.

Commemorantur virtutes Beati Viri.

§. 1. Divinæ hujus potentiæ locupletissimum Testem habemus in Venerabili Servo Dei JOSEPHO A CUPERTINO Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum Sacerdote professo, qui, cum in hoc Christi Regno ejus servituti se devoverit, veterem exuit hominem, & novum induit, & Ducem, & Antesignanum Franciscum, per altissimam paupertatem, per omnimodam sui abnegationem, per orationis instantiam, per Crucis meditationem, per arcta silentia, & per longas inedias imitari contendit. Verùm cum penitùs intellexisset, quod etiamsi tradidisset corpus suum, itaut arderet, nihil illi prodesset, nisi charitatem habuisset; hinc factum est, ut in hoc primo, & maximo Deum diligendi mandato, cogitationes omnes, omnesque vires enixe conferret. Ex hac intima cum Deo unione adeo cor ejus Divinæ charitatis igne corripiebatur, & incredibili internæ dulcedinis amore totum deflagrabat, ut in ecstases, & raptus aliquando erumperet; & cum Incola teneretur in Terra, præ vehementissimo Dei sui desiderio, tamquam domesticus haberetur in Cælis. Quapropter ejus nomen omnium sermone celebrari cœpit, quod nec inaccessa loca, nec secretiora cubicula, in quibus quandoque moram obediendo traduxit, continere potuerunt; donec relictis Auximi in Piceno die decimanona Septembris anno millesimo sexcentesimo sexagesimo tertio inter sodales suos mortalitatis exuviis, ad æterna præmia vocatus, ad cælestem Patriam commigravit.

Et præsertim ardens in Deum charitas.

Approbatio Virtutum in gradu heroico.

§. 2. Percrebrescente itaque in dies ejus sanctimoniæ clarissima fama, ad Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum Causa deducta est; ubi cum de Virtutibus æstimandis, juxta Canonicas sanctiones, quæstio de more haberetur, fel. rec. Clemens PP. XII. Prædecessor Noster decimo octavo Kalendas Septembris anni MDCCXXXV. in gradu heroico constitutas eas esse pronunciavit. Porrò coram Nobis ad universalis Ecclesiæ regimen Divina miseratione vocatis, cum de Miraculis disceptaretur, non absque supremo consilio factum esse censemus, ut ea ipsa die, videlicet die decima nona elapsi Septembris, Generalis Congregatio super hac re coram Nobis cogeretur, qua Venerabilis Dei Servus sexagenario major, meritis cumulatus, mortalitatem explevit in Terris, & immortalitatem inchoavit in Cælis. Duo ex Miraculis, quæ discutienda proponebantur, Consultorum suffragiis, & Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. præfatæ Cardinalium sententiis consentientibus, probanda esse censuimus; & Decretum super eisdem Nostrum proferre, & promulgare voluimus die Sancto Francisco de Assisio sacra, postquam ad ejus Aram provoluti in Basilica SS. XII. Apostolorum de Urbe, Omnipotenti Deo Hostiam placationis obtulimus; quam diem eum in finem delegimus, ut Sanctitatem in hac Franciscana Familia a Seraphico Parente suo invectam, uberrimo Ecclesiæ proventu, in ejus Alumnis in dies adolescere, novis atque mirificis argumentis constaret.

Item Miraculorum.

Beati nomen, cultus, & honores eidem decernuntur.

§. 3. Quapropter precibus tandem Regum, Episcoporum, aliorumque Principum, necnon dilectorum Filiorum Fratrum Minorum Conventualium Paterna clementia annuentes, de ejusdem Cardinalium Congregationis consilio, & assensu, auctoritate Apostolica, tenore præsentium indulgemus, ut idem Dei Servus JOSEPHUS A CUPERTINO in posterum BEATI nomine nuncupetur; ejusdem Corpus, & Reliquiæ venerationi Fidelium (non tamen in Processionibus circumferendæ) exponantur; Imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur; ac de eo quotannis die decima octava Septembris, quam diem pro ejus Festivitate celebranda præscribimus, sub ritu duplici minori, recitetur Officium, & Missa de Communi Confessoris non Pontificis, cum Oratione a Nobis approbata, juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romani: Recitationem autem Officii, & Missæ celebrationem hujusmodi fieri concedimus tum in proprio Minorum S. Francisci Conventualium Ordine, in quo solemni emissa Professione usque ad obitum permansit; tum in Ordine Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci Capuccinorum (inter quos per aliquot annos commoratus est); ac de Observantia, Reformatorum, Recollectorum, & Excalceatorum, ac Tertii Ordinis nuncupatorum; tum in Oppido Cupertini, in quo Vir Dei in lucem prodivit, ac in tota Diœcesi Neritonensi: in Nostris etiam Civitatibus Assisii, illiusque Diœcesi; Terra de Petra Rubea Diœcesis Feretranæ; Forosempronii, & illius Diœcesi, quæ loca suo incolatu, ac virtutibus illustravit; tum denique in tota Diœcesi, & Civitate Auximana, in qua ipse obdormivit in Domino; tum apud Archiconfraternitatem sub invocatione S. Antonii Patavini in eadem Basilica SS. XII. Apostolorum de Urbe, & Confraternitatem S. Stephani in Civitate Assisiensi canonicè erectas, in quas cooptatus fuit; ab universis Christifidelibus tàm Regularibus, quàm Sæcularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, & quoad Missas attinet, etiam ab omnibus Sacerdotibus in Ecclesias, in quibus Festum peragetur, confluentibus. Præterea primo dumtaxat an-

no a datis hiſce Litteris, in Eccleſiis Fratrum Minorum Conventualium, cæterarumque Franciſcanarum Familiarum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & Diœceſum, Archiconfraternitatis, & Confraternitatis hujuſmodi, ſolemnia Beatificationis ipſius Servi Dei cum Officio ſub ritu duplici majori, & Miſſa, die ab Ordinariis reſpectivè conſtituta, poſtquam in Baſilica Noſtra S. Petri in Vaticano peracta fuerint Solemnia, nempe die vigeſima quarta currentis Menſis, celebrandi facimus poteſtatem.

Clauſulæ. §. 4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Decretis de non cultu &c. editis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut earumdem præſentium Litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu Secretarii dictæ Congregationis Cardinalium ſubſcriptis, & ſigillo Præfecti ejuſdem Congregationis munitis, eadem prorſus fides ab omnibus, & ubique locorum, tàm in judicio, quàm extra illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. 20. Februarii 1753. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XX. Februarii MDCCLIII. Pontificatus Noſtri Anno Decimotertio.

D. Card. Paſſionеus.

XIII.

Confirmatio & innovatio Privilegiorum, Gratiarum, & Jurium, Militaris & Hoſpitalis Ordinis SANCTI JOANNIS JEROSOLYMITANI: cum aliquibus declarationibus, & ampliationibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Procœmium. INTER illuſtria Religioſæ Profeſſionis Inſtituta, quorum concordi varietate circumdata nitet Eccleſia Chriſti, decet Nos Hoſpitalem Militiam Sancti Joannis Jeroſolymitani ſpecialis benevolentiæ affectu complecti, quæ in charitate fundata, virtute roborata, ſub Omnipotentis Dei protectione, adjuvantibus Prædeceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus, ac Religioſiſſimis Principibus, cunctiſque Populis Chriſtianis omni ope adnitentibus, ad ſummum ſplendoris & gloriæ faſtigium pervenit; dum generoſi illius Fratres, ac Milites, animo ad pietatis officia demiſſo, ad belli munera invicto, Chriſtifidelibus humile hoſpitalitatis miniſterium, ac ſtrenuum defenſionis præſidium pari ſtudio præſtantes, novo & inaudito exemplo, miram declarant vim Religionis Chriſtianæ; quæ pietatem armis ſociat, bellum cum charitate conjugit, ac viros exhibet caſtra ſequentes, Evangelicæ perfectionis diſciplinam, pro militari Sacramento, ſolemni ritu profitentes. Horum operam univerſæ Chriſtianorum Reipublicæ, & Apoſtolicæ Sedi apprime utilem cum ſæpe iidem Prædeceſſores Noſtri agnoverunt, tum etiam Nos ipſi non unâ in re experti ſumus; adjectis inſuper ex parte Dilectorum Filiorum ejuſdem Militiæ Magni Magiſtri, & Conventûs, perſpicuis in Nos obſequii & obſervantiæ argumentis, ac recurrentibus mutuis erga illos amoris Noſtri officiis & ſignificationibus. Cum autem ipſi de perpetua firmitate Privilegiorum & Indultorum jam pridem ab hac eadem Apoſtolica Sede, ac etiam recenter a Nobis ipſis, eidem Militiæ conceſſorum, tam pro eorum Ordinis dignitate & utilitate, quàm pro felici & libero injunctorum ſibi munerum exercitio, in commune Chriſtianæ Rei bonum, meritò ſolliciti, plurimum optaverint, eadem per Nos recognita & recenſita, novo confirmationis Noſtræ munimine roborari, ac ſicubi opus fuerit, declarari & ampliari; Nos eorumdem ſupplicationibus inclinati, pleraſque Prædeceſſorum Noſtrorum Litteras & Conceſſiones, favore Hoſpitalis ejuſdem Sancti Joannis Jeroſolymitani, atque illius Militiæ & Perſonarum, diverſis temporibus emanatas, Nobis repræſentari juſſimus; ac diligenti præmiſſo examine, eaſdem partim in genere, partim diſtinctè & expreſsè, ſub ea forma, quam præſenti temporum conditioni, & ejuſdem Ordinis ac Militiæ ſtatui, magis aptam judicavimus, confirmare, innovare, ſeu reſpectivè declarare, & ampliare, ac etiam ex integro, ut infra, ſtatuere & indulgere decrevimus.

Ordinis S. Joannis Jeroſolymitani laudes recenſentur.

Pontifex præmiſſo omnium examine votis dicti Ordinis annuit.

§. 1. Itaque de Apoſtolicæ auctoritatis plenitudine, & ex Noſtra certa ſcientia, eoſdem Dilectos Filios prædictæ Hoſpitalis Militiæ Magnum Magiſtrum, nec non Bajulivos, Priores, Caſtellanum Empoſtæ, Præceptores, Milites, Fratres, Cappellanos, Donatos, & Servitores, omneſque & ſingulas dicti Hoſpitalis & Militiæ perſonas, a quibuſvis Excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium tantùm conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes; nec non omnium Litterarum, Conceſſionum, atque Declarationum per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores Noſtros, & Sedem Apoſtolicam, ſeu aliâ quacumque auctoritate, favore ejuſdem Hoſpitalis, ac Militiæ, eorumque Magni Magiſtri, & Conventus, ac perſonarum hujuſmodi, nec non Locorum, bonorum, ac rerum, ſub quacumque forma editarum, tenores & datas præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac etiam inſertis habentes; Omnia & ſingula Privilegia, Immunitates, Exemptiones, Prærogativas, & alias quaſcumque gratias, conceſſiones, facultates, libertates, favores, & indulta, terram, mareque concernentia, eidem Hoſpitali, & illius Militiæ, Prioratibus, Caſtellaniæ Empoſtæ, Bajuliviis, Præceptoriis, Domibus, Hoſpitalibus, Adminiſtrationibus, Officiis, Eccleſiis, Cappellis, Oratoriis, Locis, & Membris quibuslibet, ac pro tempore exiſtentibus Magno Magiſtro, & Conventui, dictæque Militiæ Fratribus Militibus, Profeſſis, atque Novitiis, nec non Priori Eccleſiæ, Cappellanis, Donatis, Servitoribus, Vaſſallis, atque Colonis, ac dictos Prioratus, Caſtellaniam, Bajulivias, Præceptorias, Domos, Adminiſtrationes, Officia, Eccleſias, Cappellas, & Membra præfata obtinentibus, per eoſdem Prædeceſſores Noſtros Romanos Pontifices, ac dictam Sedem, ſeu per Nos ipſos, uſque in præſentem diem, in genere, vel in ſpecie conceſſa & elargita, ſeu per eoſdem a pro tempore exiſtentibus Imperatore, Regibus, & Principibus, aliiſque Chriſtifidelibus obtenta, quatenus ſint in uſu, nec ſint expreſsè revocata, aut Concilii Tridentini Decretis, & dictæ Sedis Apoſtolicæ Conſtitutionibus, nec non aliis Ordinationibus, in quibus de eadem Militia Hoſpitali expreſſa mentio fiat, ſeu præſentium Litterarum Noſtrarum tenori, adverſantia: Indulgentias quoque, & peccatorum remiſſiones, aliaſque ſpirituales gratias, hactenus eis per dictos Prædeceſſores Noſtros, ſeu per Nos ipſos, conceſſas; præſertim Plenariam ſemel in vita, & in mortis articulo, pro eis eorumque Servitoribus, & Miniſtris, contra Infideles & Chriſtianæ Reipublicæ hoſtes pugnantibus, a fel. rec. Prædeceſſore Noſtro Sixto Papa IV., aliaſque Indulgentias pro viſitantibus Domos, Eccleſias, ſeu Cappellas ipſius Hoſpitalis, ab eadem Sede Apoſtolica diverſis temporibus elargitas, ſervatis tamen

Confirmatio generalis omnium Privilegiorum &c.

Item Indulgentiarum.

Preces dicti Ordinis pro generali confirmatione privilegiorum & jurium ei competentium.

men earumdem conceſſionum temporibus, conditionibus, & formis, ac dummodo non ſint revocatæ, ſeu ſub aliqua generali revocatione comprehenſæ: Præterea fundos, agros, poſſeſſiones, dominia, prædia, jura, decimas, fructus, redditus, proventus, aliaque mobilia, & immobilia bona, ſive in terra, ſive in mari exiſtentia, & ad Hoſpitale, Prioratus, Caſtellaniam, Bajulivias, Præceptorias, aliaque membra hujuſmodi, in genere, vel in ſpecie ſpectantia; Juriſdictiones quoque, etiam ſpiritualem Ordinariam & quaſi Epiſcopalem in Clerum & Populum, ſi quibus in Terris, Locis, atque Diſtrictibus eadem ipſis competere dignoſcitur: Inſuper omnia & ſingula laudabilia ſtabilimenta, ordinationes, & decreta, in Capitulis Generalibus ejuſdem Militiæ, tam ante annum Domini MDLVIII., quàm poſt dictum annum uſque in præſens celebratis, condita & edita, quæ ſcilicet in uſu eſſe dignoſcuntur, ac in iis tantùm partibus, in quibus prædicti Concilii Tridentini, ejuſdemque Sedis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, & præſentium Litterarum tenori, contraria non ſint, illorum omnium tenores præſentibus pariter pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes; nec non ſententias, cenſuras, & pœnas in ipſis adverſus contrafacientes indictas; Earumdem præſentium ſerie approbamus, laudamus, ratificamus, confirmamus, ac etiam de novo concedimus, ac reſpectivè ſtatuimus; omneſque & ſingulos defectus, ſi qui forte in eis intervenerint, dictæ auctoritatis Noſtræ plenitudine ſupplentes, prædicta omnia & ſingula valida & efficacia exiſtere & fore, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, ſuoſque debitos effectus ſortiri, ac pro tempore exiſtentibus Magno Magiſtro, Bajulivis, Prioribus, Caſtellano, Præceptoribus, Commendatariis, Militibus, Priori, Cappellanis, Donatis, Servitoribus, Vaſſallis, atque Colonis prædictis pleniſſimè ſuffragari; eoſdemque illis liberè perpetuo uti poſſe: Ac omnia & ſingula Privilegia, & Indulta hujuſmodi ab univerſis Chriſtifidelibus, tam Clericalis Ordinis, quàm temporalis poteſtatis Sæcularibus, ac etiam aliis cujuſcumque Ordinis, & Inſtituti, perſonis Regularibus; prædicta verò ſtabilimenta, ordinationes, & decreta, ab omnibus & ſingulis dictæ Militiæ Fratribus, quacumque dignitate, ac præeminentia fulgentibus, Militibus, Cappellanis, Donatis, Servitoribus, aliiſque perſonis ipſius Hoſpitalis ſubditis, ſub ſententiis, cenſuris, & pœnis in iis contentis, perpetuò inviolabiliter obſervari, & ſecundum eadem ſtabilimenta & decreta, in cauſis ipſius Militiæ, & Perſonarum ei adſcriptarum & ſubjectarum, omnino judicari & cenſeri debere, volumus, mandamus, & reſpectivè decernimus.

Ac bonorum & rerum ad dictum Ordinem pertinentium; Ac etiam Juriſdictionum.

Stabilimentorum quoque Ordinis tam ante annum 1558., quàm poſt dictum annum uſque ad præſens editorum.

§. 2. Ipſumque Hoſpitale, ac illius Prioratus, Caſtellaniam Empoſtæ, Bajulivias, Præceptorias, Domos, Hoſpitalia, Eccleſias, Cappellas, Oratoria, ac Loca & Membra quæcumque, nec non Magiſtrum, Bajulivos, Priores, Caſtellanum Empoſtæ, Præceptores, Milites, Cappellanos, Donatos, & Servitores, nunc & pro tempore exiſtentes, etiam Sæculares Clericos, & Presbyteros, juxta præſcriptum dicti Concilii Tridentini, eorum Eccleſiis, Cappellis, & Oratoriis quoquomodo deſervientes, quamdiu in eorum obſequiis erunt, &, in ipſorum Domibus reſidentes, ſub eorumdem obedientia vivent; ac illorum res, animalia, prædia, domos, & bona quæcumque, quæ obtinent & poſſident, ac in futurum canonicè obtinebunt, ac poſſidebunt, ſub Beati Petri, & dictæ Sedis, ac Noſtra immediata protectione confirmamus, ac de novo ſuſcipimus; nec non ab omni juriſdictione, correctione, onere, ſtatutis, bannis, dominio, ſuperioritate, & poteſtate quorumcumque Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Prælatorum, præterquam in caſibus in Apoſtolicis Conſtitutionibus, & dicti Concilii Tridentini Decretis litteraliter expreſſis, aut in ſpecie declaratis, nec non quorumcumque temporalium Dominorum quàvis poteſtate, etiam Imperiali, Regali, & Ducali fulgentium, ac Univerſitatum, & illarum Regentium, aliorumque, præterquam dicti Hoſpitalis, Superiorum Ordinariorum, tam ſpiritualium, quàm temporalium, ubicumque, tam citra, quàm ultra Montes, & Mare conſtitutorum, cujuſcumque Dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, illorumque Vicariorum, & Officialium, Locatenentium, & Judicum nunc & pro tempore exiſtentium quorumlibet, eximimus & liberamus.

Nova ſuſceptio Ordinis, & illius Perſonarum ac rerum, ſub immediata Apoſtolicæ Sedis protectione.

§. 3. Itaut Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Prælati, Ordinarii, Vicarii, Officiales, Locatenentes, & Judices præfati, nullam in eos, vel ea, juriſdictionem, correctionem, viſitationem, ſuperioritatem, dominium, ſeu poteſtatem, præterquam in his, quæ ad animarum curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, aliiſque in caſibus per dictum Concilium, ſeu per Apoſtolicas Conſtitutiones, aliaſque Ordinationes præfatas expreſſis & declaratis, exercere, aut excommunicationis, aliaſve ſententias, cenſuras, & pœnas promulgare, (etiamſi forſan hactenus per abuſum, ſeu alterius Privilegium, aut negligentiam, etiam per longum tempus, taliter obſervatum non fuiſſet, ſeu dicti Hoſpitalis, ejuſque membrorum Eccleſiæ non Parochiales, in quibus Sacramenta Fidelibus non adminiſtrantur, pluries fuiſſent a Prædeceſſoribus Epiſcopis viſitatæ), nullatenus poſſint, aut valeant; Ipſique Magiſter & Conventus, nec non Prior Eccleſiæ, aliique Priores, Bajulivi, & Præceptores, intra limites ſuarum juriſdictionum & adminiſtrationum, etiamſi nulla forſan in Clerum, & Populum juriſdictione ibidem potiantur, quoad perſonas tamen eiſdem verè ſubditas, & ſub eorumdem obedientia in ipſorum Domibus viventes, Ordinarii Superiores, ſeu Prælati, juxta formam Privilegiorum, & ſtabilimentorum prædictorum, exiſtant & eſſe cenſeantur; neque alii quicumque, cujuſvis Eccleſiaſticæ, vel mundanæ dignitatis, aut præeminentiæ, ſtatus, vel conditionis exiſtant, ſub excommunicationis latæ Sententiæ pœnâ per contrafacientes eò ipſo incurrendâ, eos in judicio, vel extra, ſuper præmiſſæ exemptionis uſu, ſeu poſſeſſione, vel quaſi, quacumque etiam longi temporis contraria præſcriptione nihil obſtante; neque demum aliqui Magiſtratus, Rectores, Gubernatores, Præſidentes, Vice-Legati, ac etiam S. R. E. Cardinales de Latere Legati, per Loca, Civitates, atque Provincias Ditionis Noſtræ Eccleſiaſticæ conſtituti, eoſdem Fratres Milites ſuper delatione armorum quorumcumque, pro ſui defenſione, & Hoſtium Sedis Apoſtolicæ offenſione, in quibuſcumque locis Nobis & eidem Apoſtolicæ Sedi mediatè vel immediatè ſubjectis, ad formam tamen providæ Conſtitutionis per fel. rec. Prædeceſſorem Noſtrum Alexandrum VIII. Anno Incarn. Dom. MDCXC. Idibus Auguſti editæ, quæ incipit -- *Et ſi cuncta* -- nullo unquam tempore, directè vel indirectè moleſtare, impedire, vexare, aut aliàs quomodolibet impetere præſumant, debeant, ſeu poſſint, aut valeant.

Inhibitio ſpecialis contra quoſcumque exemptionem hujuſmodi perturbantes.

Privilegium deferendi Arma.

§. 4. Utque etiam in poſterum quibuſvis Chriſtifidelibus in quibuſcumque Civitatibus, Locis, & Diœceſibus, liceat Præceptorias, Domos, & Hoſpitalia, ſub dependentia & ſubjectione dicti Hoſpitalis, per illius Fratres obtinenda, quæ eiſdem exemptionibus, privilegiis, libertatibus, prærogativis, immunitatibus, indulgentiis, conceſſionibus, & indultis, quibus aliæ dicti Hoſpitalis

Exemptio Ordinis a cujuſvis juriſdictione.

Facultas erigendi novas Domos & Præceptorias Ordinis, aliaque Loca cum iiſdem prærogativis.

Præceptoriæ, Domus, & Hospitalia utuntur, potiuntur, & gaudent, uti, potiri, & gaudere debeant, assignata illis congrua dote, Ordinariorum Locorum, & quorumvis aliorum licentiâ minimè requisitâ, & nullâ præterea iisdem Ordinariis jurisdictione in illis, aut oneris imponendi facultate reservatâ, fundare, erigere, & constrúi facere; dictique Magister, & Conventus, hujusmodi fundationes & erectiones, alterius cujusvis licentia aut consensu minimè requisitis, approbare & acceptare, possint & valeant, plenam & liberam iisdem facultatem & auctoritatem concedimus, & impertimur.

Demandatur institutio Presbyterorum, qui per Commendatarios Ordinis ad Beneficia erunt nominati, sine ulla exactione &c.

§. 5. Presbyteri verò tam sæculares, quàm ejusdem Hospitalis Militiæ Cappellani, & in ea expresse Professi, qui per Priores, Castellanum, Bajulivos, Præceptores, aliosque Milites Commendatarios, juxta eorum facultates inferiùs declarandas, ad deserviendum Parochialibus, & aliis Ecclesiis, Cappellis, & Oratoriis Hospitalis hujusmodi, ac membrorum ejus, tam nunc existentium, quàm in posterum erigendorum, pro tempore deputabuntur, per Locorum Ordinarios, ad nominationem seu præsentationem dictorum Priorum, Castellani, Bajulivorum, Præceptorum, aliorumque Commendatariorum, præmisso duntaxat examine quoad idoneitatem ad ea, quæ pertinent ad animarum curam, & Sacramentorum administrationem, ad formam Decretorum Concilii Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum per Prædecessores Nostros Romanos Pontifices, ac per Nos ipsos desuper editarum, absque aliqua exactione, & oneris impositione, instituí, ac recipi, & admitti volumus, & mandamus.

Facultas Fratribus Cappellanis professis suscipiendi Ordines extra tempora ordinationū.

§. 6. Ac insuper eisdem Fratribus Cappellanis in eadem Militia expresse Professis, ut omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines a quocumque maluerint Catholico Antistite gratiam & communionem Sedis Apostolicæ habente, & in propria Diœcesi residente, vel in aliena de Diœcesani Loci consensu Pontificalia exercente, etiam extra tempora a jure statuta, annique curriculo minimè expectato, & tribus diebus Festivis, aliquo temporis spatio, arbitrio dicti Antistitis definiendo, interpolatis, servato tamen sel. rec. Clementis VIII. Prædecessoris Nostri Decreto die XV. Martii Anni MDXCVI. edito, Nostraque super his edita Constitutione, quæ incipit -- *Impositi Nobis* -- data Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVI., tertio Kalendas Martii, Pontificatus Nostri Anno VII., aliisque de jure servandis, recipere possint & valeant, earumdem præsentium serie concedimus & indulgemus.

Exemptio generalis Bonorum Ordinis a quibusvis Decimis & impositionibus Ecclesiasticis.

§. 7. Præterea nullus omnino ex prædicti Hospitalis Fratribus, Militibus, seu Cappellanis, aliisve personis ipsius Hospitalis subditis, in Prioratibus, Castellania Empostæ, Bajuliviis, Præceptoriis, Domibus, Membris, Beneficiis, Prædiis, sive Granciis quomodocumque a dicto Hospitali dependentibus, ubicumque, & infra limites jurisdictionis quorumcumque Patriarcharum, Episcoporum, aliorumque Ordinariorum Præsulum, sive Universitatum, Hospitalium, aut Rectorum Ecclesiarum constitutis, quascumque Decimas, taxas, & jura, etiam Synodalia, seu Canonicas portiones, aut quartas nuncupatas, Procurationes, subsidia etiam charitativa, seu alias quascumque collectas & contributiones, etiam ratione jucundi adventus nuncupati, aliudve onus personale, seu mixtum, ab Ordinariis ubicumque, & ex quacumque causa impositum, vel imponendum, tam ex antiquis eorum culturis, quàm recenter cultis novalibus, aliisque terris, fundis, possessionibus, & animalibus, etiamsi terræ & possessiones hujusmodi ad quantumcumque longum tempus, non tamen in perpetuum feudum, aut Emphyteusim, concessæ fuerint; sive ex propriis patrimonialibus bonis eorumdem Magni Magistri, Priorum, Castellani Empostæ, Bajulivorum, Præceptorum, aliorumque Fratrum Militum & Cappellanorum, tam acquisitis, quàm in posterum acquirendis, aut ad eos quovis modo, etiam ex concessione Apostolica, vel Magistrali, pertinentibus, alicui quovis modo solvere teneantur: A quibus omnibus exactionibus, collectis, contributionibus, oneribus, & impositionibus quomodocumque nuncupatis, omnia & singula dicti Hospitalis loca ac bona, ut præfertur, nec non Ecclesiarum ab ipso Hospitali quomodolibet dependentium fabricas, semper & perpetuò; prædictorum autem patrimonialia bona, a die emissæ per supradictorum singulos Professionis; libera, immunia, & exempta, sicut per Prædecessores Nostros Rom. Pontifices fuisse, ita modò esse, & in posterum fore declaramus & volumus.

Item ab oneribus Laicalibus.

§. 8. Eademque ipsius Militiæ Hospitalis loca, prædia, possessiones, & bona, ubicumque, etiam sub nostra, & Apostolicæ Sedis, sive aliorum quorumcumque Supremorum Principum, Rerumpublicarum, & Universitatum Ditione, & jurisdictione consistentia, ab omnibus & singulis oneribus, impositionibus, & gravaminibus ordinariis & extraordinariis, tàm Fiscalibus, seu Cameralibus, quàm etiam Communitativis, seu pro Communitatum & Universitatum Laicalium ordinariis aut extraordinariis usibus, & indigentiis hactenus impositis, & imponendis, nisi forsan auctoritate Apostolica cum eorumdem bonorum Hospitalis prædicti expressa comprehensione, imposita fuerint, aut imponantur in posterum, seu eadem bona illorum solutioni & supportationi subjecta esse aut fore, etiam expresse per dictam Sedem declaratum fuerit; Prædictorum autem Magni Magistri, aliorumque Militum Professorum patrimonialia bona, donec in eorumdem peculiari censu existent, nec in commune dominium & proprietatem Hospitalis prædicti re ipsa translata fuerint, a Communitativis duntaxat oneribus & collectis, quæ scilicet earumdem Communitatum & Universitatum Laicalium usibus & indigentiis primitus imposita, nequaquam deinde Fisci & Cameræ juribus applicata fuerint, plenariè similiter exempta, libera, & immunia esse & fore, statuimus, atque decernimus.

Et Bonorum patrimonialium Militum professorum ab oneribus Communitativis Cameræ non applicatis.

Revocatio amplissima quorumvis Indultorum exemptionis a subjectione Magni Magistri & Superiorum Ordinis.

§. 9. Et quoniam præmissæ exemptiones non alia de causa a Prædecessoribus Nostris Romanis Pontificibus Hospitali prædicto, ejusque Personis, ac rebus concessæ, ac pluries confirmatæ, & a Nobis ipsis, ut præfertur, innovatæ fuerunt, quàm ut ejusdem Militiæ status & ordo sub ipsius Magni Magistri, ac Prælatorum regimine, in publicum Christianæ Reipublicæ bonum feliciter procedat, simulque illius bona, ad communes impensas pro Fidei defensione, & Religionis præsidio sustinendas sufficiant; Ideo Nos eorumdem Prædecessorum vestigiis inhærentes, omnes & singulas exemptiones Priorum, Bajulivorum, aliorumque Fratrum Militum, seu Cappellanorum, aliarumque Personarum dicti Hospitalis subditarum, ubicumque, tàm citra, quàm ultra Montes & Mare, nunc pro tempore constitutorum, & commorantium, a superioritate, jurisdictione, obedientia, & correctione Magni Magistri & Conventus prædictorum, ac aliorum Prælatorum ipsius Hospitalis, etiam cum eorum receptione in protectionem dictæ Sedis, itaut illi solummodò sint subjecti, quodque Magno Magistro, & Conventui, & Prælatis præfatis parere, & ad Hospitale prædictum accedere non teneantur; quacumque ratione vel causa, etiam

obse-

obsequiorum per eos Fidei, ac Sedi, & Hospitali prædictis impensorum, aut alia consideratione, etiam cum quibusvis clausulis, & derogatoriarum derogatoriis, hactenus forsan concessas; quarum quidem exemptionum Indulta, utpotè in Regularis disciplinæ & status prædictæ Militiæ eversionem, ac etiam fortè in damnum & detrimentum totius Christianæ Reipublicæ tendentia, nunquam in posterum a Successoribus Nostris concedenda fore pro certo confidimus; prædicta auctoritatis plenitudine, & earumdem præsentium serie, revocamus, cassamus, abolemus, & annullamus, ac pro infectis & nullis haberi volumus; atque illis, quibus concessa fuerint, minimè suffragari, quominus, iisdem non obstantibus, prædicto Magno Magistro, ac Conventui, & Prælatis præfatis quandocumque liceat plenariam & omnimodam in eos jurisdictionem & superioritatem, in stabilimentis Ordinis eisdem attributam, exercere; seu quominùs omnes, & singuli prædicti iisdem Magno Magistro, Conventui, & Prælatis, tàm personaliter, quàm realiter, omni exceptione cessante, perinde ac si Indulta exemptionum hujusmodi nunquam concessa fuissent, firmiter parere & obedire teneantur; Iisdemque Magno Magistro, Conventui, ac Prælatis prædictis, contra Rebelles, ac etiam sub hujusmodi Indultorum obtentu, mandatis suis non obedientes, servatis consuetis terminis ad docendum se paruisse & satisfeciisse in loco Conventus Hospitalis hujusmodi, aliisque de jure, & juxta stabilimenta prædicta servandis, ad mulctas & pœnas in eisdem stabilimentis præscriptas procedendi, easque re ipsa exequendi, plenam & liberam facultatem & auctoritatem tribuimus & impertimur.

Facultas extrahendi subditos delinquentes e Locis immunibus.

§. 10. Pro quorum omnium, aliorumque sub temporali eorumdem Magni Magistri & Conventus jurisdictione in Insulis Melitæ & Gauli existentium debita coërcitione, & expedito justitiæ cursu, Nos earumdem præsentium Litterarum tenore, & auctoritate prædicta, Apostolicas Constitutiones tàm Prædecessorum Nostrorum Benedicti Papæ XIII., quæ incipit -- *Ex quo Divina* --, datam Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXV., sexto Idus Junii, & Clementis Papæ XII., cujus initium est -- *In supremo justitiæ solio* --, datam ejusdem Dominicæ Incarnationis Anno MDCCXXXIV., Kalendis Januarii, pro eo quod pertinet ad immunitatem localem & personalem; quàm etiam Nostram Anno similiter Incarnationis Dominicæ MDCCXLIX., Idibus Martii, Pontificatus Nostri Anno X. editam, quæ incipit -- *Officii Nostri ratio* --, cum omnibus Decretis, Clausulis, & Derogationibus in eis contentis, quatenùs opus sit, ad ipsam Hospitalem Militiam, ejusque Personas ubique constitutas, necnon ad dictas Insulas Melitæ & Gauli, expressè extendimus & ampliamus.

Extensio Constitutionis super Duellorum abusu ad Milites ejusdem Ordinis.

§. 11. Ac insuper ejusdem Militiæ laudabilia statuta adversus Duellorum abusum edita magnopere comprobantes, novissimam quoque Constitutionem Nostram, quæ incipit -- *Detestabilem* --, datam quarto Idus Novembris proximè elapsi, ipsius quoque Fratres Milites, & Subditos quoscumque arctare & afficere, statuimus & declaramus.

Jura & proventus communis Ærarii asseruntur.

§. 12. Ad asserenda verò communis Ærarii, Thesauri nuncupati, Hospitalis prædicti jura, quum aliàs ejusdem Militiæ stabilimentis & usibus, seu Privilegiis, indultis, & Litteris Apostolicis, eidem Hospitali, ejusque Magno Magistro, & Conventui concessis, expressè cautum fuerit, quod provisi, ac provisiones, commendas, seu alias dispositiones de Præceptoriis, aliisque Beneficiis dicti Hospitalis sibi pro tempore factas prosequentes, certa jura vacantia, seu mortuaria, aut aliàs nuncupata, forsan duplicata, communi Ærario hujusmodi persolvere, ac quædam alia ibidem expressa onera subire tenerentur, quodque de redditibus, fructibus, & proventibus hujusmodi Præceptoriarum, primo & secundo, & forsan aliis annis provenientibus disponere, seu illos percipere minimè possent, sed illi dicto Ærario, ac aliàs in usum & utilitatem Hospitalis, ac illius Militum, seu Mensæ applicari, pro illius necessitatibus sublevandis, ac tuitione Fidei adversus Christianæ Reipublicæ Hostes, aliisque oneribus Hospitali prædicto incumbentibus, impendi deberent; ac insuper Prioratus, Castellaniam Empostæ, Bajulivias, Præceptorias, & alia illius Beneficia quæcumque, pro tempore qualitercumque obtinentes, certas responsiones, ac ordinarias, & extraordinarias impositiones eidem communi Ærario annis singulis solvere tenerentur; ipsisque Prioratibus, Castellania, Bajuliviis, Præceptoriis, aliisque Beneficiis hujusmodi, per obitum seu aliàs quomodocumque vacantibus, illorum fructus, redditus, & proventus, prout in uno, vel altero anni tempore vacaverint, usque ad certam respective diem eidem Ærario cederent: Volumus in posterum nullas omninò exemptiones ab hujusmodi solutionibus cuilibet indulgeri, & quatenus concedantur, ex nunc decernimus & declaramus, easdem nullius roboris & momenti fore & censeri debere, sed, non obstantibus futuris forsan Indultis & gratiis hujusmodi, etiam quibusvis clausulis, & derogationibus muniendis, omnes & singulos Prioratus, Bajulivias, Castellaniam, Præceptorias, & alia Beneficia hujusmodi, seu illorum membra, & ab illis dependentia obtinentes, & in illis regressus, accessus, coadjutorias, & alias gratias, quavis etiam Apostolica auctoritate concessas habentes, seu illorum fructus, & proventus, aut alia jura loco pensionis annuæ, vel pensiones ipsas super eorumdem fructibus, redditibus, & proventibus forsan impositas, & imponendas percipientes, cujuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis existant, ac etiamsi Cardinalatus honore præfulgeant, pro rata fructuum, & pensionum earumdem, de omnibus & singulis annatis, vacantibus, mortuariis, & aliis quibuscumque juribus per eos dicto communi Ærario quomodolibet debitis, satisfacere debere; nec etiam vigore Indultorum, gratiarum, & derogationum hujusmodi, a solutione & præstatione fructuum, censuum, passagiorum, annatarum, vacantium, & mortuariorum, aut aliorum quorumcumque jurium, seu responsionum, aut ordinariarum vel extraordinariarum impositionum, dictorum stabilimentorum & privilegiorum vigore debitorum, in toto vel in parte se eximere, vel liberare, aut aliàs communi Ærario Hospitalis hujusmodi, seu illius juribus in aliquo præjudicare posse, seu præjudicatum censeri; sed omnes & singulos prædictos de cætero, etiam hujusmodi gratias & derogationes pro tempore habentes, ad exhibitionem & relaxationem fructuum, ac pensionum hujusmodi eidem communi Ærario faciendam, teneri & adstrictos fore; & ad id etiam per censuras & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, cogi & compelli posse.

Revocatio alienationum Bonorum Ordinis absque consensu M. Magistri & Conventus faciendarum.

§. 13. Bonorum autem & jurium ejusdem Hospitalis perpetuæ conservationi tutiùs consulere volentes, quascumque donationes, concessiones, locationes ultra tempus in præfatis ejusdem Militiæ stabilimentis permissum, investituras, & alias alienationes bonorum immobilium, seu censuum, redditumm, jurium, & jurisdictionum ad Prioratus, Castellaniam Empostæ, Bajulivias, Domos, Hospitalia, Beneficia, &

loca Hospitalis hujusmodi pertinentium, in illorum læsionem, jacturam, vel detrimentum, & aliàs sine consensu & expressa licentia Magni Magistri & Conventus prædictorum, etiam per personas dictæ Religionis faciendas, etiam cum renunciationibus, pactis, juramentis, & pœnis desuper impositis, & adjectis, ac instrumentis & Litteris desuper confectis, quacumque etiam longi temporis præscriptione, seu pacifica possessione, & detentione non obstantibus, ipso jure nullas, nulliusque roboris vel momenti existere & fore, decernimus & statuimus; ac census, redditus, jura, jurisdictiones, & bona alienata hujusmodi, seu per quoscumque etiam Sæculares occupata, usurpata, & detenta, ad jus & proprietatem dicti Hospitalis, seu illius Prioratuum, Bajuliviarum, Præceptoriarum, aliorumque Beneficiorum, ac membrorum reducimus; illudque & illa adversus alienationes, investituras, occupationes, & detentiones hujusmodi, in integrum, ac in pristinum, & eum statum, in quo antea erant, restituimus, reponimus, & plenariè reintegramus; illarumque detentores, cujusvis Dignitatis, status, gradus, ordinis & conditionis existentes, ad illorum restitutionem, dimissionem, & relaxationem, per censuras Ecclesiasticas, & alia juris remedia, cogi, & compelli posse volumus. Similes verò alienationes de cætero, sine licentia, & beneplacito dictæ Sedis, nunquam absque evidentis ipsius Hospitalis utilitatis cognitione, & expresso Magni Magistri & Conventus prædictorum consensu concedendis, sub excommunicationis latæ sententiæ, & privationis Beneficiorum per eos obtentorum pœnis, per contrafacientes eo ipso absque aliqua declaratione incurrendis, ac nullitatis omnium aliter gestorum, fieri districtè prohibemus.

Prohibitio novarum alienationum absque dicto consensu.

§. 14. Jam verò liberam quorumcumque Officiorum, & Beneficiorum Regularium ipsius Militiæ, nec non reddituum & emolumentorum eisdem adnexorum dispositionem, atque dispensationem pro meritis & justitia faciendam, eisdem Magno Magistro, & Conventui, seu aliis ad quos, juxtà statuta, consuetudines, & privilegia Militiæ hujusmodi, pertinere dignoscitur, asserere etiam, & confirmare volentes; perpensis illis, quæ olim fel. rec. Innocentius Papa VIII. Prædecessor quoque Noster eidem indulsit; simili auctoritate, ac præsentium tenore, Prioratus, Castellaniam Empostæ, Bajulivias, Præceptorias, Cameras, cæteraque quomodolibet nuncupata ejusdem Militiæ Hospitalis Officia, Beneficia, & Membra Regularia quæcumque, nunquam de cætero perpetuis futuris temporibus, sub quibusvis generalibus vel specialibus reservationibus Apostolicis, etiam per Regulas Cancellariæ Apostolicæ factis, & quas pro tempore fieri contingat, de Beneficiis Ecclesiasticis etiam apud Sedem prædictam pro tempore vacantibus, nec sub quibusvis Litteris dictæ Sedis, aut Legatorum ejus, utpotè verè Regularia, & non collativa, ac etiam ad Hospitalitatem, & Fidei tuitionem ordinata, ullatenùs includi, seu inclusa & comprehensa censeri, nec reservata vel affecta existere, aut hujusmodi reservationum, seu Regularum, aut Litterarum vigore, per quempiam acceptari, seu alicui de illis provideri posse, decernimus, & declaramus; sed quoties per ea obtinentium cessum vel decessum, seu etiam per resignationem in manibus Nostris, & Successorum Nostrorum Romanorum Pontificum factam, Commendæ vel deputationes ipsæ pro tempore qualitercumque cessaverint, seu vacare dicantur, tam in Romana Curia, quàm extra eam; toties per pro tempore existentem Magnum Magistrum & Conventum prædictos, seu per alios ejusdem Ordinis ad id facultatem habentes, & non alium, seu alios, juxta stabilimenta prædicta, ejusdemque Hospitalis consuetudines, usus, & naturas, & illi concessa Privilegia & Indulta, Fratribus dicti Ordinis, in administrationem & Commendam, ut moris est, itaut nunquam Beneficiorum collativorum naturam assumere, nec ab ea obtinentibus in titulum perpetui Beneficii Ecclesiastici retineri, aut, ipsis cedentibus vel decedentibus, ex eorumdem personis vacare censeantur, de ipsis disponi, & provideri, volumus, concedimus, & respectivè statuimus: Necnon reservationes, ac provisiones, collationes, commendas, deputationes, uniones, & quascumque alias similes vel dissimiles dispositiones, quacumque ratione vel causa, etiam motu & scientia similibus, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam per Nos, aut Successores Nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, seu per dictæ Sedis Legatos, auctoritate Apostolica, aut alia quacumque, & quandocumque faciendas, nullius penitus roboris & momenti existere, & haberi prorsus pro infectis; quasque per alios, quàm per dictos Magnum Magistrum & Conventum, aliosque ipsius Ordinis, ut præfertur, ad id facultatem habentes, fieri contingat, illis, quibus sic fierent, nullum jus, nullumque coloratum titulum possidendi tribuere, & eos, quoad omnes effectus, etiam Nostræ & Cancellariæ prædictæ Constitutionis & Regulæ, de triennali possessore non molestando, pro meris Detentoribus sine titulo haberi & reputari. Nec non omnes & singulas expectativas, antianitates, mandata de providendo, seu Coadjutorum deputationes, etiam de consensu personarum eadem pro tempore obtinentium, regressus, accessus, aliasque prævientivas gratias, facultates, & Litteras Apostolicas, super iisdem Prioratibus, Castellania Empostæ, Bajuliviis, Præceptoriis, Cameris, Commendis, & quibusvis aliis Beneficiis Regularibus dicti Hospitalis vacaturis, in favorem etiam Fratrum Militum dictæ Militiæ, cujuscumque gradus, & ordinis, ac Ecclesiasticæ, etiam Cardinalatus, seu mundanæ dignitatis, & conditionis fuerint, quomodocumque & qualitercumque, absque Magistri & Conventus prædictorum consensu, etiam ex quibusvis justissimis & urgentissimis causis, quantumvis onerosis, & quorumcumque meritorum, etiam erga Fidem, ac Sedem, & Militiam præfatas, seu damnorum passorum intuitu, & quorumcumque, etiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, vel aliorum Principum, seu Universitatum Studiorum consideratione, aut pro sedandis litibus, etiam per Nos, & Successores Nostros Romanos Pontifices pro tempore futuros, Nostrosque, seu eorumdem Successorum Legatos, concessas, & concessa, seu concedendas, & concedenda, etiam quascumque clausulas illarum ab hujusmodi revocationibus præservativas, in se continentes & continentia; motu, scientia, & potestate similibus etiam perpetuò revocamus, cassamus, & annullamus; & nemini suffragari, nec illarum prætextu, etiamsi ex tunc, prout ex diebus vacationum eorumdem, factæ, seu facta comperiantur, aliquem ex Prioratibus, Castellania, Bajuliviis, Præceptoriis, Cameris, Commendis, aliisque Beneficiis Hospitalis hujusmodi acceptari, vel assequi, aut jus in re, vel ad rem, cuiquam acquiri potuisse seu posse; sed, illis non obstantibus, prædictos Magnum Magistrum, & Conventum, aliosque dicti Ordinis ad id facultatem habentes, ut præfertur, conjunctim seu divisim, juxta consuetudines & stabilimenta ejusdem Hospitalis, de ipsis Prioratibus, Castellania, Bajuliviis, aliisque præmissis, liberè disponere potuisse & posse, ac sic judicari debere, & quidquid secus super his attentari contingat, irritum & inane decernimus.

Exemptio Commendarum & Officiorum Ordinis, tamquam non collativorũ, a quibusvis reservationibus & affectionibus Apostolicis.

Revocatio gratiarum præventivarum, & Coadjutor. factarum, & faciendarum absque consensu M. Magistri & Conv.

§. 15. Prædictis autem Magno Magistro, & Conventui dumtaxat, eorumdem Prioratuum, Castella-

Facultas M. Magistri & Conventus admittendi

resignationes Commendarum & Officiorum regularium Ordinis, & Pensiones reservandi.

ſtellaniæ, Bajuliviarum, aliorumque Regularium dicti Hoſpitalis Beneficiorum hujuſmodi reſignationes admittendi, ac recipiendi, illaque reſignantibus, denominationem, ſeu titulum, ac omnes eorum fructus, ſeu partem, aut ſuper illis quaſcumque penſiones annuas, quæ etiam tranſeant ad ſucceſſores in eis, etiam ſub cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis, etiam privationis, in talibus apponi ſolitis, ad vitam, vel ad tempus, reſervandi, concedendi, conſtituendi, & aſſignandi, & quod altero decedente, ſuperſtes in Beneficii poſſeſſione ſuccedat, indulgendi, ſeu regreſſum ad illud concedendi, liberam facultatem & auctoritatem, earumdem præſentium tenore concedimus & impertimur.

Prohibitio, ne ſuper Commendis Ordinis Penſiones, præter quam in favorem Militum reſerventur.

§. 16. Decernentes nihilominus, ſuper eorumdem Prioratuum, Caſtellaniæ, Bajuliviarum, aliorumque præmiſſorum fructibus, redditibus, & proventibus, nullas penſiones annuas, ſeu eorumdem fructuum, reddituum, & proventuum portiones, in quarumvis perſonarum ſæcularium, ſeu alterius Ordinis, præterquam dicti Hoſpitalis & Militiæ Regularium, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, nobilitatis, præeminentiæ, vel Eccleſiaſticæ, aut mundanæ dignitatis, aut conditionis fuerint, etiamſi Cardinalatûs honore præfulgeant, favorem, commodum, & utilitatem, quavis etiam Supremorum Principum, ut ſupra, vel aliorum conſideratione, & intuitu, ſeu ex quacumque etiam oneroſa & meritorum cauſa, per ipſos Magnum Magiſtrum, & Conventum præfatos, ſeu per dictam Sedem, reſervari, conſtitui, & aſſignari ullatenus poſſe; & ſi reſervari, concedi, conſtitui, & aſſignari contigerit, reſervationes, conceſſiones, conſtitutiones, & aſſignationes hujuſmodi factas, & faciendas, pro nullis & irritis haberi, nulliuſque roboris & momenti eſſe & fore, nec ulli ſuffragari, aut jus eaſdem penſiones, ſeu fructus exigendi tribuere, nec quæquam earum vigore ad earumdem penſionum, ſeu fructuum ſolutionem & præſtationem compelli poſſe.

Facultas deputandi Fratres Cappellanos in Eccleſiis dependentibus & annexis, & illos amovendi.

§. 17. Cæterum Magnus Magiſter, & ſinguli Priores, Caſtellanus Empoſtæ, Bajulivi, Præceptores, Milites, & Fratres Hoſpitalis hujuſmodi, tam Parochiales, quàm etiam ſine cura Eccleſias, vel earum Vicarias, aut Cappellas, vel Altaria, ſeu alia Beneficia ſimplicia, ad eorum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem ratione Prioratuum, Caſtellaniæ, Bajuliviarum, Præceptoriarum, etiam Camerarum Magiſtralium nuncupatarum, Hoſpitalium, Domorum, & aliorum Beneficiorum dicti Hoſpitalis per eos pro tempore obtentorum, de jure, ſtatuto, conſuetudine, fundatione, aut privilegio, vel aliàs quomodolibet ſpectantia, & pertinentia, & ab ipſis Prioratibus, Cappellania, Bajuliviis, Præceptoriis, Domibus, Hoſpitalibus, & aliis Beneficiis Regularibus verè dependentia, & ſubjectivè annexa, quæ juxtà ejuſdem Ordinis Statuta, Fratribus ſaltem Cappellanis ipſius Hoſpitalis concedi ſemper debuiſſent, quantumvis a longo & forſan longiſſimo tempore, per abuſum, aut ex defectu Fratrum Cappellanorum hujuſmodi ad id idoneorum, Clericis, ſeu Presbyteris Sæcularibus conferri, & per dictos Presbyteros, ſeu Clericos ſæculares obtineri conſueverint, in poſterum etiam Fratribus dicti Ordinis Cappellanis, ſi aliàs ad id idonei & habiles reperiantur, concedere & aſſignare, eoſque ad illorum curam, regimen, & adminiſtrationem deputare, ac etiam, juſtis concurrentibus cauſis, tam Sæculares Clericos, ſeu Presbyteros, quàm Fratres Cappellanos hujuſmodi, ab eorumdem cura, regimine, & adminiſtratione amovere, & alios in illorum loca ſubrogare; ipſique Fratres Cappellani, non ſecus ac Sæculares Clerici, ſeu Presbyteri, eadem recipere & adminiſtrare, non tamen in titulum perpetui Beneficii Eccleſiaſtici retinere, illiſque reſpectivè deſervire, & animarum curam hujuſmodi Beneficiis forſan annexam exercere liberè & licitè reſpectivè poſſint & valeant.

In Cauſis inter Militiâ & Milites, ac ſuper receptione ad habitum, duæ Sententiæ conformes vim triũ obtinere debent.

§. 18. Denique cauſas, lites, & controverſias quaſcumque, tam inter ipſam Religionem, ſeu Hoſpitalem Militiam, ejuſque Conventum, aut commune Ærarium ex una, & ſingulas perſonas Fratrum Militum ejuſdem Militiæ, cujuſcumque gradus, dignitatis, & præeminentiæ exiſtant, aut Cappellanos, aliaſque dicti Hoſpitalis perſonas ex altera partibus, quàm inter ipſos nunc exiſtentes, futuros Fratres Milites Cappellanos, & perſonas hujuſmodi, hinc inde, ſuper quibuſvis rebus & juribus; ac etiam inter eamdem Militiam, ſeu illius Fratres ex una, & quaſcumque alias Sæculares, aut Regulares perſonas ex altera, ſuper receptione ad habitum ipſius Militiæ, motas & movendas, & coram ejuſdem Militiæ Judicibus, & Tribunalibus Ordinariis, ſeu Commiſſariis, jam nunc introductas, atque pendentes, ſeu quandocumque introducendas, & agitandas, celerem & expeditum curſum & finem, prout ad ipſius Militiæ, ejuſque Fratrum tranquillitatem, & utilitatem maximè convenit, ſortiri & obtinere volentes; ſtatuimus atque decernimus, a ſententia in hujuſmodi cauſis lata per Judicem ſecundæ Inſtantiæ, nullam appellationem in ſuſpenſivo admitti, ſeu concedi, niſi quatenùs ea ſententia ſit infirmatoria primæ ſententiæ definitivæ, ſeu vim definitivæ habentis, & in ea parte dumtaxat, quæ hujuſmodi infirmationem importet; Sed, ubi duæ Sententiæ conformes inter ſe eſſe dignoſcantur, eaſdem habere vim trium, & rem facere judicatam; quæ, niſi ſuccumbens intra tres menſes tunc proximos, ſpeciali citatione coram Noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis Auditore expedita, & parti victrici legitimè præſentata, illius executionem ſuſpendi obtinuerit, debitæ executioni mandari poſſit, ac etiam debeat; Declarantes nihilominus, ab electione Fratrum Militum, & Præceptorum, ſeu Commendatariorum, in Bajulivos Magnæ Crucis nuncupatos, nullam appellationem ſeu recurſum in ſuſpenſivo recipi, aut admitti, juxta ſtatutum XX. Conſilii generalis dictæ Militiæ, quod per eaſdem præſentes hac in parte expreſſè approbamus & confirmamus. Nullas vero ſententias, reſolutiones, decreta, aut res judicatas quorumcumque Tribunalium, etiam Auditorii Cauſarum Palatii Noſtri Apoſtolici, aliorumque Judicum Romanæ Curiæ, prædictis Magno Magiſtro, & Conventui, ac Militiæ, ejuſque communi Ærario, ſuper Juriſdictione, ac præmiſſorum privilegiorum & jurium civili poſſeſſione, vel quaſi, niſi eadem Militia, citato in actibus ſubſtantialibus illius Procuratore in ea Curia conſtituto, & commorante, ſpecialiter ad cauſam vocata fuerit, ullatenus præjudicare poſſe, aut ipſis per ea præjudicatum cenſeri; ſed eoſdem ſemper & quandocumque, ſententiis & rebus judicatis hujuſmodi nihil obſtantibus, ſuper poſſeſſorio agere, ac etiam de ſpolio dare poſſe: Quod ne ab aliquibus in hoc intereſſe habentibus, aut habere prætendentibus, ignorari valeat; volumus, hujuſce diſpoſitionis noſtræ tenorem, per Edictum typis impreſſum, & in conſuetis locis publicis hujus Almæ Urbis, aliarumque Curiarum, ubicumque opus fuerit, nec non ad valvas Eccleſiarum Prioratuum, Bajuliviarum, & Præceptoriarum dictæ Militiæ per Orbem conſtitutarum, infra novem

Niſi infra tres Menſes executio rei judicatæ per Auditorem Pontificis ſuſpenſa fuerit.

Nulla appellatio in ſuſpenſivo admittatur ab electione in Bajulivos Magnæ Crucis.

In cauſis, in quibus agitur de intereſſe Ordinis, illius Procurator citandus erit.

Diſpoſitio hujuſmodi per Edictum publicum ad omnium notitiam deduci debet.

Menſes proximos affigendum, ad publicam omnium notitiam deduci debere: Quo facto, diſpoſitio Noſtra hujuſmodi omnes perinde arctet, ac ſi perſonaliter ſingulis intereſſe habentibus, aut habere prætendentibus, intimata fuiſſet.

Facultas deputandi Judices Conſervatores.

§. 19. Ad quorum omnium perpetuam firmitatem, nec non bonorum & jurium ipſius Militiæ indemnitatem magis aſſerendam, ejuſdem nunc & pro tempore exiſtentibus Bajulivis, Prioribus, Caſtellano Empoſtæ, Præceptoribus, & Fratribus Militibus, ut omnes & ſingulos Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, & eorumdem Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Vicarios, ſeu Officiales, aliaſque perſonas in Dignitate Eccleſiaſtica ubilibet conſtitutas, nec non Canonicos Metropolitanarum & Cathedralium Eccleſiarum, qui in Conciliis Provincialibus, aut Diœceſanis, juxta ſæpedicti Concilii Tridentini Decretum, vel etiam extra hujuſmodi Concilia in caſibus per Apoſtolicas Conſtitutiones permiſſis, Judices electi, ſeu deſignati fuerint, dummodo in eadem Civitate aut Diœceſi ſint conſtituti, ſemper & quandocumque opus fuerit, ſervatâ formâ Conſtitutionis a fel. rec. Prædeceſſore Noſtro Gregorio Papa XV., hac ſuper re editæ, in ſuos, & Privilegiorum, bonorum, & jurium hujuſmodi Conſervatores, & Judices eligere poſſint, qui ipſos adverſus inferentes eis injurias, ſeu gravamina & damna in perſonis, rebus, & bonis, ac juribus hujuſmodi, manutenere, & conſervare, ac ipſi ſic ab eis electi, omnibus privilegiis, facultatibus, & gratiis, quibus aliorum Ordinum non Militarium Conſervatores uti, potiri, & gaudere ſolent, uti ſimiliter, potiri, & gaudere debeant, earumdem præſentium ſerie, & auctoritate prædicta, plenam & liberam facultatem concedimus & indulgemus.

In Cauſis paſſivis Perſonæ Ordinis coram propriis Judicibus conveniri debeant.

§. 20. Utque præterea in iis locis, in quibus Judices particulares eorumdem Fratrum Militum, & Cappellanorum, ac Inſervientium Hoſpitalis prædicti, per Priores, aut Bajulivos, alioſve ad id facultatem habentes, deputati, Tribunal apertum retinere actu conſueverunt; iidem Fratres Milites & Cappellani, ac Inſervientes, in omnibus Civilibus Cauſis, in quibus ipſi Rei fuerint, coram hujuſmodi Judicibus in prima Inſtantia privativè etiam de cætero conveniri debeant, ſalvâ obſervantiâ Decreti in eadem Tridentina Synodo Seſſ. VII. Cap. XIV. editi, quoad cauſas mercedum & miſerabilium perſonarum; & ſalvo jure legitimæ Appellationis in ſecunda, & ulterioribus Inſtantiis, ad Nos, & Sedem Apoſtolicam; ſtatuimus etiam, atque decernimus.

Clauſulæ ampliſſimæ pro præmiſſorum firmitate.

§. 21. Ipſas quoque præſentes Litteras, atque omnia & ſingula in eis contenta & expreſſa, ſeu per eas confirmata & innovata Privilegia & Indulta ſemper & perpetuò firma, valida, & efficacia exiſtere & fore, nec unquam ſub generalibus Privilegiorum & Indultorum hujuſmodi revocationibus, aut derogationibus, ſeu contrariis Conſtitutionibus, Ordinationibus, Legibus, & diſpoſitionibus, in quibuſcumque Apoſtolicæ Sedis Litteris, aut Conciliorum etiam Generalium Decretis, præterquam Concilii Tridentini, cujus Decreta in omnibus & per omnia ſalva, & præſervata eſſe volumus, comprehendi, nec ipſam Hoſpitalem Militiam ex his arctari & affici, niſi de iiſdem Privilegiis & Indultis, ac de ipſa Hoſpitali Militia expreſſa mentio fiat, ac etiam quoad aliqua ex ſuperiùs expoſitis, illius Magni Magiſtri, & Conventus prædictorum expreſſus, ut præfertur, conſenſus accedat: Et ita, ac non aliàs, in præmiſſis omnibus & ſingulis, per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores prædictos, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuntios, & alios quoscumque, quavis auctoritate, poteſtate, officio, & Eccleſiaſtica, ſeu mundana dignitate fungentes, ac prærogativa, privilegio, præeminentia, & honore fulgentes, ſublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, in quocumque judicio, & in quacumque Curia, & in qualibet inſtantia, judicari & definiri debere decernimus, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariis.

§. 22. Non obſtantibus Noſtris, & Cancellariæ prædictæ in contrarium præmiſſorum quomodolibet editis vel edendis regulis, & quibuſvis aliis in contrarium eorumdem præmiſſorum, etiam Apoſtolicis, ſeu in Synodalibus, Provincialibus, & Univerſalibus Conciliis editis & edendis ſpecialibus vel generalibus Conſtitutionibus & Ordinationibus, ac quarumvis Archiepiſcopalium, & Epiſcopalium Eccleſiarum juribus ac conſuetudinibus, etiam longo temporis ſpatio præſcriptis, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis, illis, eorumque Præſulibus, aliiſque Perſonis, etiam ſpeciali nota dignis, ac Regnis, Provinciis, Civitatibus, ac Locis, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis in genere vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac etiam Conſiſtorialiter, aut aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus, in contrarium præmiſſorum conceſſis, approbatis, confirmatis, & innovatis; etiamſi in eis caveatur expreſſè, quod illis per quaſcumque Litteras Apoſtolicas, etiam motu ſimili, deque pari Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine pro tempore conceſſas, quaſcumque etiam derogatoriarum derogatorias clauſulas in ſe continentes, derogari non poſſit, neque cenſeatur eis derogatum. Quibus omnibus & ſingulis, quamvis de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua mentio facienda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum tenores eiſdem præſentibus, perinde ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo hic inſerti forent, pro plene & ſufficienter expreſſis & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum omnium & ſingulorum validiſſimum effectum, hac vice dumtaxat, latiſſimè, & pleniſſimè, ac ſpecialiter, & expreſſè, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, earumdem tenore præſentium derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides habenda tranſumptis.

§. 23. Volumus autem, ut earumdem præſentium Tranſumpta, ſive Exempla, etiam impreſſa, manu Vicecancellarii ejuſdem Conventus, ſeu alicujus Notarii publici ſubſcripta, & pro tempore exiſtentium ejuſdem Militiæ Magni Magiſtri, vel cujuſvis ex Bajulivis, Prioribus, aut Caſtellano prædictis, ſeu alterius Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ, ſigillo munita, eamdem ubique fidem, & auctoritatem obtineant in judicio & extra, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§. 24. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtrarum abſolutionis, confirmationis, approbationis, exemptionis, liberationis, conceſſionis, indulti, mandati, facultatum impertitionis, extenſionis, ampliationis, declarationis,

rationis, ſtatuti, prohibitionis, revocationis, caſſationis, annullationis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Pont. Anno XIII. die 12. Martii 1753.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLII., Quarto Idus Martii, Pontificatus Noſtri Anno XIII.

D. Cardinalis Paſſioneus.

J. Datarius.

Visa
De Curia J. C. Boſchi.

J. B. Eugenius.

Loco † Plumbi.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

XIV.

Wilnenſis Collegii, ſeu Seminarii Apoſtolici, a Gregorio XIII. pro Adoleſcentium Ruthenorum & Moſcovitarum educatione & inſtitutione erecti, optimo regimini providetur.

De hujus Seminarii Alumnis vide infra Conſtit. XX.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Eximium Gregorii XIII ſtudium in erigendis & dotandis Collegiis ad Adoleſcentes inſtituendos, & erudiendos.

COmmendatiſſimum ſtudium, & incredibilem Apoſtolicæ ſolicitudinis zelum felic. record. Gregorii Papæ XIII. Prædeceſſoris noſtri, qui ad perenne orthodoxæ religionis præſidium atque incrementum, tot Collegia, Seminaria nuncupata, tam in hac Alma Urbe, pro remotiſſimarum Nationum adoleſcentibus, quam alibi in Germania, Bohemia, Polonia, Tranſylvania, atque in Civitate quoque Wilna Provinciæ Lithuaniæ, a fundamentis erigenda, conſentaneis legibus munienda, & annuis redditibus pro adoleſcentibus inibi educandis, inſtituendiſque dotanda curavit, ſemper, etiam dum in minoribus eſſemus, admirati, adhuc in ſuprema Sacroſancti Apoſtolatus Cathedra per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam, meritis licet imparibus, conſtituti, ſuſpicimus, & Apoſtolicis laudibus proſequentes, vehementer dolemus, quod propter aſperas temporum rerumque calamitates, æmulari non valeamus.

Eorum fundationis leges conſervare neceſſarium agnoſcit Pontifex.

§. 1. Etſi autem maximi momenti opus eſſe non ambigitur, hujuſmodi Collegia, ſive Seminaria bene conſtituere; non minimi tamen ponderis eſt adlaborare, ut eadem Collegia, ſive Seminaria, juxta intentam primævæ fundationis inſtitutionem, conditaſque provida maturitate regulas, ſarta tectaque ſerventur, & adminiſtrentur. Ab inita ſane ſumma Catholicæ Eccleſiæ procuratione, inter graviſſimas tot negotiorum undique ſeſe oggerentium curas, non omiſimus ſedulam vigilemque operam impendere, ut de omnium ejuſmodi Collegiorum, ſive Seminariorum rationibus, tum ad rectam piorum morum, ſacrarumque doctrinarum diſciplinam, tum ad fidelem bonorum temporalium adminiſtrationem pertinentibus, pleniſſime edoceremur, & apoſtolicæ providentiæ, auctoritatiſque partes, ubi opus erat, opportune collocaremus.

In Seminarium Wilnenſe pro Ruthenis & Moſcovitis erectum, loco Moſcovitarum, recipiuntur Alumni Latini Ritus.

§. 2. Quoniam autem, ſicut accepimus, in Pontificium Collegium, ſive Seminarium, quod a laudato Gregorio Prædeceſſore noſtro Wilnæ erectum, & inſtitutum fuit, ut Juvenes ſcholares Rutheni, & Moſcovitæ fidem ipſam catholicam, & doctrinam, ac bonas literas condiſcerent, optimiſque moribus, & diſciplinis erudirentur, amplius Juvenes Moſcovitæ, fortaſſe ob vitæ pœnam quibuſcumque Moſcovitis catholicam religionem amplectentibus & profitentibus, juxta ſuas leges, infligendam, non recipiuntur, & admittuntur; inde factum eſſe exiſtimatur, ut pluribus abhinc annis, præter quatuor Monachos Ordinis S. Baſilii Magni ex Natione Ruthena in eodem Collegio, ſive Seminario educari ſolitos, Superiores ipſius Collegii, ſive Seminarii, loco & vice Adoleſcentium Moſcovitarum, alios Latini ritus Juvenes in eodem Collegio, ſive Seminario alendos, inſtituendoſque ſuſcipiant.

Plures tamen cauſæ præferendos ſuadent Ruthenos Græci Ritus.

§. 3. Hujuſmodi vero providentiæ ratio etſi non contemnenda, haud tamen talis eſt, ut expreſſæ tanti Pontificis Fundatoris voluntati, præſcriptæque legi Superiores memorati Collegii, ſive Seminarii, pro ſuo arbitrio derogantes, injuncto ſalutari operi ſatisfacere valeant; cum Apoſtolicam hanc Sanctam Sedem conſulere debuiſſent, & loco, ac vice Adoleſcentium Moſcovitarum non amplius concurrentium, ſubrogari potius debuiſſent totidem Adoleſcentes Nationis Ruthenæ Græci ritus, ea potiſſimum de cauſa, quod & Epiſcopale Seminarium pro Adoleſcentibus ritus Latini Wilnæ, atque alia alibi, erecta inſtructaque reperiantur; nec tanta, quoad ritum Latinum, urgeat neceſſitas, quanta omni procul dubio eſt illa Nationis Ruthenæ. Hæc enim non ſolum plures complectitur Diœceſes, ſed ipſæ etiam Diœceſes tot refertæ ſunt Parochialibus Eccleſiis, ut in ſola Metropolitana Kyovienſi earumdem Parochialium Eccleſiarum numerus ſit millium nongentarum viginti quinque. Accedit quoque maxima Ruthenorum Antiſtitum inopia, propter quam Collegia, ſive Seminaria Diœceſana ſibi erigere, & inſtruere haud valent. Inſuper ut major inter ipſos Ruthenæ Nationis Eccleſiaſticos Viros, maxime rerum eccleſiaſticarum, ſacrarumque doctrinarum, peritia floreat; cum ampliſſimæ Diœceſes orthodoxis, ſchiſmaticiſque hominibus permixtæ reperiantur.

Præſertim Nationis Ruthenæ neceſſitates.

Pontifex, de Conſilio Congregationis de Propaganda Fide ſtatuit, ut infra.

§. 4. Porrò de hiſce omnibus certiores facti, Venerabilibus Fratribus Noſtris S. R. E. Cardinalibus Congregationi Propagandæ Fidei præpoſitis per duas generales Congregationes accuratiſſime examinanda commiſimus. Hinc factum eſt, ut attentis tot rationum tam a Nobis, quam ab ipſis Cardinalibus diſcuſſarum graviſſimis momentis, de eorumdem Cardinalium pariter conſilio, non obſtantibus quibuſcumque in contrarium facientibus, auctoritate noſtra apoſtolica, tenore præſentium, prout infra, ſtatuamus, & decernamus.

Gregorii XIII. Litteras confirmat.

§. 5. Ac primum quidem memoratas Gregorii Prædeceſſoris literas, quoad omnia, & ſingula in ipſis contenta, & ſtatuta, dummodo iis, quæ per eaſdem præſentes noſtras literas, ut infra, ſtatuuntur, & decernuntur, non adverſentur, quatenus opus ſit, confirmamus, & apoſtolicæ firmitatis præſidio munimus.

§. 6.

Ruthenos & Moscovitas solummodo in Collegium recipi deinceps jubet.

§. 6. Deinde verò omnibus, & singulis modernis, & pro tempore existentibus sæpedicti Collegii, sive Seminarii Pontificii Wilnensis Superioribus, & Officialibus, districtè inhibemus, ut deinceps nullum omninò adolescentem in ipsum Collegium, sive Seminarium, nisi Nationis Ruthenæ, & Moscovitæ (si quando aliquem ejusdem Nationis Moscovitæ adolescentem recipiendum, admittendumque contingeret) recipiant, & admittant.

Rutheni quibus ex Diœcesibus sint cooptandi.

§. 7. Porrò Diœceses Nationis Ruthenæ, ex quibus adolescentes in Collegium, sive Seminarium antedictum deinceps admittendos, recipiendosque dumtaxat (dummodo ex Natione Moscovitica non sit, qui admitti, & recipi petat) esse, statuimus & districtè mandamus, sunt Kyovienſis & Halicienſis Metropolitana totius Russiæ, Polocenſis & Vitebscenſis Archiepiscopatus, Smolescenſis Archiepiscopatus, Vladimirienſis & Brestenſis Episcopatus, Pinscenſis & Turovienſis Episcopatus, atque Episcopatus Chelmenſis. Tres verò Episcopatus Luceorienſem, Premislienſem & Samborienſem, ac Leopolienſem, inter Diœceses ejusdem Nationis Ruthenæ adscriptos, ideo excluſos esse statuimus & mandamus, quod pro nonnullis uniuscujusque eorumdem adolescentibus Alumnis statutus sit locus in Collegio sive Seminario Leopoli pro Ruthenis & Armenis fundato, cui annuum nec mediocre ab eadem Congregatione Propagandæ Fidei pro dictis Alumnis subsidium solvitur, unde par æquumque videtur, ut de hisce tribus Diœcesibus, quæ hujusmodi commodum habent, nullus admittatur, recipiaturque; sed de primodictis solummodo Diœcesibus, in quibus major necessitas urget.

Alumnorum numerus ad minus vicenarius statuitur.

§. 8. Verùm ut deinceps quoad admissionem, receptionemque Alumnorum, nulla suboriantur dissidia, & partium studia; cum numerus viginti Alumnorum in laudato Collegio sive Seminario de præsenti existentium sit, quamvis de præterito idem numerus, juxta majorem, vel minorem rerum abundantiam, vel inopiam, interdum major, interdum minor fuerit; ipsum viginti Alumnorum numerum, quomodolibet imposterum sese habeat annona, nunquam minorem, sed si redditus, & proventus augeantur, majorem etiam esse volumus, & statuimus: cum œconomiæ ratio postulet, ut inopia unius anni suppleatur alterius anni abundantia.

Fit Locorum distributio, juxta decretum Congr. de Prop. Fide.

§. 9. Ab hoc itaque constituto, ut præmittitur, viginti Alumnorum numero, exceptis quatuor Ordinis Sancti Basilii Magni Monachis in eodem Collegio, sive Seminario, ut pariter præmittitur, retineri, & educari solitis, quos semper in futurum ex eodem Ordine, & Congregatione Ruthena admittendos, recipiendosque pari modo & forma volumus, & mandamus, ut Magistros, & Præceptores habeant aptos, & idoneos; reliquos sane sexdecim Alumnos, qui admittendi, recipiendique sunt, distributos esse volumus & mandamus, juxta Decretum ejusdem Congregationis Propagandæ Fidei, quod est tenoris sequentis -- *In Congregatione Generali de Propaganda Fide habita die 12. Februarii 1753. decretum fuit, ut sequitur: Ad Collegium Wilnense, ultra quatuor Monachos Basilianos, & donec aliter provideatur, esse imposterum admittendos Ruthenos tantum ex infrascriptis Diœcesibus; nempè ex Archiepiscopali Kyovienſi sex, quorum unus ex Palatinatu Wilnenſi, alter verò ex Palatinatu Novogrodenſi, & alter ex Palatinatu Minscenſi: alii verò tres ex reliqua ejusdem Diœcesis Kyovienſis parte, & præsertim ex Ukraina. Ex Diœcesi Archiepiscopali Polocenſi duo, quorum unus ex Palatinatu Polocenſi, alter ex Palatinatu Vitebscenſi. Ex Diœcesi Archiepiscopali Smolescenſi duo. Ex Diœcesi Episcopali Vladimirienſi duo, quorum unus pro Vladimirienſi, seu Podlachiæ parte, alter ex Palatinatu Brestenſi. Ex Diœcesi Chelmenſi duo, quorum unus ex Terra Chelmenſi, alter de Palatinatu Belzenſi. Ex Diœcesi Episcopali Pinscenſi duo* -- Distributionem autem eorumdem sexdecim Alumnorum ex qualibet Diœcesi respectivè eligendorum, per præinsertum dictæ Congregationis Decretum, factam, tanquam utilem, & salutarem non solum approbamus, & apostolica auctoritate, tenore præsentium, confirmamus; verum etiam districtè servandam esse præcipimus, & mandamus.

Alumni quo ordine sint prima vice recipiendi.

§. 10. Præterea ad omnem penitus e medio tollendam dissensionem, confusionemque, statuimus, & ordinamus, ut distributio ita omnino, & non aliter fiat, nimirum, ut, cum quilibet Alumnus ritus latini in sæpedicto Collegio, sive Seminario commorans, sive elapso tempore, quo inibi educari debet, sive aliter quomodolibet ex eodem Collegio, sive Seminario egressus fuerit, statim in illud admittatur recipiaturque Alumnus ex Metropolitana Kyovienſi Nationis Ruthenæ, & sic deinceps usque ad numerum pro eadem Metropolitana Kyovienſi juxta præinsertum Decretum supra statutum; deinde ex Diœcesi Archiepiscopali Polocenſi, atque eodem pacto, & ordine ex aliis Diœcesibus antedictis. Postquam verò integrum sexdecim Alumnorum numerum completum esse constiterit, cum vacatio cujusvis Alumnatus evenerit, non admittatur recipiaturque nisi adolescens Nationis Ruthenæ ex illa Diœcesi, ex qua Alumnus antecedens locum dedit vacationi.

Exequutores designantur.

§. 11. Cæterum ut præscripta, & præmissa omnia debitæ exequutioni demandentur, Venerabili Fratri Ordinario nostro & Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis in Polonia Nuntio, & Dilecto Filio Regenti ejusdem Collegii, sive Seminarii, modernis, & pro tempore existentibus, injungimus, ut, salva semper dictæ Congregationis Cardinalium Propagandæ Fidei præpositorum auctoritate, omnia, & singula in hisce nostris in forma Brevis literis, quas etiam typis impressas in conspicua dicti Collegii, sive Seminarii parte, ut ab omnibus legi possint, apponi volumus & mandamus, contenta & expressa, exactè servari faciant & curent.

Clausulæ pro præmissorum firmitate.

§. 12. Decernentes eadem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, semper firma, valida, & efficacia existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari debere: sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, S. R. E. Cardinales, & eorumdem Cardinalium Congregationes, necnon Apostolicæ Sedis Nuntios, & quosvis alios quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Gregorii Prædecessoris nostri literis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariis.

§. 13. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumtis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate

Exemplorum fides.

Eccle-

Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. 5. Aprilis 1753. Pont. XIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die V. Aprilis MDCCLIII. Pontificatus Nostri Anno Decimotertio.

Cajetanus Amatus.

XV. Monachi S. Basilii Nationis Ruthenæ solvuntur a lege emittendi quartum votum de non acceptandis Episcopatibus, vel Archimandriis, absque assensu suorum Superiorum: Abrogatisque Statutis pœnalibus super hoc editis, Canonicæ Sanctiones innovantur, ac inculcantur.

Dilectis Filiis, Proto-Archimandritæ, Archimandritis, & Monachis Ordinis S. Basilii Magni Nationis Ruthenæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filii, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Pontificis studium pro Basiliani Ordinis utilitatibus, & incrementis.

Inclytum quidem Sancti Basilii Magni Ordinem non minus antiquitate, quàm religiosa pietate, sacra doctrina, disciplinaque regulari in Catholica Ecclesia commendatissimum, singulari semper, etiam dum in minoribus essemus, studio prosequuti, ex quo ad sublimem Sacrosancti Apostolatus Cathedram, meritis licet imparibus, evecti fuimus, non omisimus quamplurimis Apostolicæ auctoritatis benignitatisque documentis ornare. Congregationem verò vestram Nationis Ruthenæ, quæ ejusdem Sancti Doctoris institutum tanta cum laude, præsertim in florentissimo Poloniæ Regno, & Lithuaniæ Ducatu, profitetur, paribus Pontificiæ caritatis, ubi opportuna sese dedit occasio, testimoniis complecti studuimus: fore in Domino confisi, ut vestra Congregatio majori alacritate & constantia, non solum schismaticis ejusdem Ordinis Basiliani Monachis sese opponeret, verum etiam eosdem ad Orthodoxæ Fidei sinum allicere, ac perducere adniteretur. Quoniam autem veremur, ne ea, in ipsa Congregatione vestra, accidere possent, quæ non tam exoptata a Nobis religiosarum virtutum incrementa impedire, quàm gravia quoque detrimenta afferre valeant; eapropter haud patimur consentanea Apostolicæ providentiæ, potestatisque officia a vobis desiderari.

Episcopatibus & Archimandriis nationis Ruthenæ soli Monachi S. Basilii præficiuntur.

§. 1. Ac primum quidem Vobis notum esse cupimus, Nos, quemadmodum non ignorare consuetudinem illam in Natione Ruthena vigentem, nimirum vacantibus Cathedralibus Ecclesiis, & Archimandriis ejusdem Nationis Ruthenæ, non præficiendi Antistites, & Archimandritas, nisi solos Monachos ex Ordine vestro professos; ita perspectum habere, tum ipsas Cathedrales Ecclesias ad Regiam Nominationem conferri, tum Archimandrias, vel Regiæ Nominationis, vel Jurispatronatus nobilium personarum esse, & haberi.

Quartum votum Monachis præscriptum.

§. 2. Deinde Nobis facilè persuademus, non aliam fortasse ob causam a Superioribus Congregationis vestræ quartum tribus aliis Votum fuisse additum in solenni cujusque Monachi professione emittendum; ne scilicet quisque Monachorum Episcopatus, vel Archimandrias sibi quomodolibet procuraret, neque si ad illos, vel illas quomodolibet etiam nominari, vel promoveri contingeret, nisi prius approbationem, assensumque suorum Superiorum impetrasset, omninò acciperet, quam ut omnis ambitioni occluderetur aditus. Quo firmius præterea ejusmodi a Superioribus vestris statuta quartum Votum addendi lex subsisteret, a fel. rec. Benedicto Papa XIII. Prædecessore Nostro Procurator tunc temporis existens Generalis laudati Ordinis S. Basilii Magni Apostolicas in simili forma Brevis literas die XV. mensis Decembris Anno MDCCXXVIII. hac super re dandas curavit, quarum vigore ad Officia, & Dignitates, Monachos omnes memorati Ordinis, qui sine expressa Superioris Generalis, seu Proto-Archimandritæ pro tempore existentis, & memorati Ordinis consensu, sibi Archiepiscopatus, Episcopatus, Archimandrias, aut quascumque alias Dignitates procurarent, eo ipso ad illas inhabiles esse, ac fore declarabatur.

Sanctio pœnalis Benedicti XIII. contra Voti transgressores.

§. 3. Insuper eam profectò, quæ ex Statutis, decretisque antedictis redundatura reputabatur, utilitatem, & regularis disciplinæ observantiam, non solum minimè provenisse, ex certis documentis rescivimus; verum etiam maximopere dolemus, duas inde non leves, sed gravissimas ortum habuisse inordinationes. Ac prima quidem, quod Monachi ad Archiepiscopatus, Episcopatus, & Archimandrias promoveri cupientes, præter illas, quas prius apud eos, qui Jus nominandi habebant, ut nominarentur, adhibebant partes, preces, & officia, novis quoque partibus, precibus, & officiis apud Superes Ordinis contendunt, ut ab hisce licentiam nova lege præscriptam consequantur. Altera verò inordinatio ex prima omninò exsurgit, quod ii, quibus nominandi, sive præsentandi Jus inesse non ambigitur, merito queruntur, debitum sibi ejusmodi Jus, propter novam antedictam legem, plurimùm imminutum esse; cum ablatam sibi experiantur pristinam libertatem nominandi, sive præsentandi ad Archiepiscopatus, Episcopatus, & Archimandrias eos Monachos Ordinis vestri professos, quos sibi in Domino existimant benemeritos, atque idoneos; sed illos duntaxat, qui a Superioribus suis sæpedictam licentiam obtinuissent.

Ambitus per eam non tollitur, sed augetur.

Querelæ habentium jus nominandi, seu præsentandi.

§. 4. Eapropter præcipuum Apostolici ministerii nostri munus esse intelligimus, non minorem pro recta disciplina a Nobis adhibendam esse curam, quàm ut dissensiones maxime omnes auferantur, ut omnia pro æquitate, ac justitia procedant, neque ullæ prorsus audiantur querimoniæ. Cum autem per Sacros Catholicæ Ecclesiæ Canones satis superque consulum sit, ut omnis, quoad consequendos Archiepiscopatus, Episcopatus, cæteraque dignitates Ecclesiasticas, excludatur ambitus, statutis inflictisque etiam contra ambitiosos pœnis; cupientes Nos omnia, & singula, prout harum præsentium nostrarum in forma Brevis litterarum tenore Apostolica auctoritate nostra reducimus, ad commune Jus, sanctionesque Canonicas reducere; proindeque tenore, & auctoritate paribus, nec non motu proprio, ac certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnibus, & singulis statutis, & consuetudinibus antedictis, atque ipsis memoratis Benedicti Prædecessoris litteris derogantes, & derogatum esse declarantes, volumus, & districtè mandamus, ut deinceps id omne unicè servetur, & exactè custodiatur, quod per Sacros Canones præscriptum, ubique debitæ exequutioni mandatur, nec aliæ pœnæ hac in re locum habeant, quam quæ in ipsis Sacris Canonibus statutæ sunt.

Sublato proinde Voto, & pœnis, Canonicæ Sanctiones restituuntur.

§. 5. Porrò

Firmis tamen manentibus legibus de ambitu, pœnisque in iis decretis.

§. 5. Porrò Monachis Ordinis vestri professis notum esse volumus, & apertè declaramus (ne sua illos eapropter falsa decipiat opinio) non eam sibi per Nos libertatem restitui, per quam ipsis liceat ad Archiepiscopatus, Episcopatus, & quascumque Dignitates Ecclesiæ, & Ordinis sui niti, & officiis omnibus contendere; sed potius in memoriam illis revocamus, quod si ambitus ad seculares etiam dignitates, & honores, a civilibus legibus prohibetur Laicis, quanto magis ambitus ad Archiepiscopatus, Episcopatus, & Dignitates Ecclesiasticas prohibitus esse debeat Clericis, & Religiosis Viris. *Nullus itaque* (verba sunt *Canon. Nullus* 1. *quæst.* 1.) *per ambitum ad Episcopalem honorem permittatur accedere; nam cum hic excessus in laica conversatione culpetur, quis putat, quin Religiosis, & Deo servientibus incutiat opprobrium.* Nec ob eorum oculos objicere omittimus præclara exempla Sanctorum Cypriani, Augustini, Fulgentii, Cæsarii, Epiphanii, Basilii, Gregorii Nazianzeni, Theodoreti, & Johannis Chrysostomi, ut cæteros prætereamus, qui, quamvis meritis eximiis insigniti, tamen tantùm abest, ut ad Episcopatum assequendum contenderint, quin omnem imo operam, studiumque adhibuerint, ne vel inviti ad Episcopatum pertraherentur.

Episcopatu indignus est, qui illum petit, vel appetit.

§. 6. Neque unusquisque ignorare debet, a peccati culpa immune non esse desiderium ipsum Episcopatus; tum quia, quamvis desiderium aliis juvandi, in his præsertim, quæ ad Deum sunt, & salutem Animarum, laudabile est, & maximopere commendatur; tamen cum hoc adjumentum præstari non valeat sine ipsa Episcopatus sublimitate, ut plurimum ex vitio insitæ de suis viribus præsumptionis ortum habet; tum quia nemo se iis virtutibus, quæ ad Episcopatus ministerium necessariò requiruntur, ornatum esse, sine peccato existimare potest; atque hujusmodi desiderium semper est vitiosum, juxta Angelici Doctoris doctrinam 2. 2. *quæst.* 183. *art.* 1. *in corpore*, *in Quodlibet.* 2. *art.* 11. *in corpore*, *in Quodlibet.* 3. *art.* 9. *in corpore.* Atque hæc communis est doctrina omnium eorum, quos retulimus in Tractatu nostro de Canonizatione Sanctorum *lib.* 3. *cap.* 31. *num.* 6. *& seqq.* Demum eorumdem oculis exponimus auream S. Basilii Cæsareæ Episcopi inclyti Ordinis vestri Fundatoris doctrinam, traditam in Constitutionibus Monasticis *cap.* 9. *tom.* 2. editionis Monachi Johannis Garnier -- *Cæterum*, inquit Sanctus Doctor, *nequaquam convenit, ut Ajseta cupiat unquam ingredi in Clerum* (ecce Episcopatus desiderium) *aut Fratribus præfici* (ecce desiderium Archimandriæ): *nam diabolica hæc pestis est, labesque libidinis dominandi, quæ res summæ Diaboli nequitiæ insigne est* -- Et postquam gravissima ex hujusmodi desiderio provenientia damna explicavit, addit -- *Cognito itaque detrimento, hanc absurdam cupidinem fugiamus* -- Denique hoc Capitulum hisce absolvit verbis -- *Quod si Deus aliquando eligat quempiam ad ejusmodi munera, novit, cum sit industrius ac sagax, quemadmodum etiam ipsum præstiturus sit dignum. Nos autem conscii esse debemus Nobismetipsis, nunquam Nos aliquid tale appetivisse, neque ullo modo ejusmodi desiderium in animo habuisse. Nam & hic animæ morbus gravissimus est, & facit, ut a bonis excidamus* --.

Ad Ecclesiasticas Dignitates, digniores sunt coaptandi.

§. 7. Tandem cum Apostolica hujusmodi nostra dispositio, ac sanctio, eorum quoque Jus respiciat, qui ad Archiepiscopatus, Episcopatus, & Archimandrias nominandi, vel præsentandi jus quomodolibet habere dignoscuntur, iisdem salutare S. Bernardi monitum indicimus, reputandi nimirum Ecclesiasticis dignitatibus indignum eum, qui vel per se ipsum, vel per alios, ad earumdem dignitatum consequutionem sese commendat -- *Alius pro alio, alius forte & pro se rogat. Pro quo rogaris, sit suspectus: qui ipse rogat pro se, jam judicatus est* -- Verba sunt ejusdem Sancti Bernardi *lib.* 4. *de considerat. cap.* 4., quibus apprime consonant verba Sancti Thomæ Aquinatis 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 5. *ad tertium* -- *Si vero aliquis pro se rogat, ut obtineat curam animarum, ex ipsa præsumtione redditur indignus* -- Postremò addere præstat verba Concilii Tridentini *sess.* 24. *de reform. cap.* 1. -- *Omnes verò, & singulos, qui ad promotionem præficiendorum, quodcumque jus quacumque ratione a Sede Apostolica habent, aut alioquin operam suam præstant, nihil in iis pro præsenti temporum ratione innovando, hortatur, & monet, ut in primis meminerint, nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem utilius posse facere, quam si bonos Pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos promoveri studeant: eosque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi, quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curaverint.* --

§. 8. Hæc sane sive statuenda, sive mandanda, sive monenda habuimus, decernentes omnia, & singula in iisdem præsentibus nostris literis contenta, semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari debere; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & eorumdem Cardinalium Congregationes, nec non Sedis Apostolicæ Nuntios, & quosvis alios quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulæ pro præmissorum firmitate.

§. 9. Non obstantibus præfatis Benedicti Prædecessoris Nostri literis, & quibuscumque statutis, & decretis in contrarium præmissorum in Conciliis, & Synodis Nationis Ruthenæ forsan editis; & Ordinis Vestri, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Derogatur contrariis.

§. 10. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu Exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ iisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Exemplorum auctoritas.

Interim Vobis, Dilecti Filii, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum

ANNO 1753. Dat. Pont. Anno XIII. die 12. Aprilis 1753.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XII. Aprilis MDCCLIII. Pontificatus Nostri Anno Decimotertio.

Cajetanus Amatus.

XVI.

Regulæ observandæ in Anglicanis Missionibus, ab Apostolicis Vicariis, nec non a Sacerdotibus Missionariis Sæcularibus, ac Regularibus.

Venerabilibus Fratribus, Episcopis Vicariis Apostolicis, & Dilectis Filiis, Sacerdotibus tam Sæcularibus, quàm cujusvis Ordinis & Instituti, etiam Societatis Jesu, Regularibus, Missionariis Apostolicis Anglicanarum Missionum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Mutuæ charitatis studium in primis exposcit Apostolicum Ministerium.

APOSTOLICUM ministerium, quod vos, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, tanta cum alacritate suscepistis, satis superque admonere vos, & assidue in memoriam revocare non dubitamus, præceptum mandatumque Supremi Pastorum Principis JESU CHRISTI Apostolos suos edocentis, cujus divina legatione in procuranda æterna Christifidelium salute fungimini cooperatores; nimirum, ut mutua vosmetipsi invicem charitate diligentes, opus vobis injunctum consummare satagatis, quo debitam laboribus vestris mercedem in Cœlis a justo remuneratore Deo recipere valeatis. Nobis sanè, qui gravissimas Sacrosancti Apostolatûs curas, & omnium Ecclesiarum sollicitudinem gerentes, pene deficimus, nihil accidere potest molestius, quàm cum accipimus scissuras esse inter vos, propter quas propagatio Catholicæ Fidei, & Christifidelium salus retardatur. Eapropter, ut opportunum, consentaneumque præcidendis & è medio auferendis diffidiis, quæ jamdudum inter vos exorta, sæpe sæpius emergere, ac magis invalescere pleniſſime docti vehementer dolemus, & pristinæ animorum concordiæ conciliandæ, & in perpetuum confirmandæ remedium afferremus; primum quidem non solùm exhibita Nobis utriusque partis rationum momenta per Nos ipsos accuratè expendimus; sed nonnullis etiam Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus negotiis Congregationis Propagandæ Fidei præpositis examinanda mandavimus; deinde verò iisdem Cardinalibus ad Nos accitis, eorumdem sententiam consiliumque requisivimus. Quos postquam Nobiscum convenire, & consentire comperimus, hæc, quæ sequuntur, statuimus, decrevimus, & a vobis districtè servanda proponimus, & mandamus.

Diffidiorum causas examinat Pont. cum consilio Congreg. de Propag. Fide; ac denique statuit, ut infra.

Quatuor Vicariis Apostolicis commendata remaneat Anglicanæ Missionis administratio.

§. 1. Cum ab anno 1688. constitutum fuerit, ut Missio Anglicana per quatuor Apostolicos Vicarios administretur, qui Episcopi in *Partibus* Infidelium existant; cumque sui limites, & confinia præscripta sint, in quibus ipsorum singuli suo munere perfungantur; nihil omnino immutetur in iis omnibus, quæ pertinent ad eosdem Vicarios Apostolicos, eorumque deputationem, & limites, quos modo indicavimus.

§. 2. Cum nonnulla Seminaria, & Collegia instituta sint, ex quibus Missionarii Cleri Sæcularis in Angliam mittuntur, nulla diligentia, & cura prætermittatur, ut Alumni ad Sacras Missiones obeundas destinati, optimis moribus, pietate, ingenio, doctrina exornentur; & ut periti sint in exercendis Functionibus Ecclesiasticis, & Cantu Gregoriano, quantum fieri poterit, imbuti. Præses Collegii Duacensis in Belgio, Litteris datis die 25. Januarii, Congregationem de Propaganda Fide sincerè certiorem fecit de ratione, qua Alumni in prædicto Collegio instituuntur. Hisce proinde Litteris perhonorificum responsum redditum fuit. Romæ existit Collegium Anglicanum a Sancto Thoma nuncupatum, curæ ac disciplinæ Patrum Societatis Jesu commissum, cujus visitationem susceperunt jussu Prædecessoris nostri Clementis XII. duo Cardinales vita jam functi, Davia scilicet, & Riviera, sustinuitque Secretarii munus Cardinalis Monti vitam adhuc agens, qui id temporis munus a Secretis Congregationis de Propaganda Fide gerebat. Itaque plurima statuta fuere, peculiari Decreto Summi Pontificis confirmata, quod die 28. Septembris anno 1739. in lucem emanavit. Sancitum in primis est, ut eodem in Collegio duo Præceptores in posterum commorentur, quorum unus Controversiis, & Sacris Scripturis explanandis, alter Theologiæ Morali tradendæ incumberet; eorumque Lectiones Anglicanæ Missionis utilitati forent maxime accommodatæ. Quamobrem operam suam impendat Cardinalis, cujus in fide, & patrocinio Collegium *pro tempore* recipitur, ut executioni mandentur, quæ eadem in Visitatione salubriter decreta fuere; atque illud in primis, quod paulò ante innuimus, quippe quod ad finem propositum unicè conducere videatur. Pariter compertum est, Collegium Ulissippone Anglis recipiendis erectum esse; alterum Parisiis, Hispali unum, Vallisoleti alterum. Verumtamen cum eorumdem institutio, atque existentia, nihil præterea, innotescat, curæ erit a Secretis Congregationis de Propaganda Fide, consiliis cum Cardinale primo Pontificiæ ditionis Administro collatis, ut dentur Litteræ Nunciis Apostolicis in Lusitania, Gallia, & Hispania commorantibus, ut impensiùs de prædictis Collegiis inquiratur, eorumque gubernatio omnino explorata fiat. Neque id eo tendere opinandum est, ut quidquam detrahatur auctoritati, vel regimini cujuscumque, qui legitima ipsorum fruatur possessione; sed eo dumtaxat sine, ut inter Nos, eosdemque plenissime conveniat iis in rebus, quæ ad Alumnos spectant ex Seminariis in Angliam ad Missiones obeundas profecturis.

1753. Collegia erecta ad erudiendos pro Anglicanis Missionibus Alumnos, optimis legibus firmantur.

Regulares idonei in Angliam mittantur ad certa dumtaxat officia exercenda; & ex iis tantùm Ordinibus, qui propriæ nationis Cœnobia in Catholicis Regionibus habent.

§. 3. Quoniam vero versantur in Anglia Missionarii ex Familiis Regularibus, scilicet Societatis Jesu, Sancti Benedicti, Sancti Dominici, S. Francisci, Carmelitarum Excalceatorum; cavere omnino debent earum Provinciales, ne in Missionarios deligant nisi viros numeris omnibus absolutos, singulari nimirum pietate, ingenii dotibus præditos, quæ ad tantam Provinciam, tamque laboriosam requiruntur. Quamobrem ne ob immodicum eorum numerum perturbationes, & incommoda oboriantur, ipsis Regularium Provincialibus immutabiliter præscribitur, ut eos dumtaxat in Angliam mittant, qui vel Sacellis Regiis præfici debeant, aut apud aliquem nobili sanguine natum versari, aut in Locis, quæ pro Regularibus fundata, & constituta sunt. Porro a Missionibus Anglicanis se repelli intelligant Regulares, qui ex propria Natione non obtinent Cœnobium, vel Provinciam in Catholicis Regionibus: iis tamen, qui ibidem in præsentiarum commorantur, revertendi necessitas non infertur. Enim verò cum Hiberni Sacerdotes ad sustinendam Insulæ ejusdem Missionem deputentur, quæ pluri-

Hiberni Missionibus Angliæ non adhibeantur, nisi a Vicariis Apost. in subsidium vocentur.

plurimos, sapientesque expetit Operarios; cumque in Anglia permulti sint Sacerdotes indigenæ tam Sæculares, quàm Regulares, consentaneum esse arbitramur, si iidem ipsa in Patria labores suos potissimum impendant, & prædicti Hiberni Sacerdotes Missionariis Anglis tunc solum cooptentur, cum horum paucitas id exigere videatur; ideoque a Vicariis Apostolicis Angliæ ad Missionem exoptentur, & evocentur.

Vicariorum Apostolicorũ Ordinaria, & delegata auctoritas pro regionis necessitate sufficiens.

§. 4. Sed, ut ad Vicarios Apostolicos revertamur, præter eam omnem auctoritatem, quæ ipsis communis est in propriis confiniis cum quolibet Ordinario in sua Civitate, & Diœcesi, Apostolica Sancta Sedes facultates *formulæ secundæ* ipsis elargitur, cum potestate illas simplicibus Sacerdotibus, qui idonei videbuntur, communicandi, iis tamen exceptis, quæ vel in Ordinem Episcopalem unicè spectant, vel exerceri sine Sacrorum Oleorum usu minimè possunt. Nihil proinde recensitis Vicariis deest, quod ad sanum regimen, & directionem tam Regularium, quàm Cleri Sæcularis conducat, qui nullas in hanc diem controversias excitavit, quæ debitam Vicariis Apostolicis obedientiam, & subordinationem labefactarent.

Regulares ex privilegio ab Ordinaria Episcopi jurisdictione exempti.

§. 5. Attamen quoniam inter privilegia, quibus gaudent Regulares, cuilibet peculiari Ordini a Summis Pontificibus attributa, illud adnumeratur, per quod Regulares Familiæ ab Episcopali, vel Ordinaria auctoritate eximuntur, vel Sanctæ Sedis Jurisdictioni immediatè subjiciuntur, ne altercationes ea de re in posterum enascantur, quas plurimas elapsis temporibus constat extitisse, & in dies suboriri, necessitas postulat, ut finis aliquando iis imponatur: quod ita præstari oportet, quemadmodum inferius exponemus.

Attamen Missionarii Regulares se Vicariis Apostolicis sistere, & testimoniales Superiorum exhibere tenentur.

§. 6. Itaque Regulares Missionarii cum Provinciam adventaverint, ubi Sacras Missiones obire debent, Apostolicum Vicarium convenient, uti facere semper consueverunt, in cujus ditione Ministerium Apostolicum susceperuri sunt. Siquidem institutum Canonicum est, Sacri Concilii Chalcedonensis auctoritate firmatum, nemini Advenæ in Sacris constituto licere, Ordinem, quo se insignitum asserit, exercere, adeoque Sacrum peragere, si Sacerdotem se esse profiteatur, nisi Litteras authenticas Ordinarii palam faciat, testimoniumque exhibeat, se nullo suspensionis, vel irregularitatis vinculo irretiri. Ita *Canon. 7. dist. 71.*, cui apprimè consentit Sacrum Concilium Tridentinum *sess. 22. de Sacrificio Missæ;* Decreto *de observandis, & evitandis in celebratione Missæ, & cap. 13. Sess. 23. de Reform.*: Porrò hujusmodi præscriptum Regulares etiam respicit, quoties extra Diœcesim versantur, in qua ad Sacros Ordines promoti fuere; proindeque susceptum Ordinem exercere minime possunt, præsertim in Ecclesiis, quæ ad propriam Sodalitatem non spectant, nisi prius Episcopis, aut Vicariis Generalibus, vel Foraneis, Superiorum suorum documenta proferant, quibus & obtenti Ordinis testimonium, & libertas ab omni Canonico impedimento irregularitatis, vel suspensionis perspecta fiat. Quamobrem id etiam est in mandatis Regularibus Missionariis, ut nimirum Vicariis Apostolicis, ea ratione, qua dictum est, sese exhibeant, ubi ad Missionis locum pervenerint.

Regulares æque ac Sæculares Sacerdotes, ad excipiendas Sæcularium confessiones, approbatione indigent Ordinarii loci.

§. 7. Nullus Sæcularis Sacerdos Pœnitentiæ Sacramentum administrare potest, qui actualis Parochus non existat, vel idoneus ad id in præmisso examine repertus non fuerit, quod Ordinarius Loci, ubi Confessiones excepturus est, de eo habere potest. Idem & Regularibus Sacerdotibus edicitur, quoties velint Sæcularium Confessiones audire, quemadmodum ad litteram decernitur a Concilio Tridentino *sess. 23. cap. 15. de Reform.*, quo in loco derogat Sacrum Concilium privilegio cuicumque, & consuetudini immemorabili, quæ contrarium præseferret, inquiens: *privilegiis, & consuetudine quacumque, etiam immemorabili, non obstantibus.* Idque eo vel magis, quod ad Summo Pontifice S. Pio V. ea in Constitutione, cui initium est *Romani Pontificis 133. Bullarii Romani tom. 2.* declaratum est, prædictam Concilii Tridentini sanctionem ad omnes quoscumque Regulares extendi, vel Mendicantes, vel non Mendicantes, quamvis Lector, atque Magister in Sacra Theologia præfulgeat, & potestas Sæcularium Confessiones excipiendi illi facta fuerit a suis Superioribus Regularibus. Sancto Pio V. omnino consonat Urbanus VIII. in Constitutione, quæ incipit: *Cum sicut accepimus 92. Bullarii tom. 4.*, per quam amplissimè rescidit privilegium quodcumque alias Regularibus attributum, cujus prætextu Sæcularium Confessiones exciperent, priusquam examen sustinuerint, & consensum ab Ordinario Diœcesano impetraverint. Ac ne Regularium Familiæ, quæ nisi expresse nominentur, se minimè comprehendi putant, ab eadem Constitutione immunes se jactarent, eas nominatim, & singulas recensendas optimum duxit. Ultimò tandem S. Pontifex Clemens X. edita Constitutione *Superna 7. in Bullario Romano tom. 6. §. 4.* ita confirmavit: *Religiosos ab Episcopo ad Confessiones Sæcularium in sua Diœcesi audiendas approbatos, non posse in alia Diœcesi eas absque Episcopi Diœcesani approbatione audire, quamvis pœnitentes subditi sint ejus Episcopi, a quo ipsi Religiosi jam fuerant approbati.*

Qui potest utrosque ad examen vocare.

§. 8. Quare si insistamus Canonicis institutis, quæ superius numeravimus, nullum afferri potest impedimentum Ordinario, quominus examen indicat Sacerdotibus tam Sæcularibus, quàm Regularibus, per quos Pœnitentiæ Sacramentum in Locis ipsius Jurisdictioni subjectis administrandum est; Regulares, inquam, in examen vocare potest Ordinarius, si velint Sæcularium Confessiones excipere. At verò quoniam Missionarii, & inprimis Regulares, longa & difficilia susciplunt itinera, relictis Cœnobiis, in quibus versantur, ut in Angliam ad obeundas Missiones se conferant, ne dubietas admissionis ad Confessiones audiendas in subeundo examine, illos ab Apostolico munere deterreat, cavebunt inposterum, antequam relinquant Monasteria, in quibus degunt, & in Angliam tendant, cavebunt, inquam, examen ad Confessiones Sæcularium audiendas subire coram Ordinario, & Examinatoribus Loci, in quo situm est Monasterium, & consequi testimonium, quo idonei declarentur; quod insuper poterit indicari Vicariis Apostolicis, in Anglia commorantibus per Litteras Ordinarii, qui ad examen eos excepit, & peritos, idoneosque judicavit. Quod si cuiquam ex Regularibus commodius, atque itineri opportunius videretur Bruxellis ante Apostolicum Nuncium propriæ scientiæ periculum facere, id erit eorum in libitu; cum utraque ratione duplex auferatur incommodum; unum scilicet, ne Regulares animum mentemque dimoveant a Missionibus Anglicanis, eo timore, ne a Vicariis Apostolicis admittantur ad Sæcularium Confessiones excipiendas; alterum verò, ne iidem Vicarii destituantur auctoritate adprobandi illos, qui intra limites suæ Jurisdictionis Pœnitentiæ Sacramentum velint administrare. Etenim duos omninò actus complectitur adprobatio, quorum primus ad intellectum, alter spectat ad voluntatem. Proprium enim est intellectûs, debita, ac necessaria scientia in Examinato deprehensa,

Anglicanis tamen Missionariis datur, ut coram Nuntio Ap. Bruxellis constituto, vel coram Episcopo loci, ubi situm est eorũ Monasterium, examinentur.

illum

illum Confessionis muneri obeundo aptum existimare. At nonnisi voluntatis est, facultatem Confessionum audiendarum liberam, plenamque facere, sententiamque de eo proferre, qui Adprobatori subjicitur. Primum itaque ab Examinatore præstatur; cujus fidei, & integritati innititur, atque acquiescit, qui Confessiones audiendi facultatem, in limitibus, & confiniis sibi assignatis, impertitur. Alterum immediatè peragitur ab ipsomet Superiore, cujus est prædictam facultatem concedere.

Verùm facultas audiendi Confessiones a Vicariis Apostolicis obtinenda.

§. 9. His itaque constitutis, cum Regularis examinatus jam, & idoneus judicatus, uti diximus, sese offerat Vicariis Apostolicis; cumque id perpendi minimè debeat tanquam urbanitas aliqua, seu cœremonia; cum insuper Vicarius Apostolicus opportunam facultatem elargiri intelligat ad suscipiendas Fidelium Confessiones, qui ditione sua continentur: absoluta penitus hac ratione controversia omnis judicari deberet. Cæterum Confessarii munus Regularibus deferri potest sine temporis determinatione, vel cum limitatione: quod luculenter constat tum ex Brevi a Summo Pontifice Urbano VIII. dato Cardinali de Sandoval anno 1639. inserto a Cabassutio in Theoria, & Praxi Juris Canonici *lib. 1. cap. 10. num. 13.*, tum ex recensita Constitutione Clementis X. *Superna, ad §. 4.* Porro hujusmodi facultates ad præstitutum tempus collatas, post elapsum temporis intervallum, jus competit Ordinario vel abrogandi, vel eas renovando, Sacerdotem ad novum examen compellendi. Facultates verò nulla cum temporis limitatione delatæ, nonnisi cum ipso officio desinunt, nec suspendi propterea possunt sine nova causa, quæ Confessiones directè respiciat, quemadmodum patet ex Constitutione: *Cum sicut accepimus*, ab Innocentio X. in lucem edita XXXII. §. 2. *Bullarii Tom. V. An Episcopus Regularem pro Confessionibus semel approbatum, sine nova causa, suspendere possit ab ipsis Confessionibus audiendis? Respondetur, Regulares aliàs liberè ab Episcopo, prævio examine, approbatos ad audiendas Confessiones Personarum Sæcularium, ab eodem Episcopo suspendi non posse sine nova causa, eaque ad Confessiones ipsas pertinente.* Quæ cum ita sint, ut omni dissidio aditus occludatur, decernimus, atque statuimus, ut facultas superius expositа, a Vicariis Apostolicis Regulari examinato, & approbato concedenda, ad sexennium extendatur, atque ad aliud sexennium sine prævio examine confirmetur, cum Regulares Missionarii, iis peractis, quæ *num. 20.* exponentur, Anglicanæ Missionis exercitium denuò suscipient.

Sed cum eadem, & indefinite, & cum præfinitione temporis dari possit:

* Statuitur, ut Missionariis ad sexennium concedatur, & ad aliud sexennium prorogetur absque novo examine.

§. 10. In medium igitur proferri minimè potest tam Breve Summi Pontificis Urbani VIII. quod incipit: *Britannia:* vulgatum anno 1631., quam Bulla ejusdem Pontificis: *Plantata*, edita anno 1633., aut aliud quodcumque documentum ad firmandam Regularium independentiam a Vicariis Apostolicis in administratione Pœnitentiæ Sacramenti, aliorumque Sacramentorum. Brevia enim, & hujusmodi documenta emissa fuere, antequam quatuor Vicarii Apostolici in Anglia constituti forent, cum omni auctoritate, quæ competit cuilibet Ordinario in sua Civitate, & Diœcesi. Quamobrem sancito libero, & tranquillo ordinariæ Episcoporum auctoritatis exercitio, eo ipso desinit Regularium immunitas pro Sacramentis administrandis, quæ tunc temporis iisdem concessa fuit, cum prædictum liberum exercitium nullatenus permittebatur; quemadmodum Regulares ipsi luculenter agnoverunt, & confessi sunt in celebri disputatione Parisiis habita, quæ in Collectione Judiciorum *tom. 3. pag. 45.* continetur. Accedit præterea, quod idem prorsus decretum fuit pro statuendo Indiarum Orientalium regimine, nequicquam refragantibus amplis S. Pii V., & Gregorii XIV. privilegiis, ut legere cupienti innotescet ex nostra Constitutione: *Quamvis ad confirmandum, tom. 17. nostri Bullarii.* Eadem plane ratione cum in præsentiarum constitutum sit regimen Vicariorum Apostolicorum, finem habere debet recensita Regularium Missionariorum immunitas, iis delata, antequam prædictis Vicariis Apostolicis regimen, & ordinaria auctoritas tribueretur, & sua cuilibet confinia affignarentur. Notæ, & pervulgatæ sunt controversiæ agitatæ, & discussæ in Congregatione de Propaganda Fide anno 1701. & 1702. inter Macai Episcopum, Vicarios Apostolicos Sinarum, atque Regulares Missionarios, qui tueri conabantur, ob sua privilegia licitum sibi esse Sacramenta administrare, & quolibet Parochiali officio perfungi, quin ab Episcopo, & Vicariis Apostolicis dependerent. Porrò cum sapienter Congregatio animadvertisset, ab Innocentio XII. fel. rec. suos præfinitos fuisse limites cuilibet Vicario Apostolico, decrevit, atque mandavit, ne cuiquam Missionario vel Sæculari, vel Regulari inposterum liceret Pœnitentiæ Sacramentum Sæcularibus impertiri, vel aliis Parochialibus officiis fungi, quidquid in contrarium præseferrent privilegia iis concessa, quin prius facultatem obtinuisset ab Ecclesiastico Superiore, ab Episcopo nimirum, quotiès Sacramenta administranda essent in ejus Diœcesi, vel a Vicario Apostolico, si in ipsius ditione id foret peragendum. Hæc enim habet decretum vulgatum die 14. Februarii anni 1702. *Missionariis autem, sive Sæcularibus, sive Regularibus, etiam Societatis Jesu, non liceat etiam vigore suorum privilegiorum Sacramenta administrare, aut alia munia Parochialia obire, nisi de licentia præfatorum Ordinariorum, sive Vicariorum Apostolicorum, in quorum respectivè Provinciis, aut Diœcesibus eosdem Missionarios commorari contigerit.* Hæc profectò luculenter ostendunt nullatenus esse provocandum ad immunitatis privilegia, Anglicanis Missionariis concessa, antequam in Anglia Vicarii Apostolici constituerentur. Idque discussum etiam fuit in peculiari Congregatione de his negotiis habita *die 6. Octobris anno 1695.*, cujus Decreta Innocentius XII. Brevi dato *die 5. Octobris anno 1696.* confirmavit. Accedit Decretum emissum ab universa Congregatione de Propaganda Fide *die 16. Augusti anno 1645.*, quod nostro Brevi sub *die 5. Septembris anno 1745.* firmatum fuit.

Privilegia super hoc ab Urbano VIII. Regularibus concessa, præsenti temporum conditioni aptari non possunt.

Similia privilegia abrogata fuerunt, quoad Regiones Indiarum, aliasque, ubi Ordinarii, aut Vicarii Ap. jurisdictionem libere exercent.

§. 11. Cum ab hac Sancta Sede animadversum sit, plurima sæpe contingere in Regionibus longè dissitis, quibus ut consulatur, peculiares dispensationes, & privilegia quandoque opportuna, quandoque etiam ad animarum regimen necessaria requiruntur; ad quæ obtinenda difficile est Romam confugere, eadem Sancta Sedes in more habuit, habetque in præsenti, Episcopis in remotioribus Provinciis commorantibus quasdam facultates impertiri, quibus uti possint vel immediatè, vel per inferiores Sacerdotes a se designatos: atque idem planè cum Missionum Præfectis, atque Apostolicis Vicariis facere consuevit. Verumtamen, cum nec Episcopi, nec Missionum Præfecti in Anglia hoc tempore versentur, supervacaneum est facultates recensere, quæ his, vel illis deferuntur. Sedem habent in Anglia Vicarii Apostolici, qui sibi commissis Provinciis præsunt, atque iis dumtaxat *Formulæ secundæ* facultates tribuuntur; proindeque Regulares Angliæ Missionarii iis solum Facultatibus perfruuntur, quas obtinent ab Apostolicis Vicariis, qui sane eas communicare aliis possunt, uti ex *Formula secunda* manifestum est: *Prædictas Facultates communicandi, non tamen illas, quæ requirunt Ordinem Episcopalem, vel non sine Sacrorum Oleorum usu exercentur, Sacerdotibus idoneis, qui in ejus Diœcesi laborabunt.* In recensitis notatu dignum imprimis est vocabulum illud *idoneis*,

Facultates pro Angliæ Missionibus opportunæ solis Vicariis Ap. immediatè ab Ap. Sede conceduntur, adjecta facultate subdelegandi.

Hinc ante subdelegationem Missionarios examinare pos-

sunt, atque his facultates magis vel minus amplas conferre, suspendere, & adimere.

quo cognitio indicatur, quam Largitor facultatum habere debet de illo, qui ipsas consequitur, an videlicet idoneus existimetur. Hinc & arbitrium examinis de illo instituendi subsequitur, quoties ejus scientia ad facultatem exercendam aliunde non innotescat. Observationem illud etiam exigit, quod necessitas non infertur Vicario Apostolico, ut omnino prædictas facultates communicet; sed, veluti commodum quoddam, hujusmodi potestas illi delata est pro animarum utilitate: quod quidem nunquam non opportunum, sæpius etiam necessarium est, cum Superior omnia per se præstare minime valeat. In arbitrio Vicarii Apostolici positum quoque est, vel omnium suarum facultatum Sacerdotem participem facere, vel aliquas tantummodo communicare. Nam Vicarius Apostolicus, in hoc facultatum genere, specialis Sanctæ Sedis Delegati Personam gerit, cui liberum est subdelegare, nedum ex communi jure, verum etiam ex singulari auctoritate illi demandata: cumque in delegantis potestate constitutum sit suspendere, vel omnino etiam auferre factam Delegato procurationem, ex his omnibus illud consequitur, in Anglia scilicet, quod jam dictum est, eas tantum facultates per Vicarium Apostolicum collatas a Missionariis exerceri posse: Ille siquidem cum Apostolicus Depositarius earumdem existat, communes eas facturus cum Sacerdotibus Sæcularibus, aut Regularibus, jus retinet (quod repetere supervacaneum non erit) dignoscendi, an revera idonei sint; aliquas tantummodo, non omnes communicandi, ac denique eas suspendendi, penitusve auferendi. Attamen summopere commendatur humanitas in examine peragendo; insuper debita, & prudens cautio in suspendendis, vel adimendis facultatibus, quæ semel concessæ fuerunt. Nec opus est, ut facultates exprimantur, quas Vicarius sibi reservare, aut quas Sacerdotibus Sæcularibus, vel Regularibus elargiri debet, quæve uni potius, quam alteri sint impertiendæ; id enim arbitrio relinquitur Vicarii Apostolici, qui, cum in loco consistat, & Personas dignoscat, quibus facultates conceduntur, animarum necessitates animadvertat, & casuum frequentiam, decernere facilius potest, quæ magis opportuna, & salutaria videantur. Inter cæteras illa adnumeratur facultas, per quam copia fit Sacerdoti bis Sacrum peragendi uno eodemque die, licet id expresse prohibeatur *cap. Consuluisti, de celebratione Missarum;* cui tamen derogatur ob necessariam causam, videlicet ob Sacerdotum paucitatem; vel cum eorum numerus, qui diebus festis tenentur sacris assistere, talem exhibeat cecessitatem, ut, nisi alicui Sacerdoti duas Missas eodem die celebrandi potestas concedatur, Ecclesiæ mandato plures non satisfacerent: quod copiose declaratum est *Constitutione* 3. in præsenti nostro Pontificatu emissa, & Oscensi Episcopo inscripta, *Tom.* 17. *Bullarii.* Hinc facile apparet abusio intolerabilis, quæ patraretur, si cuiquam Sacerdoti rem divinam faciendi bis in diem facultas tribueretur, eum in finem, ut duplici eleemosyna decentius se sustentaret; quantoque magis Sacerdos peccaret, si Missæ Sacrificium bis uno die conficeret sine opportuna Vicarii Apostolici concessione; vel sub Populi necessitatis prætextu eam peteret, atque obtineret, licet reipsa plurium eleemosynarum cupiditate ad id moveretur.

Facultas bis celebrandi eodem die, sola necessitatis Populi causa concedi debet.

§. 12. Adprobationis necessitatem, quam diximus competere cuilibet Vicario Apostolico in sua Provincia, non solum quoad Sæculares, sed etiam quoad Regulares Sacerdotes, qui Sæcularium Confessiones sint excepturi; necessitatem pariter ab ipsis accipiendi facultates *Formulæ secundæ*, quæ prædictis Vicariis Apostolicis a Sancta Sede tribuuntur, una cum potestate eas communicandi Sacerdotibus Sæcularibus, & Regularibus, ut illis solummodo Missionarii utantur, quemadmodum superius exposuimus; has, inquam, necessitates subsequitur actualis administratio curæ Animarum, & Sacramentorum, ac proinde in iis, quæ ad utrumlibet horum capitum spectant, nedum Missionarii Sæculares, sed etiam Regulares subjiciuntur jurisdictioni, & correctioni Vicariorum Apostolicorum. *Personæ tam Regulares, quàm Sæculares hujusmodi curam exercentes, subsint immediate, in iis, quæ ad eandem curam, & administrationem Sacramentorum pertinent, jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus Diœcesi sitæ sunt:* Hæc ferme habet *Concilium Tridentinum sess. 25. de Regularibus cap.* 11.

Vicariorum jurisdictioni & correctioi subsunt Missionarii etiam Regulares in concernentibus curam Animarum, & Sacramentorum administrationem.

§. 13. Quamvis autem in hoc *cap.* 11. non derogetur privilegiis, quæ hanc in rem producere possent Regulares, nihilo tamen minus, quia hujusmodi derogatio apertis verbis exprimitur *cap. 22. novissimo ipsius sessionis 25. de Regularibus;* ideo hæc ipsa complectitur singula capita anteriora *ipsius sessionis 25. de Regularibus*, ac propterea recensitum etiam caput undecimum, quemadmodum enunciatum est Constitutione Innocentii XIII., quæ incipit *Apostolici Ministerii*, confirmata a Benedicto XIII. in altera, quæ incipit: *In supremo*, data anno 1724. *num. 23. Sciant omnes derogationem hujusmodi non ad ea tantum referri, quæ in prædicto capite* (ideſt 22.) *continentur; sed etiam ad alia, quæ in singulis superioribus* (adeoque etiam in cap. 11.) *ejusdem sessionis constituta sunt.*

Contrariis Regularium privilegiis derogavit Tridentinum.

§. 14. Superioribus annis suscitata a nonnullis fuit infirma nimis controversia, nempe in dubium revocata fuit prædicta Concilii Tridentini dispositio, & contendebatur eos tantum Regulares affici, qui Parochi existant; alios vero Regulares Sacerdotes, qui licet Parochi non sint, tamen Sacramentum aliquod Sæcularibus administrent, vel nullimode comprehendi, vel si comprehendantur, id referendum esse ad eos solummodo, qui rem *de facto* agerent, & sine prævia Ordinarii facultate; verum Gregorius XV. edita Constitutione *Inscrutabili*, quæ est XVIII. *Bullarii Romani Tom III.* declaravit Regulares Sacerdotes, qui vel Parochi sunt, vel aliquod administrant Sacramentum, *sive alias Ecclesiastica Sacramenta, aut unum ex iis ministrent*, sive id præstent *prævia Episcopi licentia, & approbatione*, aut agant *de facto absque ulla auctoritate*, subesse debere in iis omnibus, quæ curam, vel administrationem Sacramentorum spectant, jurisdictioni, & correctioni Ordinarii tanquam Sedis Apostolicæ Delegati: *In his, quæ hujusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimodæ jurisdictioni, visitationi, & correctioni Diœcesani Episcopi, tanquam Sedis Apostolicæ Delegati plene in omnibus subjiciuntur.* Idem prorsus renovatum est in Bulla *Cum sicut* XXXII. Innocentii X. §. 4. *in Bullario Romano tom.* 5., tum in Constitutione *Firmandis*, 109. §. 3. *Bullarii Tom. I.** in præsenti Pontificatu evulgata.

Idque obtinet sive Regularis curam Animarum exerceat, sive plura, vel etiam unum Sacramentū administret.

§. 15. Jus hujusmodi in Regulares Sacerdotes delegatum in iis, quæ animarum curam, Sacramentorumque administrationem concernunt, cessare certum est, cum eorum quiquam sui Regularis instituti observantiam aliquo modo violaret; id enim Ordinarii muneris non est, sed respectivi Superioris Regularis: *Cujus quidem agendi rationem in iis, quæ spectant ad observationem proprii ipsius Regularis Instituti*, non est Episcopi inquirere, cum ad ipsum Superiorem *Regularem privative id pertineat:* Verba ipsa sunt recensitæ Constitutionis *Firmandis* §. 8. Non ignoramus Sacrum Concilium Tridentinum, *Sess. 6. cap. 3. de Reformatione*, nulla admissa distinctione, decrevisse, quod Regularis *extra Monasterium degens, etiam sui Ordinis privilegii prætextu, si deliquerit, ab Ordinario Loci, tanquam*

* In hac Editione Tom. XVI.

Regularium exemptiomanet in iis, quæ respiciunt Regularem observantiam.

Nisi habitent extra Claustra.

super

super hoc a Sede Apostolica delegato, secundum Canonicas Sanctiones visitari, puniri, & corrigi valet; atque hinc factum esse, ut dubium a nonnullis proponeretur, utrum commorantes Missionarii Regulares apud privatos, atque ut plurimum seorsim, ut in Anglia contingit, utrum, inquam, prædicti Regulares, veluti Religiosi extra Monasteria viventes censendi sint, ac propterea Ordinarii jurisdictioni tanquam Apostolici Delegati in omnibus subjecti, quod definitum est in allata Innocentii X. Constitutione 34. *Cum sicut*

In Anglia tamen Missionarii Regulares perinde habendi ac si in Claustris degerent;

§. 15. Quandoquidem tamen illud perpendi debet, Regulares scilicet Anglicanæ Missioni destinatos, illuc proficisci in bonum Sanctæ nostræ Religionis, eorumque mansionem in privatis domiciliis, non item in Monasteriis, ex publici regiminis Legibus dimanare, quibus Cœnobia quæcumque prohibentur; æquum profecto est, ut recenseri non debeant adinstar illorum, qui extra proprium Monasterium vitam agunt, atque hinc subsunt omnimodæ Ordinarii jurisdictioni, quemadmodum sancitum fuit a Summo Pontifice Clemente VIII. in suis Litteris Apostolicis in forma Brevis editis anno 1601. quæ incipiunt: *Quorumcumque Religiosorum* recensitis in Constitutione: *Quamvis:* Quæ ordine est *prima* præsentis nostri Pontificatus *Tom. XVII. Bullarii.* Quamobrem cum iis potius procedendum est veluti cum Regularibus in propriis Monasteriis degentibus, qui, si aliquod crimen foris patrarent, scandalum Populo afferens, insistente Ordinario, ut puniantur, plecti debent a suo Superiore Regulari, qui insuper tenetur inflictam castigationem ipsi Ordinario indicare: *Regularis intra Claustra Monasterii degens, si extra ea ita notorie deliquerit, ut Populo scandalo sit, Episcopo instante, a suo Superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum severe puniatur, ac de punitione Episcopum certiorem faciat, sin minus, a suo Superiore officio privetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit:* Hæc habet Sacrum Concilium Tridentinum *Sess. 25. de Regularibus cap. 14.* Quibus apprime insistens ipsemet Summus Pontifex Clemens VIII.; alteram vulgavit Constitutionem, cui initium fecit *Suscepti muneris XXXIX. Bullarii Romani Tom. III.*, ubi accurate animadvertit, atque enunciavit quidquid ad eorum executionem conducere videretur.

Eorumque correctio, si forte deliquerint, a Superioribus Regularibus expetenda.

Privativa & cumulativa jurisdictio Vicarii Apostolici, & Superioris Regularis, dehinc.

§. 16. Harum ope regularum, quæ non ad libitum efficiæ, nec recentes, sed juris Canonici, & Sacri Tridentini Concilii auctoritate suffultæ, nec non anteriorum Pontificum Constitutionibus firmatæ sunt, dubitandum non est, quin perfecta intercesse debeat consensio inter Episcopos, & Regulares Missionarios, eorumque Superiores, dummodo reipsa in eorum animis vigeat, quod juvat sperare, verum pacis, & concordiæ desiderium. Atque ea animorum conjunctio eo vel magis speranda, quod ipsorum juri, atque auctoritati certi limites, & confinia præfinita sint. Siquidem non deest Superioribus Regularibus privativum jus in proprios Religiosos, qui sui Instituti observationem perfregerint. Quod si ab iisdem quodquam gravioris notæ crimen perpetretur, atque in primis, si contra bonos mores deliquerint, non destituuntur Superiores eos castigandi facultate; nec conquerendi locus Vicario Apostolico relinquitur, si ab eodem Superiore post acceptam facti notionem debita punitio non omittatur: adeout Vicarius Apostolicus, quod supra indicatum est, se in eam rem ingerere nullatenus possit; nisi forte contingeret, ut Regularis Superior vel nihil præstaret, vel æquas pœnas a reo minime desumeret. Habent iidem Vicarii Apostolici, utpote Sanctæ Sedis Delegati, potestatem supra Regulares in iis omnibus, quæ animarum curam, & Sacramentorum administrationem respiciunt. At verò hujusmodi jus non solum iis competit; verum etiam Regularibus Superioribus, quibus concessum est suos Religiosos animarum regimen, sive Sacramentorum administrationem malè exercentes punire. Porrò jus Privativum Ordinarii complectitur tantum actus, quos ipse ratione Ministerii sui tenetur peragere in bonum populi disciplinæ Regularis Parochi demandati.

Norma exercendæ jurisdictionis cumulativæ.

§. 17. Ne autem de jure cumulativo, quod habent tam Vicarii Apostolici, quam Regulares Superiores in Regulares, qui vel Parochi existunt, vel qui Sacramenta administrant, ulla oboriatur disceptatio, decretum jam est, ut diffidente Ordinario Superiore, vel Episcopus ille sit, sive Vicarius Apostolicus, a Regulari Superiore, prioris sententia alterius præstet opinioni; itidemque, ut cum velit Superior Regularis, ab animarum regimine, & Sacramentorum administratione Regularem sibi subditum removere, efficere id possit, quin prius Ordinarium de causa certiorem faciat: quod viciſſim ab Ordinario fieri posse tenendum est, secluso debito causam patefaciendi Regulari Superiori. Adeatur superius recensita Constitutio *Firmandis* 109. §. 10. & 11. *Bullarii Tom. I.* * præsentis nostri Pontificatus, ubi auctoritate veterum decretorum id fusius declaratum, & confirmatum est. Nec Regularis ab officio suspensus, vel amotus, ullimode valet appellationis beneficio Mandati executionem impedire, vel protrahere; sed post præstitam obedientiam, ad proprium tuendum nomen, innocentiamve vindicandam, si eam læsam existimaret, reclamationibus unice locus erit, & excusationibus, suo Judici competenti ferendis, uti præscribitur in superius allata Constitutione: *Inscrutabili*: Gregorii XV., atque in alia posteriori, cui initium *Ad militantis*, in præsenti nostro Pontificatu vulgata scilicet 18. §. 19. *Bullarii Tom. I.* *

* In hac edit. Tom. XVI.

Regulari ab Officio suspenso non datur suspensiva appellatio.

* In hac edit. Tom. XVI.

§. 18. Ne felici Britanniæ Missionum regimini quicquam deesse videatur, subsequentes adnectuntur regulæ, quibus prætermissis, haud omnino obtineretur, quod vehementer exoptatur. Sedulo igitur incumbant Vicarii Apostolici, ut Missionarii Sæculares probe, honesteque in omnibus se gerant, quo aliis bono exemplo sint; & imprimis Sacris Officiis celebrandis, opportunisque Institutionibus Populo tradendis, atque infirmis opera sua sublevandis præsto sint, ut a publicis otiosorum cœtibus, & cauponis omnimode caveant; addita etiam suspensionis pœna cuilibet, si quis ad easdem divertere non vereretur. At potissimum ipsimet Vicarii, omni, qua possunt ratione, severe tamen, illos puniant, qui de publico Regimine cum honore sermonem non haberent. Quandoquidem illi in Anglia versantur, non ad rumores, & perturbationes excitandas, sed Sanctæ Catholicæ Religionis servandæ causa, eosque excipiendi, qui Divino Spiritu affiati, & Sanctis Fidei Mysteriis apprime instructi, se promtos paratosque ad eam amplectendam exhibent; cum interim a quibuslibet conversionibus debeant abstinere, quæ utpote sine prævis, debitisque conditionibus peractæ, non modo nullam utilitatem, sed damna potius, & incommoda plurima solent afferre. In iis autem, quæ Missionarios Regulares spectant, munus suum Vicarii Apostolici præ oculis semper ferant, quo tenentur in eorum actiones intendere semper in illis, quæ animarum curam, Sacramentorumque administrationem respiciunt; necnon auctoritatem pariter sibi delegatam comminiscantur. Cæteras verò prædictorum Regularium corruptelas, si quæ contigerint, si nimirum eorum quisquam cauponas, & cœtus otiosos frequentaret, seu publico Regimini obloqueretur, sive denique alienis negotiis sese immisceret; has, inquam, corruptelas reparare studeant remediis superius expositis, atque a Concilio Tridentino desumptis, quibus Regulares afficiuntur in Monasteriis degentes, &

Sæculares Missionarii quibus rebus incumbere, & a quibus abstinere debeant; alioquin a Vicariis severe puniendi.

Regulares circa eadem deficientes, quomodo corripiendi.

qui extra Septa ipsius Monasterii scandalum aliquod committunt.

Horum delectus habendus per Superiores Regulares; unusque Visitator cæteris præficiendus.

§. 19. In primis curæ sit Superioribus Regularibus Missionarios indistinctè nequaquam mittere, sed quod dictum jam est, eos deligere, qui & vitæ probitate, atque sufficienti opportunæ doctrinæ copia tales existant, ut sibi traditum Ministerium probe complere valeant: Præterea studeant præficere in Anglia unum ex Religiosis, cui visitatio sibi subditorum singulos in annos obeunda committatur, qui diligenter eorum vivendi rationem ad examen revocet, & congestarum eleemosynarum usum perscrutetur. Sic enim fiet, ut quælibet negotiationis suspicio de medio tollatur, incommodis quibuslibet, & malis provide consulatur; Porro Visitator ipse de his, quæ gerenda sunt, conferat cum Vicariis Apostolicis, ut & ipsi auxiliarem manum præbeant, atque ita scandalis quibuslibet aditus occludatur.

Post sexennium ad Regiones Catholicas & ad propria Monasteria se recipiant, vacaturi spiritualibus exercitiis.

§. 20. Quandoquidem, degentibus Missionariis Regularibus in Anglia extra Monasteria in privatis domiciliis, & sæculares vestes adhibentibus, & ea libertate utentibus, qua sane carerent, si in Monasteriis degerent, inauditum minime esset, si etiam religiosa corda mundano pulvere sordescerent, ideo edicitur cuilibet Missionario, ut post singula sexennia ad Catholicas Regiones sese restituat, propriæ Familiæ Regularis Claustra subeat, Religiosum induat habitum, ibique per tres integros menses commoretur; atque interim Spiritualibus Exercitiis per quindecim dies sedulò incumbat. Hinc est, quod Vicarii Apostolici, quorum arbitrio, atque prudentiæ, uti expositum est, committitur potestas communicandi Missionariis facultates *formulæ secundæ*, ipsam *ultra sexennium* non debebunt prorogare, sed impertiri ad summum *ad sexennium; & interim ad libitum*, eamque, si consentaneum judicaverint, simili modo restituere, cum Regulares absoluto jam præscripti secessus tempore ad Missionem revertentur.

Ideo statutum, ut Facultates ad sexennium tantummodo ipsis delegentur.

Remotiones Missionariorum Regularium, quantum fas erit, communi consensu fiant & sine Missionis detrimento.

§. 21. Etsi Regularis Superior, qui statuit aliquem ex suis Religiosis a Sacramentis administrandis, sive a Missionibus exercendis removere, ex superius allatis, non teneatur remotionis causam Vicario Apostolico significare, & eadem ratione liberum sit Vicario Apostolico, inscriis, atque inconsultis iisdem Superioribus contra Missionarios Regulares, quos delinquentes in Sacramentis administrandis, vel ineptos, atque rudes, negligentesve in suo munere adimplendo deprehenderit, animadvertere, prout ipsi expedire videbitur, tamen consentaneum erit, si unanimi voluntate, & consensu rem gerant, ne Missiones Operariis destituantur, & uni Missionario amoto alter continuò subrogetur, qui ejus subeat vices; idemque exhibeatur officium a Superioribus Regularibus cum Apostolicis Vicariis, ubi velint suos in alium Locum transferre, vel eos revocare in Catholicas Regiones, atque uno eodemque tempore successores expediant, videlicet ne Missio necessariis Operariis careat.

Fundationes unicuique requisitæ, possessoribus maneant.

§. 22. De Fundationibus nihil omnino innovetur; sed tam Sæculares, quam Regulares in earum possessione perseverent, quas in præsentiarum obtinent; atque adeo Sacramenta, etiam Confessionis omnibus indiscriminatim per eos administrentur in Urbibus, & Oppidis muro circumdatis, ubi limites præfiniti non sunt; ea plane ratione, qua in nostris Civitatibus ad Confessionem adprobati ab Episcopo sine ulla Loci, vel peculiaris Ecclesiæ limitatione, in qua Confessiones possint excipere, in qualibet Urbis Ecclesia Confessiones audiunt, debitis tamen officiis cum ipsius Rectore antea persolutis. Verum Missionariis, in Pagis, & apud Ruricolas commorantibus non liceat Sacramenta, nec etiam Pœnitentiæ extra præscriptos limites administrare; eum ad Confessiones extra confinia excipiendas necessaria omnino sit Vicarii Apostolici licentia, cui illa subjicitur Provincia. Etenim apud Nos etiam Confessarius ab Episcopo pro Sæcularibus adprobatus in sua Diœcesi, extra Diœcesim eam facultatem exercere nequit sine alterius Episcopi adprobatione, in cujus ditione Pœnitentiæ Sacramentum administratur, etiamsi Pœnitens subsit Episcopo, qui illum ad Confessiones excipiendas adprobavit. Idque constat ex Bulla *Superna*, Clementis X., quæ est 7. *Tom. VI. Bullarii Romani* §. 4., solus enim Parochus a Moralis Theologiæ Scriptoribus eximitur, qui si forte extra Diœcesim versetur, sui Parochiani ibi degentis Confessiones potest audire, quamvis Episcopo Loci, ubi sui Parochiani se præbet Confessarium, adprobationem ad Confessiones non obtinuerit. Necessaria igitur omnino est Vicariorum Apostolicorum licentia, ut Missionarii in Pagis, vel Agris commorantes, Pœnitentiæ Sacramentum ministrent intra limites cuilibet illorum respective subjectos. Attamen ipsosmet Vicarios Apostolicos hortari non prætermittimus, ut meminerint valde consentaneum esse (nisi aliqua legitima causa contrarium persuaserit) facultates illis elargiri saltem ad Confessiones excipiendas. Quandoquidem vero licentiæ administrandi Sacramenta, quæ conceduntur Missionariis Campestribus, ut plurimum certis limitibus arctari solent, extra quos nulla ipsis ministrandi facultas permittitur, quamvis Locus, ubi Sacramenta vellent conferre, intra limites Vicario Apostolico subjectos contineretur, qui permissionem ministrandi impertitus est, tamen Vicarium Apostolicum adhortamur, ut facilem se præbeat Missionario Campestri Sacramenta aliquando conferendi extra limites ipsi præfinitos, nisi forte legitimum aliquod impedimentum id fieri prohibeat.

Vicariis Ap. facultas facilitas in delegatione facultatum.

§. 23. Hæc omnia proficuam animarum curam, & pacem, concordiamque inter Missionarios; faustum denique Vicariorum Apostolicorum regimen respiciunt. At quoniam a Viris optimis, & fide dignis indicatum fuit consentaneum fore, si definiatur, utrum Regularibus, qui vel in Regiis Sacellis, vel in Locis pro illis fundatis, sive apud Nobiles commorantur, liceat Indulgentias suis Ordinibus concessas evulgare, ideo, ut omnes molestæ tricæ evitentur, sequens regula proponitur, quæ executioni demandari omnino debet. In bonum Anglicanæ Missionis adprobantur quilibet pietatis actus, preces, jejunia, atque opera meritoria, quæ a Sancta Romana Ecclesia comprobantur. Ad Indulgentias quod spectat ipsis operibus adnexas ratione privilegiorum, quæ uni, vel alteri Regularium Ordini a Summis Pontificibus concessa fuerunt, suspenduntur: atque, ut Fideles spirituali Sanctarum Indulgentiarum emolumento tranquillè, & copiosè simul perfruantur, cuilibet Vicario Apostolico auctoritas in ditione sui Vicariatus conceditur, ut quater in annum in iis Solemnitatibus, quæ ipsis magis opportunæ videbuntur, Indulgentiam Plenariam impertiantur, quam lucrari possint quicumque Pœnitentiæ Sacramento expiati, & Sacra Eucharistia refecti Sacellum aliquod visitabunt, ubi Missæ Sacrificium celebratur, pacem Ecclesiæ suæ a Deo rogabunt, paratique erunt pauperes aliqua eleemosyna pro suis viribus sublevare, vel Catechismo, & Sacris Concionibus frequenter interesse, quoties absque gravi incommodo id fieri liceat, sive infirmis, aut morti proximis operam suam christiana charitate præbere; & quoniam non deerunt, qui vel carcere, aut gravi morbo, sive alia legitima causa impediti, præscripta pietatis officia minime poterunt adimplere, singuli Vicarii Apostolici potestatem habeant ea commutandi, & alia, quæ perfici valeant, decernendi. Porrò ne morientes e vita decedant sine Benedictione *in articulo mortis*, & sine In-

De Indulgentiis.

Suspenduntur in Anglia Indulgentiæ, Regularibus ad communicandum sive publicandum concessæ. Vicariis Apostolicis delegatur largitio Indulgentiæ Plenar. quater in anno.

Es in articulo mortis.

dulgentia

dulgentia ipsi conjuncta, iisdem Vicariis Apostolicis facultas conceditur, ut illam impertiant, atque etiam Sacerdotes alios subdelegare possint, qui eam morientibus elargiantur, servata tamen forma, quæ indicitur in Constitutione hujus nostri Pontificatus tempore in lucem evulgata, quam hisce regulis ad majorem commoditatem adjungimus.

Suadetur Legatis Principum, & Nobilibus Catholicis, ne ullos in suis Sacellis celebrare, & ministrare permittant, nisi a Vicariis Apostolicis approbatos.

§. 24. Ultimo tandem, cum Anglicanæ Missionis perduratio Principum Catholicorum Ministris, Nobilibus Catholicis, Fundationibusque jam constitutis accepta referri debeat, eos magnopere adhortamur, ut illos tantum Sacerdotes Sæculares, vel Regulares suis Sacellis inservire permittant, qui se prius obtulerint Vicariis Apostolicis, & obtentas ab illis adprobationes exhibuerint: secus enim contingere posset, ut præter eorum voluntatem admittatur celebrando Missæ Sacrificio in Sacellis, & ministrandis Sacramentis, qui vel Sacerdos minime existat, vel si fuerit Sacerdos, suspensionis fortasse, vel irregularitatis vinculo obstringatur.

Clausulæ, & Derogationes.

§. 25. Porrò omnia & singula hujusmodi a Nobis, prout præmittitur, statuta & decreta, quo firmius subsistant, & serventur exactius, tenore præsentium Apostolica auctoritate, quatenus opus sit, confirmamus, & Apostolicæ firmitatis robore communimus, & districtè servanda præcipimus & mandamus, salva tamen in præmissis nostra, Successorumque nostrorum Romanorum Pontificum, & ejusdem Congregationis Cardinalium Propagandæ Fidei auctoritate. Decernentes easdem præsentes Litteras, & in eis contenta quæcumque semper firma, valida, & efficacia existere & fore; suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, & a vobis & illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiter observari debere; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & ejusdem S. R. E. Cardinales, eorumdemque Cardinalium Congregationes, & quosvis alios quacumque præeminentia & potestate fungentes & functuros, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis sive sub Plumbo, sive in simili forma Brevis expeditis quorumcumque Prædecessorum nostrorum Litteris, & præsertim felicis recordat. Urbani Papæ VIII., quarum initium est: *Britannia non minus &c.* necnon: *Plantata in Agro Dominico &c.*, aliisque Constitutionibus & Ordinationibus, necnon quorumcumque Ordinum, Congregationum, & Institutorum, etiam Societatis Jesu, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis, quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Animorum concordia commendatur Vicariis Apostolicis, & Missionariis in Anglia.

§. 26. Cæterum Vos, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, per Domini Nostri Jesu Christi charitatem, qui animas nostras pretioso Sanguine redemit, rogamus, & in Domino hortamur, ut non in contentione & æmulatione, sed induentes eumdem Dominum Nostrum Jesum Christum, perficiatis opus vestrum. Ad cujus prosperi successus auspicium Apostolicam Benedictionem studiosæ nostræ voluntatis pignus Vobis, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, peramanter impertimur.

Fides habenda transumptis.

§. 27. Volumus autem, ut earumdem præsentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, & ab ejusdem Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum Præfecto, & Secretario pro tempore existentibus subscriptis, ac Sigillo ejusdem Congregationis munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXX. Maji MDCCLIII. Pontificatus Nostri Anno Decimotertio.

Dat. Pont. Anno XIII. die 30. Maji 1753.

Cajetanus Amatus.

XVII.

De Beneficiis & Officiis Curatis per Indiarum Occidentalium Regiones, Sæcularibus etiam Clericis, sublato asserto Regularium privativo jure, conferendis: Apostolicæ Litteræ jam editæ (*quas vide Tom. præced. num.* 51.) confirmantur, & declarantur.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Catholici Regis aliàs proposita petitio.

CUM aliàs nempè de Anno millesimo septingentesimo quinquagesimo primo ex parte Charissimi in Christo Filii Nostri Ferdinandi VI. Hispaniarum Regis Catholici Nobis repræsentatum fuisset, non eas adhuc in Indiarum Occidentalium Regnis, atque Provinciis ipsius Dominio subjectis rerum circumstantias subsistere, ob quas olim Sanctæ memoriæ Pius V., ad instantiam tunc existentis Catholici Hispaniarum Regis, aliique deinceps Romani Pontifices Prædecessores Nostri statuerunt, earum Regionum Parochias, Doctrinas, aliaque munia & Officia ad Animarum Curam pertinentia, per Regulares Personas obtineri, & administrari debere, quin immo Sæcularem Clerum illarum Partium a multo jam tempore adeo & numero excrevisse, & moribus, atque doctrina conspicuum, proindeque ad obtinenda & gerenda ejusmodi munia idoneum se præbere, ut nihil jam obstare videretur, quo minùs earumdem Parochiarum, Doctrinarum, aliorumque Officiorum provisio, & dispositio, ad eam, quæ generaliter per Orbem vigere dignoscitur, Ecclesiasticæ disciplinæ formam, prout non solum ipse Ferdinandus Rex, sed etiam Archiepiscopi, & Episcopi, per easdem Indiarum Regiones constituti magnoperè optabant, revocari posset; Nos omnibus maturè perpensis, quum Regiam hanc petitionem non modo generalibus Ecclesiæ Institutis, verum etiam prædicti Sancti Pii, aliorumque Pontificum Prædecessorum Nostrorum menti, ac sæpè declarato Sedis Apostolicæ sensui, conformem agnoverimus; per Nostras sub Plumbo editas Litteras, quarum initium est -- *Cum nuper* -- datas apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLI. sexto Idus Novembris; Pontificatus Nostri Anno XII., decrevimus, atque permisimus, ut, non obstantibus dicti Sancti Pii V. Prædecessoris Litteris, aliisque in earum confirmationem ab Apostolica Sede emanatis (quibus etiam, quatenùs opus esset, expressè derogavimus) Sæculares etiam Clerici, seu Presby-

Pontificis Decreta per Litteras Apostol. edita anno 1751.

teri quicumque, quos scilicet prædicti Archiepiscopi, & Episcopi, aliique locorum Ordinarii in Indiis Occidentalibuss constituti, prævio examine, juxta ea, quæ in Concilio Tridentino statuta sunt, idoneos & habiles reperissent, ad Parochias, Doctrinas, & alia quæcumque munia, & Officia ad animarum Curam pertinentia, in posterum admitti & assumi, eisque etiam Parochiales Ecclesiæ hujusmodi, aliaque Ecclesiastica perpetua Beneficia, quibus Animarum cura imminet, in titulum conferri possent & valerent; prout in dictis Litteris Nostris latiùs continetur.

Catholici Regis propositum sæcularibus Clericis favorabile.

§. 1. Cum autem nuper idem Ferdinandus Rex Nobis exponi fecerit, quod ipse, cui ex juribus suæ Regiæ Coronæ, Jus Patronatus, ac nominandi, & præsentandi ad omnia dictarum Regionum Beneficia Ecclesiastica, & Officia Curata hujusmodi ex fundatione, seu dotatione, aut Privilegiis Apostolicis actu vigentibus, aliisque legitimis titulis, competit, in dies magis magisque agnoscens ad rectum disciplinæ Ordinem, & ad promovenda in Clero Sæculari dictarum Partium Sacrarum Doctrinarum studia, aliosque communis utilitatis effectus, magnoperè proficuum fore, si Sæculares hujusmodi Clerici, seu Presbyteri ad omnia vel pleraque Beneficia & Officia prædicta, per ipsum, ejusque successores Catholicos Reges, nominentur, & præsententur, decreverit & constituerit, prædictis S. Pii V., aliorumque Romanorum Pontificum Indultis & facultatibus, in favorem Regularium, vel nullo modo, vel saltem parcissimè, & in locis & casibus dumtaxat, in quibus forsan Sæcularium Clericorum defectus reipsa subsistere dignoscatur, in posterum uti; ideoque easdem priores litteras Nostras, novo ac perpetuo confirmationis Nostræ munimine roboratas, uberius per Nos declarari, &, ut infra, super his provideri desideret: Nos ejusdem Ferdinandi Regis supplicationibus inclinati, præsentium tenore, & auctoritate simili, primodictas Nostras Apostolicas Litteras, cum omnibus & singulis decretis & declarationibus in ipsis contentis, & expressis, perpetuò confirmamus, ac iterato Apostolicæ auctoritatis Nostræ robore communimus; decernentes, nullum in posterum jus, nullamque actionem, aut exceptionem, in vim prædictarum Litterarum Sancti Pii Papæ V., aliarumque, ut supra, ab aliis Romanis Pontificibus editarum, prædictis Regularibus competere, ut sive in petitorio judicio, sive in possessorio, privativam facultatem obtinendi, & administrandi Parochias, & Doctrinas ejusmodi, aliaque Officia Animarum curam concernentia, sibi, suisque Ordinibus asserere, aut se in illarum illorumque possessione confovere possint; sed tam eos, qui nunc Parochias, Doctrinas, & Officia præfata obtinent, quàm quibus forsan in posterum ejusmodi Curata Beneficia, & Officia, servatis de jure servandis, committi, & demandari contigerit; tamquam ad nutum amovibiles, posse tum ab Episcopis, aliisque locorum Ordinariis, tum etiam a propriis Regularibus Superioribus, justis concurrentibus causis, (super quarum subsistentia illorum conscientiam oneramus, sed nunquam illos ad earum declarationem, aut verificationem compelli posse volumus & decernimus), ab earundem Parochiarum, Doctrinarum, & Officiorum regimine & exercitio removeri; eveniente autem remotione, liberum fore Catholicis Regibus, alios quoscumque idoneos Sæculares, aut Regulares Clericos, seu Presbyteros, juxta legitima eorum Regii Patronatus jura, ad hujusmodi Curata Beneficia, & Officia nominare & præsentare, ac respective Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis, hujusmodi Clericos, seu Presbyteros, prævio examine, aliisque servatis de jure servandis ad illa admittere & assumere, seu, quatenus Sæculares fuerint, ipsis etiam in Titulum eadem conferre, & de iis providere.

Regulares hujusmodi Parochiis, vel Officiis præpositi, quibus in rebus Superiori Regulari privative subjiciantur.

§. 2. Volumus autem, ut omnes & singuli, cujuscumque Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, etiam expresse nominandi, Regulares, qui hujusmodi Parochiarum, Doctrinarum, & Officiorum regimine & exercitio retinebuntur, seu quos ad eadem in posterum assumi, & admitti contigerit, (juxta ea, quæ tam in citatis Nostris Litteris incipientibus - - *Cum nuper* - -, quam in aliis Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quadragesimo quarto, decimo Kal. Decembris editis, quarum initium est - - *Firmandis, atque asserendis* - -, a Nobis decreta & declarata fuerunt) noverint, se in iis quidem, quæ concernunt eorum Regularis Instituti observantiam, Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis nullatenus subjectos esse, sed a suis Superioribus Regularibus quoad hæc privativè dependere. In his autem, quæ vel ad ipsum spectant exercitium curæ Animarum, vel etiam ad eorum vitam, & mores pertinent, Episcopis quoque, aliisque Ordinariis, nec non Vicariis, & Visitatoribus ab iis deputatis, æquè ac a suis Regularibus Superioribus in his omnibus judicari, & corrigi posse; & quidem ea lege, ut quatenùs unius & alterius Superiorum hujusmodi judicia inter se non conveniant, Episcopalis seu Ordinariæ Curæ Processus, atque Sententia, Regularis Prælati judicio & actis omninò prævalere debeant; ac reipsa præferantur, & executioni demandantur.

In quibus autem Ordinarii jurisdictioni & correctioni cumulative subsint. Ordinarii prærogativæ, in casu discrepantiæ judicii.

Ejusdemque nova instantia pro editarum Litterarum confirmatione, ampliatione, & declaratione.

§. 3. Præsentes quoque Litteras, & in eis contenta quæcumque, nulla unquam ex causa, colore & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam ex eo quod quicumque in præmissis jus vel interesse habentes, aut habere prætendentes, cujusvis status, aut Ordinis, Congregationis & Instituti, etiam hìc de necessitate specialitèr exprimendi, existant, iisdem non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, neque Causæ, propter quas præsentes emanaverint, satis adductæ, probatæ, aut verificatæ fuerint, de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut consensus interesse habentium, aliove quolibet defectu notari, impugnari, aut in controversiam, & judicium etiam ad effectum obtinendæ aperitionis oris, aut restitutionis in integrum, adduci posse: Sed semper & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios effectus sortiri, & obtinere, ac illis, quorum favorem concernunt, plenissimè suffragari, atque etiam ab omnibus, ad quos respectivè pertinet, & pertinebit in posterum, inviolabiliter observari, volumus & decernimus. Sicque & non aliter in præmissis judicari, & censeri per quoscumque Ordinarios, & Delegatos Judices, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, eorumque Congregationes, nec non Apostolicæ Sedis Legatos, seu Nuncios, aliosque quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros; sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, ac etiam irritum & inane decernentes, quidquid ab eorum quolibet in contrarium judicari, & decerni, seu scienter, vel ignoranter attentari contigerit.

Superiùs statuta confirmantur.

Pont. annuendo declarat, nullum jus neque in petitorio, neque in possessorio, Regularibus competere ad Beneficia & Officia Curata Indiarum Occid. obtinenda, aut retinenda.

Aliter judicari prohibetur.

§. 4. Non obstantibus prædictis Sancti Pii V., aliisque Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum in eorundem confirmationem etiam in forma specifica, editis Litteris, Nostraque, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non tollendo jure quæsito, aliisque Apostolicis, seu in universalibus, Provincialibus, aut Synodalibus Conciliis editis, generalibus aut specialibus

Contrariis amplissime derogatur.

Consti-

Constitutionibus, & Ordinationibus; nec non quarumcumque Ecclesiarum, seu Ordinum, Congregationum, & Institutorum, etiam specialiter exprimendorum, quantumvis juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, exemptionibus, & Indultis, etiam in corpore juris clausis, aut sub quibusvis formis, & verborum tenoribus, seu clausulis, & decretis, etiam derogatoriarum derogatoriis, & irritantibus in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu consistorialiter, aut ad Regum, aliorumque Supremorum Principum instantiam, vel peculiarium quorumcumque meritorum intuitu, aliove titulo, etiam oneroso, quibuscumque personis, Collegiis, Locis, Ordinibus etiam Militaribus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, etiam Societatis Jesu, vel Sancti Joannis Hierosolymitani, aliisque quibuslibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluriès confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro expressis, insertis, & specificatis habentes, pari modo, & Apostolicæ auctoritatis plenitudine ad præmissorum effectum pleniſſimè derogamus, eaque respectivè, quatenus præsentibus adversantur, de medio tollimus & abolemus per præsentes. Quarum Transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eamdem fidem ubique Locorum & gentium, in judicio, & extra, haberi volumus, quæ eisdem præsentibus haberetur, si originaliter exhiberentur.

Transumtorum fides.

§. 5. Nulli ergo omninò Hominum liceat paginam hanc Nostrarum Confirmationis, Declarationum, Decretorum, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Sanctio.

Datum in Arce Gandulfi Albanen. Diœcesis Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo tertio, quinto Idus Junii, Pontificatus Nostri Anno tertiodecimo.

Dat. die 9. Junii 1753. Pont. XIII.

Pro D. Card. Passionco
J. Florius Substitutus.

J. Datarius.

VISA
De Curia J. C. Boschi.

L. Eugenius.

XVIII. Venetiarum Reipublicæ conceditur Jus nominandi ad Ecclesias Torcellanam, Caprularum, & Clodiensem.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. SINCERITAS Fidei, & devotionis affectus, quibus dilecti Filii Nobiles Viri Dux & Respublica Venetiarum erga Catholicam Religionem, & Ecclesiam Romanam omni tempore se se conspicuos præstiterunt, quibusque recentia zeli ac pietatis suæ argumenta, non sine filialis in Nos observantiæ, significationibus, addiderunt; Nos quodammodo impellunt, ut ea ipsis favorabiliter concedamus, quæ ab Ecclesiarum utilitate, quemadmodum pro certo confidimus, minimè sejuncta, ad meritum eorundem honoris augmentum pertinere, & publicis eorum votis salubriter respondere conspicimus.

Jus nominandi ad Ecclesiam Patriarchalem Venetiarum Duci & Reipublicæ concessum a Pio IV.

§. 1. Cum itaque ipsi, quibus ex Apostolico fel. rec. Prædecessoris Nostri Pii Papæ IV. Indulto, cui non est hactenus in aliquo derogatum, & ex antiqua consuetudine, jus competit, ad Patriarchalem Ecclesiam Venetiarum, quoties illam vacare contingat, nominandi & præsentandi Nobis & Romano Pontifici pro tempore existenti Personam idoneam, per Nos, seu per Romanum Pontificem hujusmodi, ad eandem Patriarchalem Ecclesiam pro tempore etiam promovendam, eique præficiendam, Nobis humiliter, & enixè supplicari fecerint, ut Indultum etiam nominandi ad tres infrascriptas Cathedrales Ecclesias, Torcellanam nempe, Caprularum, & Clodiensem, in earum vacationum casibus, futuros illarum respectivè Episcopos, ipsis concedere dignaremur.

Indultum hujusmodi petitur pro tribus Ecclesiis Patriarchæ Suffraganeis.

Venetorum Ducum & Reipublicæ antiqua merita in easdem Ecclesias

§. 2. Nos attendentes, pro eo quod pertinet ad primodictam Torcellanam Ecclesiam, quod olim destructa Altinensi Civitate, ejusque Episcopali Cathedra, & Sede Torcellum translata, nova Cathedralis Ecclesia ibi per bo. mem. Petrum tunc Venetiarum Ducem ædificata, ac etiam Episcopo ibidem de congrua habitatione provisum fuit; alterius vero, Caprularum videlicet, Ecclesiæ initia ex eo derivari, quod olim existens Concordiensis Episcopus Joannes nomine a sua Civitate profugus, propterea quod schismati adhærere nollet, in eo Oppido exceptus, Episcopalis Sedis ibidem statuendæ commodum obtinuerit; ac demum, quod spectat ad Clodiensem Ecclesiam, hujus constitutionem præcipuè acceptam referri bo. mem. Ordelafo Faletrio Venetiarum pariter Duci, cujus favore & auxilio factum est, ut, quum Insula Metamauci, vulgo *Malamocco*, marinis fluctibus submersa fuerit, illius quondam Episcopus in Flossa Clodia consistere, ibique Episcopalem Sedem stabilire potuerit.

Iidem nuper, initâce Pont. Catholicæ Religionis indemnitati in Dalmatia consuluerunt

§. 3. Cumque etiam debita consideratione pensare non omiserimus, quod paucis abhinc mensibus, quum quidam schismaticus Papas Simon Conzacovich nuncupatus, a schismatico Græcorum Pseudo-Patriarcha in Dalmatiam missus fuisset, ut ibi Sedem figeret; id quod, si fortè evenisset, in magnam Sanctæ Catholicæ Religionis nostræ perniciem, & grave Apostolicæ Sedis præjudicium, cum intolerabili Latinorum Episcoporum perturbatione cessisset, quemadmodum Nos prædicto Duci & Senatoribus, tum a dilecto Filio Nobili Viro Petro Andrea Cappello Equite ejusdem Reipublicæ apud Nos & Apostolicam Sedem Oratore; tum etiam a Venerabili Fratre Archiepiscopo Chalcedonensi, Nostro & ejusdem Sedis Nuntio apud ipsam Venetam Rempublicam constituto, repræsentari curavimus; publico ac solemni Senatus Decreto, eidem schismatico Pseudo-Pastori denunciatum fuit, ut a prædictis Dalmatiæ Regionibus sine mora abscederet.

§. 4. His omnibus maturè perpensis, ac etiam Paterna Nos impellente affectione, qua eamdem inclytam Venetorum Rempublicam ex animo prosequimur; prædictorum singulares personas a quibusvis excommunicationis &c. ad effectum &c. censentes; præsentium Litterarum tenore, ac de Apostolicæ auctoritatis plenitudine, non modo præfatum jus nominandi, & præsentandi ad Patriarchalem Venetiarum Ecclesiam pro tempore vacantem, prout alias per dictum Pium IV. Prædecessorem eisdem Duci & Reipublicæ concessum fuit, confirmamus & innovamus; verum etiam eisdem, in sinceritate Fidei, & dictæ Romanæ Ecclesiæ devotione persistentibus,

Confirmatur Indultum Pii V. pro Ecclesia Patriarchali Venet.

Et novum conceditur quoad tres prædictas Cathedr. Ecclesias.

ut,

ut, quando & quoties prædictas tres Ecclesias Torcellanam videlicet, Caprularum, & Clodiensem, seu earum quamlibet quocumque vacationis modo, præterquam per obitum cujuslibet earum Episcopi in Romana Curia, vacare, seu Pastore ac Præsule orbari contigerit; toties perpetuis futuris temporibus jus habeant nominandi Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti idoneam Personam Ecclesiasticam ad unamquamque Ecclesiam hujusmodi respectivè promovendam, eique præficiendam, concedimus & indulgemus, ac nominationes hujusmodi idonearum Personarum Ecclesiasticarum, per Nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, acceptandas fore, & ad effectum perduci decernimus, servatis omnibus servari solitis, ac mediante propositione in Consistorio Secreto, & Litterarum Apostolicarum expeditione in forma consueta; volentes hujus novi juris exercitium a nominatione ad Ecclesiam Cathedralem Clodiensem, quæ ab aliquo jam tempore Pastoris solatio destituta est, per eosdem Ducem, & Rempublicam facienda de idonea Persona Ecclesiastica, ut præfertur, ad ipsam Ecclesiam Clodiensem per Nos promovenda, eique præficienda, initium capere debere.

Venetorum pietas excitatur ad Catholicam Religionem de more defendendam.

§. 5. Porrò minùs justam opinionem habere videremur de egregia ipsius Reipublicæ pietate & orthodoxia, deque perpetuo ejusdem studio erga Sanctam Apostolicam Sedem, si iteratis hortationibus etiam, atque etiam ipsi commendaremus assiduam, quam semper præstitit, vigilantiam adversus insidias, & attentata Græcorum schismaticorum Dalmatiæ Regionibus imminentium. Attamen, ut aliquam hujus rei mentionem faceremus, duæ Nos gravissimæ causæ coegerunt; una nimirum ex Officii Nostri debito petita, quo scilicet pro tuenda Sanctæ Religionis nostræ integritate vitam & sanguinem profundere tenemur; Altera verò ex insigni ipsius Reipublicæ laude desumpta, cui jam usque a septimo Ecclesiæ sæculo Prædecessor Noster Honorius Papa, propter illius constantem cum Romana Ecclesia conjunctionem, invictamque a schismaticis aversionem, præclarum Christianissimæ Reipublicæ nomen attribuit.

Item ad consulendum statui valde misero earumdem Ecclesiarum.

§. 6. Supervacaneum præterea videri potest eidem Reipublicæ ob oculos ponere satis notum miseriæ statum, ad quem vel omnes, vel saltem duæ ex tribus prædictis Cathedralibus Ecclesiis redactæ conspiciuntur; Siquidem non sine fundamento sperare licet, idonea ipsis auxilia a publica liberalitate, opportunis temporibus præstanda fore, quibus necessariæ earundem Præsulum sustentationi ac dignitati, ut par est, consulatur; Quum perspicua scriptorum monumenta testentur, quantum ab antiquis ipsius Reipublicæ Patribus, instante San. mem. Gregorio Papa VII. Prædecessore Nostro, præstitum fuerit in beneficium Patriarchalis Venetiarum Ecclesiæ, ad deplorandam paupertatis conditionem antea redactæ.

Denique iis, qui in electionibus nominandorum suffragaturi erunt, Canonicæ sanctiones in memoriam revocantur.

§. 7. Hoc demum, pro Apostolici ministerii Nostri Officio, omnibus & singulis, qui in electionibus personarum ad easdem Ecclesias quandocumque vacantes pro tempore nominandarum, suffragium ferre debebunt, studiosissimè commendatum volumus, ut Sacrosancti Tridentini Concilii monitum, & respectivè præceptum præ oculis habeant, quod in *sess. 24. de Reformat. cap. 1.* sequentibus verbis expressum legitur: *Omnes verò & singulos, qui ad promotionem præficiendorum quodcumque jus quacumque ratione a Sede Apostolica habent, aut alioquin operam suam præstant, hortatur & monet, ut in primis meminerint, nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem utilius posse facere, quam si bonos Pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos promoveri studeant; eosque alienis peccatis communicantes, mortaliter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curaverint.*

Clausulæ de perpetuo Indulti vigore.

§. 8. Præsentes autem litteras, & in eis contenta hujusmodi nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, seu substantiali, aut solemnitatum defectu impugnari, retractari, aut ad terminos juris reduci, seu illis ex quavis causa derogari posse, sed semper firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, eisdemque Duci & Reipublicæ perpetuo suffragari; sicque & non aliter per quoscumque Judices, & Commissarios, quavis auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac ipsummet Consistorium, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari & definiri debere volumus & decernimus; irritum quoque & inane quidquam secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogationes generales & speciales.

§. 9. Non obstantibus Apostolicis, ac quibusvis reservatoriis, & revocatoriis, aliisque Cancellariæ Apostolicæ regulis, & clausulis editis, & edendis, nec non universalium, Provincialium, ac Synodalium Conciliorum, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non dictarum Torcellanæ, Caprularum, & Clodiensis Ecclesiarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis eisdem Ecclesiis, eorumque Capitulis, & Clericis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis; quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & individua mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti essent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio.

§. 10. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Nostræ absolutionis, confirmationis, innovationis, concessionis, indulti, hortationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. die 13. Junii 1753. Pont. XIII.

Datum in Arce Gandulfi Albanen. Diœcesis Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo tertio, Idibus Junii, Pontificatus Nostri Anno Tertiodecimo.

Pro D. Cardinali Passionei
J. Florius Substit.

J. Datarius.

Visa
De Curia J. C. Boschi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Metho-

XIX. Methodus præscribitur in examine, ac proscriptione librorum a Congregationibus Romanæ Universalis Inquisitionis, & Indicis servanda, certæque Relatoribus ac Consultoribus proponuntur Regulæ, quas in examine, judicioque ferendo sequantur.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

Cura Prædecessorum Pontificum in proscribēdis noxiis libris.

SOLLICITA ac provida Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum vigilantia in eam semper curam incubuit, ut Christifideles ab eorum Librorum lectione averteret, ex quibus incauti ac simplices detrimenti quidpiam capere possent, imbuique opinionibus ac doctrinis, quæ vel morum integritati, vel Catholicæ Religionis Dogmatibus adversantur. Nam, ut vetustissimum mittamus Sancti Gelasii I. Decretum, quæque jam pridem a Gregorio IX., aliisque Pontificibus hac de re statuta fuerunt; ignorare neminem arbitramur, quæ fuerint a Prædecessoribus Nostris Pio IV., Sancto Pio V., & Clemente VIII. diligentissimè præstita, ut saluberrimum opus a Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi Patribus susceptum, maturè discussum, ac penè ad exitum perductum, de vetitæ lectionis Librorum Indice conficiendo, atque vulgando, non absolverent solum atque perficerent, sed sapientissimis etiam decretis ac regulis communirent. Quod quidem negocium Apostolica Sedes continenter urget, ac promovet; ad id deputatis duabus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Congregationibus, quibus onus inquirendi in pravos noxiosque libros impositum est, cognoscendique, quibus emendatio, & quibus proscriptio debeatur. Id muneris Congregationi quidem Romanæ Universalis Inquisitionis a Paulo IV. commissum perhibent, idque adhuc ab ea exerceri pergit, ubi de Libris ad certa rerum genera pertinentibus judicandum occurrit. Certum est autem, Sanctum Pium V. primum fuisse Congregationis Indicis Institutorem, quam subsequentes deinde Pontifices Gregorius XIII., Sixtus V., & Clemens VIII. confirmarunt, variisque privilegiis & facultatibus auxerunt. Ejusque proprium, ac ferè unicum Officium est, in examen Libros vocare, de quorum proscriptione, emendatione, vel permissione capienda est deliberatio.

Hæc cura delegata est tū Congregationi Univ. Inquisitionis, tū alteri Indicis, a S. Pio V. institutæ.

Utriusque Congregationis circumspectio in proscribendis libris.

§. 1. Qua maturitate, consilio, ac prudentia in Congregatione Universalis Inquisitionis de proscribendis vel dimittendis Libris deliberetur, cum neminem latere putamus, tum Nos ipsi planè perspectum, ac diuturna experientia compertum habemus; Nam in minoribus constituti, de Libris nonnullis in ea censuram tulimus, & Consultoris ejusdem Congregationis munere diu perfuncti sumus, postremò inter Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales cooptati, Inquisitoris Generalis locum in ea obtinuimus; ac demum ad Apostolicam Sedem, meritis licet imparibus, evecti, non modo censorum animadversiones in Libros nonnulos aliquando legere, ac ponderare, sed etiam in Congregationibus, quæ singulis Feriis quintis coram Nobis habentur, Cardinalium sententias atque suffragia, antequam de iisdem Libris quid decernatur, audire & excipere consuevimus. Haud minoris diligentiæ testimonium ferre possumus, adeoque debemus, pro altera Congregatione Indicis, cui generaliter incumbit, ut supra diximus, de quorumvis Librorum proscriptione decernere. Dum enim in minoribus versaremur, cum primi, tum secundi Censoris, seu Relatoris Officium in ea Congregatione non semel obivimus; ex quo autem Supremum Pontificatum gerimus, nullius Libri proscriptionem ratam habuimus, nisi audito Congregationis Secretario, qui Libri materiem, Revisorum censuras, Cardinalium judicia & suffragia, accuratè Nobis exponeret.

Pontificis certas ad id Regulas perpetuo servandas statuere deliberat.

§. 2. Sed quoniam compertum est Nobis, atque exploratum, multas Librorum proscriptiones, præsertim quorum Auctores Catholici sunt, publicis aliquando injustisque querelis in reprehensionem adduci, tanquam si temerè ac perfunctoriè in Tribunalibus Nostris ea res ageretur; operæ pretium duximus, hac Nostra perpetuò valitura Constitutione, certas firmasque regulas proponere, juxta quas deinceps Librorum examen judiciumque peragatur; tametsi planè affirmari posset, idipsum jampridem, vel eadem prorsus ratione, vel alia æquipollenti, constanter actum fuisse.

Inquisitionis Congregatio quibus viris constet, quibusve de rebus in ea agatur.

§. 3. Porro Romanæ Universalis Inquisitionis Congregatio ex pluribus constat Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus a Summo Pontifice delectis, quorum alii Sacræ Theologiæ, alii Canonici Juris doctrina, alii Ecclesiasticarum rerum peritia, munerumque Romanæ Curiæ exercitatione, prudentiæ demum, ac probitatis laude, conspicui habentur. His adjungitur unus ex Romanæ Curiæ Præsulibus, quem Assessorem vocant; unus etiam ex Ordine Prædicatorum Sacræ Theologiæ Magister, quem Commissarium appellant; certus præterea Consultorum numerus, qui ex utroque Clero Sæculari ac Regulari assumuntur; alii demum præstantes doctrina Viri, qui a Congregatione jussi, de Libris censuram instaurant, iisque Qualificatorum nomen tributum est. De variis in præfata Congregatione, iisque gravissimis rebus agitur, in primis autem de Causis Fidei, ac de Personis violatæ Religionis reis. At cum Librum aliquem ad eam, tanquam proscriptione dignum, deferri contigerit; nisi ad Indicis Congregationem, ut fieri plerumque solet, judicandum remittat, sed pro rerum temporumque ratione sibi de illo cognoscendum esse arbitretur; Nos, inhærentes Decreto lato ab eadem Congregatione Feria quarta Kalendis Julii Anni millesimi septingentesimi quinquagesimi, atque a Nobis confirmato Feria quinta insequente, hac ratione & methodo judicium institui mandamus.

Methodus a Congregatione Inquisitionis servanda in librorum proscriptione

§. 4. Primò nimirum uni ex Qualificatoribus aut Consultoribus a Congregatione designando, Liber tradatur, quem is attento animo legat ac diligenter expendat; tum Censuram suam scripto consignet, locis indicatis & paginis, in quibus notati errores continentur. Mox Liber cum animadversionibus Revisoris ad singulos Consultores mittatur, qui in Congregatione pro more habenda singulis Feriis secundis in Ædibus Sancti Officii, de Libro & Censura Sententiam dicant: Ipsa deinde Censura, cum Libro, & Consultorum suffragiis, ad Cardinales transmittantur, ut hi in Congregatione, quæ Feria quarta haberi solet in Fratrum Prædicatorum Cœnobio Sanctæ Mariæ supra Minervam nuncupato, de tota re definitivè pronuncient. Post ab Assessore Sancti Officii Acta omnia ad Pontificem referantur, cujus arbitrio judicium omne absolvetur.

Ulteriores cautelæ adhibendæ si de Auctoris Catholici libro agatur.

§. 5. Cum autem sit veteri institutione receptum, ut Auctoris Catholici Liber non unius tantum Relatoris perspecta censura, illicò proscribatur; ad normam præfati Decreti mensis Julii Anni millesimi septingentesimi quinquagesimi, volumus eam consuetudinem omninò servari; ita ut si primus Censor Librum proscribendum esse judicet, quamvis Consultores in eandem

senten-

sententiam conveniant, nihilominùs alteri Revisori ab eadem Congregatione electo Liber & Censura tradantur; suppresso primi Censoris nomine, quo alter judicium suum liberiùs exponat. Si autem secundus Revisor primo assentiatur, tunc utriusque animadversiones ad Cardinales mittantur, ut iis expensis de Libro decernant: At si secundus a primo dissentiat, ac Librum dimittendum existimet, tertius eligatur Censor, cui, suppresso priorum nomine, utraque censura communicetur. Hujus autem Relatio, si a priore Consultorum Sententia non abludat, Cardinalibus immediate communicetur, ut ipsi, quod opportunum fuerit, decernant. Sin minus, iterum Consultores, perspecta tertia Censura suffragium ferant; idque una cum omnibus præfatis relationibus, Cardinalibus exhibeatur, qui, re ità maturè perpensa, de controversia denique pronunciare debebunt. Quotiescumque autem Pontifex, vel ob rei, de qua in Libro agitur, gravitatem, vel quia id Auctoris merito, aliisque circumstantiis tribuendum censeat, Libri judicium coram se ipso in Congregatione Feriæ quintæ habendum decrevit; quod sæpè a Nobis factum fuit, & quoties ita expedire judicabimus, in posterum quoque fiet; tunc satis fuerit exhibere Pontifici & Cardinalibus Libri censuras, & Consultorum suffragia, omisso examine Congregationis Feriæ quartæ, ejusque relatione, quam per Assessorem Pontifici faciendam diximus: Nam Cardinalium suffragiis coram ipso Pontifice ferendis, atque hujus definitiva sententia, vel alio opportuno consilio in eadem Congregatione capiendo, res absolvetur.

Primum sibi examen instituendum a Congregationis Secretario, & duobus designatis Consultoribus cum Relatore ad id assumpto.

Indicis Congregatio certaque ejusdem munera.

§. 6. Altera quoque Indicis Congregatio plures complectitur Cardinales ipsi a Pontifice adscriptos, iisdemque dotibus præditos, quibus S. Officii Cardinales pollere solent; quum etiam eorum aliquos in utraque Congregatione locum habere contingat. Ex iis unus ejusdem Congregationis Præfectus existit; Assistens verò perpetuus est Magister Sacri Palatii; Secretarius autem, a prima Congregationis institutione usque in præsentem diem, ex Ordine Fratrum Prædicatorum a Summo Pontifice pro tempore eligi consuevit. Sunt præterea ex utroque Clero Sæculari & Regulari ejusdem Congregationis Consultores, & Relatores selecti; & quidem, ubi aliquis Librorum relationes coram Congregatione semel, bis, tertiò, laudabiliter peregerit, tum ipsa Congregatio Pontificem rogare solet, ut ejus auctoritate in Consultorum numerum referatur.

Subsequitur Congregationis præparatoriæ examen.

Iterata Pontificis consilia de statuendis certis Regulis, quæ in librorum proscriptione serventur.

§. 7. Sub ipsa Pontificatus nostri primordia, ea Nos subiit cogitatio, ut certam aliquam & immutabilem methodum pro examine judicioque Librorum in hac Indicis Congregatione servandam statueremus. Qua de re non modo consilium exquisivimus dilecti Filii Nostri Angeli Mariæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Quirini nuncupati ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarii, & dictæ Congregationis Præfecti, qui pari prudentia & doctrina suum Nobis sensum scripto declaravit; verum etiam antiquiores aliquot ejusdem Congregationis Consultores coram dilecto Filio Josepho Augustino Orsi Ordinis Prædicatorum, tunc ipsius Congregationis Secretario, nunc autem Palatii Apostolici Magistro, convenire jussimus, suamque sententiam aperire, quæ pariter scripto concepta, Nobis jam tunc exhibita fuit. Cumque hæc omnia diligenter apud Nos asservata fuerint, nunc demum veterem deliberationem Nostram resumentes, quemadmodum ea, quæ ad Librorum examen, atque judicium in primodicta Congregatione Sancti Officii peragendum, pertinent, auctoritate Nostra constabilivimus; ita etiam ea, quæ ad Congregationem Indicis, & ejusdem generis negocia apud eam tractanda facere possunt, opportunis Decretis constituere volentes, prælaudati Cardinalis Præfecti consiliis, dictorumque Consultorum votis inhærendo, hæc deinceps servanda decernimus.

Quinam huic interfint, & quando, ac ubi convocanda.

§. 8. Cum Congregatio Indicis ad Librorum censuram unicè, ut dictum est, instituta, non ita crebrò convocari soleat, ut altera Sancti Officii Congregatio, quæ ob causarum & negociorum multitudinem, singulis hebdomadis ter haberi consuevit; illius propterea Secretario peculiare munus & officium recipiendi Librorum denunciationes, ut fieri jam ante consuevit, committimus & demandamus. Is autem a Libri Relatore perconctabitur diligenter, quas ob causas illum prohiberi postulet; tum Librum ipsum haud perfunctoriè pervolvet, ut de propositæ accusationis subsistentia cognoscat; duobus etiam in eam rem adhibitis Consultoribus, ab ipso, prævia Summi Pontificis, aut Cardinalis Præfecti, vel ejus, qui Præfecti vices supplet, approbatione eligendis: Quorum collato consilio, si Liber censura & nota dignus videatur, unus aliquis Relator ad ferendum de eo judicium idoneus, illius nempe facultatis, de qua in Libro agitur, peritus, eâdem, quam nuper innuimus, ratione eligendus erit, qui scripto referat animadversiones suas, adnotatis paginis, quibus singula ab ipso reprehensa continentur. Sed antequam ejus Censura ad Cardinalium Congregationem feratur, haberi volumus privatam Consultorum Congregationem, quam olim *Parvam* dixerunt, Nos autem *Præparatoriam* vocabimus, ut Relatoris animadversionibus ad Librum collatis, de earum pondere judicium fiat. Hujusmodi Congregatio semel omninò singulis mensibus, aut etiam sæpiùs, si oportuerit, ab ipso Congregationis Secretario convocanda erit, vel in suis cubiculis, vel opportunore, ut ipsi videbitur, loco, intra prædicti Cœnobii Ædes, ubi is commoratur. Eique semper intererit Magister Sacri Palatii pro tempore existens, una cum sex aliis e numero Consultorum, singulis vicibus, pro qualitate argumenti & materiæ, de qua disputandum erit, ut supra de primis duobus Consultoribus, & de Relatore constitutum est, a Secretario eligendi; præter Secretarium ipsum, cujus partes erunt in tabulas referre Consultorum sententias, quas deinde ad Congregationem Cardinalium mittet, cum Relatoris Censura. In generali demum Congregatione omnia illa servari debebunt, quæ superius statuta sunt pro Congregatione Sancti Officii circa Librorum examen. Ac quemadmodum ad Assessorem Sancti Officii pertinet, de actis in Congregatione Summum Pontificem certum reddere; ita ad Secretarium Congregationis Indicis spectabit, quoties hæc Librum aliquem proscribendum, aut emendandum censuerit, ejusdem Pontificis assensum, prævia dil genti actorum omnium relatione, exquirere.

Postremũ Generalis Congregationis Judicium a Secretario Pontifici deferendum.

Clausula, *donec liber corrigatur*, quando proscriptionis decreto apponenda.

§. 9. Quoniam verò in Congregatione Indicis de sola Librorum prohibitione agitur, nonnulla hoc loco adjungenda judicavimus, eidem Congregationi potissimum usui futura, quæ tamen ab altera etiam Congregatione Sancti Officii, dum in hujus quoque generis causis se immiscet, ubi similes rerum circumstantiæ se offerant, æquè observanda erunt. Quotiescumque agatur de Libro Auctoris Catholici, qui sit integræ famæ, & clari nominis, vel ob alios editos Libros, vel fortè ob eum ipsum, qui in examen adducitur, & hunc quidem proscribi oporteat, præ oculis habeatur usu jamdiu recepta consuetudo prohibendi Librum, adjecta clausula -- *Donec corrigatur*, seu *donec expurgetur*, si locum habere possit, nec grave quidpiam obstet, quo minus in casu, de quo agitur, adhiberi valeat. Hac autem conditione proscriptioni adjecta, non statim edatur De-

cretum

cretum, sed suspensa illius publicatione, res antea cum Auctore, vel quovis altero pro eo agente, & rogante, communicetur, atque ei quid delendum, mutandum, corrigendumve fuerit, indicetur. Quod si nemo Auctoris nomine compareat, vel ipse, aut alter pro eo agens, injunctam correctionem Libri detrectet, congruo definito tempore Decretum edatur. Si vero idem Auctor, ejusve Procurator, Congregationis jussa fecerit, hoc est novam instituerit Libri editionem cum opportunis castigationibus, ac mutationibus; tunc supprimatur proscriptionis Decretum; nisi forte prioris editionis exemplaria magno numero distracta fuerint; tunc enim ita decretum publicandum erit, ut omnes intelligant, primæ editionis exemplaria dumtaxat interdicta fore, secundæ verò jam emendatæ permissa.

Auctor Catholicus libri ad examen delati non necessariò, sed rectè tamen auditur, vel operis Defensor ex officio deputatur.

§. 10. Conquestos scimus aliquando nonnullos, quod Librorum judicia & proscriptiones, inauditis Auctoribus, fiant, nullo ipsis loco ad defensionem concesso. Huic autem querelæ responsum fuisse novimus, nihil opus esse Auctores in judicium vocare, ubi non quidem de eorum personis notandis, aut condemnandis agitur, sed de consulendo Fidelium indemnitati, atque avertendo ab ipsis periculo, quod nocua Librorum lectione facilè incurritur; Si qua vero ignominiæ labe Auctoris nomen ex eo aspergi contingat, id non directè, sed obliquè ex Libri damnatione consequi. Qua sane ratione minimè improbandas censemus hujusmodi Librorum prohibitiones, inauditis Auctoribus, factas; quum præsertim credendum sit, quidquid pro se ipso, aut pro doctrinæ suæ defensione potuisset Auctor afferre, id minimè a Censoribus, atque Judicibus ignoratum, neglectumve fuisse. Nihilo tamen minus, quod sæpè aliàs, summa æquitatis & prudentiæ ratione, ab eadem Congregatione factum fuisse constat, hoc etiam in posterum ab ea servari magnoperè optamus, ut quando res sit de Auctore Catholico, aliqua nominis & meritorum fama illustri, ejusque opus, demptis demendis, in publicum prodesse posse dignoscatur, vel Auctorem ipsum suam causam tueri volentem audiat, vel unum ex Consultoribus designet, qui *ex Officio* Operis patrocinium, defensionemque suscipiat.

Casus proponuntur, in quibus licet a datis Regulis nonnihil recedere.

§. 11. Quemadmodum verò, ubi de Congregatione Sancti Officii agebamus, eidem Nos semper interfuturos recepimus, quotiescumque de Libro, cujus materia gravioris momenti sit, judicium agatur; quod erit Nobis facillimum, quum eadem Congregatio qualibet Feria quinta coram Nobis habeatur; sit & Indicis Congregationi præsentiam Nostram impendere parati sumus, quoties rei gravitas id promereri videbitur. Neque enim id opus esse dicendum est, quum vel Hæretici hominis Liber denunciatur, in quo Auctor errores Catholico dogmati adversantes consultò tradit aut tuetur; vel Opus aliquod in examen adducitur, quo rectæ morum regulæ labefactantur, ac vitiis, & corruptelis fomenta præbentur. In his enim casibus ne illas quidem, quas supra scripsimus, accuratiores cautelas adhibere necesse erit; sed hæretico dogmate, vel pravo moris incitamento semel comperto, proscriptionis Decretum illico sanciendum erit, juxta primam, secundam, & septimam Indicis Regulas, Sacrosancti Tridentini Concilii jussu editas, atque vulgatas.

Secretum omnibus in Congregatione Indicis sententiam ferentibus imponitur, ad instar Congregat. S. Officii.

§. 12. Cum in prælaudata Congregatione Sancti Officii severissimis legibus cautum sit, ne de rebus ejusdem Congregationis quisquam cum alio extra illam loquatur; Nos hanc eamdem silentii legem a Relatoribus, Consultoribus, & Cardinalibus Congregationis Indicis religiosè custodiendam præcipimus. Illius tamen Secretario potestatem facimus, ut animadversiones in Libros censuræ subjectos, eorum Auctoribus, vel aliis illorum nomine agentibus & postulantibus, sub eadem decreti lege communicare queat; suppressis semper Denunciatoris, Censorisque nominibus.

Quales esse oporteat Revisores & Consultores Congregationis.

§. 13. Examinandis, corrigendisque Libris peropportuna sunt, quæ decem Regulis Indicis a Patribus Tridentinæ Synodi confectis, atque editis continentur. In Instructione autem felicis recordationis Clementis Papæ VIII. ejusdem Regulis adjecta, *Tit. de correctione Librorum §. V.*, Episcopis, & Inquisitoribus cura committitur, ut ad Librorum edendorum examen *spectatæ pietatis & doctrinæ Viros adhibeant, de quorum fide & integritate sibi polliceri queant, nihil eos gratiæ daturos, nihil odio, sed omni humano affectu posthabito, Dei dumtaxat gloriam spectaturos, & fidelis populi utilitatem.* His porro virtutibus animique dotibus, si non majori, at pari certè de causa, præstare oportet hujus nostræ Congregationis Revisores, & Consultores. Cumque eos omnes, qui nunc hujusmodi munera obtinent, tales esse non ignoremus; optandum sperandumque est, non absimiles deinceps futuros, qui ad id eligentur; homines nimirum vitæ integros, probatæ doctrinæ, maturo judicio, incorrupto affectu, ab omni partium studio, personarumque acceptione alienos; qui æquitatem, libertatemque judicandi, cum prudentia & veritatis zelo conjungant. Cum autem eorum numerus nunc certus & constitutus non sit; ab ejusdem Congregationis Cardinalibus consilium expectabimus atque capiemus, num eum pro futuris temporibus definire oporteat, vel expediat: Hoc tamen jam nunc decernentes, quatenus eorum numerus definiatur, ut tàm Relatores, quàm Consultores, ex utroque Clero, Sæculari nempè, & Regulari, assumantur, alii quidem Theologi, alii utriusque juris periti, alii sacra & profana eruditione præstantes, ut ex eorum cœtu, pro varietate Librorum, qui ad Congregationem deferuntur, idonei viri non desint ad ferendum de unoquoque judicium.

Eorum numerus indefinitus, ex utroque Clero seligendus.

Regulæ in ferendo judicio ab iis servandæ.

§. 14. Ipsos autem Relatores, Consultoresque, tam nunc existentes, quam in posterum quandocumque futuros, monemus, ac vehementer hortamur, ut in examine, judicioque Librorum, sequentes Regulas diligenter inspiciant, accurateque custodiant.

Ut rectum illud sit, ac in neutram partem declive.

§. 15. I. Meminerint, non id sibi muneris onerisque impositum, ut Libri ad examinandum sibi traditi proscriptionem modis omnibus curent, atque urgeant; sed ut diligenti studio, ac sedato animo ipsum expendentes, fideles observationes suas, verasque rationes Congregationi suppeditent, ex quibus rectum judicium de illo ferre, ejusque proscriptionem, emendationem, aut dimissionem pro merito decernere valeat.

Ne quis de re sibi plene non perspecta sententiam ferat.

§. 16. II. Tametsi hactenùs cautum sit, cavendumque deinceps non dubitemus, ut ad referendum, & consulendum in prædicta Congregatione, ii solum admittantur, qui scientiam rerum, quas libri delati respectivè continent, diuturno studio acquisitam possideant; decet enim de artibus solos artifices judicare; nihilominus si fortè eveniat, ut alicui per errorem materia aliqua discutienda committatur, ab illius peculiaribus studiis aliena, idque a Censore aut Consultore electo, ex ipsa Libri lectione deprehendatur; noverit is, se neque apud Deum, neque apud homines culpa vacaturum, nisi quamprimùm id Congregationi, aut Secretario aperiat, seque ad ferendam de hujusmodi Libro censuram minus aptum professus, alium magis idoneum ad id muneris subrogari curet: Quo tantum abest, ut existimationis suæ dispendium apud Pontificem & Cardinales passurus sit, ut magnam potius probi-

probitatis, & candoris opinionem & laudem sibi sit conciliaturus.

Neque ad propria Instituti, sive Scholæ opinionem, sed ad Ecclesiæ Dogmata, & communem Catholicorum doctrinam exigatur.

§. 17. III. De variis opinionibus atque sententiis in unoquoque Libro contentis, animo a præjudiciis omnibus vacuo, judicandum sibi esse sciant. Itaque Nationis, Familiæ, Scholæ, Instituti affectum excutiant; studia partium seponant; Ecclesiæ Sanctæ dogmata, & communem Catholicorum doctrinam, quæ Conciliorum Generalium Decretis, Romanorum Pontificum Constitutionibus, & Orthodoxorum Patrum atque Doctorum consensu continetur, unicè præ oculis habeant; hoc de cætero cogitantes, non paucas esse opiniones, quæ uni Scholæ, Instituto, aut Nationi certo certiores videntur, & nihilominus, sine ullo Fidei aut Religionis detrimento, ab aliis Catholicis viris rejiciuntur atque impugnantur, oppositæque defenduntur, sciente ac permittente Apostolica Sede, quæ unamquamque opinionem hujusmodi in suo probabilitatis gradu relinquit.

Omnibus perspectis, ac simul expensis, efformetur.

§. 18. IV. Hoc quoque diligenter animadvertendum monemus, haud rectum judicium de vero Auctoris sensu fieri posse, nisi omni ex parte illius Liber legatur; quæque diversis in locis posita & collocata sunt, inter se comparentur; universum præterea Auctoris consilium & institutum attentè dispiciatur; neque vero ex una vel altera propositione a suo contextu divulsa, vel seorsim ab aliis, quæ in eodem Libro continentur, considerata & expensa, de eo pronunciandum esse: Sæpe enim accidit, ut quod ab Auctore in aliquo Operis loco perfunctorie, aut subobscurè traditum est, ita alio in loco distinctè, copiosè, ac dilucidè explicetur, ut offusæ priori sententiæ tenebræ, quibus involuta, pravi sensus speciem exhibebat, penitus dispellantur, omnisque labis expers propositio dignoscatur.

Ambigua dicta Catholici, probatique Auctoris in æquam partem accipiantur.

§. 19. V. Quod si ambigua quædam exciderint Auctori, qui alioquin Catholicus sit, & integrâ Religionis doctrinæque famâ, æquitas ipsa postulare videtur, ut ejus dicta benignè, quantum licuerit, explicata, in bonam partem accipiantur.

§. 20. Has porro, similesque regulas, quæ apud optimos Scriptores de his agentes facilè occurrent, semper animo propositas habeant Censores & Consultores; quò valeant, in hoc gravissimo judicii genere, conscientiæ suæ, Auctorum famæ, Ecclesiæ bono, & Fidelium utilitati consulere. Duo autem reliqua sunt in eum finem planè opportuna, quæ hoc loco adjungenda omnino esse judicamus.

Quid de libris statuendum, in quibus reprobata dogmata asseruntur, nec refutantur.

§. 21. Prodeunt aliquando Libri, in quibus falsa & reprobata dogmata, aut fictemata, Religioni vel moribus exitiosa, tanquam aliorum inventa & cogitata, exponuntur & referuntur, absque eo quod Auctor, qui Opus suum pravis hujusmodi mercibus onerare fategit, ea refutandi curam in se recipiat. Putant vero, qui talia agunt, nulli sese reprehensioni aut censuræ obnoxios esse, propterea quod de alienis, ut ajunt, opinionibus nihil ipsi affirment, sed historicè agant. At quidquid sit de eorum animo & consilio, deque personali in eos animadversione, de qua viderint, qui in Tribunalibus ad coërcenda crimina institutis jus dicunt; dubitari certè non potest, magnam ejusmodi Libris in Christianam Rempublicam labem, ac perniciem inferri; quum incautis Lectoribus venena propinent, nullo exhibito vel parato, quo præserventur, antidoto. Subtilissimum hoc humanæ malitiæ inventum, ac novum seductionis genus, quo simplicium mentes facilè implicantur; quam diligentissimè Revisores advertant, ac censuræ subjiciant; ut, vel hujusmodi Libri, si aliqua ex ipsis capi possit utilitas, emendentur, vel in vetitorum Indicem omninò referantur.

§. 22. In ea, quam superiùs laudavimus, Prædecessoris Nostri Clementis Papæ VIII. Instructione, *Tit. de Correctione Librorum.* §. 2. sapientissimè cautum legitur, ut *quæ famæ proximorum, & præsertim Ecclesiasticorum, & Principum, detrahunt, bonisque moribus & Christianæ disciplinæ sunt contraria, expungantur.* Et paulo post: *Facetiæ etiam, aut dicteria, in perniciem, aut præjudicium famæ, & existimationis aliorum jactata, repudientur.* Utinam verò in aspectum lucemque hominum Libri ejusmodi in hac temporum licentia, & pravitate non efferrentur, in quibus dissidentes Auctores mutuis se jurgiis, conviciisque proscindunt; aliorum opiniones nondum ab Ecclesia damnatas censura perstringunt; adversarios, eorumque Scholas, ac Cœtus sugillant, & pro ridiculis ducunt, magno equidem bonorum scandalo, hæreticorum vero contemptu, qui digladiantibus inter se Catholicis, seque mutuo lacerantibus, plane triumphant. Etsi verò fieri non posse intelligamus, ut disputationes omnes e mundo tollantur, præsertim cum Librorum numerus continenter augeatur -- *Faciendi enim plures Libros nullus est finis*, ut est apud Ecclesiasten *Cap.* 12.; compertum præterea Nobis sit, magnam aliquando utilitatem ex iis capi posse; modum tamen in defendendis opinionibus, & Christianam in scribendo moderationem servari meritò volumus. *Non inutiliter* (inquit Augustinus in Enchirid. cap. 59. prope finem) *exercentur ingenia, si adhibeatur disceptatio moderata, & absit error opinantium se credere, quod nesciunt.* Qui veritatis studium, & purioris doctrinæ zelum, quo suarum scriptionum mordacitatem excusent, obtendere solent, ii primùm intelligant, non minorem habendam veritatis, quàm Evangelicæ mansuetudinis, & Christianæ Charitatis rationem. Charitas autem de corde puro, patiens est, benigna est, non irritatur, non æmulatur, non agit perperam, (utque addit idem Augustinus, Lib. contra Litteras Petiliani Cap. 29. num. 31.) -- *Sine superbia de veritate præsumit, sine lævitia pro veritate certat* -- Hæc magnus ille non veritatis minus, quam charitatis Doctor, & scripto & opere præmonstravit. Nam in suis adversus Manichæos, Pelagianos, Donatistas, aliosque tam sibi, quam Ecclesiæ adversantes, assiduis conflictationibus, id semper diligentissimè cavit, ne quempiam eorum injuriis, aut conviciis læderet, atque exasperaret. Qui secus scribendo, vel disputando fecerit, is profectò nec veritatem sibi præcipuè cordi esse, nec charitatem sectari se ostendit.

Jurgia & convicia a dissidentibus Auctoribus adhibita expungantur.

Nec cuiquam liceat suas opiniones veluti Ecclesiæ dogmata venditare, alienas erroris insimulare.

§. 23. Ii quoque non satis idoneam justamque excusationem afferre videntur, qui ob singulare, quod profitentur, erga veteres Doctores studium, eam sibi scribendi rationem licere arbitrantur; Nam si carpere novos audeant, fortè ab lædendis veteribus sibi minimè temperassent, si in eorum tempora incidissent; quod præclarè animadversum est ab Auctore Operis imperfecti in Matthæum Homil. 42. -- *Cum audieris*, inquit, *aliquem beatificantem antiquos Doctores, proba qualis sit circa suos Doctores: Si enim illos, cum quibus vivit, sustinet, & honorat, sine dubio illos, si cum illis vixisset, honorasset: Si autem suos contemnit, si cum illis vixisset, & illos contempsisset.* Quamobrem firmum ratumque sit omnibus, qui adversus aliorum sententias scribunt, ac disputant, id quod graviter ac sapienter a Ven. Servo Dei Prædecessore Nostro Innocentio Papa XI. præscriptum est in Decreto edito die secunda Martii Anni Millesimi sexcentesimi septuagesimi noni -- *Tandem*, inquit, *ut ab injuriosis contentionibus Doctores, seu Scholastici, aut alii quicumque in posterum abstineant, ut paci & charitati consulatur, idem Sanctissimus in virtute Sanctæ Obedientiæ eis præcipit, ut tam in Libris imprimendis ac manuscriptis, quam in thesibus,*

ac prædicationibus, caveant ab omni censura & nota, nec non a quibuscumque conviciis contra eas propositiones, quæ adhuc inter Catholicos controverturtur, donec a Sancta Sede recognitæ sint, & super eis judicium proferatur -- Cohibeatur itaque ea Scriptorum licentia, qui, ut ajebat Augustinus Lib. 12. Conf. Cap. 25. num. 34. *Sententiam suam amantes, non quia vera est, sed quia sua est*, aliorum opiniones non modo improbant, sed illiberaliter etiam notant, atque traducunt. Non feratur omninò, privatas sententias, veluti certa ac definita Ecclesiæ Dogmata, a quopiam in Libris obtrudi, opposita verò erroris insimulari; quo turbæ in Ecclesia excitantur, dissidia inter Doctores aut seruntur, aut foventur, & Christianæ Charitatis vincula persæpè obrumpuntur.

Angelici Doctoris exemplum proponitur.

§. 24. Angelicus Scholarum Princeps, Ecclesiæque Doctor, S. Thomas Aquinas, dum tot conscripsit nunquam satis laudata volumina, varias necessario offendit Philosophorum, Theologorumque opiniones, quas veritate impellente refellere debuit. Cæteras verò tanti Doctores laudes id mirabiliter cumulat, quod adversariorum neminem parvipendere, vellicare, aut traducere visus sit, sed omnes officiosè, ac perhumaniter demereri; Nam si quid durius, ambiguum, obscurumve eorum dictis subesset, id leniter benignèque interpretando, emolliebat atque explicabat. Si autem Religionis ac Fidei causa postulabat, ut eorum sententiam explodéret, ac refutaret, tanta id præstabat modestia, ut non minorem ab iis dissentiendo, quam Catholicam veritatem asserendo, laudem mereretur. Qui tam eximio uti solent, ac gloriari Magistro (quos magno numero esse, pro singulari nostro erga ipsum cultu, studioque, gaudemus) ii sibi ad æmulandum proponant tanti Doctoris in scribendo moderationem, honestissimamque cum adversariis agendi disputandique rationem. Ad hanc cæteri quoque sese componere studeant, qui ab ejus Schola doctrinaque recedunt. Sanctorum enim virtutes omnibus in exemplum ab Ecclesia propositæ sunt: Cumque Angelicus Doctor Sanctorum Albo adscriptus sit, quamquam diversa ab eo sentire liceat, ei tamen in contrariam in agendo, ac disputando rationem inire omninò non licet. Nimium interest publicæ tranquillitatis, proximorum ædificationis, & Charitatis, ut è Catholicorum scriptis absit livor, acerbitas, atque scurrilitas, a Christiana institutione ac disciplina, & ab omni honestate prorsus aliena. Quamobrem in hujusmodi Scriptorum licentiam graviter pro munere suo censuram intendant Revisores Librorum, eamque Congregationis Cardinalibus cognoscendam subjiciant, ut eam pro zelo suo & potestate coerceant.

Ediciturque ut nimia coerceatur Scriptorum licentia.

Religiosa injungitur præmissorum observantia.

§. 25. Quæ hactenus a Nobis proposita ac constituta sunt, Prædecessorum Nostrorum Decretis planè consona, Congregationum quoque Nostrarum legibus & consuetudinibus comprobata, in Librorum examine ac judicio instituendo, Apostolica auctoritate deinceps servari decernimus: Mandantes universis & singulis, qui in præfatis Congregationibus locum obtinent, seu illis quomodolibet operam suam præstant, ut adversus præmissa sic a Nobis statuta nihil edicere, innovare, decernere, aut intentare præsumant, absque Nostra, vel Successorum Nostrorum pro tempore existentium Romanorum Pontificum expressa facultate.

Derogatio contrariis.

§. 26. Non obstantibus contrariis quibusvis etiam Apostolicis Constitutionibus, & ordinationibus, necnon earundem Congregationum, etiam Apostolica auctoritate, seu quavis firmitate alia roboratis Decretis, usibus, stilis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Sanctio.

§. 27. Nulli ergo omninò Hominum liceat paginam hanc Nostrorum Decretorum, Mandatorum, Statutorum, voluntatum ac derogationum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quinquagesimo tertio, septimo Idus Julii, Pontificatus Nostri Anno Tertiodecimo.

Dat. die 9. Julii 1753. Pontificat. anno XIII.

D. Card. Passionеus.

J. Datarius.

Visa

De Curia J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Loco † Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicat. die 23. ejusdem Mensis & Anni.

Venerabilibus Fratribus Metropolitæ, Archiepiscopis, & Episcopis Nationis Ruthenæ in Regno Poloniæ. XX.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Pontificis studium erga Ruthenorum Nationem.

QUÆ, Venerabiles Fratres, pro pristino inclytæ Nationis vestræ Ruthenæ decore conservando, confirmanda Catholicæ Religionis adversus Schismaticos constantia vestra, dissidiis sive componendis, sive propulsandis, rationibusque Diœcesum vestrarum adaugendis a Nobis, nostroque nomine a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum adhibita fuerunt Apostolicæ providentiæ remedia, & auctoritatis officia, Nos facile adducunt, ut credamus, vobis satis superque comprobasse, quanti Nationem vestram faciamus.

Specialis cura pro Clericorum Ruthenorum educatione in Seminario Wilnensi.

§. 1. Verùm fore in Domino confidimus, ut incredibilem Pontificiæ caritatis, qua eamdem Catholicam Nationem Ruthenam prosequimur, magnitudinem magis magisque intelligatis ex aliis Apostolicis nostris in simili forma Brevis literis die quinta Aprilis MDCCLIII. Pontificatus Nostri anno decimotertio ad futuram rei memoriam datis, quarum initium est: *Commendatissimum studium*: & quarum exempla typis ejusdem Congregationis impressa una insimul hisce nostris, typis etiam dictæ Congregationis impressis, adligata ad vos transmittenda mandamus. Porro præter easdem literas nostras in mandatis dedimus, ut pro magis consentaneo Adolescentibus vestræ Nationis in Collegio Wilnensi juxta ritum vestrum instituendis profecto a laudata Congregatione de Propaganda Fide Constitutiones, & Regulæ edantur, quæ ad majorem utilitatem, quemadmodum Nobis in Domino auguramur, profuturæ censentur.

Cujus Constitutiones & Regulæ quamprimum edendæ nunciantur.

Episcoporum zelus excitatur, ut Cleri Sæcularis præcipuam curam suscipiant.

§. 2. Sed omnia & singula a Nobis sive statuta hujusmodi, sive statuenda, timendum est, ne exoptatum a Nobis sortiantur effectum, nisi provida etiam Fraternitatum vestrarum solicitudo, assidua vigilantia, & accurata diligentia accesserit. Eapropter vos, Venerabiles Fratres, rogamus, & in Domino hortamur, ut primum omnium maximam Cleri secularis, in cujus subsidium Clerus Regularis vocatus fuit, curam alacriter suscipiatis, susceptamque strenuè urgere satagatis.

Clerus in ignorantia torpet, ubi Magistris caret, & in Officiorum distributione negligitur.

§. 3. Vobis sane præsentibus magis, quàm Nobis absentibus compertum est, ac rebus ipsis exploratum, quanta apud vos sit Cleri secularis ignorantia: quam non aliunde ortum, causamque habere non ambigimus, quàm partim ex Magistrorum illos edocentium penuria, partim ex nulla ipsis injuncta rerum gerendarum cura, partim ex nulla erga eosdem illorum, qui præsunt, diligentia & solicitudine, qua suaviter fortiterque ad studia capessenda, & negotia ecclesiastica obeunda oblectentur, & incitentur.

Synodus Zamoscię decrevit, ut quilibet Episcopus Officialé secularem haberet.

§. 4. Ad hæc omni procul dubio Venerabiles Fratres vestros, qui Synodum Zamoscię tanta cum Nationis vestræ laude, atque utilitate celebrarunt, extirpanda mala, & bona semina spargenda respexisse, pro certo habemus, cum sess. 3. tit. 7. *de Officialibus*: statuerunt, ut quilibet Episcopus Officialem habeat secularem, si inter seculares quispiam ad hoc officium idoneus inveniatur.

Episcopi Rutheni non sine causa Regularibus potius utuntur.

§. 5. Quoniam autem in sua quisque vestrûm Diœcesi (sunt tamen, qui plures habent Ecclesias Cathedrales) quamplures retinere debet Ministros & Officiales, quorum opera in recta earumdem Diœcesum vestrarum procuratione, & negotiis uti valeatis; Fraternitates Vestræ viros Regulares potius, quàm Seculares ad ministeria hujusmodi substinenda eligere optatis. Nec Nos, qui æqua lance res expendimus, fallit, Fraternitates vestras ideo hanc tenere rationem, quod Regulares magis apti, & idonei apud vos reperiantur: nec propterea susceptum consilium institutumque vestrum damnamus: imo, sicut laudamus, ita ob oculos vobis ponere non omittimus, ex neglectu, ut ita dicamus, Cleri secularis ejusdem provenire ignorantiam. Quisque enim ex Clero seculari animum despondet, otioque diffluit, cum cogitat, Regulares potius constitui in iis muneribus obeundis, quæ quilibet secularis non repente, sed paulatim sub Magistri & Præceptoris disciplina instructus, & idoneus aliquando exercere possit.

At Sæculares negligendo, horum otium & ignorantiam fovebunt.

Itaque ipsis suadetur, ut aliqua Eccl. Officia demandent Alumnis Seminarii Wilnen.

§. 6. Pastoralis itaque solicitudinis vestræ partes hac in re adimplendas esse in Domino existimamus, ut curam omnem, studiumque vestrum collocetis, ne Adolescentes Alumnos Nationis vestræ ex memorato Wilnensi Seminario deinceps, exacto studiorum curriculo, egressos, aliqua Ecclesiastici Ordinis & Officii procuratione destitui patiamini: sed statim quodcumque opus, quodcumque ministerium ad ecclesiasticas res pertinentia illis demandetis oportet, ut injuncto quisque priori muneri satisfacere, deinde ad majora per gradus etiam gravissima promoveri possit officia. Hæc profecto agendi ratio tamquam lucidissimum exemplum ab aliis spectata unicuique (ducitur enim juventus maxima spe gloriæ, & utilitatis) erit incitamento non levi, ut quisque, dummodo non sit ingenio malo, pravoque præditus, bellum otio, vitiisque indicat, & ad labores perferendos, virtutesque assequendas hilari, promptoque animo contendat, & adnitatur. Verum commendationem hanc nostram, & exhortationem pro Alumnis Collegii Wilnensis ad officia, & munera in Curiis vestris, quoad vobis integrum erit, promovendis non ita accipiendam esse volumus, & declaramus, ut iidem Alumni existiment, se ad illa officia, & munera dumtaxat eligi debere, sed in primis teneri, imo, quatenus opus fuerit, cogi etiam ad substinenda, & administranda Parochorum onera, & animarum salutem procurandam.

Qui tamen noverint se præcipue ad animarum curam destinatos esse.

§. 7. Cæterum, Venerabiles Fratres, dum majora nobis a perspecta sapientia, prudentia, zeloque vestro pro certo pollicemur hac in re argumenta, Fraternitatibus vestris Apostolicam Benedictionem studiosæ nostræ voluntatis pignus peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 14. Augusti MDCCLIII. Pontificatus Nostri Anno Decimotertio.

Cajetanus Amatus.

Dat. Pont. A. XIII. 14. Augusti 1753.

XXI.

Jurisdictio Rectoris Carpenctoraten. in Causis Civilibus, Criminalibus, & Mixtis, nec non in œconomicis rebus definitur, ac circumscribitur.

Venerabili Fratri Nostro Silvio S. R. E. Cardinali Valenti Episcopo Sabinensi, Status nostri Ecclesiastici Secretario, ejusdem S. R. E. Camerario, & Congregationis Status nostri Avenionensis Præfecto.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater Noster, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium.

TIBI præ cæteris Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Collegis tuis, Venerabilis Frater noster, quem in cunctis Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis, & Catholicæ Ecclesiæ negotiis summa cum fide, sollicitudine, vigilantiâ, prudentiâ, ac zelo obeundis transigendisque magnâ cum Pontificii animi nostri voluptate, ac levamine experimur alacrem, & integerrimum Ministrum, & Coadjutorem, rebus ipsis, in quarum omnium partem nobiscum advocaris, magis magisque compertum exploratumque est, quibus in dies Nos urgemur curis, quibus obruimur laboribus, ut præter incredibilem omnium Ecclesiarum sollicitudinem, omnem operam studiumque in primis collocemus, quo, è medio sublatis dissidiis, litibus, & contentionibus Status nostri Ecclesiastici non solum Præsides, & Ministri, Gubernatores, Rectores, ac Vicelegati iis, quibus decet, observantiæ & honoris argumentis inter se invicem prosequentes, collata sibi quisque munera pro dignitate, pace, ac tranquillitate exercere valeat; sed Cives etiam, & Subditi debita ipsis obsequia, & officia deferentes, eosdem majori cum veneratione spectent, adeant, & tanquam patres potiùs quàm superiores diligant, & honorent.

Controversiæ inter Vicelegatum Avenionen. & Rectorem Carpenctoraten. exortæ.

§. 1. Quoniam autem, sicut jamdudum accepimus, & Fraternitati tuæ perspectum est, variæ, nec contemnendæ controversiæ, ac dissensiones inter dilectos Filios Magistrum pro tempore existentem Vicelegatum nostræ Civitatis, & Statûs Avenionensis, ac pro tempore itidem existentem Rectorem nostræ pariter Civitatis Carpenctoratensis, & Comitatûs Vindascini exortæ sunt, quæ non minus Jurisdictionem civilem, & criminalem ejusdem Rectoris, quam nonnulla honorificentiæ jura respiciunt. Nos sane, ut justam, stabilemque hisce in rebus servandam normam, regulamque præscriberemus, quâ fieret, ne futuris temporibus ullæ prorsus hac in parte controversiæ, & contentiones inter duos Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis Ministros, etiam cum non levi publicæ pacis, boni, atque utilitatis præjudicio, ac detrimento, exoriantur, particularem nonnullorum Cardinalium, & Romanæ Curiæ Prælatorum Congregationem deputavimus, apud quam iidem contendentes sua quisque rationum momenta, controversaque jura adduxit.

Definiuntur a Pontifice nihil læsis, immo confir-

§. 2. Hisce vero omnibus accuratè discussis, & expensis, atque ad Nos relatis, ac per Nos

pariter

matis Civium privilegiis.

pariter consideratis, in eam tandem devenimus resolutionem, determinationem, ac sententiam, ut infra, apertè tamen declarantes per infra statuendam resolutionem, determinationem, ac sententiam ne minimam quidem læsionem, aut præjudicium privilegiis, & exemtionibus a quibuscumque Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris quocumque tempore dilectis Filiis habitatoribus Comitatûs Vindascini, & Civibus dictæ Civitatis Carpenctoratensis quomodolibet concessis illatum esse, aut fore inferendum; quin imo privilegia, & exemtiones hujusmodi (dummodo actu sint in usu, & viridi observantia) tenore præsentium Apostolicâ auctoritate expresse confirmamus, & quatenus opus sit, iterum concedimus.

Rectoris Ordinaria Jurisdictio in Causis Civilibus, Criminalibus, & Mixtis

§. 3. Itaque motu proprio, & ex certâ scientiâ, ac maturâ deliberatione nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine, tenore præsentium, & Apostolicâ quoque auctoritate volumus, statuimus, & mandamus, ut modernus, & pro tempore existens Civitatis Carpenctoratensis, & Comitatûs Vindascini Rector, quippe qui per Apostolicas in simili forma Brevis Literas a Romano pro tempore existente Summo Pontifice deputatur, & constituitur, eam Jurisdictionem habeat, atque exerceat, quæ eidem præscripta reperitur in Apostolicis sub plumbo literis anno MD. a fel. rec. Julio Papa II. Prædecessore nostro datis, nimirum ut non solum ipse modernus Rector a Nobis alias deputatus, & constitutus, verum etiam alii deinceps a Successoribus nostris Romanis Pontificibus in futurum in Civitate Carpenctoratensi, & Comitatu Vindascino deputandi, & constituendi ordinariam suam tam in Causis civilibus, quàm criminalibus, ac mixtis Jurisdictionem, sub infra statuendis tamen modificationibus, omnino exercere possint, ac valeant.

In Criminalibus, Sententias & Decreta non exequitur, nisi confirmata sit a Congregatione Criminali, & Vicelegato.

§. 4. Ac primùm quidem, ut in Causis criminalibus, in quibus pœna corporis afflictiva necessariò infligenda erit, ipse Rector suam sententiam, sive Decretum, quamvis inquisiti ad nostram Avenionensem Legationem minimè appellent, executioni demandare non valeat, nisi priùs Sententia, sive decretum ejusmodi fuerit expensa, vel expensum, atque confirmata, vel confirmatum a solita Congregatione Criminali in eadem Civitate Avenionensi; & ab ipso Magistro Vice-legato nostro, a quo in hujusmodi Jurisdictionis exercitio memoratus Rector dependere debet, ac tenetur.

Qui causas Criminales, & Processus confectionē potest a Rectore avocare.

§. 5. Deinde, ut idem Rector Causas criminales tunc dumtaxat cognoscat, earumque processus conficiat, cum Magister Vice-legatus sæpedictus cognitionem, confectionemque hujusmodi ad se avocare nolit; ita tamen, ut avocatio cognitionis, confectionisque præfatæ justis de causis facienda minimè interdicta censeatur Legatis, sive Vice-legatis Avenionensibus, juxta resolutionem ab hac Congregatione nostra Avenionen. die IX. mensis Septemb. anno MDCCIV. initam. & præceptam.

Quas causas Civiles cognoscat Rector in prima instantia.

§. 6. Præterea quoad Causarum civilium cognitionem, quæ quidem respiciunt Cives & habitatores Civitatis, & districtus Carpenctoratensis, debet ipse Rector tanquam Judex ordinarius in prima Instantia procedere, dummodo ad quemlibet litigantium non competat privilegium legis *Unica*, vel aliud legale privilegium, cujus vigore de Jure valeat forum Judicis ordinarii declinare, & immediatè ad superiorem Judicem appellare.

Quasve in secunda vel ulteriori.

§. 7. In iis verò Causis civilibus, de quibus jam Baronales Judices, aliique Judices, & Tribunalia subalterna suam protulerunt sententiam, ad eumdem Rectorem cognitio causarum in secunda, vel tertia instantia competit, si Reus omisso medio immediatè ad Tribunal Vice-legati appellare nolit.

§. 8. Insuper quod in Causis criminalibus tunc dumtaxat necessarium sit Carthellos, sive Citationes propria manu Vice-legati subscribi debere; cum agi contingit de impedienda, sive suspendenda prosecutione processus in sua ordinatoria, quemadmodum in sua Regula, sive ordinatione anno MDCLX. proposita bo. mem. Magister Nicolinus præscripserat.

Carthelli sive citationes quando necesse sit Vicelegati manu subscribi.

§. 9. Secus verò in cæteris casibus, videlicet cum agitur de Recursu, sive appellatione a quolibet Decreto, sive Sententia definitiva Rectoris ad Vice-legatum faciendo, sive interponenda, hujusmodi subscriptio Vicelegati haud necessaria reputatur, cum satis sit simplex, vel authenticum Decreti, sive Sententiæ exemplar producere, vel exhibere.

Quid si agatur de appellatione a Sententia vel Decreto definitivo Rectoris.

§. 10. Porro volumus, & mandamus, ut Carthelli, Citationes, & Mandata quæcumque, a Vicelegatione Avenionensi, multò magis ab hac Romana Curia expedita, in Civitate Carpenctoratensi, & universo Comitatu Vindascino, absque ulla prorsus Rectoris fortasse prætendentis *Visa*, sive *Exequatur*, debitæ executioni demandari possint, & debeant.

Citationes a Vice-legato, vel a Curia Romana expeditæ non indigent *exequatur* Rectoris.

§. 11. Ad Vice-legatos sanè pro tempore existentes spectat, atque ipsi debent recognoscere, & approbare tabellas rationum non solum sæpedictæ Civitatis Carpenctoratensis, verum etiam omnium Communitatum Comitatus Vindascini; neque ullam de quacumque alia recognitione, & approbatione, a quocumque sive facta, sive facienda rationem habere.

Vice-legati est tabellas rationum approbare.

§. 12. Rectores verò pro tempore existentes nequeunt proponere, & publicare, neque bannimenta quæcumque pro Gubernio, etiamsi œconomico Civitatis Carpenctoratensis, neque Bannimenta, neque Edicta generalia, quæ Comitatum Vindascinum respiciunt, nisi priùs Vice-legati, de iisdem instructi, eadem approbaverint.

Rectores inconsulto Vice-legato Bannimenta non proponunt.

§. 13. Rectores pariter, neque in publicis Actis, neque in qualibet etiam occasione debent sibi tribuere titulum, sive denominationem Gubernatoris Comitatûs, sed dumtaxat Rectoris Carpenctoratensis, & Comitatûs Vindascini; quemadmodum neque debent prætendere, & uti titulo Illustrissimi, & Reverendissimi insimul, sed solo Illustrissimi; neque uti, & deferre habitum Prælatitium, sive violaceum, sive nigrum, cum Rocheto, & Mantelletta, quamvis privilegio Notarii, Prothonotarii nuncupati, insigniti.

Quibus titulis & insignibus utantur.

§. 14. Volumus tamen, iis in locis, & casibus, in quibus de præterito Rectores per abusum habitum ejusmodi Prælatitium deferre consueverant, deinceps nonnisi uti Mantellone violaceo, ad instar nostrorum Cubiculariorum ab honore dictorum.

§. 15. Nunquam Rectoribus licitum esse volumus, quinimo inhibemus dare quoscumque *salvos conductus*, sive *concessiones Territorii* dictas, iis, qui sibi perfugium quærunt in Comitatu Vindascino; elargimur tamen ipsis facultatem concedendi formulam illam *Pareatis*, vel *Exequatur* in casibus civilibus tantum, dummodo fuerint requisiti per solitas litteras requisitoriales a Judicibus, sive aliis personis, diverso dominio subjectis.

Salvos conductus concedere nequeunt.

§. 16. Itidem Rectoribus inhibitum esse declaramus, se se in rebus ad Cameram Carpenctoratensis Civitatis, & Comitatûs Vindascini pertinentibus quomodolibet immiscendi, & ingerendi; cum negotia hujusmodi ad Præsidentem Apostolicæ Cameræ Carpenctoratensis dumtaxat spectent.

Nec se immisce e rebus spectantibus ad Cameram Carpenctoraten., & Vindascinam.

§. 17. Quoad autem propinas in causis a Rectoribus percipiendas, exigendasque, servetur omnino taxa statuti, & taxa quoque cl. mem. Octavii Cardinalis Aquaviva.

In propinis quæ taxa servanda.

Homagia tamen excipiunt nomine S. Sedis.

§. 18. Quoad verò homagia obedientiæ, & fidelitatis a tribus Venerabilibus Fratribus Comitatus Vindaſcini Epiſcopis, & Baronibus, & Feudatariis Feuda in eorum Comitatu poſſidentibus, & a Conſulibus, Magiſtratibus, & Univerſitatibus præſtanda, nomine Apoſtolicæ hujus Sanctæ Sedis excipere poſſunt Rectores, ſolo dumtaxat induti habitu prædicto Mantellone, quo utuntur noſtri ab honore Cubicularii.

Quos deputent Juſtitiæ Miniſtros.

§. 19. Porrò electio, & deputatio Miniſtrorum Juſtitiæ, aliorumque Officialium Carpenctoratenſis Civitatis, præter unicos lictores, Satellites ſivè Apparitores, Birri dictos, a Rectoribus eligendos, & deputandos, iiſdem inhibita quoque eſt.

Conſulum Electioni forma præſcribitur.

§. 20. Electionem verò Conſulum ipſius Civitatis Carpenctoratenſis, quæ alias ita fieri ſolebat, nimirum, ut ex tribus perſonis per Rectores propoſitis una a Conſilio Carpenctoratenſi eligeretur in Conſulem, volumus, & mandamus, ita deinceps haben iam eſſe, ut tres perſonæ a Rectoribus proponendæ, priùs a Vicelegatis approbatæ eſſe debeant, ac ſint.

Deliberationes Conſilii Civitatis Carpenctoraten & Comitatus Vindaſcini a quibus probandæ.

§. 21. Quamvis demum deliberationes quaſcumque a Conſiliis tàm Civitatis Carpenctoratenſis, quàm omnium Communitatum Comitatus Vindaſcini, etiam ſuper oneribus, ſivè impoſitionibus Cenſuum, Tributorum, vulgo Tagliarum, ſivè Collectarum, atque aliorum ſimilium antehac ſuſceptas factaſque, Rectores pro tempore exiſtentes approbare, & confirmare ſolita fuerint; tamen, attentis abuſibus, & inordinationibus, quæ uſque ad hanc diem interceſſerunt, volumus pariter, & mandamus, ut deinceps cum deliberationes hujuſmodi Conſiliorum videantur complecti, & continere conſiderabiles ſumtus, & onera, ſivè impoſitiones Cenſuum, novorumque Tributorum, ſivè Tagliarum, Collectarumque, dictæ deliberationes expreſsè approbari, & confirmari debeant vel a Vice-legatis, vel ab ipſa Congregatione Avenionenſi; nec unquam ſufficiat approbatio, & confirmatio Rectorum.

Deſignatur Executor cum facultatibus.

§. 22. Quocirca, ut omnia, & ſingula antedicta a nobis declarata, ſtatuta, præſcripta, ac mandata, debitæ executioni demandentur, & ſerventur exactius, Tibi, Venerabilis Frater noſter, committimus, & injungimus, ut pro tua, & noſtra in præmiſſis auctoritate præſentes noſtras litteras, poſtquam typis impreſſæ fuerint, in ipſa Civitate noſtra Avenionenſi, & Civitatibus, & locis Carpenctoratenſis, & Comitatus Vindaſcini publicari & proponi, exactamque omnium & ſingulorum in ipſis Litteris noſtris contentorum diſpoſitionem obſervari facias, cures, & præcipias; contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; Tibi namque, venerabilis Frater noſter, facultates omnes ad hujuſmodi negotium neceſſarias, & opportunas, motu, & poteſtate, & auctoritate ſimilibus impertimur.

Firmantur ſuperius Statuta.

§. 23. Decernentes præſentes Litteras, & in eis contenta quæcumque ſemper firma, valida, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter obſervari debere; ſicque & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quâvis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus noſtra, & Cancellariæ noſtræ Apoſtolicæ regula de Jure quæſito non tollendo, dictarumque Civitatum, & Comitatûs etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Derogatur contrariis.

§. 24. Volumus autem, ut earumdem præſentium Litterarum tranſumtis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis Præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Fides exemplis aſſeritur.

Interim Fraternitati tuæ Apoſtolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXVIII. Auguſti MDCCLIII. Pontificatus Noſtri Anno decimo quarto.

Dat. Pont. Anno 14. die 28. Auguſti 1753.

Cajetanus Amatus.

Loco † Sigilli.

XXII.

Exemptio Canonicorum Regularium & Monialium Ordinis Præmonſtratenſis ab omni Superioritate, Juriſdictione, Viſitatione quorumcumque Ordinariorum per Prædeceſſores Pontifices, & præſertim Alexandrum V. conceſſa, innovatur ac confirmatur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Procœmium.

IN ſupereminenti Apoſtolicæ Dignitatis Solio, Divina diſponente Clementia, meritis licèt imparibus conſtituti, illiuſque vices in Terris gerentes, qui glorioſus regnat in Cœlis, ad ea, per quæ Religioſorum Ordinum, præſertim meritorum gloria, & ſanctitatis gratia redolentium quies & tranquillitas procurari jugiter valeat, peculiari affectione libenter intendimus, ac propterea gratias, & exemptionis privilegia eis a Summis Pontificibus conceſſa, quamvis aliqui eadem impugnare forſan contendant, authoritate Apoſtolica, qua fungimur in hac parte, confirmare non dedignamur, ac alias Paſtoralis Officii Noſtri partes favorabiliter interponimus, prout eorumdem Ordinum, eorumque Monaſteriis Præſidentium Perſonarum qualitatibus matura deliberatione penſatis, ad Omnipotentis Dei laudem, & gloriam, Ordinum quoque hujuſmodi conſervationem conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Regularium exemptio & privilegia quibus fundamentis innixa.

§. 1. Sanè pro parte Dilecti Filii *Nicolai Meyers moderni Procuratoris Generalis Canonicorum Regularium Præmonſtratenſium Ordinis Laudunen., aliarumque Civitatum, & Diœceſum* Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod aliàs videlicet de Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo nono felicis recordationis *Alexander Papa V.* Prædeceſſor Noſter per binas ſuas Litteras Apoſtolicas, Monaſterium dicti Ordinis Laudunen. Diœceſis, illiuſque Abbatem, & Conventum, ac univerſum Ordinem hujuſmodi una cum omnibus bonis, & Perſonis etiam utriuſque ſexus ab omni ſuperioritate, dominio, Juriſdictione, ac Viſitatione cujuslibet Ordinarii exemit, & reſpective exemptos declaravit, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjecit, quod etiam alii Romani Pontifices præfati Alexandri Succeſſores, & Prædeceſſores Noſtri, & in Concilio Generali Baſileen. piæ memoriæ Martinus Papa etiam V. Prædeceſſor Noſter reſpectivè declararunt, quarum quidem litterarum præfati Alexandri Prædeceſſoris primo loco editarum tenor eſt, qui ſequitur.

Ampliſſima exemptio Canonicis Præmonſtratenſibus a Prædeceſſoribus Pontificibus præſertim vero ab Alexandro V. conceſſa.

Ejusdem litteræ inseruntur.

„ §. 2. *Alexander Episcopus Servus Servorum Dei.* Ad futuram rei memoriam. Excitat nostræ mentis arcanum specialis affectio, qua Dilectos Filios Abbatem, & Conventum Monasterii Præmonstratensis Laudunen. Diœcesis „ sumus hactenus prosequuti, & paterno prose„ qui studio non cessamus, ut circà statum ip„ sorum, nec non Dilectorum Filiorum Abba„ tum, Prælatorum, Priorum, Præpositorum, „ Decanorum, Canonicorum, Conversorum, Do„ natorum, ac Dilectarum in Christo Filiarum „ Abbatissarum, Priorissarum, Monialium, Con„ ventuum, & Personarum in humilitatis spiri„ tu in Monasteriis, sive in Locis ejusdem Or„ dinis Domino famulantium attentæ considera„ tionis intuitum dirigentes, eo circa ipsorum „ quietem ferventiùs laboramus, ut fœcundiùs „ illorum Religio fructum in eis afferat salutare„ rem, & laudabilibus possint in Domino profi„ cere incrementis.

Causæ indulgendæ exemptionis.

Personalis, Realis, & Localis exemptio a quibuscumque Superioribus, & receptio sub Protectione S. Sedis.

„ §. 3. Hinc est, quod Nos nonnullorum Ro„ manorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum „ vestigiis inhærentes, prædictos Abbates, Pri„ ores, Prælatos, Præpositos, Decanos, Cano„ nicos, Conversos, Donatos, Abbatissas, Prio„ rissas, Moniales, & Personas cum omnibus „ Membris, Curtibus, Grangiis, Domibus, „ Possessionibus, & Personis degentibus in eis„ dem, nec non bonis mobilibus, & immobi„ libus; ac aliis rebus quibuscumque, quæ in „ præsentiarum possident, ac in futurum, dan„ te Domino, poterunt legitimè adipisci, nec „ non Ecclesias, ac alia loca ab eisdem Mona„ steriis dependentia ab omni superioritate, do„ minio, jurisdictione, nec non visitatione quo„ rumcumque Patriarcharum, Archiepiscoporum, „ Episcoporum, & aliorum quorumlibet Judicum „ Ordinariorum, & Officialium Ecclesiasticorum „ plenariè de specialis dono gratiæ cum mode„ ratione infrascripta eximimus, & totaliter li„ beramus, illaque ad jus, & proprietatem Bea„ ti Petri Apostoli, & Sedis Apostolicæ, ac sub „ eorum speciali protectione suscipimus, atque „ nostrâ; Decernentes Præmonstratense, & alia „ Monasteria, nec non Abbates, Prælatos, Prio„ res, Præpositos, Decanos, Canonicos, Con„ versos, Donatos, Abbatissas, Priorissas, Mo„ niales, Conventus, Personas cum Membris, „ Curtibus, Grangiis, Domibus, Possessionibus, „ Bonis, Rebus Ecclesiasticis, & aliis locis su„ pradictis præfatæ Sedi soli, & immediè sub„ jacere; ita quod Patriarchæ, Archiepiscopi, „ Episcopi, Judices Ordinarii, & Officiales præ„ dicti etiam ratione delicti, aut contractus, vel „ rei, de qua agi continget, ubicumque com„ mittatur delictum, ineatur contractus, aut res „ ipsa consistat, non possint authoritate Ordina„ ria in Abbates, Prælatos, Priores, Præposi„ tos, Decanos, Canonicos, Conversos, Do„ natos, Abbatissas, Priorissas, Moniales, Con„ ventus, Personas, Monasteria, Prioratus, Mem„ bra, Ecclesias, aut loca prædicta, utpotè pror„ sus exempta, excommunicationis, suspensio„ nis, aut interdicti sententias promulgare, aut „ potestatem, dominium, seu jurisdictionem ali„ quam exercere, felicis recordationis *Innocen„ tii Papæ IV.* Prædecessoris Nostri circa exemp„ tos edita, quæ incipit *Volentes*, ac aliis Con„ stitutionibus Apostolicis in contrarium editis non „ obstantibus quibuscumque.

Cujus ratione annuus Census penitandus.

„ §. 4. Volumus autem, quod Abbas, qui „ nunc est, & Successores sui Abbates, qui e„ runt pro tempore dicti Monasterii Præmonstra„ tensis, ac hujusmodi Conventus, ad judicium „ perceptæ a Nobis hujusmodi libertatis sex flo„ renos auri de Camera in Festo Beatorum Pe„ tri, & Pauli Apostolorum annis singulis Came„ ræ Apostolicæ solvere teneantur.

Irrita declarantur, quæcunque contra sic exemptos contigerit attentari.

„ §. 5. Decernimus insuper quaslibet excom„ municationum, suspensionum, & interdicti „ sententias, ac processus quoscumque, quasvis „ pœnas, atque sententias continentes, quos, „ & quas contra Abbates, Prælatos, Priores, „ Præpositos, Decanos, Canonicos, Conversos, „ Donatos, Abbatissas, Priorissas, Moniales, „ Conventus, Personas præsentes, & posteros, „ Monasteria, Prioratus, Membra, Ecclesias, „ & Loca supradicta, contra tenorem exemptio„ nis hujusmodi, quomodolibet promulgari, & „ haberi contigerit, irritos, & inanes, quoque „ per hujusmodi exemptionem, & alia supradic„ ta, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, „ & Indulgentiis, Abbatibus, Prælatis, Priori„ bus, Præpositis, Decanis, Canonicis, Conver„ sis, Donatis, Abbatissis, Priorissis, Monialibus, Personis, Conventibus, Monasteriis, Prio„ ratibus, Membris, Ecclesiis, & Locis præ„ dictis concessis, & quæ in suo robore perma„ nere volumus, ac quoad procurationes in lo„ cis, seu Ecclesiis Monasteriorum, & Mem„ brorum prædictorum recipi consuetas, & quo „ ad Jurisdictionem omnimodam, in eisdem Pa„ rochialibus Ecclesiis, quantum ad ea, quæ Cu„ ram animarum concernunt, etiamsi Cura hujus„ modi per Canonicos dicti Ordinis exerceri con„ sueverit, Diœcesanis Locorum, seu quibuslvis „ aliis nullum præjudicium generetur.

Opportuna exemptionis moderatio.

Præsertim in concernentibus curam animarum.

Confirmantur reliqua exemptionum, & privilegiorum indulta a quibuscumque obtenta.

„ §. 6. Præterea omnes libertates, & immuni„ tates a Prædecessoribus Nostris Romanis Pontifi„ cibus, nec non Patriarchis, Archiepiscopis, „ & Episcopis, eisdem Monasteriis, Prioratibus, „ Membris, Ecclesiis, & Locis concessas, nec „ non libertates, & exemptiones Sæcularium ex„ actionum a Regibus, aut Principibus, vel aliis „ Christifidelibus rationabiliter eisdem Abbatibus, „ Prioribus, Prælatis, Præpositis, Decanis, Ca„ nonicis, Conversis, Donatis, Abbatissis, Mo„ nialibus, & Personis, nec non Monasteriis, „ Prioratibus, Membris, & locis hujusmodi in„ dulta, ac etiam eorumdem Abbatum, Prio„ rum, Prælatorum, Præpositorum, Decano„ rum, Canonicorum, Conversorum, Do„ natorum, Abbatissarum, & Personarum antiquas, „ & rationabiles consuetudines, authoritate præ„ dicta confirmamus, & præsentis Scripti patro„ cinio communimus.

„ §. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc „ paginam nostræ exemptionis, liberationis, Con„ stitutionis, susceptionis, voluntatis, confirma„ tionis, & communitionis infringere, vel ei au„ su temerario contraire; Si quis autem hoc at„ tentare præsumpserit, indignationem Omnipo„ tentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Pisis „ secundo Kalendas Augusti Pontificatus Nostri „ Anno primo.

Iteratæ Alexandri Litteræ.

§. 8. Aliarum verò Litterarum Apostolicarum ejusdem Alexandri Prædecessoris secundo loco editarum tenor etiam sequitur, & est talis:

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. „ Cum de indultis, & „ gratiis Apostolicis dubitatur, decet, ut dubia „ hujusmodi, oraculo Summi Pontificis declaren„ tur. Sanè dudum nonnullorum Romanorum „ Pontificum Prædecessorum Nostrorum vestigiis „ inhærentes, Monasterium Præmonstratense „ Laudunen. Diœcesis, nec non Dilectos Fi„ lios Abbates, Priores, Præpositos, De„ canos, Canonicos, Conversos, Dona„ tos, & Dilectas in Christo Filias Abbatissas,

Concessa in Superioribus Litteris exemptio.

„ Prioriſſas, Moniales, & Conventus Monaſte-
„ riorum, & Locorum Præmonſtratenſis Ordi-
„ nis, cum omnibus Membris, Curtibus, Gran-
„ giis, Domibus, Poſſeſſionibus, & Perſonis de-
„ gentibus in eiſdem, nec non Bonis mobilibus,
„ & immobilibus, ac aliis rebus quibuſcumque,
„ quæ tunc poſſidebant, & in futurum, dante
„ Domino, poſſent juſto titulo adipiſci, nec non
„ Eccleſias, & alia Loca ab eiſdem Monaſteriis
„ dependentia ab omni ſuperioritate, dominio,
„ Juriſdictione, nec non Viſitatione quorumcum-
„ que Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſ-
„ coporum, & aliorum quorumcumque Judicum
„ Ordinariorum, & Officialium Eccleſiaſticorum
„ plenariè cum modificatione infraſcripta per alias
„ noſtras Literas eximimus, & totaliter libera-
„ vimus; ita quod Patriarchæ, Archiepiſcopi,
„ Epiſcopi, Judices Ordinarii, & Officiales præ-
„ dicti, etiam ratione delicti, aut contractus,
„ vel rei, de qua agi contingeret, ubicumque
„ committeretur delictum, iniretur contractus,
„ aut res ipſa conſiſteret, non poſſent authori-
„ tate Ordinaria in Abbates, Prælatos, Priores,
„ Præpoſitos, Decanos, Canonicos, Converſos,
„ Donatos, Abbatiſſas, Prioriſſas, Moniales,
„ Conventus, Perſonas, Monaſteria, Prioratus,
„ Membra, Eccleſias, & Loca prædicta, ut-
„ potè prorſus exempta excommunicationis, ſuſ-
„ penſionis, & interdicti ſententias promulgare,
„ aut poteſtatem, dominium, ſeu Juriſdictionem
„ aliquam exercere, quodque per hujuſmodi exemp-
„ tionem, & alia ſupradicta quoad procurationes
„ in Locis, ſeu Eccleſiis Monaſteriorum, & mem-
„ brorum prædictorum recipi conſuetas, & quoad
„ Juriſdictionem omnimodam in eiſdem Parochia-
„ libus Eccleſiis quantum ad ea, quæ curam Ani-
„ marum concernerent, etiamſi Cura hujuſmodi
„ per Canonicos dicti Ordinis exerceri conſueviſ-
„ ſet, Diœceſanis Locorum, ſeu quibuſvis aliis
„ nullum præjudicium generaretur, prout in ipſis
„ Litteris pleniùs continetur.

Ac moderatio commemoratur.

Exortæque de ea controverſiæ opportuna declaratione tolluntur.

„ §. 9. Cum autem, ſicut accepimus, nonnulli
„ de modificatione hujuſmodi diſceptantes, Dioe-
„ ceſanos prædictos nedùm in Canonicos Monaſ-
„ teriorum, ſeu Locorum prædictorum, qui pro
„ tempore curam exercent, & Eccleſias, ſeu Loca
„ regunt, antedicta ratione Curæ hujuſmodi Ju-
„ riſdictionem, poteſtatem, & dominium habere;
„ verum etiam Abbates, Priores, Præpoſitos, De-
„ canos, Canonicos, Converſos, Donatos, Ab-
„ batiſſas, Prioriſſas, Moniales, Conventus, Per-
„ ſonas, Monaſteria, Prioratus, Membra, Eccle-
„ ſias, & Loca prædicta quoad certas procuratio-
„ nes, & alia juriſdictionalia præſtanda, dicta
„ exemptione non obſtante, ipſis Diœceſanis ſub-
„ eſſe prætendant: Nos ad omne ambiguitatis tol-
„ lendum dubium in præmiſſis, quod ſi Canonici,
„ qui curam exercebunt, & Eccleſias, ſeu loca
„ hujuſmodi regent pro tempore, Diœceſanis, aut
„ aliis locorum Ordinariis hujuſmodi, quoad exer-
„ citium hujuſmodi Curæ Animarum dumtaxat,
„ ſubeſſe, & ratione earumdem Eccleſiarum Epiſ-
„ copalia jura ſolvere, aliaque ipſarum Eccleſia-
„ rum onera ſupportare, & reſpondere teneantur:
„ Abbates tamen, Priores, Præpoſitos, Decanos,
„ alios Canonicos, Converſos, Donatos, Abbatiſ-
„ ſas, Prioriſſas, Moniales, Conventus, perſonas,
„ Monaſteria, Prioratus, Membra, Eccleſias, & lo-
„ ca præfata a præſtatione procurationum, & alio-
„ rum Juriſdictionalium quorumcumque, nec non ju-
„ riſdictione, poteſtate & dominio præfatis, libe-
„ ros, & immunes exiſtere authoritate Apoſtolica
„ tenore præſentium declaramus. Decernentes ex
„ tunc irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his a
„ quoquam quavis authoritate ſcienter, vel igno-
„ ranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino
„ hominum liceat hanc paginam noſtræ declara-
„ tionis, & Conſtitutionis infringere, vel ei auſu
„ temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare
„ præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei,
„ ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus
„ ſe noverit incurſurum. Datum Bononiæ Kalen-
„ dis Martii Pontificatus Noſtri Anno Primo.

§. 10. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjun-gebat, nonnulli locorum Ordinarii, non obſtanti-bus exemptione, & declaratione hujuſmodi, exemp-tionem præfatam impugnare forſan prætendant, propterea que dictus Nicolaus plurimum cupiat bi-nas ſupradictas Literas Alexandri Prædeceſſoris præfati ad quaſcumque difficultates, & prætenſio-nes ſuper exemptione præfata, qua dictum Ordi-nem ſemper gaviſum fuiſſe, & gaudere Nobis eſt notum, ab eiſdem Ordinariis excitatas tollendas; & pro exemptionis præfatæ majori ſubſiſtentia per Nos, & Sedem Apoſtolicam, ut infra, approbari, & confirmari. Quare pro parte dicti Nicolai No-bis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus ſibi in præ-miſſis opportunè providere de benignitate Apoſto-lica dignaremur. Nos igitur, qui quantùm cum De-mino poſſumus, ſingulorum Ordinum pacem, & in ſecuritate conſervationem per Privilegiorum eiſdem conceſſorum ſtabilitatem paternis, & ſinceris de-ſideramus affectibus, eumdem Nicolaum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a qui-buſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & inter-dicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſe-quendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati binas præfatas Literas dicti Alexandri Prædeceſſo-ris, & in eis contenta quæcumque Apoſtolica au-thoritate tenore præſentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ fir-mitatis robur adjicimus.

Excitatis iterum, vel præviſis de eadem exemptione controverſiis.

Occurrit Pontifex confirmando ſuperius relatas Alexandrinas Litteras.

§. 11. Præſentes quoque Literas Apoſtolicas ſemper, & perpetuò validas, & efficaces eſſe, & fore ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac omnibus, & ſingulis, ad quos quo-modolibet nunc ſpectat, & ſpectabit pro tempore in futurum, firmiter, & inviolabiliter obſervari de-bere, ac nullo unquam tempore, ex quocumque ca-pite, vel qualibet cauſa quantumvis juridica, & le-gitima, etiam ex eo, quod quicumque locorum Or-dinarii, aut alii in præmiſſis, & circa ea quomodo-libet, & ex quavis cauſa, ratione, actione, vel oc-caſione Jus, vel intereſſe habentes, aut habere præ-tendentes, illis non conſenſerint, nec ad id vocati, citati, & auditi fuerint, & cauſæ, propter quas eæ-dem præſentes Literæ emanaverint, adductæ, ve-rificatæ, & juſtificatæ non fuerint, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, ſeu invaliditatis vi-tio, ſeu intentionis noſtræ, aut Jus, vel intereſſe ha-bentium conſentus, aut qualibet alio quantumvis magno, ſubſtantiali ac individuam mentionem, & expreſſionem requiren. defectu, aut ex quocumque alio capite notari, impugnari, invalidari, retracta-ri, aut ad viam, & terminos Juris reduci in Judi-cio, vel extra poſſe, neque ipſas præſentes Literas ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, de-rogationibus, aliiſque contrariis diſpoſitionibus com-prehendi, ſed ſemper, & omnino ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & va-lidiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ac de novo etiam ſub quacumque poſteriori Data per dictum Nicolaum modernum, ac pro tempore exiſtentem primodicti Monaſte-rii Abbatem, quandocumque eligenda conceſ-ſas eſſe & fore, ſicque & non aliàs in præmiſ-ſis omnibus, & ſingulis, per quoſcumque Judi-ces Ordinarios, vel Delegatos quavis auctorita-te fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardina-les etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, di-ctæque Sedis Nuncios judicari, & definiri debere, & ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate

Clauſulæ & Decreta pro præmiſſorum firmitate.

Aliter judicari prohibetur.

ſcienter,

scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Derogatio contrariis.

§. 12. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, universalibus, generalibusque Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac primodicti Monasterii, & Ordinis præfati etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis quibusvis Superioribus, & personis in genere, vel in specie etiam in contrarium præmissorum forsan quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, aliàs de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut etiam aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nil penitùs omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent eisdem præsentibus, pro plene, & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat latissimè, & plenissimè, ac specialiter, & expressè harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio pœnalis.

§. 13. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, roboris, adjectionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. Pontif. anno 14. 11. Sept. 1753.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quinquagesimo tertio, Tertio Idus Septembris, Pontificatus Nostri Anno Quartodecimo.

Ph. Rinaldi.	*Ph. Frigerius.*
F. Pratesi.	*I. Rey.*
I. Miliatus.	*I. M. Travagli pro Rmo Correctore.*
Loco † Plumbi.	*I. Rosa.*

XXIII.

Oppidum Mathelicæ in Picæno ad primævum Statum Civitatis reintegratur, & quatenus opus sit, ex integro erigitur, ac instituitur, cum omnibus honoribus, juribus, & prærogativis, cæteris ditionis Pontificiæ Civitatibus competentibus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procœmium.

CIRCUMSPECTA Romani Pontificis gratiarum Dispensatoris providentia devotos, & fideles suos, & Temporalis S. R. E. Ditionis Subditos, præsertim illos, qui sinceræ fidei, & devotionis affectum erga Apostolicam hanc Sanctam Sedem gerere comprobantur, amplioribus honoris, decoris, & honorificentiæ Titulis, nec non specialis benevolentiæ favoribus amplecti solet, prout Personarum, Locorumque qualitatibus, & meritis conspicit convenire.

Terra Mathelicæ antiquitus titulo, & juribus Civitatis gavisa fuit.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii Consalonerius, & Priores Terræ nostræ Mathelicæ, repræsentantes etiam dilectos Filios illius Universitatem, & Homines, quod Terra prædicta transactis temporibus, non solùm titulo, verùm etiam honoribus, & prærogativis, quibus Nobiles, & præcipuæ Civitates, potissimum ejusdem Status Nostri Ecclesiastici gaudere solent, semper fuerit gavisa, quod autem dictos honorem, & Titulum Civitatis aliàs meruerit, manifestum apparet tùm ob illius ab ultima antiquitate fundationem, prout Historici multa eruditione clari; illam nempè post sæculum ab Urbe condita, evenisse asserunt, tùm quia tempore Romanæ Reipublicæ, & Imperatorum inter magis conspicua, & illustriora Picæni Municipia habebatur, propter illius Cives in bello præstantes, & Incolarum frequentiam, ac demùm ab initio Catholicæ Ecclesiæ gloria Cathedræ Episcopalis claruit, prout testantur bon. mem. Æquitius, qui Concilio Romano anno 487. celebrato interfuit, & Florentinus Episcopi Mathelicenses, qui damnationem in Civitate Constantinopolitana contra Theodorum Episcopum Cæsareæ a fel. record. Vigilio Romano Pontifice Prædecessore Nostro latam, subscripsit. Postmodum verò ob temporum vicissitudines non solùm prædictis honore, & gloria Cathedralis Ecclesiæ, quippe quæ Cathedrali Ecclesiæ Camerinensi canonicè unita fuit, verum etiam ejus decore paulatim fuit privata, itaut a plerisque Populorum deinde tanquam minimè illustris, & antiqua Picæni Civitas habita fuerit: quamvis interea quamplurimi ex ea tum pietatis, & sanctitatis, tùm literarum, & armorum laude illustres Viri, Incolæque, & Ecclesiarum Cathedralium Præsules, Romanæque Curiæ Prælati, & S. R. E. præfatæ Cardinales ortum duxerunt.

Vetustissima fundatione illustris.

Necnon præstantium Virorum fama, ac Episcopalis Sedis prærogativa.

§. 2. Ipsa verò Terra, uti cæteræ Status Nostri Ecclesiastici Civitates, gubernari, & regi pergit, atque in ea Gubernator a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super Consultationibus Communitatum, & Universitatum Status Nostri Ecclesiastici prædicti Deputatorum electus (qui aliàs ex Signaturæ Referendariis erat) cum titulo Judicis residet; pluresque artes, & artificia, & potissimùm Lanificii, illiusque Commercium in ea florent. Memoratæ præterea Terræ Magistratus ex duplici Personarum gradu, Consaloneriis nempè, qui existunt ex Familiis præcipuis ejusdem Terræ sanguine conjunctis cum aliis quoque Nobilioribus aliarum Status Nostri præfati Civitatum Familiis, ac Prioribus Civibus constituitur. Insuper in dicta Terra, ejusque Territorio sex circiter mille Incolæ, & Habitatores numerantur, ac antiqua Sæcularis, & Collegiata cum Archipresbytero, prima Dignitate, tresdecim Canonicis, comprehensis in eis Theologali, & Pœnitentiario, atque una quidem in ipsa Terra, quatuor verò distinctæ Parochiales Ecclesiæ in ejus Territorio, sex itidem Virorum Regularium Cœnobia, una Domus Presbyterorum Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii, & duo Monialium Monasteria, Mons Pietatis, duo pro Infirmis Xenodochia, seù Hospitalia, Undecim Laicorum Confraternitates sub nonnullorum Sanctorum Invocationibus, decem specialium Artium Universitates, & sex Montes Frumentarii ad publicum, Pauperumque commodum, & levamen erecti reperiuntur. Ea propter dicti Exponentes pro eorum, ac Terræ hujusmodi, nec non illius, ac Territorii præfati Incolarum, Habitatorumque decore Terram prædictam antiquo decore Civitatis nomine insigniri, sivè potiùs restitui, atque reintegrari plurimum desiderant; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Recensentur insigniores ejusdem prærogativæ, quibus vel nunc illustratur.

§. 3.

Ex quibus ad titulum, honores, & jura Civitatis redintegratur.

§. 3. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares Personas a quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & pœnis a jure, vel ab Homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantùm consequen. harum serie, absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus etiam Dilecti Filii Nostri Hieronymi memoratæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis Columnæ nuncupati, ejusdem Terræ apud Nos, & dictam Sedem Protectoris, ejusdemque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vice-Cancellarii, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, atque etiam motu proprio, & certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Terram Matelicæ veteri Episcopali jamdudùm dignitate ornatam, tituloque præstantis Civitatis etiam ditatam, in primævum, & pristinum Civitatis honorem, cum omnibus, & singulis privilegiis, indultis, facultatibus, præeminentiis, gratiis, & immunitatibus suis, restituimus, & in antiquum statum, & denominationem Civitatis reponimus, & plenariè reintegramus, ac quatenus opus sit, Terram Matelicæ præfatam in Civitatem perpetuò erigimus, instituimus, & confirmamus, eique Civitatis titulum, ac denominationem, cum omnibus honoribus, juribus, prærogativis, ac decorationibus, quæ cæteris omnibus Ditionis Nostræ Pontificiæ Civitatibus competere dignoscuntur, nec non Magistratui ejusdem Terræ in Civitatem, ut præmittitur, erectæ consuetis honoribus, & Insigniis, quibus aliarum ejusdem Ditionis Civitatum Magistratus de jure, usu, & consuetudine, gaudere, seu uti possunt, pariformiter, ac pari modo, & absque ulla differentia gaudere, potiri, & uti, concedimus pariter, & impertimur, ac ejusdem Terræ Incolas, & Habitatores Civium nomine decoramus, ita tamen, ut pro tempore existens Episcopus Camerinensis in dicta Terra per Nos in Civitatem, sicut præmittitur, per præsentes erecta residere minimè teneatur, sed illa Ecclesiæ Camerinensi, ut antea, subjecta remaneat.

Ecclesiæ tamen Camerinensi subjecta relinquitur, nec in ea Episcopus residere jubetur.

Clausulæ pro præmissorum firmitate.

§. 4. Decernentes easdem præsentes Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ, propter quas præsentes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex alia quantumvis justa, legitima, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, aut adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra, uti, sese juvare posse: sed ipsas præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia pleniissimè suffragari; sicut in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfatæ Camerarium, & alios Cardinales etiam de Latere Legatos, & alios quoscumque quavis præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, defineri debere; ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Aliter judicari prohibetur.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit, dictæ Terræ, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Ampliſſima derogatio contrariis.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVI. Septembris MDCCLIII. Pontificatus Nostri Anno Decimoquarto.

Data Pontificatus anno 14. die 26. Septembris 1753.

D. Card. Passionеus.

Publicat. eodem die, mense, & anno.

De cultus Maronis Epistola ad R. P. Nicolaum Lercari a Secretis Congregationis de Propaganda Fide. XXIV.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Attentata adversus S. Maronis cultum & imagines, exoraq. inde dissidia recensentur.

INTER cætera scripta Nobis exhibita, cum nuper ad Nos accessisti, illud deprehendimus, quod ad cultum Sancti Maronis Abbatis pertinet. Scripsit enim ad Congregationem de Propaganda Fide Dilectus Filius Frater Desiderius a Casabasciana Min. Observ., quem nos Ablegatum Nostrum misimus ad Ven. Fratrem Patriarcham Maronitarum, scripsit, inquam, Imagines Sancti Maronis Romæ impressas, a Ven. Fratre Patriarcha Græco-Melchita Cyrillo discissas fuisse, & palam ab ipso declaratum, Sanctum Maronem inter Sanctos minime numerari, quippe qui hæreticus vixerit, atque obierit, idque gravibus dissidiis Maronitas inter, & Græco-Melchitas occasionem præbuisset; timendum insuper, ne hujusmodi turbæ quotidie magis ingravescant; neque tumultum sedari, & compesci potuisse; tum quia post suum discessum e Locis, ubi ignem restringuere curaverat, nonnulli Presbyteri palam dixerant, eum nullam auctoritatem habere quæstionis definiendæ, utrum Maro Sanctus extiterit, an hæreticus; cum præsertim eorum Patriarcha assereret, Maronem, cum inter vivos ageret, & cum e vita decessit, hæresi pollutum fuisse: tum quia per Moncalles, ubi residet Patriarcha Græco-Melchita, quum iter fecisset, ut cum eo colloqueretur, ipsum non

invenerat,

invenerat, & aliquibus de causis permissum sibi non fuerat, ut ulterius ad eum assequendum progrederetur.

Factum improbat Pontifex.

§. 2. Non solum admiratione nos affecit, sed maxime commovit, quod temere, atque inconsulte factum est a Ven. Fratre Patriarcha Cyrillo, qui ut eruditionem fortasse ostentaret, sua agendi ratione, non dicam restaurare, sed auctoritate sua controversiam jam extinctam definire tentavit; quasi vero ejusdem conditio, vel meritum nobis, aut Congregationi minime innotescant, & quod deterius est, Sancti nomine, & cultu eum, quoad potuit, privare, qui a pluribus jam sæculis cum Apostolicæ Sedis approbatione hujusmodi honore decoratur.

Theodoreti, & Chrysostomi Testimonia de Maronis sanctitate

§. 3. Ut tibi compertum est, Sanctus Maro vixit sub finem sæculi quarti, & initium quinti. Theodoretus, qui auctor coævus dici potest, cum circa dimidium sæculi quinti floruerit, vitam illius scripsit, in qua heroicæ Sancti Maronis virtutes, & insigniter gesta enarrantur. Theodoretus Cyri Episcopus extitit, librum composuit *de vitis Patrum*, inscriptum *Philotheus*, sive *religiosa historia*; cujus duæ sunt latinæ versiones; quarum una habetur in vitis Patrum, auctore Rosveido, altera Gentiani Herveti in *tom.* 3. Operum ejusdem Theodoreti, editionis Sirmondi. Porro sex distinctis locis Theodoretus collaudat sanctitatem Sancti Maronis, quemadmodum videre est in editione Rosveidi *de Vitis Patrum cap.* 16. *pag.* 827, *&* 828. *& cap.* 21. *pag.* 832. *& cap.* 22. *pag.* 838. *& cap.* 24. *pag.* 840. *& cap.* 30. *pag.* 850. Legitur quoque inter epistolas Sancti Joannis Chrysostomi trigesima sexta inscripta ipsi Abbati Maroni, in qua ipsius virtutes laudibus prosequitur, ejusque orationibus sese commendat. Porro ut os occludatur quibusdam non admodum sanæ cognitionis, qui conati sunt auctoritatem adimere vitis a Theodoreto conscriptis, quorum numero adnecti possunt Andreas Rivetus in suo *lib.*: *Criticus Sacer lib.* 4. *cap.* 21. Robertus Cocus *in sua Censura quorundam Scriptorum veterum pag.* 390. Fridericus Spanhemius: *In Historia Christiana sæculi quinti* §. 10. *col.* 1030. Non defuerunt viri sublimis doctrinæ, atque accuratæ critices, qui ad ipsius historiæ integritatem sartam tectam tuendam, operam suam mentemque contulerint, in quorum numero recensendi sunt Labbæus in Dissertatione de Theodoreto in Opere Bellarmini *de Scriptoribus Ecclesiasticis* editionis Venetæ *anno* 1728. *pag.* 155. Garnerius *in Dissert.* 2. *de Libris Theodoreti tom.* 5. Operum ipsiusmet Theodoreti editionis Parisiensis *anno* 1684. *pag.* 199. Tillemontius *in Vita Theodoreti art.* 48. *tom.* 15. *pag.* 329. Natalis Alexander *in historia Ecclesiastica sæculi V. cap.* 4. *art.* 28. §. 1. *num.* 1., atque novissimus eruditus Ceillier *in historia universali Auctorum Sacrorum, & Ecclesiasticorum tom.* 14. *cap.* 14. *art.* 2. §. 6. *num.* 2. *in fine pag.* 94.

Fides & auctoritas Patrum vitis a Theodoreto scriptis vindicata.

Et præsertim vitæ S. Maronis, accuratiorum Historicorum consensu, & Clementis VIII. facto comprobatæ.

§. 4. Et quod gravioris momenti esse debet, nostri Scriptores, & Historici accuratiores, & quidem non admodum creduli, neque ingenti acumine destituti, fidem quam maximam præbuerunt vitæ Sancti Maronis a Theodoreto descriptæ, cum ipsius virtutes, factaque glorioſa ita singillatim referant, quemadmodum a Theodoreto enarrantur, & commendantur. Proinde Sancti Maronis vitæ, quæ a Theodoreto scripta est, omnimodam adhibent fidem. Adeantur Bollandistæ *die* 14. *Februarii tom.* 2. *ejusdem mensis*, Bailletius *in suis vitis Sanctorum eadem die.* Tillemontius *tom.* 12. *suæ historiæ Ecclesiasticæ in vita prædicti Sancti pag.* 412. *& sequen.* Neque illud ullo modo conticendum est, quod Pontificatum administrante Clemente VIII., eum Romæ typis consignatum fuisset Missale Maronitarum, cum ejus Nationis patrocinium sustineret fel. mem. Gabriel Cardinalis Palæotus, evulgandi facultas a Summo Pontifice ea conditione solum obtenta est, ut sub ejusdem initio poneretur Vita Sancti Maronis deprompta ex Theodoreti historia, sicuti diligenter observatum fuit, quemadmodum Clarissimus Cardinalis Jacobus Perronius testatus est: *Verba feci cum Sanctissimo Domino Nostro de vulgando Missali Maronitarum, quod typis jam pridem excusum est, annuitque sua Sanctitas, ut præfixa hac Præfatione* (quæ est vita Sancti Maronis desumpta ex Theodoreto) *publicaretur.*

Alia testimonia de virtutibus & sanctitate Maronis.

§. 5. Accedit, quod insigne fuit Cœnobium S. Maronis, ut liquet ex epistola Archimandritarum Syriæ secundæ ad Hormisdam Pontificem data *anno* 517., in qua se in primis subscribit Alexander *Archimandrita*, vel, quod idem est, *Abbas Sancti Maronis*, ut apparet *ex tom.* 5. Collectionis Conciliorum Labbæi editionis Venetæ *pag.* 598. ex Annalibus Cardinalis Baronii *ad annum Christi* 517. *num.* 53. Et in Actis Concilii Constantinopolitani habiti *anno* 536. mentio habetur de eodem Cœnobio, ibique semper Sancti, vel Beati nomine Maro nuncupatur, ut legenti constabit *cit. tom.* 5. *pag.* 967. *pag.* 978. 994. 999. *pag.* 1075. 1083. 1099. 1111. *& pag.* 1223. Insuper Pagius in Critica ad Annales Cardinalis Baronii *ad annum* 400. *num.* 17. *& sequen.* postquam commemoravit virtutes Sancti Maronis, orationem convertit ad Cœnobium ipsius Sancti Maronis, laudibusque prosequitur Religionem Catholicam illorum Monachorum, ac veluti firmum quoddam Catholicæ Religionis universo in Oriente adversus hæreses propugnaculum prædicat; martyrium scilicet indicans, quod Imperante Anastasio pro Concilii Chalcedonensis defensione tercentum quinquaginta ex illis Monachis fortiter pertulerunt; eorum quippe mentio habetur in Romano Martyrologio *die* 31. *Julii*, quo in loco extant præterea adnotationes Venerabilis Cardinalis Baronii. Neque prætereundum est in Ecclesia Collegii Maronitarum hujus Almæ Urbis imaginem Sancti Maronis in Tabula Majoris Altaris depictam publicè coli, ejusque diem festum quotannis celebrari.

Unde illius festus dies spiritualibus Indultis a Pontifice decoratus.

§. 6. Hæc omnia mirificè illustrant sanctitatem Sancti Maronis, tum etiam ostendunt quam rectè, atque legitimè rogatu Venerabilis Fratris Simeonis Patriarchæ Antiocheni, & exemplo eorum, quæ peracta fuere in Litteris Apostolicis Prædecessoris Nostri Clementis XII., ostendunt, inquam, quam justè in quodam Brevi a Nobis emisso *die* 12. *Augusti anno* 1744. largiti simus Indulgentiam plenariam utriusque sexus Christifidelibus, qui Confessione, & Sacra Communione expiati, *die* 9. *Februarii*, quo a Maronitis celebratur Festum S. Maronis eorum primarii Patroni, adibunt Sacras Ædes Monachorum, & Monialium Ordinis Sancti Antonii Abbatis, Congregationum tam Montis Libani, quàm Sancti Isaiæ, & concordiam inter Principes Christianos, hæresis excidium, & Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltationem a Deo enixè rogabunt: Quæ singula luculenter patefaciunt, quam illegitimè (ut loquamur remissius) Ven. Frater Patriarcha Cyrillus adversus Sancti Maronis cultum se gesserit.

Occasio indicatur erroneæ sententiæ de S. Marone invectæ

§. 7. Neque erit difficile rationes investigare, quæ Ven. Fratrem Patriarcham Cyrillum eam in rem impulerunt. Affirmant Maronitæ a Sancto Abbate Marone se originem ducere, & a Catholica Religione nunquam recessisse, nec ab Ecclesiæ unitate se unquam disjunxisse; addunt præterea, quod, cum ipsi unionem cum Ecclesia Romana renovaverint, id minime interpretari debet, quasi Catholicam Religionem aliquandò deseruerint, iterumque ad ipsam reversi fuerint.

At verò alii contrarium senserunt; arbitrati nimirum sunt, Maronitas de Monotelitarum Schola prodiisse, Maronem eorum Caput extitisse, eumdemque hæresi adhæsisse atque solummodo *anno* 1182. ab Aimeto tertio Patriarcha Latino Antiocheno Maronitas fuisse ad Romanam Ecclesiam revocatos. Hæc omnia videre est apud Lexicum universale Gallicum & Latinum *tom* 5. ad verbum *Maronitæ*, & apud magnum Lexicum Morerii editionis Parisiensis *anno* 1747. *tom. 6.* ad verbum *Maronitæ*.

Willelmi. & Eustachii narrationes de Monachonomine Marone hæretico, deque ejus Cœnobio.

§. 8. Willelmus Archiepiscopus Tyri *lib. 22. Sacri Belli cap.* 8. narrat, ea, quæ paulo ante indicavimus, ab alterius opinionis Sectatoribus produci. Verum, quoniam auctoritas Willelmi satis minime foret ad sententiam, quæ Maronitis opponitur, roborandam, & fortasse ipse quoque Willelmus id agnovit, ea de re provocatum est *ad tom.* 2. Annalium Eutychii Alexandrini, qui *pag.* 19. ita scripsit: *Fuit tempore Mauritii Imperatoris Romanorum Monachus quidam nomine Maron, qui ajebat, duas esse Christi Domini nostri naturas, & unam voluntatem, unam operationem, unamque Personam &c. Cumque mortuus esset Maron, incolæ urbis Hamath (Apameæ) Monasterium in Hamath excitarunt, quod Dair Marum, id est Cœnobium Maronis appellarunt. Fidemque Maronis professi sunt.*

Minus vera probatur.

§. 9. Negligentiam minime præfetulerunt Scriptores Maronitæ in exponendis, & palam faciendis erroribus, in quos inciderunt Eutychius Alexandrinus, Willelmus Archiepiscopus Tyri, aliique eorum Sectatores. Id innotescet, si legatur Dissertatio Fausti Nironis *de origine, nomine, ac religione Maronitarum*, quæque præstanti eruditione a Dilecto Filio Josepho Simonio Assemano Prælato Nostro Domestico declarata fuere in suo *tom.* 1. *Bibliothecæ Orientalis pag.* 498., quibus accedit Pagius Gallus scriptor in sua Critica ad Annales Cardinalis Baronii *ad annum Christi* 1182.: Atque, ut verum dicamus, quando error unius in Christo voluntatis atque operationis exordium habuit, ut omnibus notum est, regnante Heraclio; quomodo fieri potuit, ut idem error Mauritii tempore viguerit? qui dici potest, quod ait Eutychius, Cœnobium excitatum fuisse post mortuum illum Maronem, de quo ipse sermonem habet, cum ducentis antea annis ædificatum jam deprehendatur, atque dicatum S. Maroni Abbati? quandoquidem scribit Procopius Cæsarienfis *lib.* 5. de ædificiis Imperatoris Justiniani, ab eo restauratum Cœnobium Sancti Maronis; compertumque est, e vivis decessisse Justinianum *anno* 565., atque Mauritium mortuum esse *anno* 602.

Et quatenus veræ, evincerent, duos extitisse Abbates Marones.

§. 10. Paternam Sedis Apostolicæ benevolentiam erga Maroniticam Nationem desiderari non patiemur. Nos quippè in unum congessimus laudes nostrorum Prædecessorum, atque etiam nostras consociavimus in quadam Allocutione Consistoriali edita in Appendice nostri Bullarii *Tom. II. pag.* 42. * At omisso in præsentiarum quocumque partium studio erga Maroniticam Gentem; atque eruditis ejus Nationis scriptoribus, qui Romæ etiam versantur, curâ remissâ ab Adversariorum telis vindicandi perpetuam stabilitatem Sanctæ Catholicæ Religionis in suis Regionibus, si id necessitas (quod non credimus) postulet, atque Maronitarum originem a S. Abbate Marone propagatam; his, inquam, prætermissis, id unum reponimus, quod nempe, etiamsi veritati consentanea videantur, quæ narrat Eutychius, aliud inde nequit inferri, nisi duos Abbates Marones extitisse, Sanctum unum, alterum hæreticum: Porrò cum ejusdem nominis appellatio non evincat, Sanctum fuisse hæreticum, aut hæreticum Sanctum, neque etiam cultum exhibitum Sancto, præstitum etiam, aut præberi hæretico; inde manifestè consequitur, Venerabilem Fratrem Patriarcham Cyrillum auferentem Beato Abbati Maroni Cultum, non solum suæ auctoritatis limites excessisse, verum etiam se irreligiosum præstitisse adversus hominem, qui tot jam sæculis inter Sanctos habitus est, ad cujus etiam Cultum publicum promovendum non destiterunt Romani Pontifices populos allicere, Indulgentias superiùs commemoratas impertiendo.

* In hac Editione Tom. XVII. pag. 149.

Probatur id ex ipsa temporum collatione.

§. 11. Paulò ante dictum est, quod, etiamsi concedatur, verum esse quod refert Eutychius, aliud exinde non sequitur, nisi duos Abbates Marones, Sanctum unum, hæreticum alterum extitisse. Hæreticus ille erit, de quo ipse loquitur, quique, ipso teste, vixit tempore Mauritii Imperatoris, vita functi, quod indicatum jam est, *anno DCII.* At Sanctus ille est, qui vixit, Imperium regente Arcadio, qui ab *anno CCCXCV.* usque ad *annum CCCCVIII.* principatum obtinuit; atque ejus vitam scriptis complexus est Theodoretus Scriptor coævus non exiguæ auctoritatis. Affirmavimus ejusdem nominis appellationem causam non esse, cur Sanctus hæreticus existat, aut hæreticus Sanctus, vel cur honor Sancto habitus, traditus hæretico intelligatur; atque hæc propositio adeò naturæ lumine perspicua est, ut confirmationibus non egeat. Itaque solummodo indicabimus, exemplum confusionis unius, & alterius Abbatis Maronis unicum & singulare nequaquam esse, cum duo pariter Raymundi Lullii, duo Johannes Cantii extiterint, de quibus prolixius verba fecimus in nostro Opere *de Canonizatione Sanctorum.* Ex Raymundis unus martyrii fama prædicatur; at non alter, qui infelicem vitam, ac mortem sortitus est. Unus pariter Johannes Cantius Beati nomine insignitur, & approbatione Apostolicæ Sedis publica gaudet veneratione; alter veluti hæresi inquinatus execratur. Quamobrem manifeste apparent irreligiosi conatus Ven. Fratris Patriarchæ Cyrilli, qui sub specie interdicendi Cultum Maroni hæretico, quem nominat Eutychius, revera ademit Maroni Catholico, de quo mentionem facit Theodoretus; quandoquidem Sancta Sedes in suis confessionibus unice semper intellexit colere Beatum illum Abbatem Maronem, de quo scribit Theodoretus, idemque ut ab aliis coleretur, præscripsit. Idque liquidò constat ex iis, quæ superius a Pontifice Clemente VIII. peracta esse commemoravimus. Tuum erit omnia enunciare Congregationi, atque necessarias, easque opportunas facultates accipere, atque de ejusdem, nostroque etiam mandato Litteras dare Ven. Fratri Patriarchæ Cyrillo, ut ea revocet, quæ patravit, neque audeat publica veneratione Beatum Abbatem Maronem privare, nec discordias serere Græco-Melchitas inter, & Maronitas. Quod si consentaneum judicabitur hanc Epistolam, quam tibi dedimus, ad ipsum mittere, ut certior fiat de nostra voluntate, id præstare liberum tibi erit: Nos interim Apostolicam Benedictionem tibi impertimur.

Asseruntur exempla, quibus non semel contingit, ut uno nomine & Sanctus & Hæreticus designarentur.

Nec tamen proinde exorta in cultu exhibendo confusio.

Turbatus temere S. Maroni cultus restituijubetur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 28. Septembris 1753. Pontificatus Nostri Anno decimo quarto.

Dat. Pontific. Anno 14. die 28. Septembris 1753.

Ju-

XXV.

Jurisdictio Congregationis super Bono Regimine Communitatum Ditionis Ecclesiasticæ tum in Œconomicis, tum in Judicialibus negotiis & causis cognoscendis, definitur; eidemque certa methodus in utrisque procedendi præscribitur.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium. GRAVISSIMARUM sollicitudinum, quibus in ardua Reipublicæ procuratione quotidie afficimur, non aliud solatium habemus, quàm quod spectataNobis utilitatis publicæ incrementa suppeditant, dum Nostris curis atque laboribus subjectorum populorum commoda promovere, ac providis institutis & legibus in perpetuum quoque tempus communire gaudemus. Quo in genere non modicum Nos beneficium contulisse putamus omnibus & singulis Civitatibus, Terris, & Locis sub temporali Nostro & Apostolicæ Sedis Dominio constitutis, quum nuper ad œconomicam Communitatum Ditionis Ecclesiasticæ administrationem mentis nostræ oculos intendentes, universum ordinem & statum Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super Bono earumdem Communitatum Regimine deputatorum, omnemque agendi rationem, quæ in ea servatur, distincte cognoscere voluimus, indeque oblatam Nobis occasionem amplexi sumus nonnulla statuendi & ordinandi, quæ his Nostris Litteris perpetuæ legis vim habituris edicere & promulgare deliberavimus, quæque in magnum earumdem Communitatum emolumentum, omniumque adeo & singulorum Ecclesiæ Romanæ in temporalibus subditorum levamen & utilitatem cessura fore certò confidimus.

Pontificis studium de publica subditorum utilitate, quo adductus Oeconomicam administrationem Communitatum Status Ecclesiastici recognoscere voluit.

Ac plura super eadem edicere deliberavit.

§. 1. Sanè felicis recordationis Prædecessor Noster Clemens Papa VIII., ut singularum ejusdem Ditionis Ecclesiasticæ Communitatum Bona & redditus eâ, qua decet, fide & cura, utiliter & provide administrarentur, pravique abusus tollerentur, qui in publicum & commune damnum irrepsisse tunc temporis agnoscebantur, per suam perpetuo valituram Constitutionem datam in Monte Quirinali Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, Decimo octavo Kalendas Septembris, quæ incipit -- *Pro commissa*, -- complura sapienter præscribit, ab unusquisque Civitatis, Terræ, Oppidi, Castri, & Loci Gubernatoribus, Magistratibus, & Officialibus observanda, quorum executioni non solum ordinarios Apostolicæ Sedis Ministros, tam in Romana Curia & Urbe, quàm in iisdem Provinciis & Locis jurisdictionem exercentes, advigilare voluit & mandavit; verùm etiam peculiarem Congregationem trium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium ab ipso deputatorum præcipuo studio instare præcepit; Ad quem effectum, per alias suas Litteras in forma Brevis die trigesima sequentis Mensis Octobris editas, quarum initium est -- *Cum per Constitutionem* -- iisdem Cardinalibus nonnullas facultates concessit, quibus suffulti, certas appellationum atque recursuum Causas, necnon Exemptionum seu Immunitatum, ac Remissionum, sive Defalcationum, aliasque hujusmodi Communitatum & Universitatum controversias activas atque passivas, etiam judiciali methodo non servata, cognoscere, ac definire, & ut earumdem credita exigerentur, expeditissima ratione providere possent; quæ latiùs in dicta præfati Clementis Prædecessoris Constitutione, & subsequutis hujusmodi Litteris continentur.

Ordinationes editæ a Clem. VIII. & Congregatio triû Card. ab ipso instituta.

§. 2. Postmodum verò similis memoriæ Prædecessor quoque Noster Paulus Papa V. per suas sub Annulo Piscatoris die quarta Junii Anni Millesimi sexcentesimi quinti editas Litteras, duplicato numero Cardinalium pro dictæ Constitutionis executione, rectoque & utili earumdem Communitatum regimine deputatorum, eisdem concessit, ut, pro faciliori negociorum ipsis commissorum expeditione, aliquos Prælatos, aut alias Personas jurisprudentia præditas, a Romano Pontifice pro tempore approbandas, in eorum Consultores adhibere, necnon aliquem ex illis, seu alium idoneum eis beneviſum, in eorum Congregationis Secretarium deputare possent; Eisdemque, ut omnes & quascumque dictarum Communitatum Causas, tam Civiles, quàm Criminales, & Mixtas, per se vel alios ab eis subdelegandos, audire, discutere, & terminare valerent, ampliſſimas facultates impertitus fuit; Quas tamen deinde per alias similes Litteras datas die vigesima tertia Novembris Anni Millesimi sexcentesimi septimi ita declaravit, & intelligi voluit, ut eas solummodò, & non alias Causas Civiles, Criminales, & Mixtas, tam activè, quàm passivè ad Communitates & Universitates hujusmodi pertinentes, ut præfertur, audire, discutere, & expedire, ac etiam a quibusvis Judicibus reassumere & avocare possent, quæ ad redditus & proventus (non tamen malefitiorum) ad illas quomodolibet spectantes, aut rationum seu computorum redditiones, etiam ratione administrationis Annonæ seu Abundantiæ, & quorumcumque aliorum bonorum earumdem Communitatum & Universitatum, quomodocumque & qualitercumque pertinerent; decernens, eos omnibus & singulis facultatibus in dictis prioribus Litteris, ut præfertur, illis concessis, in hujusmodi Causis atque negociis dumtaxat, & circa ea, uti posse & valere, atque irritum & inane quid quid secus attentari contingeret. Cæterum quum alias Sanctæ Memoriæ Prædecessor quoque Noster Sixtus Papa V. inter alias Cardinalium Congregationes a se institutas, unam etiam pro sublevandis gravaminibus Status Ecclesiastici erexisset, ac deputasset, satis opportunè factum fuisse apparet, ut illius Congregationis munera & facultates recentiori huic Congregationi super bono Regimine Communitatum ejusdem Status Ecclesiastici deputatæ, adjungerentur, & ab ea exercerentur.

Paulus V. dictam Congregat. quoad Personarum numerum & facultates ampliavit.

Eidem unita est alia Congregatio a Sixto V. instituta pro sublevandis gravaminibus.

§. 3. Verùm primæva hujusmodi Congregationis forma, labentibus temporibus, non parum immutata esse dignoscitur. Nam & Cardinalium numerum antea definitum, nunc prudenti Romani Pontificis pro tempore existentis arbitrio, augeri & minui sæpe contingit: Atque inter eos, quum antea nullus Præfecti nomen & officium obtineret, sed quæ totius Congregationis nomine expediebantur Litteræ, Edicta, atque Mandata, per Cardinalem olim totius Pontificiæ Ditionis generalem Administrum, deindè verò per Secretarium Status nuncupatum, subscribi & promulgari solerent; nunc unus e Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus ejusdem Congregationis Præfectus a Romano Pontifice eligitur, & constituitur, ex quo felicis recordationis Prædecessor pariter Noster Clemens Papa XI. Pontificatus sui primordio bonæ memoriæ Josephum Renatum, dum viveret ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem

Antiquus Congregationis status immutatus est, quoad numerum Cardinalium, & deputationem Præfecti.

Imperiali nuncupatum illius Præfectum creavit, compluribus ei attributis facultatibus, quas in Schedula die quarta Maii Anni Milleſimi ſeptingenteſimi primi Chirographo ſuo ſubſcripta diſtinctè expreſſit; quaſque deindè ſimilis memoriæ Dominicus etiam dum viveret S. R. E. Cardinalis Riviera nuncupatus, illius in Præfectura hujuſmodi ſucceſſor a piæ recordationis Deceſſore Noſtro Clemente Papa XII. electus, obtinuit, & pariter exercuit. Quare complura dictarum Communitatum & Univerſitatum negocia, præſertim œconomica, quæ primitus ab univerſæ dictorum Cardinalium Congregationis judicio pendebant, nunc ab eodem Cardinale Præfecto expediuntur, nonnulla quidem ipſius peculiari providentia, pleraque verò cum conſilio & ſuffragio Prælatorum eidem Congregationi, ut ſupra innuimus, ex Pauli V. ordinatione, adjunctorum. Hi autem antea pauciores, nunc ad duodenarium numerum aucti, quum Conſultorum munere initio fungerentur, dum Cauſæ atque negocia in ipſa Congregatione diſcutienda, a Cardinalibus ipſis proponebantur, & privativè definiebantur, a multo jam tempore definitivum ſuffragium in omnibus obtinere dignoſcuntur, ipſaſque Cauſas atque negocia, juxta certam inter eos factam Regionum atque Locorum Status Eccleſiaſtici diviſionem, partim ipſi judicant, & expediunt, partim in eadem Congregatione proponunt; unde & *Ponentes* ipſius Congregationis appellantur. Secretarius verò non ea ſolum officia & munera exercet, quæ de ſui natura ſub hujuſmodi denominatione comprehenduntur, ſed præter alia multa ad œconomicum dictarum Communitatum & Univerſitatum regimen pertinentia, Ordinarii Judicis partes exercet in Cauſis, quæ vel in prima, vel in ſecunda Inſtantia, ad ejuſdem Congregationis judicium deferuntur, ac etiam circa earum curſum atque progreſſum opportunè decernit, & in reliquis omnibus ad ipſam Congregationem ſpectantibus definitivi ſuffragii jus pariter obtinet. Denique ipſa etiam methodus, pro recta bonorum atque reddituum dictarum Communitatum adminiſtratione & erogatione, in præfata Clementis VIII. Conſtitutione præſcripta, quum lapſu temporis ad intentum finem aſſequendum non undequaque ſufficiens comperta fuerit, in aliam ad id magis idoneam & opportunam commutata fuit.

Item quoad numerum & officia Prælatorum Pontificii & Secretarii.

Immutata quoque eſt methodus Oeconomici Communitatum regiminis.

§. 4. Quæ omnia licèt cum magna dictarum Communitatum, atque adeo totius Eccleſiaſtici Status utilitate excogitata fuiſſe, & reipſa exerceri non ambigeremus; quum tamen pleraque ex illis, propterea quod Apoſtolicæ Auctoritatis præſidio munita non eſſent, novis ſubinde mutationibus interverti poſſe proſpiceremus; nonnulla verò, utpote diverſis temporibus, pro rerum & caſuum neceſſitate, in uſum inducta, vel inter ſe minus aptè conſtare, vel cum univerſo Reipublicæ ſiſtemate, & præſtituto Judiciorum ordine, nequaquam congruere cenſeremus; Hinc maxime opportunum judicantes de omnibus ad ipſius Congregationis Cardinalium, ejuſque Præfecti, necnon Officialium, ac Miniſtrorum Officia, juriſdictionem, & auctoritatem, earumque exercitium pertinentibus, prout etiam de fundis atque redditibus illius diſpoſitioni ſubjectis, & de illorum adminiſtratione & erogatione, pleniorem & magis diſtinctam Nobis notitiam comparare; per noſtrum ſpeciale Chirographum die undecima Novembris elapſi Anni Milleſimi ſeptingenteſimi quinquageſimi ſecundi ſubſcriptum. Dilectos Filios Magiſtros Aloyſium Mariam Torregianum Protonotarium Apoſtolicum, alterius Congregationis Cardinalium ſuper Conſultationibus ejuſdem Status Noſtri Eccleſiaſtici Secretarium, & Petrum Paulum de Comitibus Utriuſque Signaturæ Noſtræ Referendarium, ac Secretarium ipſiuſmet Congregationis ſuper Gravaminibus ſublevandis, & Bono Regimine prædicti Status, necnon Alexandrum Belmonte Intimum Cubicularium Noſtrum, de quorum diligentia, experientia, ac zelo, confidendum Nobis eſſe meritò cenſuimus, Apoſtolicos Viſitatores deputavimus, ad hoc ut prædictis rebus omnibus diligenter cognitis atque perſpectis, quæcumque ab ipſis animadverſa fuiſſent, quæque aut perpetua Auctoritatis Noſtræ confirmatione ſtabilienda, aut reſpectivè ad meliorem formam reducenda cenſerent, ad Nos exactè referrent. Cumque hi injuncto ſibi muneri plene & laudabiliter ſatisfecerint, Noſque omnia per eoſdem Nobis expoſita mature perpenderimus, auditis etiam ſuper his aliis doctrina & rerum uſu præſtantibus Viris, nonnulla primùm, quæ ad prædictarum Communitatum levamen & utilitatem magni momenti eſſe duximus, ſtatim decernere & effectu complere non omiſimus. Nunc autem univerſum ejuſdem Congregationis ſtatum firmare, ac immutabilem agendi rationem in ea perpetuo cuſtodiendam præſcribere volentes, infraſcriptas Leges & Ordinationes præſentium Litterarum tenore ferimus, ſtatuimus, & Apoſtolica Auctoritate ſancimus.

Horum pleraque Apoſtolica auctoritate roboranda, nonnulla reformanda cenſentur.

Ideo Pon. ſuper dictæ Congregationis juriſdictione, acreditibus, & Miniſtrorum Officiis viſitationem inſtituit.

Acceptæ omnium relatione, aliqua ad Communitatum levamen ſtatim exequitur.

Reliqua per præſentes ſtatuere, & decernere intendit.

Confirmat hodiernum Statum Congregationis, ejuſque Præfecti, & Officialium munera & emolumenta.

§. 5. Primùm itaque invectam jamdudum, ut præfertur, & nunc actu vigentem ejuſdem Congregationis formam, atque conſtitutionem, auctoritate Noſtra, & earumdem præſentium tenore perpetuò confirmamus & ratam habemus; ut ſcilicet ipſa Congregatio ex competenti Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium numero conſtet, quos Romanus Pontifex pro tempore eidem adſcripſerit, & quorum unus ab ipſo Pontifice ſpecialiter electus & deputatus, Præfecti officium & nomen gerat; Ponentes autem ſint numero duodecim, ex ordine Prælatorum Romanæ Curiæ, non ſecus ac ipſius Congregationis Secretarius, ab eodem Pontifice pro tempore eligendi: Utque hi omnes & ſinguli, tam communiter, quàm diviſim, ea reſpectivè officia & munera exerceant, iiſdemque juribus, facultatibus, honoribus, prærogativis, & emolumentis, quibus ad hunc diem uti, frui, & gaudere conſueverunt, præterquam in iis, quæ præſentium Litterarum tenori, Noſtriſque Decretis atque Declarationibus inferiùs ſubjiciendis adverſari comperta fuerint, in poſterum quoque utantur, fruantur, & gaudeant, perinde ac ſi omnia & ſingula hujuſmodi munera, & jura, aliaque præmiſſa, ex Apoſtolicis Prædeceſſorum Noſtrorum ordinationibus & conceſſionibus obtinuiſſent. Nos enim laudabilibus ejuſdem Congregationis ſtatutis, uſibus, ſtilis, & conſuetudinibus, quæ ipſis præſentibus non adverſentur, Apoſtolicæ confirmationis Noſtræ robur adjicimus; ac etiam illa immutandi, & nova illorum loco faciendi, condendi, & edendi, quæ tamen Apoſtolicis Conſtitutionibus, & præſentium tenori contraria non ſint, quoties pro meliori rerum ordine, & ad propoſitum publicæ utilitatis fructum certiùs aſſequendum, ita expedire in Domino judicatum fuerit, plenam & liberam eidem Congregationi facultatem & auctoritatem tribuimus & impertimur.

Confirmat omnes eorū facultates & ſtatuta, quæ præſentibus non adverſantur.

§. 6. Quoniam verò duplex eſt rerum genus, in quo Congregationis ejuſdem labores, & ſtudia occupantur; unum videlicet, atque præcipuum, quod pertinet ad œconomicum regimen Communitatum & Univerſitatum prædictæ Ditionis Eccleſiaſticæ; alterum verò, quod ſpectat ad judicialem cognitionem atque definitionem Cauſarum cum eodem Oeconomico regimine connexionem habentium; Nos circa utrumque nonnulla opportunè & ex ordine

Duplex genus rerum ad Congregationem ſpectantium, Oeconomicum, & judiciale.

præ

Facultates Congregationis particularis, quoad Oeconomica minoris momenti negocia.

præscribere volentes; Hoc primo laudamus & approbamus, ut quoniam non omnia œconomica dictarum Communitatum negocia tam gravis momenti esse solent, ut Generalis Congregationis Cardinalium atque Ponentium judicio sint necessariò subjicienda, neque id semper sine magno incommodo, ac plurium negociorum hujusmodi præjudicio, ac dilatione, re ipsa fieri possit; idcircò mos ille, qui ab initio currentis sæculi inductus fuisse dignoscitur, in posterum quoque retineatur, ut singulis Hebdomadis, quibus Generalis Congregatio prædicta in Palatio Pontificio non adunatur, Congregatio Particularis a Prælatis Ponentibus & Secretario habeatur coram solo Cardinali Præfecto, seu alio illius vices pro tempore obeunte; in eaque omnia & singula mere œconomica dictarum Communitatum negocia tunc pendentia, (quæ tamen non sint de majoribus, quorum cognitionem & resolutionem prædictæ Congregationi Generali privativè, ut infra, reservatam esse volumus, & decernimus,) a singulis respectivè Ponentibus referantur, exquisitisque omnium interessentium sententiis atque suffragiis, discutiantur, &, prout major illorum pars judicaverit, resolvantur & expediantur. Nos enim hujusmodi resolutiones atque Decreta, quæ circa præmissa a Cardinali Præfecto, seu alio illius vices obeunte, de hujusmodi Particularis Congregationis Voto, expedientur, eamdem vim & auctoritatem habere, iisque perinde obtemperandum fore statuimus, ac si in Congregatione Generali captæ & efformatæ, seu condita & edita fuissent. Quin etiam eidem Cardinali Præfecto, in occurrentibus casibus, qui præsenti indigeant providentia, si periculum in mora subesse dignoscatur, ut ipse, (reservata eidem Congregationi, juxta negocii naturam, ipsius cognitione & definitione) interim auditis ipsius Congregationis Secretario, necnon Ponente illius Civitatis, seu Loci, ad quem res pertinet, opportunas quascumque ordinationes & providentias, per eumdem Ponentem, aut Secretarium deinde in proxima Generali Congregatione referendas, ejusdem Congregationis nomine interponere possit & valeat, liberam facultatem competere volumus & statuimus.

Methodus in eadem servanda.

Facultates Cardinalis Præfecti in casibus urgentibus, salva auctoritate Congr. Gen.

§. 7. Graviora autem negocia ad œconomicum regimen dictarum Communitatum & Universitatum spectantia, quæ dictæ Generalis Congregationis examini & judicio privative reservanda judicavimus, ea primum esse & censeri decernimus, super quibus Generalia quæcumque Decreta, Edicta, & Ordinationes, in Universa Ditione Ecclesiastica, seu in aliqua ex ipsius Ditionis Provinciis vim habitura, condere & promulgare opportunum pro tempore visum fuerit. Quorum videlicet publicationi & executioni quum Nostra & Romani Pontificis pro tempore existentis auctoritas accedere necessariò debeat, Nos tunc assensum Nostrum opportunè præbebimus, quum in prædicta Generali Congregatione rem omnem mature discussam, & Cardinalium simul, ac Prælatorum sententiis comprobatam fuisse intelligemus.

Cætera graviora negocia Generalis Congregat. cognitioni reservantur, cum approbatione Pontif. expedienda.

§. 8. Porro hujusmodi Generalium Ordinationum, & Decretorum objectum illud præ cæteris, ad rectam Communitatum, earumque reddituum administrationem, gravissimum haberi volumus, & enixè commendamus, quod pertinet ad rationes dati & accepti, *Tabellas* vulgò nuncupatas, ab earumdem Communitatum Officialibus & Ministris exactissimè conficiendas, & statis temporibus inviolabiliter ad Urbem transmittendas, ejusdemque Congregationis examini subjiciendas; ne scilicet aliquibus ex iis Communitatibus, quæ dictæ Congregationi subjectæ sunt, liberum sit ab hujusmodi transmissione se eximere, eamve ultra præfinitum tempus indebitè differre; neve earum Administratores ullo modo valeant exactas proventuum atque reddituum summas minores vero describere, aut falsas, seu majores, quàm revera fuerint, expensas in dati Tabulas referre. Quam quidem in rem ipsa Congregatio opportunè viderit, quid præscribendum generaliter sit, & quæ documenta & probationes, pro dignoscenda vera reddituum & expensarum quantitate, aut singularum Provinciarum, Civitatum, Locorumque Rectoribus exhibenda, aut ad Urbem ipsam censeat transmittenda.

Et maxime, quæ pertinent ad exactam Tabellarum confectionem & transmissionem.

§. 9. Hujus autem diligentiæ fructus præcipuus is erit, ut comparatis inter se reddituum & expensarum verioribus summis, quidquid apparebit in singularum Communitatum & Universitatum ærario supereſſe debere, ab Exactorum, seu Depositariorum manibus sine mora recuperatum, & in aliquo Monte Pietatis, ad ipsius Congregationis dispositionem, (excepta congrua summa pro minoribus occurrentibus expensis in earumdem Communitatum & Universitatum usus relinqui solita) integrè depositum, vel in extinctionem æris alieni ab iisdem Communitatibus antea contracti, vel aliàs in earumdem Communitatum utilitatem, aut levamen, sub ejusdem Congregationis directione, providè erogetur. Neque enim ullas extraordinarias expensas, præsertim graviorer, ut puta Viarum, Aquæductuum, Pontium, aliorumque publicorum Ædificiorum, & generaliter eas, pro quibus explendis novum debitum contrahendum, aut aliquod impositionis, seu collectæ genus instituendum, vel vetus augendum fuerit, sine prævio ejusdem Congregationis Generalis examine & permissu, a prædictis Communitatibus & Universitatibus suscipi, fierique posse, volumus & decernimus. Ubi autem nec æs alienum dissolvendum adsit, nec utile aliquod, aut necessarium opus publico sumptu conficiendum proponatur, ejusdem Congregationis officium erit, ex laudati etiam Sixti V. Prædecessoris mente, sublatis opportunè collectis, oneribus, & gravaminibus, quibus hujusmodi Universitatum Homines diversis rationibus ad contribuendas in publicum pecunias adiguntur, earumdem Communitatum levamini, & Populorum felicitati consulere. Qua in re hunc maximè ordinem servari æquum erit, ut quæ onera in exactione plus incommodi secum afferunt, aut exacta in causas minus utiles expenduntur, ea primum omnium aboleantur, aut minuantur. Et quidem peculiari studio eidem Congregationi Generali hanc curam injungimus, ut ubicumque, & quamprimùm id fieri poterit, gravamina illa de medio tollantur, quæ internum externumque commercium per Provincias, & Loca Ditionis Nostræ Ecclesiasticæ quoquo modo præpediunt, aut difficilem reddunt; pedagia nimirum, portoria, aliaque impositionum genera, quæ in transitu, ingressa, aut egressu mercium hìc illic exiguntur; quibus dum singulæ Communitates, earumque Homines, invicem prægravantur, universi demum Status Ecclesiastici robur, necessario commercio languente, sensim interire necesse est. Neque minori studio eam partem œconomici regiminis dicta Congregatio commendatam sibi esse noverit, quæ spectat ad tuendam, augendamque Terrarum culturam, & ad Artes, & Opificia in opportunis Regionibus & Locis excitanda, tuenda, atque amplificanda; ut omnium rerum, quæ ad vitæ sustentationem, & commodum, cultumque pertinent, necessaria copia suppetat in ipso Ditionis Ecclesiasticæ sinu, cujus Terrarum ubertas, & Incolarum frequentia, Divinæ largitatis munere, perspicua est, & prope singularis: quæ sanè ex rectè instituta publicorum onerum

Necnon superextantium pecuniarum erogationem.

Extraordinariæ expensæ absque licentia Congreg. Generalis non fiant.

Hæc autem Communitatum levamini provide intendat.

Terrarum culturam, Artes, & Opificia promoveat.

impositione, & distributione, plurimum incrementi capere posse non ambigitur.

Visitatores Communitatum a Congregatione Generali cũ definitis facultatibus deputentur.

§. 10. Quoties autem unius aut plurium Communitatum res postulare videantur, ut Prælatus aliquis, seu alia idonea persona, ad illius, earumve visitationem peragendam mittatur; hujusmodi Visitatoris deputatio, dictæ Congregationis Generalis arbitrio, ejusque speciali Decreto fieri debebit; nec alia eidem Visitatori auctoritas tribuenda erit, quàm ut statum œconomicum hujusmodi Communitatum diligenter scrutetur, & quidquid circa ipsa cognoverit, & animadversione dignum censuerit, scripto adnotatum, & apte digestum, ad ipsam Congregationem referat; Hæc autem, omnibus maturè perpensis, opportunas quasque resolutiones capiet, eaque Decreta edet, quæ ad earumdem Communitatum levamen, & utilitatem, seu ad œconomici illarum Regiminis reformationem, magis expedire in Domino judicabit.

Omnia demum majoris momenti a Congreg. Gen. arbitrio pendeant.

§. 11. Denique quidquid majoris momenti, ad providam, rectamque dictarum Communitatum & Universitatum, earumque bonorum administrationem, statuendum pro tempore occurret, omniaque negocia œconomica, quæ juxta communem prudentum æstimationem, inter graviora recenseri possunt; ejusdem Congregationis Generalis judicio & auctoritati subjicimus & privative reservamus.

De officio Prælatorum Ponentium.

§. 12. Quæ quoniam præcipua Prælatorum Ponentium opera ac diligentia præparari, & explanari debebunt, ut jam de horum officiis muneribusque agamus, hoc primùm volumus atque statuimus, ut sublata præsenti, quæ inter ipsos obtinet, Provinciarum, Civitatum, atque Locorum divisione, nova partitio fiat omnium Ditionis Ecclesiasticæ Communitatum & Universitatum eidem Congregationi subjectarum, in duodecim portiones, quarum unaquæque conterminas Civitates & Communitates contineat unius ejusdemque Regionis, seu Tractus prædictæ Ditionis, servatâ, quantum fieri poterit, civili Provinciarum divisione, & congrua inter ipsas portiones æqualitate; singulæ autem portiones hujusmodi singulis Ponentibus assignentur, ut unusquisque eorum circa œconomica negocia Civitatum, Terrarum, atque Locorum in designata sibi Provincia seu Portione existentium peculiariter occupetur, non solum prout hactenus ab ipsis Ponentibus fieri consuevit, sed etiam in aliis rebus, quæ Nos per præsentes iisdem committimus & demandamus.

Nova inter eos Provinciarum divisio fiat.

Revisio Tabellæ cujusque Communitatis fiat a Prælato Ponente cum Ratiocinatore Communitatum.

§. 13. Volumus nimirum, ut singularum Communitatum Tabellæ, quarum omnium revisionis onus hucusque a solo prædictæ Congregationis Secretario, una cum ejusdem Ratiocinatore sustinebatur, in posterum ab eo Ponente, una cum Ratiocinatore hujusmodi, revideantur & examinentur, in cujus respectivè Districtu, seu Ponentia, aut Divisione, Communitates ipsæ continebuntur; ita videlicet, ut quæcumque ab ipsis notatu digna observabuntur, quæque Decreta super ipsis efformanda judicabunt, omnia referant ad Congregationem particularem, cujus erit rem totam communi suffragio definire, aut, juxta negocii gravitatem, ad Congregationis Generalis judicium deferre. Ut autem ab omnibus & singulis Communitatibus Tabellæ hujusmodi debitis temporibus transmittantur, utque Decreta super ipsis condita, aliaque per dictam Congregationem edita & promulgata, debitæ executioni demandentur, in eorumdem Ponentium cura & diligentia præcipuè positum erit; quibus idcircò injungimus, ut frequentibus Litteris ad Civitatum & Locorum Rectores & Magistratus, ubi opus fuerit, conscriptis, de prædictis omnibus certiores fieri curent, & siquæ Communitates in Tabellarum transmissione contumaciter morosæ fuerint, siquæ impedimenta generalium Legum observationi, aut peculiarium Decretorum implemento alicubi obstare, & præsertim si Locorum Dominos, seu Barones, ab onerum Cameralium, aliorumque ipsis incumbentium solutione indebitè se eximere compererint, hæc omnia, etiam nemine recurrente, & ex officio, ad ejusdem Congregationis Particularis notitiam perferre, vel ei in memoriam revocare non omittant: Præterea eidem perpendendum exponant statum œconomicum earum Communitatum, quæ vel ære alieno, vel annuis dispendiis ultra vires premuntur, vel redditibus & proventibus supra expensarum necessitatem abundant, ut illarum respectivè levamini, aut majori utilitati opportunè provideri valeat. Cum autem definitivæ resolutiones quoad complura ex hujusmodi negociis, in Generali demum Congregatione, ut supra statuimus, capiendæ sint, hinc maximè opportunum censemus, ut singuli Ponentes prædicti, audita super negociis a se propositis dictæ Congregationis Particularis sententia, eamdem in scriptis redigant, & ad Cardinales in proxima Generali Congregatione suffragium laturos, pro eorum animi instructione, tempestivè transmittant: Super quorum omnium implemento Nos Cardinali pro tempore ejusdem Congregationis Præfecto diligenter advigilandum injungimus, & expressè demandamus.

Decretorũ executio a Ponentibus promoveatur.

§. 14. Cæterùm quum nonnulli redditus, ac proventus, ex diversis Romanorum Pontificum concessionibus, ejusdem Congregationis administrationi commissi fuerint, iidemque, prout etiam Capitalia quædam ex ipsis comparata, eorumque fructus, sub prædicti Cardinalis Præfecti directione, partim in emolumenta Officialium & Ministrorum ipsius Congregationis pro omnium Communitatum utilitate laborantium, nec non eorum, qui singularum Civitatum, Terrarum, atque Locorum *Agentes*, seu negociorum Gestores appellantur, partim in earumdem Communitatum levamen & commoda, diligenter & provide impendi consueverint: Nos eidem Cardinali Præfecto eamdem curam, & directionis auctoritatem confirmamus: Decernentes, hujusmodi summas in eas tantummodo causas erogari debere, pro quibus in primæva earum constitutione & assignatione destinatæ fuerunt; nisi aliter a Nobis, & Successoribus Nostris dispositum, & in singulis occurrentibus casibus per specialia Chirographa demandatum fuerit; Officia verò dictorum Agentium, seu negociorum Gestorum, quum primum illa, per ea nunc obtinentium cessum, aut decessum, vacare contigerit, a singulis respectivè Civitatibus, & Communitatibus, cum iisdem tamen emolumentis, & non aliis, in personas sibi benevisas conferenda esse; Ac demum Taxam super Communitatibus intra districtum Urbis consistentibus impositam, pro Satellitum, seu *Birrnariorum*, ut vocant *utensilis*, ad eam iterum quantitatem, prævio sæpedictæ Congregationis Generalis examine, reducendam esse, quæ summam in id annuatim erogari solitam magnopere non excedat.

Certorum redditum cura & administratio confirmatur Card. Præfecto, qui eos in destinatos usus eroget.

Agentes Communitatum earum arbitrio in posterum eligantur.

Reductio fiat Taxæ pro utensilitis Satellitum super Communitatibus Districtus Urbis impositæ.

§. 15. Reliquum est, ut ad judiciariam potestatem ejusdem Congregationis, & ad illius exercendæ methodum, oculos convertamus. Quum enim hujusmodi auctoritas certis limitibus circumscripta, jam usque ab initio per dictum Paulum V. Prædecessorem, ut superius etiam innuimus, eidem tributa fuerit, & constans sequentium Pontificum mens fuisse dignoscatur, ut præstituti limites hujusmodi ab illa, seu a Judicibus ab ea deputatis, minimè transcenderentur, ut ex Decretis & Reformationibuss per felicis recordationis Prædecessores nostros Innocentium XI., & Innocentium XII.,

De judiciaria Congregationis potestate. Ea limitatur ad Causas in Constitutionibus Apostolicis expressas.

&

& per Nos ipsos editis apertè constat; nihilominus sæpe eveniſſe accepimus, ut vel de consensu partium, vel ob prætensam causarum connexionem, aliisve de causis, ipsa Congregatio, ejusque Cardinalis Præfectus, ac Secretarius, aliique Prælati Ponentes, & Judices subdelegati, in controversiis illius pertinentiam & auctoritatem excedentibus, manus appoſuerint, & in ipsis judicialiter, etiam ad sententiam, ejusque executionem proceſſerint. Quod quum in recti ordinis & constituti Curiæ Nostræ siſtematis perturbationem vergere dognoscatur, Nos dicta auctoritate Apoſtolica, & earumdem præsentium tenore, prædictas Pauli V., & Innocentii XI., ac Innocentii XII. Prædeceſſorum, Noſtrasque Constitutiones & Reformationes iterum confirmantes & innovantes, eidem Congregationi, ejusque Præfecto, ac Secretario, & Ponentibus, aliisque Judicibus, si qui sint, ex illius delegatione jus quandocumque & ubicumque dicentibus, districte inhibemus, ne ullas alias causas civiles, criminales, aut mixtas, præter eas, quæ in dictis Constitutionibus & Reformationibus, ejusdem Congregationis cognitioni & judicio relinquuntur, quæque distinctius præsentibus noſtris Literis mox exprimentur, in prima, aut in qualibet ulteriori instantia cognoscendas assumere, seu in ipsis judicialiter quomodocumque procedere; etiam de consensu partium expreſſo aut tacito, aut prorogatæ jurisdictionis obtentu, sive ex eo, quod in ipsis agatur de intereſſe dictarum Communitatum activo, aut paſſivo, vel quod arctam connexionem habeant cum aliis causis coram ipsa Congregatione, ejusque Præfecto, aliisque Judicibus, legitimè introductis, & actu pendentibus; multòque minus super earum pertinentia decernere, ullatenus præsumant; Nos enim ex nunc nullum, irritum, & inane decernimus, quidquid in poſterum in hujusmodi causis, contra præsentis Decreti Noſtri tenorem, per illam & illos actum, geſtum, decretum, ac definitum, seu mandatum, & executum fuerit. Quocirca omnes & singulas hujusmodi causas sub aliquo capite ex inferius exprimendis non comprehensas, si quæ actu coram dicta Congregatione, ejusque Secretario, aut aliquo ex Ponentibus, aliisve Judicibus ab eadem delegatis, etiam de consensu partium, ut supra, introductæ sint, & pendere dignoscantur, quocumque in statu aut terminis (quos hic pro satis expreſſis haberi volumus) reperiantur, iisdem auctoritate & tenore, ab illa & illis avocamus, easque Judicibus competentibus reſpectivè in iisdem statu & terminis, cognoscendas, fineque debito terminandas committimus & delegamus.

Cum avocatione aliarum, & remiſſione ad Judices competentes.

§. 16. Causæ autem, quas dictæ Congregationi, ac reſpectivè illius Præfecto, ac Secretario, & Ponentibus, aliisque Judicibus, ejusdem auctoritate, aut nomine, diverſimode, ut infra, cognoscendas, definiendasque assignamus, sunt quæ sequuntur, videlicet.

Enumerantur genera Causarum ad ipsius Congregationis judicium spectantium.

§. 17. Primo: Illæ, in quibus pro parte quarumvis Communitatum & Universitatum eidem Congregationi subjectarum, aut Conductorum, & Appaltatorum ab ipsis causam habentium, agitur pro solutione onerum Cameralium, aut illorum, quæ Communitativa appellantur, in Tabella descriptorum, adversus eorum debitores quoscumque. Et quoniam ad eos arctandos, & ad proventus hujusmodi pro parte dictarum Communitatum promptè exigendos, præfatus Clemens VIII. Prædeceſſor eidem Congregationi facultatem indulſit procedendi *Manu Regia*; Nos eamdem facultatem ipsi præsentium tenore confirmantes, volumus & præcipimus, quæcumque Mandata sub hujusmodi formula ab eadem Congregatione pro dictorum onerum solutionibus expedientur, sine ulla tergiverſatione, & gratis omninò, a competentibus Judicibus localibus subſcribenda eſſe: nimirum a Judice Eccleſiaſtico, si contra Eccleſiaſticas perſonas, aut Loca Pia agatur; a Laico autem, si contra Laicos conceſſa fuerint; & ad eorumdem executionem procedi debere, non obſtante quacumque inhibitione, cujusvis Judicis, aut Tribunalis, etiam ipsiusmet Congregationis Boni Regiminis, ejusve Præfecti, aut Secretarii, niſi signata fuerit manu noſtra, seu pro tempore exiſtentis Summi Pontificis, ejusve Auditoris; eidem verò Congregationi, illiusque Præfecto, aut Secretario dumtaxat licitum fore, hujusmodi Debitorum recursus, aut appellationes in devolutivo admittere, poſtquam ab iis reipsa solutum fuerit totum id, pro cujus exactione mandatum Manus Regiæ expeditum fuit; decernentes, solam Pignorum oblationem, aut captionem, ad hunc effectum minimè suffragari.

I. Causæ super exactionibus onerum Cameralium & Communitativorum in Tabella deſcriptorum.

De conceſſione *Manus Regiæ*, ejusque prompta executione.

§. 18. Quod si debitor aliquis Privilegium alleget exemptionis, quo se contendat ab alicujus oneris solutione immunem eſſe debere; tunc, si Communitas in quasi poſſeſſione reperiatur exigendi onus illud ab hujusmodi prætensis Privilegiatis, nihil obſtare volumus, quo minus supradicta ratione adversus eos procedatur ad executionem Manus Regiæ, quacumque inhibitione, appellatione, aut recursu poſtpoſitis; & reſervata dumtaxat prætensi Privilegii verificatione, ejusque relevantiæ diſcuſſione, ad suum congruum Judicium Petitorium; quod quidem in prima instantia coram dictæ Congregationis Secretario, in gradu autem appellationis coram ipsa plena Congregatione, juxta privativam facultatem super his judicandi, per dictos Clementem VIII., & Paulum V. ipsi tributam, fieri debere decernimus. Si autem exigendi consuetudo & quasi poſſeſſio Communitati non aſſistat, tunc adversus allegantem Exemptionis Privilegium nequaquam procedi volumus Manu Regia; sed ante omnia de Privilegii subſiſtentia & viribus coram Secretario dictæ Congregationis, ac etiam subinde, quatenus appellatum fuerit, coram eadem Congregatione Generali, servatis servandis, judicandum & pronunciandum fore decernimus. Et hæc eadem servari volumus, quoties super solutionibus hujusmodi onerum in Tabella deſcriptorum, inter Communitatem Loci Feudalis, & Dominum, seu Baronem ipsius Loci, controverſia aliqua oriatur.

Quando allegata exemptionis privilegia executionem ſuſpendere valeant.

§. 19. II. Illas quoque Causas ad prædictam Congregationem, ejusque Præfectum, Secretarium, alioſque Judices ab ea deputandos ſpectare decernimus, in quibus ex parte earumdem Communitatum, & Universitatum, seu Conductorum, & Appaltatorum ab illis jura sua desumentium, agitur adversus Debitores Canonum, Livellorum, seu fructuum, Censuum, aut Penſionum Domorum, aliorumve Prædiorum Urbanorum, aut Ruſticorum, ac cæterarum omnium reſponſionum, & præſtationum in supradicta Tabella deſcriptarum; contra quos pariter, quatenus Communitas in hujusmodi proventuum exigendorum poſſeſſione, seu quasi, eſſe dignoscatur, expedienda erit manus Regia, eaque subſcribenda, & exequenda, prout supra; non obſtantibus quorumvis Judicum, & Tribunalium, etiam ipsius Congregationis, seu illius Præfecti, aut Secretarii, inhibitionibus, præter præter signatas a Nobis & Succeſſoribus Noſtris, seu Noſtro, & illorum Auditore pro tempore exiſtente; Recursus autem & Appellationes in devolutivo dumtaxat, poſt expletam

II. Causæ super exactionibus proventuum Communitat. in Tabella etiam deſcript.

In his etiam procedi tur *Manu Regia*, appellatione remota, quando Communitas eſſet in quasi poſſeſſione exigendi.

Aliàs disceptanda erit Causa coram Judice locali in prima instantia; & coram Congregatione in secunda.

solutionem, admitti poterunt. At ubi superioris temporis possessio Communitati non suffragetur, tunc, suspensa Manus Regiæ expeditione & executione, petitio Communitatis, ejusque Appaltatoris in prima instantia coram Judice Locali proponenda, & in gradu Appellationis dumtaxat ad præfatam Congregationem, ut inferius declarabimus, deferenda erit. Neque enim congruum reputamus, aut dicti Clementis VIII. Litteris & menti consentaneum, ut pro hujusmodi causis, & levioribus ut plurimum pecuniarum summis, ad Urbis Tribunalia in prima Instantia recurrere debeant universæ Ditionis Ecclesiasticæ Communitates: Quæ tamen si a Judicibus Localibus hujusmodi Causarum expeditionem intra sex mensium spatium obtinere nequiverint, tunc dictæ Congregationis officium & actoritatem rectè implorabunt; dictique Præfectus, & Secretarius hujusmodi Causas coram præfatis Judicibus pendentes etiam in prima instantia reassumere, & ad se avocatas cognoscere ac definire liberè poterunt.

Salva huic auctoritate reassumendi Causas post semestre pendentes.

Quo in casu præmissa non procedant.

§. 20. Quæ tamen ita in hoc secundo Causarum genere procedere volumus, & intelligenda esse declaramus, quatenus Communitas in Judicio executivo agat adversus Personam & bona ipsius Debitoris, qui ad controversæ præstationis solutionem propriè tenetur; non autem contra Tertium per se non obligatum, quique ante executionem Manus Regiæ, aut in actu ipsius executionis, Inhibitionem aliquam dotalem præsentet, aut satis notam alleget *Cauthelam Angeli* nuncupatam; Si quidem in his casibus, pro eo quod pertinet ad Bona, super quibus intentata erat executio, Judicium Causæ non ad Congregationem Boni Regiminis spectabit, sed ad Judicem Inhibitionis, apud quem scilicet pro parte Communitatis instandum erit pro ipsius Inhibitionis moderatione; quemadmodum aliàs de anno millesimo septingentesimo decimo octavo per Epistolam Encyclicam ejusdem Congregationis declaratum fuit.

III. Causæ super natura onerum Communitatibus solvendorũ.

§. 21. III. Illud etiam Causarum genus ad sæpedictæ Congregationis judicium spectare decernimus, quod circa naturam onerum unicuique Communitati solvendorum non rarò agitari contingit; an scilicet Cameralia, an verò Communitativa, seu mixta, sint, & censeri debeant. Quas quidem Causas, utpote graviores, & de sui natura minimè executivas, coram Secretario dictæ Congregationis in prima Instantia, deinde vero in gradu appellationis apud plenam Congregationem disceptandas, ac definiendas fore statuimus.

IV. Lites super electionibus Camerariorum, & Exactorum, aliorumque Ministrorum Communitatum.

§. 22. IV. Quæcumque Lites, & Controversiæ inter dictarum Communitatum & Universitatum Homines exoriantur super electionibus & deputationibus Camerariorum, sive Exactorum, aut Depositariorum, aliorumque Administratorum pecuniæ publicæ, seu rei Frumentariæ, vel Olei, aut aliorum generum, quæ pro Populi victu, & sustentatione, aliisque necessitatibus, publico sumptu comparari contingat; Item illæ, quæ in redditionibus rationum hujusmodi Administratorum exsurgere possint, seu quum adversus eos agitur pro residuis ab eorum manibus recuperandis; Hæ omnes, tamquam gravioris momenti, ad Secretarii prædictæ Congregationis Judicium in prima Instantia pertinebunt, in ulterioribus autem, ad plenam ipsam Congregationem. Quæ etiam criminaliter procedere potest adversus præfatos Administratores, quatenus de dolo, aut fraude, vel falsitate, sufficientibus indiciis concurrentibus, arguantur.

V. Causæ super locationibus Bonorum Communitatum, cum earum dependentiis.

§. 23. V. Denique ad eumdem Secretarium in prima Instantia, & respectivè ad plenam Congregationem in gradu appellationis, privativè deferri debebunt Causæ & Lites super Locationibus Bonorum, atque Proventuum dictarum Communitatum, quicumque in præfata Tabella descripti habentur, inter Communitates Locatrices ex una, & Conductores, seu Appaltatores ex altera partibus, seu inter plures Oblatores, aut Conductores hinc inde, pro tempore vertentes; Prout etiam controversiæ super prætensis conventarum responsionum atque Pensionum remissionibus, & defalcationibus, ab iisdem Conductoribus, & Appaltatoribus promotæ, & promovendæ; eâ tamen servatâ lege, ut nulla exceptio defalcationis ex quolibet etiam privilegiato capite prætensæ, iis suffragetur, ad effectum retardandi solutionem integræ conventæ summæ, & executionem Manus Regiæ, per quam ad hujusmodi solutionem ante omnia compelli debebunt, juxta id, quod in citata Clementis VIII. Constitutione præscriptum legitur.

Præscribitur ordo & methodus in hujusmodi Causarum cursu servanda.

§. 24. Has & non alias Causas, Lites, & Controversias dum a prædicta Congregatione Boni Regiminis, ac respectivè ab illius Præfecto, Secretario, Ponentibus, aliisque ab ea deputatis, judicialiter cognoscendas, definiendasque decernimus; ordinem quoque ac methodum in iis procedendi opportunè statuamus, oportet. Quoties itaque Causa aliqua a Judice Locali, per expeditionem & executionem Manus Regiæ, juxta præmissa, expedita fuerit, ac Debitor, post expletam solutionem, ut præfertur, reclamaverit, liberum ei erit ad præfati Secretarii judicium in devolutivo provocare. Qui si Judicatum de partibus sententiâ suâ confirmaverit, idemque Debitor novam Commissionem a Congregatione Generali impetrare cupiat, non aliter audiendus erit, quàm si a Cardinali Præfecto superseforiam obtinuerit ad effectum adeundi plenam ipsam Congregationem. Hæc autem, quatenus Commissionem signandam existimet, eam dirigere debebit alicui ex Ponentibus, at semper cum clausula: *Parito judicato.* Si verò prædictus Secretarius in devolutivo pronuncians, Judicatum de partibus revocet, Communitas autem a posteriori hujusmodi sententia appellationem interponat; tunc absque ulla superseforiæ concessione, Causa ipsa principalis, per eum Ponentem, ad quem juxta divisionem superiùs præscriptam pertinebit, in plena Congregatione proponenda erit; & quidquid per hanc super illius meritis judicatum fuerit, id pro finali definitione habendum, servandum, & exequendum erit; absque eo quod ulterior ulla appellatio, aut Causæ revisio, etiam in gradu restitutionis in integrum, admitti valeat.

§. 25. In iis autem Causis, quas supra diximus coram eodem Secretario in prima Instantia agitandas esse, si, postquam ab eo pronunciatum fuerit, aliqua ex Partibus appellationem interponendam duxerit, superseforiam prius obtinere debebit a Cardinali Præfecto, ut plenam Congregationem adire possit; in qua non quidem de ipsa appellatione admittenda, aut rejicienda, seu de Commissione signanda, agendum erit, sed super Causæ meritis finaliter judicandum, sublatâ quacumque ulteriori appellatione, seu Causæ hujusmodi revisione, etiam in gradu restitutionis in integrum; Expedit enim in hujus generis Causis, quæ ad œconomicum regimen pertinent, brevissimum, quoad fieri poterit, litibus, & controversiis terminum præstituere.

Quomodo concedenda sit Communitatibus licentia sustinendi & movendi lites.

§. 26. Ne autem hujusmodi Lites & Controversiæ, sive activè, sive passive, a Communitatibus, & Universitatibus temerè susci-

piantur,

piantur, aut cum earum inutili dispendio sustineantur, Nos fæpedicto Cardinali Præfecto, seu alteri Cardinali illius vices pro tempore obeunti, committimus & mandamus, ut nullas lites hujusmodi inter quamcumque Communitatem, seu Universitatem ex una, & alias Communitates, sive Universitates, aut Hominum cœtus, privataſque personas, ex altera partibus, in quolibet Tribunali motas, atque movendas, publico sumptu agitari permittat, sine expressa licentia sua in scriptis concedenda; quam quidem ipse, pro suo prudenti arbitrio, ac de consilio Secretarii, & Ponentis respectivè, concedet quoad primam Instantiam, ac etiam quoad ulteriores, ubi Communitas in prima, vel in proximè superiori Instantia, favorabilem sententiam, seu resolutionem obtinuerit: At si Communitas in prima, multoque magis, si etiam coram Judice secundæ Instantiæ, Causa ceciderit, tunc eidem, ut litem in gradu ulterioris appellationis prosequi valeat, non aliter licentiam impertiri debebit, quàm facta per Homines ejusdem Communitatis solemni obligatione, per quam ipsi, *uti singuli, & in solidum*, ad litis hujusmodi expensas, & ad relevandam Communitatem ab omni damno in casu contrariæ sortis, se validè obstringant.

Clausulæ pro præmissorum firmitate.

§. 27. Denique præsentes Litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis, seu in eorum aliquo jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, etiam specifica & individua mentione, & expressione digni, eisdem non consenserint, aut ex alia quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensus, alioque quolibet, etiam quantumvis magno, ac formali, & substantiali defectu, notari, impugnari, infringi, in controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse; sed semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari decernimus.

Aliter judicari prohibetur.

§. 28. Sicque, & non aliter per eamdem Congregationem, ejusque Præfectum, ac Ponentes, & Secretarium, aliosque Judices Ordinarios, & Delegatos, quavis auctoritate, præeminentia, aut potestate fungentes & functuros, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, aliosque S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, judicari & definiri debere: irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariis.

INJUNCTI Nobis per abundantiam Divinæ gratiæ Paſtoralis officii ſollicitudo poſtulat, ut in iis, per quæ Chriſtifidelium ſub ſuavi Religionis jugo Altiſſimo famulantium proſpero ſtatui conſulitur, ejuſdem officii partes ſedulò intendamus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

§. 1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus Filius Franciſcus Galindo Zeloſus, ſeu Procurator Generalis Ordinis Fratrum Sancti Franciſci de Paula, Minimorum nuncupatorum, quod dilectus itidem Filius Julius Malmuſi Frater expreſſè profeſſus, & tunc temporis Zeloſus, ſeu Procurator Generalis dicti Ordinis, Vocalibus pro celebratione Capituli Generalis ejuſdem Ordinis in Civitate Barchinonen. Anno MDCCLII. canonice congregatis, inter cætera, decidendum propoſuit infraſcriptum dubium, nempè, Primo: quomodo reſolvendæ eſſent Electiones devolutæ ad Tribunal Generalitium, vel Provinciale, ſi poſt tertium ſcrutinium ſit paritas votorum; à Vocalibus prædictis, ſive Capitulo Generali nemine diſcrepante ſancitum fuit, Nobis ſupplicandum eſſe pro facultate, cujus vigore Correctori Generali pro tempore exiſtenti eſſet facultas hujuſmodi paritates ſuo voto definire. Nobis propterea dictus Franciſcus Zeloſus, ſeu Procurator Generalis humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportunè providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Dubium in poſtremo Capitulo Generali propoſitũ circa Electiones ob paria ſuffragia ad Tribunal Generalitium aut Provinciale devolutas.

§. 2. Nos igitur, qui Ordinem prædictum paternis amplectimur affectibus, ac ſelici, proſperoque dicti Ordinis, illiuſque Provinciarum, & Fratrum regimini, & gubernio, atque directioni, quantum cum Domino poſſumus, conſulere, dilectoſque etiam Filios Superiores, & Alumnos Ordinis, Provinciarumque hujuſmodi ſpecialibus favoribus proſequi volentes, ac dicti Franciſci, & illorum ſingulares perſonas, à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium tantum conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, audito, perpenſoque prius voto dilecti Filii Noſtri Alexandri S. R. E. Diaconi Cardinalis Tanari nuncupati, dicti Ordinis apud Nos, & Apoſtolicam Sedem Protectoris Nobis facto, licet Capitulum Generale, ſeu Vocales, ſuffragium in Capitulo Generali ultimo loco in Civitate Barchinonen. celebrato habentes, nemine diſcrepante decreverint, quod Nobis ſupplicandum eſſet pro facultate Correctori Generali deciſiva in omnibus Electionibus devolutis tam ad Tribunal Generalitium, quàm ad Tribunal Provinciale ſpectantibus, evenientе paritate ſuffragiorum, ſeu votorum, habitis prius per tres vices ſcrutiniis, per Nos concedenda; nihilominus Nos, ne negotia dicti Ordinis propter abſentiam Correctoris Generalis à Provinciis dicti Ordinis inter ſe diſſitis retardentur, & detrimenta patiantur; facultatem deciſivam dilecto Filio moderno, & pro tempore exiſtenti Correctori Generali dicti Ordinis, in omnibus ad Tribunal Generalitium ſpectantibus, juxta votum dictorum Vocalium, peractis debitis ſcrutiniis, ſi paritas votorum acceſſerit, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus & indulgemus.

Correctori Generali, in iis, quæ ob paritatem ſuffragiorum ad ſuum Tribunal devolvuntur, facultas decidendi conceditur.

§. 3. Ac inſuper eadem deciſivam facultatem auctoritatemque modernis, & pro tempore exiſtentibus Correctoribus Provincialibus dicti Ordinis quarumcumque Provinciarum, tam in omnibus Electionibus Correctori Provinciali devolutis, ſeu de jure pertinentibus, quàm in aliis cauſis, & rationibus, ad Tribunal Provinciale quomodolibet, juxta dicti Ordinis Statuta, & peculiares cujuſcumque Provinciæ Conſtitutiones, ſpectantibus & pertinentibus, peracto priùs tertio ſcrutinio, & intercedente votorum paritate, auctoritate & tenore prædictis extendimus, & ampliamus, ac de novo concedimus, & impertimur; ita ut tam Corrector Generalis,

Eadem tribuitur quoque Correctoribus Provincialibus pro iis negotiis, quæ ad eorum Tribunal ſpectant.

quàm

quàm Correctores Provinciales, juxta datam ſibi à Domino prudentiam, & juxta rerum qualitates, intra ſuum Tribunal reſpective Generale, vel Provinciale, & non aliter, ad quaſcumque Electiones, factis priùs tribus ſcrutiniis, vel à Correctore Generali in ſuo, ſeu à Correctore Provinciali reſpective in ſuo, Tribunalibus, ex quatuor votis compoſitis, interveniente tamen paritate votorum, devenire, ac quaſcumque cauſas quoad Correctores Provinciales cognoſcere, & decidere, aliaque Ordinis, & Provinciarum negotia decernere, & quidquid in omnibus præmiſſis per eum, & illos, ſeu aliquem eorum, ſancitum, decretum, cognitum, actum, geſtumque fuerit, ſuum ſortiri debeat effectum, perinde ac ſi omnium uniuſcujuſque Tribunalis hujuſmodi ſuffragiorum conſenſu factum fuiſſet.

Clauſulæ pro præmiſſorum firmitate.

§. 4. Decernentes eaſdem præſentes Litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & illis, ad quos ſpectat, & in futurum quomodolibet ſpectabit, pleniſſimè ſuffragari, & ab eis inviolabiliter obſervari: ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices, Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis, & illius Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Derogatio contrariis.

§. 5. Volumus autem, quod præſentium Litterarum tranſſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu dicti Zeloſi, ſeu Procuratoris Generalis ſubſcriptis, & ſigillo ejuſdem Ordinis munitis, eadem prorſus fides tam in Judicio, quam extrà illud adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Exemplorum fides.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XXII. Januarii MDCCLIV. Pontificatus Noſtri Anno Decimoquarto.

Dat. 22. Januarii 1754. Pontificat. XIV.

D. Card. Paſſioneus.

XXXI.

Ad exercendos, erudiendoſque Picturæ, atque Sculpturæ Tyrones, Gymnaſium publicum, ſeu Academia in Ædibus Capitolinis erigitur, annuo cenſu conſtituto in neceſſarios ſumptus.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Ingenuarum artium præſtantia.

INTER curas ſupremo Principe dignas, non ultimum locum tenere cenſemus eam, quæ pertinet ad tuendas promovendaſque ingenuas artes, quibus honeſta ingenia excoluntur, & liberaliter occupantur; quæque, dum naturalium rerum pulchritudines imitando exprimunt, propriam humanæ naturæ nobilitatem, atque præſtantiam declarant; nec modò Civium commodis, ſed ſæpe etiam Divino cultui cum dignitate inſervientes, ſocietati ſimul utilitatem afferunt, & ſplendorem.

Urbs Roma quantopere his claruerit.

§. 1. Hanc curam in omni recte conſtituta Civitate nunquam neglectam, Nobis potiſſima quadam ratione ſuſcipiendam eſſe duximus: quibus nimirum, Divinæ providentiæ conſilio, delatum eſt illius Urbis dominium & regimen, quæ olim quidquid ubique pretioſum, vel inſigni arte elaboratum extitit, aut ditione & imperio, aut etiam ſinu ſuo complexa, ipſam artium omnium excellentiam ſuam fecit; eamque laudem a ſubjectis Nationibus ad ſe translatam, aliis deinde gentibus, quæ illius omnino expertes erant, invexit; & ab reliquo Terrarum Orbe inſcitiam atque barbariem ſemel atque iterum depulit.

Sine exercitatione facile intereunt.

§. 2. Verum quum artium gloria, ceſſante artificum exercitatione, facile intereat; videlicet illa in hac Urbe Noſtra paulatim imminui poſſe: dum ipſa Urbs, præclaris veterum atque recentium Pictorum, Sculptorumque operibus referta, in eorum poſſeſſione quadam veluti ſecuritate conquieſcit; novoſque earum artium tyrones formare parum ſollicita, futurorum deinde Magiſtrorum ſcholam propemodum extingui ſinit: non ſatis advertens, ad eam ſe aliquando artificum penuriam redigi poſſe, ut quum aliquod opus ad uſum, ad ornatum, ad memoriam inſigne efficiendum occurrat, alienorum operam implorare cogatur, & induſtriæ ſubſidia ab iis expectare, qui olim politioris culturæ, ac ſcientiarum & artium omnium documenta ab ipſa petere conſueverunt.

Cura Pontificis, ut Tyronum induſtriæ & exercitationi nihil deſit.

§. 3. Huic malo quum Nos tempeſtivè occurrendum meritò judicaverimus; poſtquam plura artis antiquæ monumenta collegimus, plura reſtauravimus, eorumque in publicam utilitatem conſervationi proſpeximus; Capitolinam Pinacothecam, Prædeceſſoris Noſtri Clementis Papæ XII. munificentia collectam, inſtructamque, magnâ Græcorum, Ægyptiorum, Romanorumque Signorum acceſſione locupletavimus; inſigniumque Pictorum Tabulas magno numero diverſis ex locis conquiſitas, multoque ære comparatas, in eodem Capitolio, laxis a ſolo ædibus ad auſtralem montis crepidinem excitatis, aptè decenterque diſpoſitas collocavimus; nunc denique ibidem, ubi tot artis prodigia viſuntur, hominum admirationi, & artificum exemplo propoſita, publicam quoque inſtitutionem ingenuarum Artium Tyronibus conſtituere deliberavimus, eamque ipſis præberi volumus exercitationem, quam omnium opinione idoneam maximè haberi novimus, adeoque aptiſſimam fore confidimus, ad perfectos aliquando futuros Pictores, Sculptoreſque informandos, qui veteris Romanæ Academiæ gloriam renovare, & in omnem poſteritatem propagare queant.

Pingendi fingendique principium in exactiſſima delineatione: hæc in contemplatione naturæ potiſſimum conſtituta.

§. 4. Quum enim rectè pingendi atque fingendi principium & fons in exactiſſimæ delineationis peritia ſtatuatur; hæc autem ex ipſa naturæ contemplatione certiùs, quàm ex ſervili priorum artificum imitatione acquiri poſſit; ideirco in prædictarum Ædium a Nobis extructarum corpore capacem Aulam ad id aptari curavimus; ut ibi quicumque in delineandi arte proficere ſtudent, ad vivi hominis exemplar ſeſe exercentes, certas veraſque ducere lineas addiſcant: Quo ſemel conſtantibus naturæ legibus probe imbuti, & ad earum normam conceptas animo rerum formas exigere & conformare docti, in omni genere liberalis artificii, ad quod ingenium ſtudiumque appulerint, intrepida manu operari valeant. Quod cuidem commodum quum alias in Urbe ſtudioſis adoleſcentibus

ægrè

ægrè suppeteret, ac pretio plerumque, & pecuniarum collatione comparandum esset; nihil ipsis jucundius, aut honestis artibus promovendis utilius, præstare Nos posse putavimus, quàm si perpetuo liberalitatis Nostræ munere provideremus, ut omnes sumptus ad conducendum hominem in delineationum exemplar, ad locum instruendum atque illustrandum, & ad ipsum opus dirigendum urgendumque necessarii, de publico præberentur. Hac enim ratione sperandum fore judicavimus, ut beneficio Nostro invitati adolescentes oblatam sibi proficiendi occasionem cupidè arripiant, & ad præclaras hujusmodi artes omni cura excolendas, ac perficiendas, magis magisque accendantur.

Academia seu Gymnasium publicum, vulgo *del Nudo*, in Capitolinis ædibus erigitur.

§. 5. Jam verò certam huic operi formam præscribere, ejusdemque perpetuam stabilitatem asserere volentes, Motu proprio, ac certa scientia, per hanc nostram perpetuo mansuram Constitutionem, in præfatis Ædibus nostro jussu & sumptu in Capitolio extructis, in inferiori scilicet earum Aula ad id destinata, Gymnasium, seu Academiam, populari vocabulo *del Nudo* appellandam, in pauperum studiosorum, qui delineandi artem addiscere curant, beneficium & usum, erigimus & instituimus; cujus quidem Gymnasii seu Academiæ sic erectæ & institutæ Protectorem & Præsidem, earumdem præsentium Litterarum tenore, Venerabilem Fratrem Nostrum Sylvium Sabinensem Episcopum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Valenti nuncupatum, Nostrum in Status universi negociis Secretarium, dictæque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarium, qui Nos in hujus rei consilio suscipiendo, & ad exitum perducendo, pro sua rerum gerendarum solertia, & singulari erga bonas artes studio, plurimum juvit, ac deinde illius in Camerariatus hujusmodi Officio Successores, eligimus & deputamus: Mandantes eidem Sylvio Episcopo & Cardinali, ut opportunas Leges, & provida Statuta pro destinati operis constitutione, & perpetuo regimine, quamprimum condere curet, Nostroque etiam nomine & auctoritate promulget; ac dantes eidem moderno, ac pro tempore existenti præfatæ Academiæ, seu Gymnasii Præsidi, ac Protectori, necessarias omnes & opportunas facultates, ad hoc, ut pro ejusdem operis executione & progressu, quascumque utiles & idoneas pro tempore ordinationes facere, atque decreta edere, & tam eorum, quàm Legum & Statutorum hujusmodi observantiam injungere, & exigere, ac etiam, quoties ita res ferent, illas & illa revocare, corrigere, & in melius immutare possit, & valeat; prout ad ipsius Academiæ, seu Gymnasii utilitatem, & mentis ac voluntatis nostræ implementum, magis expedire, illius prudentiæ visum fuerit.

Ejusdem Præses, & Protector designatur.

Cui amplissima datur auctoritas in Academiam.

Certo annuo censu Academiæ addicto consulitur necessariis expensis.

§. 6. Pro ejusdem vero Gymnasii dote, qua occurrentes expensæ pro mercede hominis delineantium studio proponendi, aliisque rebus ad hujusmodi operis executionem, ac directionem necessariis, fieri & sustineri valeant; Nos annuam summam tercentorum scutorum de juliis decem pro quolibet scuto, ex publici Promptuarii, a Nobis etiam in hac Urbe ad asservandas, & venales proponendas soleas instituti, proventibus, (quos quidem Nos ipsi aliàs per Schedulam nostri Motus proprii die xxii. Junii Anni MDCCXLVIII. signatam, & in Actis dilecti Filii Gregorii de Castellanis unius ex Cameræ prædictæ Secretariis & Notariis existentem, in nostro Monte Pietatis, ad creditum ejusdem Cameræ, in peculiari tamen computo, & ad liberam dicti Sylvii Episcopi & Cardinalis Camerarii, ejusque in Officio hujusmodi Successorum dispositionem, ad hoc ut ipse, ejusque Successores de illis, prævia participatione Nobis, & Romano pro tempore Pontifici facienda, disponere valeant, deponi voluimus), percipiendam, ab ejusdem Cameræ Apostolicæ redditibus, motu & scientia præfatis, ac de Apostolicæ auctoritatis plenitudine, per easdem præsentes, perpetuò separamus, sejungimus, & dismembramus: Eamdemque summam annis singulis, duabus æqualibus & anticipatis solutionibus, in eodem Monte Pietatis, ad Creditum præfatæ Academiæ Capitolinæ *del Nudo* nuncupatæ, & ad dicti Cardinalis moderni & pro tempore existentis illius Protectoris dispositionem, liberè deponendam, eidem Gymnasio seu Academiæ, ad prædictos effectus, etiam perpetuò applicamus, concedimus, & assignamus: Mandantes eidem Sylvio Episcopo & Cardinali, ejusque Successoribus prædictæ Academiæ Protectoribus & Præsidibus pro tempore futuris, ut ejusmodi pecuniarum summam, pro eorum prudenti arbitrio, in opportunas quaslibet, & ad prædictum opus rectè ordinandum & promovendum necessarias & utiles expensas, absque ullo reddendæ rationis onere, erogari curent. Nos enim quidquid ab ipsis ea in re providè statutum, ordinatum, & gestum fuerit, ratum & gratum habebimus, ac etiam faciemus auctoritate nostra, ab omnibus, ad quos pertinet, appellatione postposita, inviolabiliter observari.

Firmantur Statuta ampliſſimis clauſulis.

§. 7. Ac decernentes has nostras Literas, quas in dicta Camera Apostolica, juxta Constitutionem felicis recordationis Pii Papæ IV. Prædecessoris nostri desuper editam, præsentari, insinuari, & registrari volumus, præmissaque omnia & singula, nullo unquam tempore, ex quibusvis causis, de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis Nostræ, vel quocumque alio defectu notari, & impugnari, seu revocari, suspendi, restringi, limitari, aut in jus, vel controversiam vocari posse: Sed tamquam ad bonarum Artium conservationem & propagationem, Urbisque nostræ decorem factas, semper & perpetuo validas & efficaces existere, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere debere.

Aliter judicari prohibetur.

§. 8. Sicque, & non aliàs, per quoscumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, nec non Causarum Palatii Apostolici Auditores, ejusdemque Cameræ Thesaurarium Generalem, ac Clericos Præsidentes, sublatâ eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere: irritum quoque & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio generalis.

§. 9. Non obstantibus contrariis quibuscumque Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, generalibus vel specialibus, ac, quatenus opus sit, promptuarii præfati institutione, ac proventuum inde obvenientium applicatione, ut præfertur, per Nos factis: privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, eidem Cameræ, ac illius Officialibus & Ministris, & quibusvis aliis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus clausulis, ac irritantibus Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, etiam Consistorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac etiam pluries firmatis, approbatis & innovatis,

Et specialis oppositorum.

§. 10. Quibus omnibus & singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium & singulorum tenores præsentibus pro plenè

&

& sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter & expresse, ac latissimè & plenissimè derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio pœnalis.

§. 11. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam Nostræ erectionis, institutionis, electionis, deputationis, facultatum impertitionis, separationis, sejunctionis, dismembrationis, applicationis, concessionis, assignationis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. 17 Martii 1754. Pontif. XIV.

Datum Romæ apud S. M. Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1754. XVI. Kal. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Quartodecimo.

J. Card. Pro-Datar. D. Card. Passionei.

VISA
De Curia J. C. Boschi.

Loco † Plumbi. J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

XXXII.

Basilica Assisiensis S. Francisci in Patriarchalem & Cappellam Papalem erigitur: Cum aliis gratiis, privilegiis, & indultis.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium. Divinum eloquium impletur, dum exaltatur in terris humiliras Sancti Francisci.

FIDELIS Dominus in verbis suis, quum sæpe in Scripturis sanctis declaraverit, exaltaturum se illos, qui voluntariæ demissionis affectu humiliarent in terra animas suas, non solum in cœlesti Regno pusillos Servos, quos Filii sui humilitati conformes reperit, gloria & honore mirabiliter coronat; sed etiam, ad mortalium fidem excitandam & roborandam, hoc pro sua sapientia disponit, ut qui viventes in Mundo, Mundi gloriam contemserunt, eique placere non curarunt, splendidioribus post mortem honoribus in ipso conspectu filiorum hominum extollantur, eorumque memoria in terris decorata fulgeat, & glorioſa clarescat. Quod quum in pluribus sanctis Viris ab ipso Mundi exordio, & maximè post constitutam Ecclesiam, sæpissime demonstratum est; tum vero in Beati Francisci Confessoris exaltatione, & in omnibus, quæ ad illius Instituti amplificationem, & memoriæ celebritatem pertinent, manifeste impletum conspicimus. Qui enim vivens, in oculis suis, & aliorum vilescere semper studuit, ac opprobriis & vituperationibus delectari consuevit; jampridem irrefragabili Catholicæ Ecclesiæ judicio, clarissimoque præconio, inter Amicos Dei cum ipso in Cœlis regnantes, ubique terrarum honoratur & colitur: Illius autem Corpus, in quo mortificationem Christi ad mortem usque circumferre non destitit, singularibus signis atque prodigiis de Cœlo illustratum, atque certantibus omnium Ordinum studiis, ita Populorum & Principum devotione clarificatum fuit, ut ejusdem Sepulchrum glorioſum, super ambitioſa potentium sæculi monumenta, meritò celebrari mereatur.

Honores, & privilegia a Prædeceſſ. Pontif. collata Ecclesiæ Assisien. ubi Corpus Sancti Francisci reconditum est, enarrantur.

§. 1. Et sanè vix altero ab illius obitu anno decurso, quum de Servi Dei exuviis decenter collocandis ageretur, eumque in finem opportunus locus & fundus, prope Assisiensis Civitatis mœnia, illius Alumnis pro Apostolica Sede recipientibus oblatus fuisset; san. mem. Prædecessor Noster Gregorius Papa IX. dignum existimans & conveniens, illius memoriam, per quem tantus Ecclesiæ Dei fructus provenerat, in eo etiam honorificari, ut Ecclesia, in qua ejus Corpus recondendum erat, nemini, præterquam Romano Pontifici, subesset; eumdem fundum in jus & proprietatem prædictæ Sedis Apostolicæ recepit; statuitque Ecclesiam inibi construendam omnino liberam, ac nulli alii, quàm Apostolicæ Sedi subjectam fore; & ad hujusmodi libertatis ab Ecclesia Romana percepræ indicium, unius libræ ceræ censum annuatim sibi, & Successoribus suis ab eadem Ecclesia persolvendum decrevit; Super quibus Apostolicas Litteras, quarum initium est -- *Recolentes* -- edidit Reate, XI. Kalendas Novembris Pontificatus sui anno II. Deinde verò, quum idem Gregorius Prædecessor, in ipsa Assisiensi Civitate, glorioſissimum Patriarcham Sanctorum Confessorum Catalogo rite adscripsisset, ac designatam hujusmodi Ecclesiam in ipsius honorem Omnipotenti Deo dicandam, erigendamque statuisset, illius primario lapide suis ipse manibus posito, per alias suas Litteras datas Laterani, X. Kalendas Maji, anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXX. Pontificatus sui anno IV. incipientes -- *Is, qui Ecclesiam* -- non modò concessum eidem Ecclesiæ libertatis, & immediatæ Romano Pontifici subjectionis privilegium, nova & solemniori concessione firmavit, sed etiam Ecclesiam ipsam Ordinis Fratrum Minorum Caput & Matrem ab omnibus habendam, ac in ea per Fratres ejusdem Ordinis perpetuò serviendum fore constituit; aliaque ad asserendam illius immunitatem, ac dignitatem, & Fratrum in ea deservientium commoda promovenda, opportunè decrevit, quæ latiùs continentur in præfatis ejusdem Gregorii Litteris: quas alii deinde Prædecessores Nostri Romani Pontifices, ex quo ipsius Sancti Francisci Corpus in eamdem memorabili pompa illatum fuit, in primis Innocentius Papa IV., qui postea Ecclesiam ipsam ad supremum fastigium perductam, suaque jam constructione & mole conspicuam, anno MCCLIII., Dominica ante Festum Ascensionis Domini, ad honorem Dei, & ejusdem Beati Francisci, solemni ritu dedicavit, nec non Clemens Papa IV. per similes suas Litteras confirmarunt & innovarunt. Nicolaus verò etiam IV. peculiaribus Litteris, datis Reate II. Idus Maji Pontificatus sui anno II., & incipientibus -- *Præclara* -- statuit Ecclesiam ipsam, & totum locum ipsius, cum pertinentiis suis, Ecclesiastico Interdicto, absque speciali & expresso Apostolicæ Sedis mandato, sub certa forma ibidem præscripta concepto, supponi non posse.

A fundationis initio S. Sedi immediate subjicitur, annuo reservato censu

Pontificia manu primus lapis Ecclesiæ ponitur.

Caput & Mater Ordinis Minorum cõstituitur, Fratribusque ejusdẽ Ordinis custodienda in perpetuum traditur.

Per Rem. Pontificem solemni ritu dedicatur.

§. 2. Porro eidem Ecclesiæ non parum honoris ex eo accessit, quòd alii ex Prædecessoribus Nostris Romanis Pontificibus non solùm ad eam, Beati Patriarchæ Tumulum veneraturi, sæpe se contulerunt, sed in Pontificiis quoque Ædibus prope ipsam extructis ad non exiguum tempus domicilium figere, atque omnis generis Pontificalia Sacra in ea celebrare consueverunt; Insuper Apostolicæ Sedis scrinia, aliaque Ecclesiasticæ Potestatis, & Civilis Imperii instrumenta apud eam collocarunt; nonnulli etiam in ea sepulturam sui corporis elegerunt; quapropter ejusdem Ecclesiæ immediata Apostolicæ Sedis subjectio, quæ ipsi cum aliis pluribus per Orbem Ecclesiis ab inferiorum Præsulum jurisdictione exemptis communis videri poterat, peculiaris cujusdam Pontificum dominii, & proprietatis induit speciem; eo vel maximè confirmatam, quòd quum in unius structuræ altitudine trium revera Ecclesiarum, quarum altera alteri imminet, mira ædificatio consurgat, in superioris Ecclesiæ Hemicyclo, Pontificia marmorea Cathedra contra Aram Maximam usque ab initio extructa,

Vetitum, ne Ecclesiastico Interdicto absque Sanctæ Sedis mãdato supponatur.

Magis speciali ter adjicitur proprietati S. Sedis, utpote decorata Frequenti Pontificum accessu.

Pontificiis Ædibus, & diuturno eorũ domicilio.

Pontificio Archivo.

Pontificum sepultura.

Duplici Pontificia Cathedra.

semper

semper stetisse dignoscitur; in ea verò, quæ media est, atque subjectum venerandi Corporis conditorium propius attingit, a latere Altaris, ubi Pontifices Sacris solemnibus operantes Thronum erexisse oportuit, aliquot ab hinc annis Pontificius pariter Thronus, ex auctoritate primum san. mem. Decessoris Nostri Clementis Papæ XII., atque iterum Nobis annuentibus, erectus, assiduè retineri conspicitur; De omnibus autem, quæ ad ipsam Ecclesiam, ejusque cultum, & sacras actiones in ea peragendas quoquomodo pertinent, nihil sive magnum, sive parvum, statui, aut immutari consuevit, nisi consultis prius Romanis Pontificibus pro tempore existentibus; quorum singularis cura, & sollicitudo, tam pro ejusdem Ecclesiæ conservatione, ac decore, quàm pro recta omnium in ipsa agendorum ordinatione semper enituit. Quare nil mirum si plerique Romani Pontifices Prædecessores Nostri, eamdem Ecclesiam, Basilicam etiam nuncupatam, compluribus Privilegiis, & Gratiis spiritualibus, & temporalibus cumularunt, & Nicolaus Papa V. per suas Apostolicas Litteras incipientes: *Licet ex debito*: datas Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ MCDL. VIII. Idus Februarii, omnia, & singula privilegia & indulta hujusmodi, tanquam a se ipso concessa, perpetuam roboris firmitatem obtinere decrevit; & Sixtus Papa IV. eadem, aliaque posterius impertita, similiter pro suis adoptans, novo confirmationis munimine roboravit, per suas pariter Litteras sub Plumbo editas Romæ, apud Sanctum Petrum pridie Idus Novembris anno MCDLXXI., quarum initium est: *Ad Ordinem*: & Sixtus Papa V. aliis similiter Litteris datis XIII. Kalendas Decembris anno MDLXXXV. piam Christifidelium utriusque sexus, Chordigerorum nuncupatorum, Archiconfraternitatem, in eadem Ecclesia, & ad illius Altare Majus, auctoritate Apostolica erexit, compluribus eidem Indulgentiis & gratiis concessis, quarum participatione etiamnum, juxta posteriores Apostolicæ Sedis sanctiones, innumeri Christifideles, aliis hujusmodi Confraternitatibus per omnes Mundi partes ex ejusdem Sixti concessione erectis, aggregati, ditantur. Utque alia innumera Apostolicæ liberalitatis erga eamdem Ecclesiam effusæ, argumenta prætereamus, fel. rec. Prædecessor Noster Innocentius Papa XII. per suas Litteras sub Annulo Piscatoris datas die XVIII. Augusti anno MDCXCVIII., ac perpetuis temporibus valituras, omnibus Christifidelibus, qui illam verè pœnitentes & confessi, ac Sac. Communione refecti, in quocumque anni die devotè visitaverint, ibique, ut in ipsis Litteris præscribitur, oraverint, plenariam omnium peccatorum Indulgentiam, & remissionem concessit: Deinde etiam per alias similes Litteras die XI. Martii sequentis anni editas, tres in eadem pro tempore deputandos riteque constituendos Pœnitentiarios, Ordinis Fratrum Minorum Conventualium expresse professos, satis amplis facultatibus pro confluentium Christifidelium absolutione a peccatis atque censuris, & pro votorum commutationibus, Apostolica auctoritate instructos, perpetuo extare voluit atque concessit.

Mil in ea immutari consuevit inconsulto Romano Pontifice.

Ditatur appellatione Basilicæ, pluribusque gratiis Spiritualibus, & temporalibus.

Archiconfraternitas Chordigerorum in ipsa erigitur cum facultate aggregandi.

Indulgentia plenaria quotidie ibidem in perpetuum conceditur.

Tres in ea Pœnitentiarii Auctoritate Apostolica designantur.

§. 3. Tot igitur Venerabilium Prædecessorum Nostrorum exemplis Nobis propositis, eorumque vestigiis insistentes, Nos etiam ad ejusdem Ecclesiæ splendorem ac decus augendum cumulandumque libenter adducti fumus. Quod quidem non tam singularis obsequii Nostri affectus erga B. Franciscum Patriarcham multis jam rebus privatim, & publice declaratus, atque testatus; & peculiaris quædam, ac veluti hæreditaria in eumdem Familiæ Nostræ devotio, Nobis suggessit; dum animo occurrit, ipso adhuc Beato Francisco in vivis agente, primum Bononiæ locum illius Discipulis, ad eorum Ordinis Cœnobium fundandum, a Majoribus Nostris oblatum fuisse; illius verò cum Christo regnantis Patrocinio, complura in Nostros beneficia profecta, ipsiusque Familiæ Nostræ conservationem, pestifera quondam grassante lue, acceptam referri, grata mente recolimus: Sed ea potissimum cogitatio Nobis suasit, quod merito sperandum duximus, Romanam Ecclesiam, ejusque Ditionem, in cujus sinu Beatus Pater & ortum habuit, & sepulchrum, eo magis illius apud Deum intercessionibus protegendam, atque servandam, quo magis illustria, ad illius memoriæ honorem, Apostolicæ Sedis judicia extiterint & decreta.

Pontifex Prædecessorum exemplo, & propria devotione erga Sanctum Franciscum, permotus:

Ac a memoria Gentium suarū,

§. 4. Itaque motu proprio, ac certa scientia, & matura deliberatione Nostris, per hanc Nostram perpetuo valituram Constitutionem, omnia & singula Privilegia, Prærogativas, Libertates, Exemptiones, & Immunitates, aliaque Indulta sæpedictæ Ecclesiæ Sancti Francisci Assisiensis, tam per præfatos Gregorium IX. Innocentium IV. Clementem etiam IV. Nicolaum IV. & V. Sixtum quoque IV. & V. ac Innocentium XII., quàm per alios quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros quandocumque, & qualitercumque concessa, seu confirmata, & innovata, dummodo non sint actu revocata, seu sub aliqua generali revocatione comprehensa, Nos etiam Apostolica auctoritate approbamus, confirmamus, & innovamus, eamdemque Ecclesiam ab Ordinarii Loci, ac omnium, & quorumcumque Præsulum, seu Superiorum, etiam Regularium, tam ordinaria, quàm delegata jurisdictione, visitatione, & auctoritate penitus exemptam, liberam, & immunem, sub immediata Nostra, & Successorum Nostrorum Romanorum Pontificum, & Sedis Apostolicæ potestate, dominio, & proprietate, confirmamus, & immutabiliter constituimus.

Et ad implorandum præsidii Romanæ Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ Ditioni:

Motu proprio confirmat, & innovat Privilegia Ecclesiæ Assisiensi a Prædecess. concessa.

Iterum eam eximit ab omni Ordinaria & delegata jurisdictione, & suscipit sub immediata S. Sedis potestate.

§. 5. Præterea simili motu, ac scientia, prædictam Ecclesiam Nostram Sancti Francisci Assisiensis, præsentium Litterarum tenore, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, in Basilicam Patriarchalem, & Cappellam Papalem erigimus, ac talem ex nunc in futurum perpetuò esse & fore decernimus; Eamque Basilicam Patriarchalem, & Cappellam Papalem æque & pariformiter nuncupari & haberi volumus, ac aliæ Basilicæ Patriarchales intra Almam Urbem, & extra illius muros, nec non Cappellæ Papales in Pontificiis Ædibus, & prope eas constitutæ appellantur, atque censentes; Statuentes nihilominus eamdem Ordinis Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci Caput & Matrem semper esse, & haberi; nec non, ut hactenus, per Fratres ipsius Ordinis Conventuales nuncupatos in ea perpetuo serviendum fore; Ac decernentes antiquum censum unius libræ ceræ albæ, qui hucusque ex parte ejusdem Basilicæ quotannis in pervigilio Natalis SS. Apostolorum Petri, & Pauli, in signum immediatæ subjectionis Apostolicæ Sedi, in Camera Apostolica persolvi solebat, perpetuis futuris temporibus in memoriam etiam hujus honorificentissimi fœderis, quo noviter Basilica Assisiensis cum Sede Apostolica conjuncta est, ut antea, præstari & recipi debere.

Ecclesiam Assisiensem Sancti Francisci in Basilicam Patriarchalem, & Cappellam Papalem erigit.

Præservat & confirmat Dignitatem Capitis & Matris Ordinis Minorū.

Servitium, ut hactenus, per Fratres Min. Convent præstandum;

Et annuum censum Cameræ Apostolicæ solvendum.

§. 6. Volumus idcirco Pontificium Thronum, seu Cathedram, tam eam videlicet, quæ in superiori Ecclesia jam inde ab initio stabiliter locata conspicitur, quàm quæ in Ecclesia inferiori posterius, ut præfertur, erecta fuit, iisdem in locis, in quibus nunc sunt, pro solius Romani Pontificis, & nullius alterius usu perpetuò retineri. Utrumque autem Altare Majus Basilicæ hujusmodi, ex ea tamen parte dumtaxat, qua Thronum Pontificium respicit,

Reservat privativo usui Romanorum Pontificum utrumque Thronū superioris & inferioris Ecclesiæ.

Et utramque Aram Majorem, quæ Thronū Pontificium respicit.

Altare Pontificium seu Papale, ex nunc in posterum esse & fore declaramus; itaut nemini liceat, absque speciali Indulto, seu extra casus, ut infra, permissos, in uno aut altero eorum Missam, sive privatim, sive solemniter celebrare.

Jussu suo exaratum Cæremoniale pro Basilicæ usu, & contemporaneis Literis approbatum observari mandat.

§. 7. De sacris autem Actionibus in eadem Basilica peragendis, & Cæremonialibus Ritibus ibidem servandis, quum Nos multiplices Leges & Regulas in unum colligi jusserimus, easdemque peculiari Instructione digestas, ac diligenter examinatas, atque probatas, aliis Nostris Apostolicis Litteris in forma Brevis cum Cæremonialis hujusmodi insertione hac ipsa die expeditis duxerimus confirmandas; nunc omnia & singula in Cæremoniali prædicto ordinata, & contenta, ac præsertim Indulta celebrandi in præfatis Papalibus Aris, tam Custodi Conventus ejusdem Sancti Francisci, quàm aliis diversis Præsulibus, atque Personis in Dignitate Ecclesiastica constitutis, Sæcularibus, seu Regularibus Prælatis, pro statis diebus, seu certis respectivè vicibus concessa; & alia quæcumque, etiam indulti, & privilegii naturam habentia, tam in ipsius Basilicæ, quàm in Personarum quarumvis favorem, ibidem præscripta atque statuta, præsentium quoque tenore approbamus, ac etiam perpetuò confirmamus: mandantes omnibus & singulis, ad quos pertinet, & quandocumque pertinebit in posterum, etiam specifica mentione & expressione dignis, ut omnia & singula ibidem, ut præfertur, ordinata & disposita observent, ac respectivè iisdem in omnibus & per omnia se conformare studeant, iisque obsequantur.

Indulget Personis in Cæremoniali relatis, ut præscriptis diebus & vicibus Sacrum faciant in Aris Papalibus.

Eximit a lege expectandi signum Campanarum Cathedralis in Sabbato Sancto.

§. 8. Neque verò eamdem Basilicam comprehensam esse aut censeri volumus sub Prædecessoris Nostri Leonis Papæ X. Lege ab ipso in Concilio Lateranensi edita, qua scilicet sub certa pœna vetuit, ne in Sabbato majoris Hebdomadæ, in quibuslibet Sæcularium, aut Regularium etiam Privilegiatorum Ecclesiis, antequam in Cathedralibus, seu Matricibus Locorum, Campanæ pulsari possent: quin immo illam, utpote Papalem, & Patriarchalem Basilicam, ab hujusmodi Lege specialiter eximimus per præsentes; ita tamen, ut si illius Campanas prædicta die, ante illas Cathedralis Ecclesiæ Assisiensis, pulsari contingat, aliæ in eadem Civitate vel extra eam constitutæ Ecclesiæ nequaquam eidem Basilicæ respondere, sed a prædicta Ecclesia Cathedrali hac in re, ut antea, dependere teneantur.

Designat illa visitandam tempore Jubilæi, vel publicarum precum a S. Sede indictarum.

§. 9. Quod si ad implorandam cœlestis auxilii opem, publicæ preces, oblata Fidelibus Indulgentia, de mandato Apostolicæ Sedis, ut identidem fieri solet, per Civitates atque Diœceses sint indicendæ, seu Jubilæi generalis, vel particularis concessio, aut extensio, ab eadem Apostolica Sede emanaverit, relicta Locorum Ordinariis facultate designandi Ecclesias aliquot, præter Cathedralem uniuscujusque Civitatis, in quibus hujusmodi preces fundendæ, seu quæ ad indulgentiam aut Jubilæum consequendum visitandæ sint: quod pertinet ad Assisiensem Civitatem, volumus & decernimus, eamdem Basilican S. Francisci, tamquam a Nobis, & Romano Pontifice pro tempore existente ad prædictos effectus, una cum ipsius Civitatis Cathedrali Ecclesia, singulis vicibus expresse designatam, semper haberi: dictamque facultatem ab Assisiensi Episcopo seu Ordinario, exerceri posse dumtaxat in aliarum Ecclesiarum delectu, si forte plures duabus Ecclesiis fuerint designandæ. Cæterum ejusdem Episcopi seu Ordinarii edicta, sententias, mandataque omnia, sive ad Divinum cultum, sive ad Cleri Populique sui regimen quomodocumque spectantia, ad valvas ipsius Basilicæ, seu respectivè in illius Sacrario proponi non interdicimus; ejusdemque ordinationes atque statuta super præmissis, alioquin rite condita & lata, ibidem per eos, ad quos pertinet, observari volumus & mandamus.

Præservat Ordinario facultatem in ea affigendi Edicta, quæ Divinum cultum, vel Cleri Populique regimen concernunt.

§. 10. Quod autem ad debitam erga gloriosum Beati Francisci Corpus Fidelium venerationem fovendam, & magis magisque asserendam, fel. rec. Prædecessor Noster Clemens Papa VII. per suas Litteras sub Annulo Piscatoris die XVIII. Julii MDXXVI. ad tunc existentem Perusiæ & Umbriæ Vicelegatum datas, quarum initium est -- *Accepimus* --, singulis annis in Processione solemni die prima Augusti ab Ecclesia ejusdem Sancti Francisci ad aliam Sanctæ Mariæ Angelorum, sive de Portiuncula, habenda, servandum decrevit; atque itidem rec. me. Prædecessor quoque Noster Urbanus Papa VIII. per similes Litteras datas die XXII. Martii anno MDCXLIII. incipientes -- *Domini Nostri Jesu Christi* -- perpetuò custodiendum voluit & præcepit; id ipsum Nos quoque earumdem præsentium tenore in posterum perpetuò servandum decernimus & jubemus.

Providè statuta circa Processionem Kalendis Augusti habendam confirmat.

§. 11. Et quoniam ad venerandum ejusdem gloriosissimi Confessoris Tumulum, ejusque Patrocinii suffragia demerenda, atque etiam ut Indulgentiæ quotidianæ compotes fiant, frequentes undique Fideles ad præfatam Basilicam omni tempore confluere dignoscuntur; Nos opportuna animarum saluti procurandæ subsidia augere cupientes, volumus, ut præter tres Pœnitentiarios ibidem ex auctoritate prædicti Innocentii Papæ XII., ut supra dictum est, constitutos, tres alii ejusdem Ordinis Minorum Conventualium Fratres expresse professi, ad hujusmodi munus idonei, vitaque & moribus conspicui, per Ordinarium Loci examinati, & approbati, a dilecto Filio moderno, & pro tempore existente Ministro Generali Ordinis præfati, in dicta Basilica Pœnitentiarii etiam pro tempore constituantur, & deputentur; qui sic constituti, & deputati, omnibus, & singulis facultatibus per dictum Innocentium Prædecessorem prioribus tribus Pœnitentiariis, ut præfertur, concessis, & elargitis, & in præcitatis ipsius Litteris, quarum initium est -- *Ex incumbenti* -- datis apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XI. Martii MDCXCIX. latius expressis, æque & pariformiter, ex concessione Nostra, & præsentium Litterarum vigore, gaudeant & utantur.

Tres alios Pœnitentiarios cum facultatibus ab Innocentio XII. concessis adjungit.

§. 12. Præterea Fidelium Defunctorum refrigerio & saluti per opportunam spiritualis Thesauri dispensationi Nostræ concrediti erogationem ampliùs consulere volentes, quum in præfata Basilica Altare Majus Ecclesiæ inferioris Omnipotenti Deo in honorem S. Francisci dicatum, a fel. rec. Prædecessore Nostro Gregorio Papa XIII. per Litteras anno Incarnationis Dominicæ MDLXXVII. pridie Idus Octobris sub Plumbo editas, quarum initium est -- *Omnium saluti* --, Privilegio quotidiano ac perpetuo pro Defunctis decoratum exstiterit; verùm experientia compertum fuerit, piis confluentium votis, & eleemosynarum oblationibus, quæ pro Missis ad hujusmodi Altare celebrandis quotidie deferebantur, minime satisfieri posse per eum numerum Missarum, quæ singulis diebus ad illud celebrari valebant; ideoque jampridem a piæ mem. Alexandro PP. VII. concessum fuerit, ut quæ Missæ ad illud celebrari tunc nequibant, ad alia duo Altaria in Litteris super hoc editis enunciata, pari cum Fidelium Defunctorum suffragatione, celebrari possent: Nos prædictas Gregorii Prædecessoris Litteras præsentium tenore etiam perpetuò confirmantes, simili motu, & auctoritate statuimus, atque concedimus, ut Missæ, pro quibus ad præfatum Altare celebrandis,

Privilegium pro omnibus Defunctis Aræ Maximæ Ecclesiæ inferioris impertitum, confirmat.

Et in supplementum assignat Aram Majorem non Papalem superioris Ecclesiæ, triaque Altaria inferioris.

eleemo-

eleemosynas pro tempore offerri contigerit, quæque ad idem Altare re ipsa celebrari nequiverint, ad Altare Majus Ecclesiæ superioris, ex ea videlicet parte, qua illud nequaquam Pontificium Altare esse & fore decrevimus, nec non ad tria infrascripta Altaria in inferiori Ecclesia posita, nimirum ad Altare Sacrarum Reliquiarum, & ad alterum Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, & ad reliquum B. Josephi a Cupertino Confessoris, liberè, & licitè celebrari possint & valeant; itaut earumdem Missarum oneri perinde satisfiat, & satisfactum esse censeatur, ac si Missæ hujusmodi ad præfatum Altare primariò Privilegiatum celebratæ forent. Præterea dictum Altare Majus superioris Ecclesiæ, quâ Pontificium est, simili privilegio decorare volentes, eadem auctoritate Nobis a Domino tradita, concedimus, ut quoties Missa ad Altare hujusmodi, prædictorum Indultorum, aliorumque forsan deinceps specialiter concedendorum vigore, celebrabitur pro Anima cujuscumque Fidelis, quæ Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, Anima ipsa de Thesauro Ecclesiæ Indulgentiam per modum suffragii consequatur, & Domini Nostri Jesu Christi, ac Beatissimæ Virginis Mariæ, aliorumque omnium Sanctorum meritis suffragantibus, a Purgatorii pœnis liberetur.

Privilegium etiam pro Defunctis tributi Aræ Maximæ Papali superioris Ecclesiæ, quoties ex Indulto ibidem celebratur.

§. 13. Ut autem insignis Sacrarum Reliquiarum Thesaurus, qui in dicta Basilica, ejusque Sacrario asservatur, & magnam Populorum devotionem erga Sanctuarium hujusmodi merito conciliat, integrum inviolatumque permaneat; resque & memoriæ, quæ ad Sanctum Patriarcham Franciscum quoquomodo pertinent, minimè dispereant, aut pereant; Nos dilectis Filiis Custodi & Fratribus Conventus prædicti S. Francisci, nec non ipsius Ordinis Minorum Conventualium Superioribus, etiam Ministro Generali, pro tempore existentibus, sub excommunicationis sententia eo ipso incurrenda, cujus absolutionem, præterquam pro iis, qui in mortis articulo constituti fuerint, Nobis, & Successoribus Nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus reservamus, nec non remotionis ab eorum respectivè officiis, aliisque arbitrio Nostro, & Successorum prædictorum infligendis pœnis, per præsentes expresse interdicimus, & prohibemus, ne quavis causa & occasione, absque Nostra, & Successorum Nostrorum prædictorum licentia in scriptis tradenda, particulam aliquam Reliquiarum, sive ad dictum S. Franciscum quomodolibet pertinentium, sive aliarum, quæ in dicta Basilica, illiusque Sacrario asservantur, extrahere, dividere, & aliis concedere, ac donare, aut pro se retinere audeant, seu præsumant.

Prohibet, ne Reliquiæ SS. extrahantur, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Romano Pontifici reservatæ.

§. 14. Præterea de ejusdem Basilicæ decore, ac libertate plurimùm, ut par est, solliciti, simili auctoritate ac tenore, prædictis Custodi ac Fratribus, & aliis quibusvis etiam Superioribus, & Ministro Generali præfatis, præcipimus, & districte prohibemus, ne Jusпatronatus alicujus Altaris aut Cappellæ in eadem Basilica existentis, neve locum ad Sepulturam ædificandam, seu scamnum, vel sedile, aut areæ situm ad illud collocandum, aut retinendum intra eamdem Basilicam, cuilibet Personæ, etiam specifica, & individua mentione dignæ, aut Familiæ, seu Virorum, aut Mulierum cœtui, Congregationi, aut Universitati, inconsulto Romano Pontifice pro tempore existente, nec nisi facultate ab eo in scriptis pariter obtenta, in posterum concedant; & quidquid contra hujus præcepti Nostri formam per eos fieri, aut attentari contigerit, ex nunc irritum, & inane decernimus. Quæ verò scamna aut sedilia jam nunc, ex legitimis juribus, in eadem Basilica existere, seu certis in locis intra eamdem retineri solere dignoscuntur, volumus & jubemus, ut omnia ad æqualem mensuram & formam reducantur, sublatis gradibus, & suppedaneis quibuscumque, atque ita per Basilicæ spatia collocentur, ut non deformitatem, sed potius decorem illi afferant, & ornatum. Per hæc autem ullius Personæ, Familiæ, aut Universitatis asserta jura, sive Patronatûs in ejusdem Basilicæ Altaria, & Cappellas, sive habendi Sepulturas intra eamdem, aut scamna, aut sedilia ibidem retinendi, nisi quatenus legitimis, & sufficientibus titulis, aut consuetudinibus fulciantur, approbare non intendimus.

Concessiones Juspatronatus, & Sepulturæ, inconsulto Romano Pontifice, in Basilica faciendas irritat.

Scamna ad æqualitatem reduci, & recte disponi mandat.

§. 15. Externas quoque Porticus, & aream præ foribus utriusque Ecclesiæ tam superioris, quàm inferioris, nec non adnexi Conventus, in longum, latumque protensam usque ad locum, qui dicitur *la Cordonata*, & ad Fossam *Sanctæ Margaritæ* nuncupatam, non solùm ab omni molestia, & perturbatione liberas & immunes, pro Nostra & Apostolicæ Sedis reverentia, servari volumus, & præcipimus; Verùm etiam Ecclesiasticæ Localis Immunitatis juribus gaudere concedimus, & earumdem præsentium tenore decernimus; Ampliantes quoad hoc fel. rec. Prædecessoris Nostri Benedicti Papæ XIII. concessionem, in Schedula Motus proprii die XX. Decembris MDCCXXVI. ab ipso signata, latius expressam, eamdemque nihilominus in reliquis ejus partibus confirmantes; Ac decernentes, tam Prædecessorum Nostrorum Gregorii XIV. ejusdemque Benedicti XIII. ac Clementis XII. Apostolicas Constitutiones super Immunitate Locali, quàm Nostram anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXXIX. Idibus Martii, Pontificatus Nostri Anno X. editam, quæ incipit -- *Officii Nostri ratio* -- in occurrentibus casibus servandas, & exequendas esse. Nos enim Venerabili Fratri moderno, & pro tempore existenti Episcopo Assisiensi omnes ad id necessarias, & opportunas facultates, iisdem auctoritate & tenore, perpetuò tribuimus, & elargimur.

Privilegium immunitatis localis Aræ ante Basilicam aliàs concessum latius extendit.

Tribuit Episcopo facultatem extrahendi Reos, observata forma Constit. Apost.

§. 16. Porro quum aliàs memoratus Prædecessor Noster Sixtus Papa IV. conservationi structurarum ejusdem Basilicæ, & Domus adnexæ, ac etiam augmento Divini cultus, & sustentationi majoris numeri Fratrum ad illud in ea exercendum a prima erectione deputatorum, prospicere volens, per suas Apostolicas Litteras sub Plumbo datas Assisii anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLXXVI. octavo Kalendas Septembris, incipientes -- *Venerabilem* --, in Monasterio olim existente Sancti Nicolai de Campolongo Ordinis Sancti Benedicti Assisiensis Diœcesis, Abbatialem Dignitatem, & Ordinem prædictum, ac nomen ipsum, & Titulum Monasterii suppresserit, & extinxerit; illiusque structuras, ædificia, ac bona omnia, ac etiam deinde per alias similes Litteras datas Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLXXVIII. quarto nonas Februarii, quarum initium est -- *Applicavimus* --, omnia & singula Beneficia Ecclesiastica cum cura & sine cura, olim ad collationem Abbatis dicti suppressi Monasterii, cum Conventu ejusdem Monasterii, vel sine, spectantia & pertinentia, eorumque fructus, redditus, & proventus, Sacristiæ Domus ejusdem Sancti Francisci, pro supportatione onerum Fabricæ hujusmodi, & Fratrum in decenti numero ibidem sustentatione, perpetuò applicaverit, appropriaverit, univerit, & incorporaverit, itaut liceret Custodi, & Fratribus prædictæ Domus pro tempore existentibus, hujusmodi Beneficiis, eorumque Ecclesiis, Cappellis, & Altaribus, per aliquem etiam ejusdem Ordinis Professorem ad eorum nutum amovibilem, in Divinis deserviri facere, ac onera ipsis adnexa, & aliàs Personis eadem pro tempore obtinentibus incumbentia, etiam in ministratione Sacramentorum, perferre & adimplere

Confirmat unionem Monasterii de Campolongo, & Beneficiorum.

Approbat consuetudinem deputandi in Parœciis dependentibus Presbyteros sæculares.

Nos hujusmodi applicationem & unionem, ad effectum præmissum, novæ confirmationis Nostræ munimine roboramus; Ac insuper inductam a multo jam tempore, & actu, ut accepimus, vigentem consuetudinem, ut scilicet ad exercitium curæ Animarum in quatuor Parochialibus, videlicet in una Sancti Petri Castri Paradisi nuncupat., ac in alia Sancti Joannis Baptistæ Castri Podii superioris, ac in altera ejusdem Sancti Joannis Baptistæ Castri Plebis, & in reliqua Sancti Laurentii Castri Porciani, nec non in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Gualdo nuncupat. mox dictæ Parochialis Sancti Laurentii subsidiaria, Ecclesiis, olim a prædicto Monasterio dependentibus, totidem Præsbyteri Sæculares in illarum Vicarios Curatos pro tempore a prædictæ Domus Custode & Fratribus amovibiliter deputentur, præsentium tenore approbamus, & in posterum quoque servari concedimus; mandantes, ut omnes & singuli Vicarii Curati hujusmodi, præter assistentiam, & obsequium Ecclesiæ Cathedrali Assisiensi in consuetis Functionibus, & Processionibus ab ipsis præstandum, Supplicationi etiam in Dominica infra Octavam Solemnitatis Corporis Christi ab eadem Basilica S. Francisci quotannis celebrandæ, in loco ipsis in præfato Cœremoniali assignato, interesse teneantur.

Qui, præter obsequia Cathedrali præstanda, interstint supplicationi Corporis Christi a Basilica habendæ.

Commendat Custodi & Ministro Generali reparationem & cultum Ecclesiarum dependentium.

§. 17. Cæterum sæpedicti Conventus Custodi & Fratribus, ac etiam præfati Ordinis Ministro Generali pro tempore existentibus, harum serie injungimus, & enixè commendamus, ut ipsi tam prædictarum, ac etiam Sanctæ Margaritæ intra Assisiensem Civitatem Parochialium, quàm aliarum ab eodem Conventu quacumque ratione dependentium, videlicet dicti Sancti Nicolai de Campolongo, & Sancti Francisci Parvuli nuncupati intra Assisium, ac Sanctæ Mariæ Conventus Rivitorti, nec non Sancti Joannis Baptistæ prope eumdem Rivumtortum, ejusdemque Sanctæ Mariæ apud Castrum Rocchicciolæ ejusdem Assisiensis Diœcesis, & alterius Sancti Joannis Baptistæ extra muros Castri Turris Alfinæ, Diœcesis Urbevetanæ, Ecclesiarum conservationi, ac in eis sacrarum Suppellectilium manutentioni, diligenter & sedulò incumbant.

Quinque Parochialibus Ecclesiis, & uni Subsidiariæ concedit Altare Majus certis diebus privilegiatum.

§. 18. Denique iisdem Custodi, & Fratribus, in iis præsertim, quæ ad Animarum salutem referuntur, uberius gratificari, dictasque Sanctæ Margaritæ in Civitate Assisiensi, & Sancti Petri Castri Paradisi, & Sancti Joannis Baptistæ Castri Podii superioris, ac aliam ejusdem S. Joannis Baptistæ Castri Plebis, nec non S. Laurentii Castri Porciani, Parochiales, ac etiam præfatam Sanctæ Mariæ de Gualdo dictæ Assisien. Diœcesis Ecclesias, a præfato Conventu, ratione unionis a dicto Sixto Papa IV., ut præfertur, factæ, dependentes, speciali pro Animabus in Purgatorio existentibus privilegio illustrare volentes; Auctoritate Nobis a Domino tradita, ac de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ut quum die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, ac singulis diebus infra illius Octavam, ac Feria sexta cujuslibet hebdomadæ Sacerdos aliquis Sæcularis, vel cujusvis Ordinis, Congregationis, seu instituti Regularis, Missam Defunctorum pro Anima cujuscumque Christifidelis, quæ Deo in Charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad Altare Majus dictarum sex Ecclesiarum celebrabit, Anima ipsa de Thesauro Ecclesiæ per modum suffragii Indulgentiam consequatur; ita ut ejusdem Domini Nostri Jesu Christi, ac Beatissimæ Virginis Mariæ, Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus, a Purgatorii pœnis liberetur, in perpetuum concedimus, & indulgemus: Cujus quidem concessionis in singulis Ecclesiis hujusmodi Monumentum lapideum publico aspectui apponi volumus & mandamus.

Clausulæ pro præmissorum firmitate.

§. 19. Decernentes præsentes Nostras Litteras, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere prætendentes, ad hoc vocati, & auditi non fuerint, aut ex alia quavis causa, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quovis alio defectu notari, vel impugnari, suspendi, restringi, limitari; vel eis in aliquo derogari nullatenus unquam posse; easque omnino sub quibusvis contrariis Constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, vel declarationibus, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam Consistorialiter, aut aliàs quandocumque, & quibusvis de causis etiam pro tempore factis, minimè comprehendi, sed ab illis semper exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, ac de novo concessas, semperque & perpetuò validas, firmas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum, perpetuò, & inviolabiliter observari, ac prædictæ Basilicæ & præfati respectivè Conventus Custodi & Fratribus nunc & pro tempore existentibus, ac Ecclesiis prædictis, aliisque Ecclesiis, & Personis, quarum favorem eædem præsentes quomodolibet concernunt, perpetuis futuris temporibus pleniſſimè suffragari debere: Eosdemque super præmissis omnibus & singulis per quoscumque quavis auctoritate quomodolibet molestari, perturbari, inquietari, vel impediri, neque ad probationem, seu verificationem quorumcumque in eisdem præsentibus Litteris narratorum, ullatenus unquam teneri, nec ad id in judicio, vel extra cogi, vel compelli posse: sicque in præmissis omnibus censeri, ac ita per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate, & potestate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Deputatio Judicum Assistentium & Executorum.

§. 20. Quocirca Dilectis Filiis Nostris Henrico Benedicto Mariæ Clementi Basilicæ Sanctorum Duodecim Apostolorum prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali, Duci Eboracensi nuncupato, ac Vincentio Tituli Sanctorum Marcellini, & Petri, ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ etiam Presbytero Cardinali Malvetio nuncupato, eorumque in Basilica, & Titulo hujusmodi Cardinalibus successoribus, nec non Dilecto etiam Filio moderno, & pro tempore existenti Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios, ipsas præsentes Litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte pro tempore existentis Custodis dicti Conventus fuerint requisiti, solemniter publicantes, eique in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate Nostra, easdem, & in eis contenta hujusmodi, ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, dictamque Basilicam, ac ipsius Conventus Custodem, & Fratres, aliasque Ecclesias prædictas, illis omnibus & singulis pacificè frui, & gaudere: non permittentes eos, vel quempiam ex ipsis desuper per quoscumque,

quo-

quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, vel inquietari: Contradictores quoſlibet & rebelles, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, vel præeminentiæ fuerint, per ſententias, Cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; ac legitimis ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis.

Derogatio contrariis.

§. 21. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, Noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula, de jure quæſito non tollendo, & Bonifacii Octavi etiam Prædeceſſoris Noſtri, qua cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem, vel Diœceſim ad judicium evocetur, ſeu ne Judices a Sede Apoſtolica prædicta deputati extra Civitatem vel Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere audeant vel præſumant, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, nec non præmiſſis, aliiſque Apoſtolicis aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum pariter Prædeceſſorum Noſtrorum, ac etiam in Synodalibus, Provincialibus, & univerſalibus Conciliis editis, generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non majoris Eccleſiæ, & Civitatis Aſſiſienſis, dictique Ordinis Minorum Sancti Franciſci, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus: Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis, quibuſvis Perſonis, Civitatibus, & Locis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores Noſtros, Sedemque prædictam, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus & aliis Decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam Motu, Scientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam iteratis, & multiplicatis vicibus conceſſis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, vel aliqua alia forma ad hoc ſervanda foret, eorum tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanuris, ad effectum validitatis, & perpetuæ firmitatis præmiſſorum omnium, & ſingulorum, hac vice dumtaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, aut diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, niſi per Litteras Apoſtolicas facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Fides habenda tranſumptis.

§. 22. Ad hoc autem, ut præſentes Noſtræ Litteræ amplius innoteſcant, & de eis fides commodè fieri poſſit; volumus, quòd ipſarum tranſumptis, etiam impreſſis, manu Cancellarii, ſeu Archiviſtæ dicti Conventus, ſeu cujuſvis Notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo ejuſdem Conventus, vel alicujus Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus ubique fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ iiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§. 23. Nulli ergo omnino Hominum liceat, paginam hanc Noſtræ Approbationis, Confirmationis, Conſtitutionis, Erectionis, Interdicti, Prohibitionis, Statuti, Conceſſionis, Indulti, Mandati, Decreti, Derogationis, & Voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. Pont. Anno XIV. die 25. Martii 1754.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quinquageſimo quarto, octavo Kalendas Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Quartodecimo.

D. Card. Paſſioneus.

J. Card. Pro-Datarius.

VISA
De Curia J. C. Boſchi.

J. B. Eugenius.

Loco + plumbi.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Publicata die 6. Aprilis 1754.

XXXIII.

Albaniæ Epiſcopis traditur methodus, qua ſatagant, ut, a Catholicis illius regionis ſua Eccleſiis bona reſtituantur, vel aliquo modo ſuper illis tranſigatur, & ſi neutrum queat obtineri, facultas ſit Epiſcopis derelinquendi fundos, fructuſque Poſſeſſoribus, eoſdemque abſolvendi a cenſuris.

Ven. Fratri Nicolao Lercari Archiep. Rhodien. Cong. Propagandæ Fidei Secretario.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Conſulti Albaniæ Epiſcopi de periculo, quod ſubeſſet, ſi ab Eccleſiis ſua bona vindicari vellée, quæ ab illegitimis poſſeſſoribus detinentur.

CUM Enciclycas litteras, ſicut Nos tibi præcepimus, & Congregationis de Propaganda Fide ſententia fuit, cujus te ipſum præſtas emeritum Secretarium, ad Albaniæ Antiſtites dederis, nempe ad Venerabiles Fratres Archiepiſcopum Antibari, Epiſcopos Scedræ, Sappæ, Liſſi, & Pullariarum, ut ab iis innoteſceret, an propoſitâ ab Eccleſiis ſuarum Diœceſium vindicatione ſuorum bonorum, exindeque percep-

Si preſcrive ai Veſcovi d'Albania come debbano portarſi in procurare, che da' Cattolici ſiano reſtituiti alle Chieſe i loro Beni, o almeno ſi venga a qualche oneſta tranſazione; e nel caſo che niuna di queſte due coſe poſſa ottenerſi, ſi dà loro autorità di rilaſciare a' Poſſeſſori i beni, aſſolvendoli ancora dalle Cenſure.

Ven. Fratri Nicolao Lercari Archiep. Rhodien. Cong. Propagandæ Fidei Secretario.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Sono ſtati conſultati i Veſcovi d'Albania, qual pericolo potrebbe temerſi, ſe dalle Chieſe ſi voleſſero ricuperare i loro beni illegitimamente poſſeduti.

AVENDO Ella, in eſecuzione dei noſtri ordini, e della mente della Congregazione de Propaganda Fide, di cui è degniſſimo Secretario, ſpedita la Lettera circolare ai Prelati dell' Albania, cioè ai Venerabili Fratelli l'Arciveſcovo di Antivari, i Veſcovi di Scuttari, Sappa, Aleſſio, e Pulati, per ſapere da eſſi, ſe promovendoſi dalle Chieſe delle loro Dioceſi la giuſta domanda della reſti-

Vide hac de re Litteras editas in Bullar. noſtro Tom. III. pag. 452. & in hac Editione Tom. XVIII. p. 266. & ſeqq.

torum fructuum, in detentores, qui illa a Turcis occupata emerunt, vel ab Emptoribus jure hæreditario, aliove titulo ſunt conſecuti, aut in eos, qui eadem bona, quaſi res derelictas, ipſo, ut inquiunt, facto invaſerunt; pertimeſcendum ſit, ne ſi id Turcis compertum ſit, graves exinde concitentur turbæ; perſecutioni, vel alicui graviſſimæ indictioni recludatur aditus; neve aliquis temporalium rerum cupiditate obcæcatus a Sancta Religione Catholica ad Mahumetiſmum deficiat, ut fundis, fructibuſque, eluſa vindicatione, fruatur:

tuzione de' ſuoi beni, e frutti decorſi, contra chi ne è in poſſeſſo, avendoli comprati dai Turchi occupatori, o eſſendo ſucceſſori ed eredi di chi nel detto modo gli ha comprati, o contra quelli, che ſi ſono poſti in poſſeſſo de' beni per via, come ſuol dirſi, di fatto, quaſi che foſſero beni derelitti, poſſa temerſi, che arrivando queſta intrapreſa alla notizia de' Turchi, foſſe per inſorgere qualche grave ſcompiglio, foſſe per aprire la ſtrada a qualche perſecuzione, o a qualche avanìa; o pure che tal' uno accieca-to dalla paſſione del mondano intereſſe, per aſſicurarſi de' capitali, e frutti, ed eſimerſi dalla reſtituzione, foſſe per apoſtatare, facendoſi Turco, ed abbandonado la Santa Cattolica Religione:

Vedi ſu queſta ſteſſa materia l'altra Lettera nel To. 18. del Bollar. pag. 266.

Perſecutionis vel Apoſtaſiæ periculum pertimeſcendum eſſe iidem Epiſcopi retulerunt.

§. 2. Cumque omnes recenſiti Præſules, explorato prius ſuarum Diœceſium ſtatu, unanimi cenſenſu retulerint, ingens heu nimis ſubeſſe alterutrius, & nonnunquam utriuſque infortunii periculum, ſuadentes, ut aliquem periclitantibus rebus adhiberemus modum, in quem nos jam animo paratiores noverant, quotieſcunque illo opus eſſe videretur; hinc nos probantes, quod etiam Congregationi Propagandæ Fidei, dum juſtæ affuiſſent cauſæ, probabatur, quodque ſuaſerunt locorum Ordinarii, hunc præ cæteris modum rebus adhibendum exiſtimamus.

§. 2. Ed avendo tutti i ſopradetti Prelati, dopo aver conſiderato lo ſtato delle loro Dioceſi, concordemente riſpoſto, eſſervi pur troppo un gran pericolo, o dell' uno, o dell' altro de' predetti due infortunj, e qualche volta di tutti e due; conſigliandoci a prendere qualche temperamento, al quale vedevano eſſere già Noi diſpoſti, ogni qual volta ve ne foſſe ſtato il biſogno. Quindi è, che aderendo Noi a quanto ancora, concorrendo le dovute circoſtanze, aderiva la Congregazione di Propaganda, e a quanto i Prelati locali ci hanno inſinuato, ci appigliamo al ſeguente temperamento.

Riſpoſta de' Veſcovi, eſſervi pericolo d'una perſecuzione, e dell'Apoſtaſia di molti.

Ideo Summus Pontifex concedit Epiſcopis, ut ſuper illis tranſigere, vel etiam eadem integre poſſeſſoribus poſſint relinquere, eos a cenſuris abſolvendo.

§. 3. Erit itaque uniuſcujuſque ex prædictis Epiſcopis, ſua in Diœceſi, vel per ſe, vel per Confeſſarios, & Sacerdotes prudentes, atque expertes, bonis ut inquiunt verbis, atque monitis efficiendi, ut detentores bonorum mente percipiant ſibi incumbentem rerum, fructuumque reſtituendorum obligationem; illacrimabilem, in quem abrepti ſunt, ſtatum, quippe qui cenſuris irretiantur inflictis per Sacros Canones in invaſores, detentoreſque bonorum Eccleſiæ. Ita vero ſiquem, divina affulgente gratia, facti pæniteat, negligere haud debet Epiſcopus, quive ab eo fuerit delegatus, quin illi ſuadeat niſi univerſæ, rei ſaltem alicujus reſtitutionem; vel etiam, ut fundis ſibi habitis, obligationem ſuſcipiat alicujus annuæ præſtationis Eccleſiæ penſitandæ; ſi autem fundorum reſtitutioni, moxque indicatæ æquitati obſiſtatur, tunc reſtitutio omnium, vel partis fructuum attentetur. Verum quoties nec deſit, qui ex imbecillitate virium, vel ex improba voluntate nil horum præſtare velit, hunc tantummodo pernoſcens ſermonem, habendi nimirum etiam impoſterum, quod hactenus habuit, producendique in futura quoque tempora, quam ſuperioribus obtinuit, univerſorum fructuum perceptionem, hiſce noſtris litteris unicuique Epiſcopo quoad ſuam Diœceſim, impertimur auctoritatem, quam & ipſe aliis, uti monuimus, delegare poterit, eximendi ab onere fundorum fructuumque reſtituendorum detentores bonorum Eccleſiæ, eoſdemque abſolvendi a cenſuris, quibus innodantur; ſive cum iis agatur, qui ſe paratos exhibent ad partem bonorum aliquam reſtituendam, vel ad tranſigendum de iis; ſive cum aliis, qui univerſos, vel aliquorum ſaltem fructuum partem offerunt; ſive demum cum cæteris, quibus propoſitum eſt, nihil plane vel rerum ſoli, vel fructuum reſtituere. Supervacaneum autem arbitramur monere, ne noſtra hæc facilitas evulgetur; haud enim difficile captu eſt, eâdem perſpectâ, fieri perfacile poſſe, ut niſi omnes, plerique ſaltem nihil plane reſtituendi propoſitum amplectantur, de abſolutione a reſtituendi onere, & cenſuris, plane certi.

Perciò il Sommo Pontefice dà la facoltà a' Veſcovi di far tranſazione, ed anche rilaſciar interamente i beni a Poſſeſſori, aſſolvendoli dalle cenſure.

§. 3. Dovrà dunque ciaſcheduno de' predetti Veſcovi nella ſua Dioceſi, o a dirittura, o pel mezzo di Confeſſori e Sacerdoti abili, e prudenti, colle buone, come ſuol dirſi, e per via d' iſtruzione, far comprendere ai poſſeſſori de' beni l' obbligo, che hanno, di reſtituire i capitali ed i frutti, lo ſtato infelice, in cui ſi ritrovano, reſtando illaqueati nelle cenſure fulminate dai Sacri Canoni contra gli uſurpatori, e detentori de' beni delle Chieſe: e ritrovandoſi qualcheduno, che reſtii per miſericordia di Dio compunto, non ſi deve dal Veſcovo, o da altro ſuo delegato, traſcurare d' inſinuargli la reſtituzione, ſe non di tutti i capitali, almeno di qualche capitale, o la retenzione de' capitali coll' obbligo di pagare qualche coſa ogni anno alla Chieſa, a cui appartengono i beni, de' quali è in poſſeſſo: ed incontrando reſiſtenza nella reſtituzione de' capitali, o nell' altro mezzo termine poc' anzi accennato, ſi paſſi al punto della reſtituzione de' frutti, o in tutto, o in parte; e quando ſi ritrovi chi o per impotenza, o per cattiva volontà nulla vuol fare, non intendendo altro linguaggio, che quello di ſeguitar a ritenere quanto ha ritenuto ſin ora, e ricavare in futuro dai beni, quanto ne ha ricavato in paſſato, diamo con queſta noſtra ad ogni Veſcovo nella ſua Dioceſi l' autorità, che potrà, come già ſi è detto, ancora ſuddelegare ad altri, di liberare dal peſo della reſtituzione de' capitali, e de' frutti i detentori de' beni delle Chieſe, ſciogliendoli dalle cenſure incorſe; o ſi tratti di quelli, che ſono diſpoſti a reſtituire parte de' capitali, o far contratti ſopra eſſi; o degli altri, che ſono diſpoſti a reſtituire o interamente i ſoli frutti, o parte de' frutti; o degli altri, che non vogliono reſtituire coſa veruna, nè quanto ai capitali, nè quanto ai frutti: credendo ſuperfluo l'avvertire, non doverſi propalare queſta noſtra facilità: non volendovi molto a comprendere, che quando foſſe propalata, ſarebbe coſa facile, che, ſe non tutti, almeno molti, ſi gettarebbero al partito di nulla voler reſtituire, eſſendo ſicuri dell' aſſoluzione e dalla reſtituzione, e dalle cenſure.

Papa quà ſupremus adminiſtrator quomodo poſſit diſpenſare de bonis Eccleſiæ.

§. 4. Noſtra hæc facilitas exinde eſt, quod Nos, qua Pontifex Summus, niſi domini, ſupremi certe quidem ſimus temporalium bonorum Eccleſiæ diſpenſatores: *Res Eccleſiæ ſunt Papæ,*

§. 4. Si appoggia queſta noſtra condiſcendenza all' eſſere Noi, come Sommo Pontefice, ſe non padrone, almeno ſupremo diſpenſatore de' beni temporali delle Chieſe: *Res Eccleſiæ ſunt*

Il Papa come ſupremo diſpenſatore, che autorità abbia ſopra i beni delle Chieſe?

ut principalis dispensatoris, non ut domini & possessoris: inquit S. Thomas 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 1. *ad septimum*, ex quo porro sequitur, ut non quidem vel ad ditandos consanguineos, vel ex arbitrariis causis, fas sit nobis Ecclesias suis nudare bonis; at illud quidem, ut quoties urgens subsit ratio, qualis indubie est, removere præsens publicæ calamitatis discrimen, ostium quantum in nobis est Apostasiæ intercludere, & fluctuantibus animis conciliare tranquillitatem, nobis liceat, quod nunc facimus, imperare, ut probata licet Ecclesiarum jura conticescant, utque illæ ipsæ, pro publica incolumitate ac religionis commodo, sacrificium quasi faciant suorum bonorum, quæ non possident, & quæ publici luctus tempore iisdem fuerunt adempta. Quapropter Card. Cajetanus *in prædicatum locum S. Thomæ notabil.* 3. hæc habet: *Cum potestas Papæ quoad res temporales Ecclesiæ sit potestas non domini, sed dispensatoris, consequens est, ut plenitudo potestatis Papalis circa bona Ecclesiæ temporalia non excat limites potestatis dispensativæ &c. ac per hoc non potest Papa ad libitum donare Res Ecclesiæ, sed potest, tanquam habens apicem dispensativæ potestatis, multo plus de iisdem dispensare, quam quicunque proximus alicujus Ecclesiæ Prælatus &c. Ex eodem quoque fundamento, quod Papa non est dominus, sed dispensator, sequitur, quod de plenitudine potestatis non possit bona Ecclesiæ dare, cui voluerit, aut consanguineis &c. Sed tenetur prudenter dispensare.* Est & illud etiam nobis perspectissimum, communem esse Canonistarum sententiam, Romanum Pontificem non distributorem, sed dominum esse rerum Ecclesiæ. At nos hujusmodi disputationem intactam volumus, cum in rem præsentem vel id sufficiat, Pontificem supremum haberi dispensatorem; Theologi quippe cum Canonistis consentiunt, Papam quamvis etiam tantummodo in supremum distributorem agnoscatur, posse utique ad mox expressas facti circumstantias de Ecclesiarum rebus libere decernere. *Concurrente justa causa, conveniunt omnes tam Canonistæ, quam Theologi, Papam uti supremum administratorem, ac dispensatorem bonorum Ecclesiasticorum, posse res uni Ecclesiæ auferre, & dare alteri*: sunt hæc concepta verba, quibus utitur celebris Fagnanus *in Cap. Relatum num.* 21. *ad* 41. *& præcipue n.* 36. *Nec Clerici vel Monachi &c.*, postquam jam expenderat quæstionem illam, an Pontifici sit suprema tantum administratio, vel potius dominium adjudicandum, & in Canonistarum sententiam inclinaverat.

Canonistarum communiori suffragio Papa est etiam Dominus.

§. 5. Quæ porro a nobis mox supra proposita est methodus, ut nimirum bonis verbis pertentetur, an ex possessoribus, bonorum pars aliqua, vel saltem fructuum recuperari possit, antequam illorum condonatio, atque censurarum relaxatio indulgeatur, non solum ratione, sed & Prædecessorum Nostrorum exemplis comprobatur. In secretiori Vaticano Archivo preces reperimus a Carolo V. Imperatore oblatas Paulo III. Prædecessori Nostro, ut ipse Legatis, siquos in Germaniam ablegandos censuisset, amplissimam faceret auctoritatem transigendi cum iis, a quibus invasa Ecclesiarum bona detinebantur; propterea quod eorum restituendorum onus conversiones quam maxime, & reconciliationes cum Romana Ecclesia remoraretur. Ejusdem quoque consilii invenimus auctores extitisse Cardinales ad Tridentinum Concilium, dum Bononiæ haberetur, Legati, in quo sese exhibuerunt propensiores in ampliſſimam quamque facultatem absolvendi a restitutione bonorum Ecclesiarum, ea spe ducti, fore ut Apostolici Ministri hujusmodi indulto sapienter ac moderate uterentur. Denique nec latuit Nos Pauli III. Constitutio lata pridie Kalend. Septembris 1548.,

Exempla asseruntur Pauli III. & Julii III., qui idem præstiterunt de bonis Ecclesiæ.

Papæ, ut principalis dispensatoris, non ut domini & possessoris: dice San Tommaso *nella* 2. 2. *quest.* 100. *art.* 1. *ad septimum*: il che porta seco, non già che o per arricchire i parenti, o per cause capricciose, ci sia permesso spogliare le Chiese de' beni, che hanno, ma bensì, che, concorrendo un rilevante motivo, quale senza dubbio è quello d'impedire una pubblica imminente disgrazia, di chiudere, per quanto a Noi è possibile, le porte all'apostasìa, e di porre in calma le coscienze agitate, ci sia permesso il fare, quanto ora facciamo, imponendo silenzio alle pretensioni benchè giuste delle Chiese, e loro ingiungendo in sagrificare al pubblico bene, al bene della Religione, quelle sostanze, che non hanno, e delle quali sono state spogliate ne' tempi delle pubbliche calamità. Onde il Cardinale Gaetano *sopra il citato luogo di S. Tommaso, al notabile* 3. così scrive: *Cum potestas Papæ, quoad res temporales Ecclesiæ, sit potestas, non domini, sed dispensatoris, consequens est, ut plenitudo potestatis Papalis circa bona Ecclesiæ temporalia non exeat limites potestatis dispensativæ &c. Ac per hoc non potest Papa ad libitum donare res Ecclesiæ, sed potest, tamquam habens apicem dispensativæ potestatis, multo plus de eisdem dispensare, quam quicumque proximus alicujus Ecclesiæ Prælatus &c. Ex eodem quoque fundamento, quod Papa non est dominus, sed dispensator, sequitur, quod de plenitudine potestatis non possit bona Ecclesiæ dare, cui voluerit, aut consanguineis &c. Sed tenetur prudenter dispensare, ut recta ratio suadet.* Sappiamo ancor Noi, esser comunemente i Canonisti d'opinione, che il Papa non sia dispensatore, ma padrone assoluto degli averi delle Chiese: ma Noi non vogliamo entrare in questa controversia, bastando per l'effetto, di cui si tratta, che il Papa sia supremo dispensatore: e concordando i Teologi, ed i Canonisti nell'asserire, che, quand'anche il Papa non sia che supremo dispensatore, può ne' termini sopradetti liberamente disporre dei beni delle Chiese: *Concurrente justâ causâ, conveniunt omnes tam Canonistæ, quàm Theologi, Papam uti supremum administratorem, ac dispensatorem bonorum Ecclesiasticorum, posse res uni Ecclesiæ auferre, & dare alteri*: sono parole del celebre Fagnano *nel cap. Relatum, num.* 21. *usque ad* 41. e particolarmente *al n.* 36. *Ne Clerici, vel Monachi &c.*; dopo aver trattata la controversia, se il Papa sia supremo padrone, o amministratore, ed essersi mostrato favorevole all'opinione de' Canonisti.

Secondo l'opinione più commune de' Canonisti, il Papa è anche Padrone de' beni delle Chiese.

§. 5. Il metodo poi da Noi poc'anzi insinuato, cioè che si veda colle buone, se si può dai possessori ricavare qualche cosa o in ordine ai capitali, o in ordine ai frutti, prima di venire alla condonazione de' beni, e piena assoluzione dalle censure incorse, ha il suo fondamento non solo nella ragione, ma anche ne' fatti de' nostri Predecessori. Nel secreto Archivio Vaticano abbiamo ritrovato l'istanza dell'Imperadore Carlo V. fatta al nostro Predecessore Paolo III., acciò, spedendo Legati in Germania, desse loro una piena libertà di concordare con quelli, che ritenevano i beni occupati delle Chiese: imperocchè il peso di doverli restituire era una potentissima remora contro le Conversioni, e la riunione alla Chiesa Romana. Abbiamo ritrovato il consiglio, che diedero sopra la predetta istanza i Cardinali Legati al Concilio di Trento, nel tempo, che il Concilio era in Bologna, in cui si mostrarono molto proclivi ad ogni ampla facoltà per assolvere dalla restituzione de' beni delle Chiese, colla speranza, che i Ministri Apostolici se ne sarebbero prevaluti colla dovuta moderazione, e prudenza. Abbiamo finalmente ritrovata la Bolla di Paolo III. dei 31. Agosto 1548.,

Paolo III. e Giulio III. tennero lo stesso metodo d'operare nel rilascio de' beni Ecclesiastici.

in qua hic Pontifex ablegans in Germaniam Nuncios Fanensem, Veronensem, & Ferentinum Episcopos, iisdem limitatam indulsit facultatem transigendi & paciscendi super fructibus, fundis tamen prius restitutis. Verum cum processu temporis experientia edoceret, magni Religionis interesse, ut quid amplius indulgeretur, dum ingens excreverat numerus eorum, qui heresim ejurare detrectabant, quoties omnia, vel ratam detentorum bonorum partem restituere fuissent adacti, nihil morati sunt Romani Pontifices, quin sua auctoritate in Germania utentes, provida liberalitate omnia donarent iis, qui reduces in Sanctæ Ecclesiæ gremium confugiebant. Nec secus in Anglia transacta res est, cum Cardinalis Polus, Regina Maria imperante, ad instaurandam inibi Religionem adlaboraret. Namque Julius III. Pontifex primùm quidem ipsi facultatem delegavit conveniendi ac transigendi cum intrusis in Ecclesiæ bona, super fructibus male perceptis, mox vero auctoritatem transigendi de ipsis quoque fundis, eosdem integre etiam relinquendo possessoribus, quoties hæresim ejurassent, uti videre est ex superioribus nostris litteris, quas hac ipsa de re dedimus ad te die 19. Mensis Martii 1752. *num.* 26. atque *num.* 28., plura insuper in iisdem horum similia exempla colligentes. Nec illud quoque ducimus prætereundum, quod post datas proximas litteras offendimus in manuscripto P. Petri Alagona e Societate Jesu Vaticanæ Basilicæ Pœnitentiarii; testatur enim ipse, suborta, Clemente VIII. Pontifice Maximo, quæstione, an liceret Catholicis *emere ab hæreticis terras, & bona, quæ fuerant Monasteriorum*, Sacram Pœnitentiariam rescripsisse, *justam esse causam dispensandi per Summum Pontificem*: Ex quo illa apprime congruit animadversio, nimirum, si justa proposita causa potest Summus Pontifex id dare Catholico, ut Ecclesiastica bona emat ab Hæretico, æquo saltem jure poterit quoque, quoties justa subsit ratio, facultatem facere Catholico sibi habendi res Ecclesiarum coëmptas ab infidelibus.

Nec non decretum Sacræ Pœnitentiariæ.

Parem rationem esse demonstratur inter casum, quo hæretici revocantur ad fidem, & alterum quo fideles ab impietate removentur.

§. 6. Fatemur mox allata Prædecessorum exempla ad eos referri, qui ab Ecclesiæ gremio profugi, reditum ad nos moliebantur, nec aliud eos morabatur impedimentum, quàm onus restituendi, quæ diu obtinuerant, Ecclesiarum bona: Fatemur similiter, rem nunc esse de iis, qui licet nobiscum sentiant, pertimescendum tamen est, ne a Religione deficiant, si res Ecclesiarum, fructusque rerum, quas possident, vel a Turcis emptas, vel sævientibus concitationum bellorumque æstibus a se ipsis occupatas restituere adigantur: denique posset & aliquis subtilioribus nixus argumentis inter alteram, & alteram facti speciem discrimen aliquod adinvenire, quod ipsi quoque innuimus in litteris ad te datis §. 19. Attamen cum nos omnia æqua lance libraverimus, censuimus, atque censemus, in rem præsentem faciendum plurimi timorem Apostasiæ, in quam plures prolaberentur, si acrius bonorum fructuumque restitutio urgeretur. In dies conspicimus veluti emolliri rigorem Sacrorum Canonum, fierique epichejæ locum, atque dispensationibus, quibusdam in rebus, ac præsertim in matrimonialibus, quoties qui relaxationem juris expostulat, regionem incolat hæreticis proximam, vel mediis hæreticis obversetur, propter timorem, ne cæco animi impetu abreptus, a nobis deficiat, & quod inter Catholicos absque dispensatione inire prohibetur matrimonium, studeat contrahendum, sese recipiendo in eum locum ac communionem, ubi nihil de dispensatione sollicitus, genio suo valeat indulgere. Accedit, in nostra hac facti specie, nos non sola impelli Apostasiæ formidine: torquet nos ea insuper sollicitudo, ne

nella quale il detto Pontefice spedendo i Vescovi di Fano, Verona, e Ferentino, Nunzj in Germania, non concesse loro la facoltà, che di concordare, e transigere sopra i frutti, fatta però prima la restituzione de' capitali: ma, essendosi poi nel progresso del tempo veduto in atto pratico, che l'interesse della Religione esigeva qualche cosa di più, mentre era grande la moltitudine di quelli, che ricusavano di convertirsi, ogni qual volta fossero stati astretti a lasciare o tutto, o parte di quello, che avevano; non hanno avuta i Pontefici Romani difficoltà di prevalersi nella Germania della loro autorità, facendo libera condonazione del tutto a chi ritornava al grembo di Santa Chiesa. Lo stesso pure accadde nell' Inghilterra, quando il Cardinal Polo, nel tempo del governo della Regina Maria, travagliava per ristabilirvi la Religione Cattolica: avendogli il Pontefice Giulio III. data prima la facoltà concordare e transigere coi possessori intrusi ne' beni Ecclesiastici sopra i frutti malamente percetti, e dipoi l'autorità di concordare sopra i capitali, dandone anche l'intiera ritenzione, ogni qual volta i possessori abbandonassero l'eresia, come può vedersi nella nostra prima Lettera scritta a Lei sopra questa materia sotto il giorno 19. di Marzo 1752. *num.* 26.; ove anche *al num.* 28. sono portati gli altri esempj consimili: non volendo tralasciare quanto, dopo la prima predetta Lettera, abbiamo ritrovato in un manoscrito del P. Pietro Alagona della Compagnia di Gesù Penitenziere di S. Pietro, attestando esso, che, essendosi dubitato nel tempo di Clemente VIII. se fosse lecito ai Cattolici *emere ab hæreticis terras, & bona, quæ fuerant Monasteriorum*, fu dalla Sacra Penitentiaria risposto, *justam esse causam dispensandi per Summum Pontificem*: il che dà adito ad una riflessione, che se, concorrendo una giusta causa, può il Sommo Pontefice concedere al Cattolico il comprare i beni di Chiesa dall'Eretico, con uguale almeno ragione potrà, concorrendo una legitima causa, concedere a chi è Cattolico, l'autorità di ritenere i beni di Chiesa, che ha comprati dagl' infideli.

E fu approvato ancora da un decreto della Penitenziaria.

Che non debbasi far differenza tra il ridurre gli Eretici, e impedire la perversione de' fedeli.

§. 6. E' vero, che gli esempj de' nostri Predecessori poc' anzi riferiti riguardano quelli, che, essendo fuori del grembo della Chiesa, erano disposti a ritornare fra Noi, nè avevano altro retraente, che quello di dover lasciar i beni delle Chiese, de' quali erano in possesso: è ancora vero, che ora si tratta di persone, che sono fra Noi, delle quali si teme, che siano per apostatare, se vengono obbligate a restituire i capitali, o i frutti dei beni delle Chiese, de' quali sono in possesso, o per averli comprati dai Turchi, o per averli essi occupati ne' tempi delle rivoluzioni, e delle guerre: E finalmente sottilizando potrebbe taluno ritrovare qualche differenza fra un caso e l'altro, il che anche fu da Noi accennato nella Lettera scritta a Lei *al* §. 19. Ma avendo Noi fatte sopra ciò le dovute ponderazioni, abbiamo creduto, e crediamo, doversi molto valutare per l'effetto, di cui si tratta, il probabile timore dell'apostasia, che pur troppo da molti si commetterebbe, se si volesse la restituzione de' beni, o de' frutti. Vediamo giornalmente rilasciarsi il rigore de' Canoni, e farsi luogo all'epicheja, ed alle dispense in alcune materie, e specialmente in quelle de' Matrimonj, ogniqualvolta chi la domanda, abita in qualche luogo vicino agli eretici, o in mezzo agli eretici, pel timore, che trasportato dalla passione ci abbandoni, e vada a contrarre il Matrimonio, che fra' Cattolici non può contrarre senza dispensa, in quel luogo, ed in quella comunione, dove senza dispensa può soddisfare il suo impegno. S'aggiunge, che nelle nostre circostanze non è il solo timore dell'apostasia, che ci muove à fare quello, che facciamo: v'è per sopraccarico un

si Ecclesiarum petitio, quæ sine turbis proponi haud facile potest, Turcis perspectat fiat, captent exinde ipsi oportunitatem alicujus excitandæ insectationis, quæ quousque protendi valeat, haud facile conjectura assequi possis, in maximum Christifidelium detrimentum, Sanctæ Religionis, ac tot insontium pauperum, perniciem, qui licet nihil moliti, pro ipsorum libidine divexarentur.

Exemplis idem confirmatur.

§. 7. Huc autem re perducta, videtur nobis, debere quemlibet facile intelligere, quæcunque a nobis præstantur, ea optimo jure fieri, quamvis nunc non sit nobis negotium cum exteris, qui ad Ecclesiam reditum maturent, sed cum iis, qui licet a nobis stent, non levia tamen exhibent defectionis indicia, nisi assequantur, quidquid subest nostræ auctoritati distribuendum. Congruit plane rei nostræ indultum à Pontifice Martino V. in Synodo Constantiæ concessum Teutonicæ Nationi, quod affertur ab Harduino *tomo* 8. *Collectionis Conciliorum pag.* 891. *cap.* 6. cujus verba hìc ideo non exscribimus, quod textus plurimum producitur. Universam Germaniam Simoniaca Lues jam plene obtinuerat, perplures quippe aderant Catholici Ecclesiastici, qui illicitis aperteque Simoniacis artibus, Sacros Ordines, & Ecclesiastica Beneficia fuerant consecuti: Contagiosus morbus pene omnes incesserat; obstringebantur turpiter conscientiæ; indubius erat in censuras, ac in ipsam quoque irregularitatem lapsus; contendere autem, ut quicunque recensita methodo Beneficia obtinuerat, eadem dimitteret, dimissaque amplius adipisci non posset, ac insuper fructus omnes eousque perceptos restitueret, nil exinde aliud consecutum fuisset, quàm ut eò ardentiori igne Germania conflagraret. Quapropter magnus ille Pontifex perpendens animo, ea jam incidisse tempora, quibus sua auctoritate uteretur, contrariis quibuscunque abrogatis, ampliorem Confessariis potestatem indulsit absolvendi reos a pœnis, quibus erant obnoxii, idoneos eos efficiendo, qui & obtentis frui, & alia quoque Beneficia assequi deinceps valerent, ipsamque etiam adimendo obligationem restituendi fructus injuste perceptos, quoties restitutio eosdem ad inopiam adigere, infamia notare, atque offensionis occasionem afferre debuisset; suam autem indulgentiam ad præterita cohibuit, ut pro viribus futura præcaveret incommoda.

Si prova con la ragione, e cogli esempj.

§. 7. E ridotto l'affare a questo stato, ci sembra, che dovrà ciascheduno riconoscere, farsi da Noi giustamente, quanto si fa, ancorchè non si tratti di chi, essendo fuori della Chiesa, si mostra pronto ad entrare nella Chiesa, ma di chi essendo fra Noi, dà indizio d'abbandonarci, se non ottiene, quanto da Noi se gli può dare. Fa molto a proposito di questo assunto l'Indulto del Pontefice Martino V. dato alla Nazione Tedesca nel Concilio di Costanza, riferito dall'Arduino *nel tomo* 8. *della sua Collezione de' Concilj pag.* 891. *al cap.* 6. non riferendo Noi qui le parole, perchè il testo sarebbe troppo lungo. Aveva la simonìa nella Germania preso un piede intollerabile, essendovi pur troppo molti e molti Cattolici Ecclesiastici, che avevano ricevuti gli Ordini Sacri, ed i Benefizj Ecclesiastici, con mezzi illeciti, ed evidentemente simoniaci. Il male era universale, le coscienze erano enormemente illaqueate, l'incorso nelle Censure, ed anche nelle irregolarità, era patente; ed il pretendere, che chi nel modo predetto aveva ottenuto i Benefizj, li dimettesse, e dimettendoli, non li dovesse riavere, e che di più dovesse restituire i frutti sino allora percetti, a nulla avrebbe servito, che ad accendere un fuoco maggiore nella Germania: e quel gran Pontefice, considerando esser giunto il tempo di prevalersi della sua autorità, derogando ad ogni cosa, che fosse in contrario, diede ai Confessori un'ampia facoltà d'assolvere i delinquenti dalle pene incorse, abilitandoli alla ritenzione de' Benefizj, ed a poterne conseguir altri, liberandoli dall'obbligo di restituire i frutti malamente percetti, quando la restituzione gli avesse dovuto impoverire, e cagionar loro infamia, e dar occasione di scandalo, restringendo questa sua dispensa a quanto era seguito in passato, per ovviare nel modo che poteva, al futuro.

Exempla Pontificiæ auctoritatis, dum res erat cum Christianis Principibus, vel subditis Ecclesiæ.

§. 8. Fausta nimis, Venerabilis Frater, extitere illa tempora, quibus, propterea quod res effet transigenda cum Christianis Principibus, subditisque Ecclesiam ex animo verentibus, Romani Pontifices, magna spe secundioris exitus sibi proposita, poterant elata voce canonicarum sanctionum executionem indicere. Obtigit id S. Nicolao I. Pontifici Maximo, quo Petri Cathedram obtinente, cum in Gallia & Germania suis Ecclesiæ bonis fuissent denudatæ, quorum nonnulla per Principes fuerant laicis distributa, reliqua vero ab ipsismet laicis occupata, non destitit, quin suam ipse Epistolam daret, numero 59. impressam *tom.* 5. *præcit. Collectionis Conciliorum Harduini pag.* 296. *De his quidem rebus, quæ semel Deo tributæ, atque dicatæ sunt, & postea sub occasione concessionis Principum a quibusdam invaduntur, sancimus, ut prius consulto Principe, ad resecandam tam præsumptivam factionem, cognoscendum, utrum illius sit concessio, aut invasionis præsumptio? Quod si Principis inordinata largitio, ipse sit Princeps pro emendatione redarguendus; si autem invasoris declaretur præsumptio, usque ad emendationem excommunicationis sit vindicta coercendus.*

Esempj della suprema autorità del Romano Pontefice, quando trattavasi o con sudditi alla Chiesa, o co' Principi Cristiani.

§. 8. Felici, Monsignor nostro, sono stati que' tempi, ne' quali, trattandosi di Principi Cristiani, e di Sudditi pieni di riverenza verso la Chiesa, potevano i Romani Pontefici, con buona speranza di profitto, alzar la voce, intonando l'esecuzione de' Canoni. Ciò successe al Sommo Pontefice San Niccolò I., nel di cui tempo essendo state spogliate le Chiese della Francia, e della Germania de' loro beni, alcuni de' quali erano stati dati dai Principi ai laici, ed altri dagli stessi laici erano stati a dirittura occupati, non mancò esso di scrivere la sua lettera 59. stampata *nel tomo* 5. *della Collezione citata de' Concilj* dell'Arduino *pag.* 296. *De his quidem rebus, quæ semel Deo tributæ, atque dicatæ sunt, & postea sub occasione concessionis Principum a quibusdam invaduntur, sancimus, ut prius consulto Principe, ad resecandam tam præsumptivam factionem, cognoscendum, utrum illius sit concessio, aut invasionis præsumptio. Quod si Principis inordinata largitio, ipse sit Princeps pro emendatione redarguendus; si autem invasoris declaretur præsumptio, usque ad emendationem excommunicationis sit vindicta coercendus.*

Et Catholicorum Principum religiosissimorum.

§. 9. Fausta itidem & illa fuere tempora, quibus cum Principes vellent conscientiæ suæ plene consulere, quod ad occupationem bonorum

E de' Principi Cattolici piissimi.

§. 9. Felici altresì sono stati que' tempi, ne' quali, volendo i Principi assicurare le loro coscienze in ciò, che risguardava l'occupazione de'

Ecclesiæ spectare videbatur, non satis ipsis fuit, nihil sibi habere, in pia opera velle omnia erogare; sed Summos Pontifices, quibus concredita est universalis administratio bonorum Ecclesiarum inferiorum, adiere, ut per eos sibi liceret eadem huic potius, quàm alteri pio operi addicere; optime scientes, quantumvis pie erogassent quæcunque Ecclesiis abstulerant, non propterea satis sibi esse consultum, nisi factum illud, superaddita Pontificia auctoritate, fuisset veluti obsignatum: juxta celebres litteras Alexandri III. ad Henricum Angliæ Regem, relatas apud Card. Baronium *in Annalibus tom. 12. ad annum 1164. Si autem universa, quæ in usus tuos per hujusmodi angarias de bonis Ecclesiasticis convertuntur, in refectionem pauperum, vel aliis pietatis operibus expenderes, obsequium non magis Deo gratum efficeres, quàm si Altari quolibet discooperto, aliud cooperires, aut si Petrum crucifigeres, ut Paulum a mortis periculo liberares.* Præclara extant non adeo vetusta exempla unius, & alterius ex Ducibus Neoburgi, nimirum Wultfangi Willelmi, & Philippi Willelmi, qui nihil penitus ex occupatis Ecclesiarum bonis retinere voluerunt, sed Romanorum Pontificum explorata sententia, præobtentaque approbatione, res, rerumque fructus in sacram dotem constituerunt piis quibusdam Institutis, ac Religionis operibus, de quibus cum ipsa Sancta Sede jam antea convenerant. Superioribus nostris litteris *num.* 27. de præclaro hoc facto meminimus, tutissima autem ipsius monumenta suppeditarunt acta Congregationis Romanæ Universalis Inquisitionis habitæ sexto Idus Februarii 1657.

Qui & integre bona Ecclesiastica restituere, & in designatos a Pontifice usus pios erogare voluerunt.

beni delle Chiese, non si sono contentati di non voler nulla ritenere per se, di volere spendere tutto in opere pie, ma sono ricorsi ai Romani Pontefici, ai quali è stata commessa la generale amministrazione de' beni delle Chiese inferiori, per potersene prevalere più per un'opera pia, che per un'altra, ben sapendo, che, non ostante il pio impiego di quanto avevano tolto alle Chiese, non erano salvi in coscienza, se non era l'atto autenticato dalla Pontificia approvazione; giusta la celebre lettera del Pontefice Alessandro III. al Re Enrico d'Inghilterra, appresso al Cardinale Baronio *negli Annali al tomo 12. all'anno 1164. Si autem universa, quæ in usus tuos per hujusmodi angarias de bonis Ecclesiasticis convertuntur, in refectionem pauperum, vel aliis pietatis operibus expenderes, obsequium non magis Deo gratum efficeres, quàm si Altari quolibet discooperto, aliud cooperires, aut si Petrum crucifigeres, ut Paulum a mortis periculo liberares.* Illustri in ciò sono gli esempj non tanto da noi remoti dei due Duchi di Neoburgo, cioè di Wolfango Willelmo, e di Filippo Willelmo, che nulla vollero ritenere de' beni occupati alle Chiese, ma coll'intelligenza ed approvazione de' Romani Pontefici, impiegarono e capitali, e frutti, in varie fondazioni pie, ed opere cristiane, concertate colla Santa Sede. Di questo grand'atto si è da Noi parlato nella Nostra precedente Lettera *al num.* 27. e di esso abbiamo avuto i sicuri rincontri dagli Atti della Congregazione del Sant'Officio tenuta ai 7. di Febbrajo 1657.

I quali vollero non solamente restituire i beni occupati, ma anche impiegarli con subordinazione alla volontà del Papa.

Normam præsenti casui exhibere nequeunt, & quare?

§. 10. Iniqua fert præsentis causæ conditio, ut damna & incommoda, quæ Mahumetani Regionem obtinentes, inferre possunt, serio expendere debeamus; atque præterea cum agrestibus miserrimisque hominibus agendum esse consideremus: exinde enim nobis est dura illa necessitas efficiendi probandique, quod nunc præstamus, ne fiat lapsus in deteriora. Tu interim, qua præstas sedulitate, ne prætermittas, ad Cardinales Congregationis deferre hæc omnia, ipsisque annuentibus, iteratas dare Encyclicas litteras ad Albaniæ Præsules, ad quos sicuti superioris Nostræ ad Te datæ Epistolæ die 19. Martii 1752. exemplum transmisisti, ita dabis & hujusce ad Te Nostræ, quam, Apostolicam Tibi Benedictionem impertientes, absolvimus.

§. 10. Porta la nostra disgrazia, che siamo obbligati a dover pensare al male, che possono fare i Turchi, che sono i padroni del paese; e che abbiamo alle mani persone, che sono rozze, ed oppresse dalle miserie: il che ci pone nella dura necessità di dover fare, quanto facciamo, per non far peggio. Ella non lasci colla sua solita diligenza di partecipare il tutto ai Cardinali della Congregazione, e colla loro annuenza di scrivere la seconda Lettera Circolare ai Prelati dell' Albania, ai quali manderà una Copia di questa nostra, che scriviamo a Lei, come fece dell'altra, che le scrivemmo sotto li 19. di Marzo 1752.; terminando col darle l'Apostolica Benedizione.

Non possono dar norma alla decisione del presente caso; e perchè?

Dat. Pont. anno 14. die 24 Maii 1754.

Datum apud S. Mariam Majorem die 24. Maii 1754. Pontificatus Nostri Anno Decimoquarto.

Datum apud S. Mariam Majorem die 24. Maii 1754. Pontificatus Nostri Anno XIV.

Data a' 24. di Maggio dell'an. 1754. quartodecimo del Pontificato.

XXXIV. Lucensi Reipublicæ Facultas conceditur nominandi tres Viros Ecclesiasticos, eosque Romano Pontifici præsentandi, ut ex iis unum in Archiepiscopum Lucanum eligere possit.

BENEDICTUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectis Filiis Nobilibus Viris, Antianis, & Vexillifero Reipublicæ Lucanæ, salutem & Apostolicam Benedictionem.

Exordium. ROMANUM Pontificem in universa Christianæ Reipublicæ procuratione hoc inter omnia maximè convenit, ut quidquid ad Divinum cultum promovendum simul, & populorum tranquillitatem constabiliendam pertinet, id prudenter, studioseque curare non prætermittat. Quod quidem Nobis, Divina benignitate in tam illustri Pontificatus fastigio collocatis, ita semper cordi fuit, ut quæcumque cum Sanctissimæ Religionis dignitate publicam populorum felicitatem conjungerent, ea, si a Nobis peterentur, libentissimè impertiremur.

Pia voluntas Lucani Senatus donandi decem millia nummum aureorum Mensæ Archiepiscopali ejusdem Civitatis.

§. 1. Sanè vestro Nobis nomine exposuit Dilectus Filius Philippus Bonamicus Presbyter Civis vester, & Familiaris noster, homo in obeundis negotiis vestris certe diligens, Nobisque apprimè charus & probatus, constituisse vos offerre & irrevocabiliter dono dare Ecclesiæ Cathedrali Sancti Martini Civitatis vestræ, illiusque Mensæ Archiepiscopali, decem millia nummum aureorum (qui nummi decem juliis monetæ Romanæ constent) ad augendos ejusdem Mensæ redditus; simulque a Nobis humiliter, ac enixè petere, ut habita ratione hujusce piæ liberalitatis vestræ, Apostolica providentia, atque authoritate præcaveremus mala & incommoda omnia, quæ ab electione Archiepiscopi vobis minùs grati facile invehi possent in Rempublicam vestram.

Non tanti ea oblatio est, ut inde acquiri jura Patronatus valeant.

§. 2. Quamvis autem oblatio illa tanti non sit, ut ex instituto Ecclesiasticæ Disciplinæ, & Canonicis legibus, idoneam Nobis causam suppeditare valeat, ut Patronatus jura in eamdem

Ecclesiam,

Ecclesiam, (quæ cæteroquin per sese jam satis commodè dotata est) vobis concedere, aut reservare debeamus; Nos nihilominus, non tam ob recentem hanc oblationem vestram, quàm ob veterem erga Romanam Sedem Reipublicæ vestræ observantiam, & Catholicæ Religionis tuendæ studium constans atque perpetuum, quod pulcherrimè declaraftis semper, & eo præsertim tempore, quum Majores vestri ingruentem in Italiam, atque adeo in Civitatem vestram hæreticæ pravitatis pestem, piè, fortiterque repressérunt, quinimò aliquot familias, licet generis, & opum splendore illustres, propterea quod minus recte de Catholica Romana Fide sentiebant, omnino exterminandas, & tamquam vitiosas partes exsecandas per se ipsi statuerunt, ne totum corpus Civitatis traherent, atque contaminarent: Et eapropter tunc Romani Pontifices Prædecessores nostri Rempublicam vestram maximis, ac verissimis laudibus cumularunt: his meritis vestris, aliisque plurimis officiis in Nos & Apostolicam Sedem, & maximè singulari nostra quadam paterna benevolentia excitati, vestris annuere precibus, & Reipublicæ vestræ, quam semper ex animo dileximus, quieti, tranquillitatique consulere decrevimus.

Lucensis Reipublicæ Studium pro tuenda Catholica Religione, tempore præsertim ingruentis in Italia hæresis, commemoratur.

§. 3. In primis igitur oblationem illam vestram decem millium nummorum aureorum, quos in tot Locis Montium Cameralium non vacabilium Almæ Urbis nostræ positos esse intelleximus, harum authoritate litterarum acceptamus, & Mensæ Archiepiscopali Ecclesiæ Lucanæ adjungimus, atque cum cæteris illius Bonis incorporamus: Nec non Venerabili Fratri Nostro Josepho Palma moderno ejusdem Ecclesiæ Archiepiscopo, ejusque successoribus futuris Archiepiscopis, ante dictorum Locorum Montium possessionem stabilem, ac certam tradimus, ita ut ipse Joseph Archiepiscopus eorum redditus, uti cæteros suæ Mensæ fructus, ex hoc ipso tempore jam percipere, atque in suos usus, utilitatem, ac sustentationem convertere omnino possit.

Oblata donario decem millium aureorum pro Mensa Archiepiscopali Ecclesiæ Lucanæ acceptatur.

§. 4. Deinde majoribus Rempublicam vestram, & amplioribus favoribus & gratiis prosequi volentes, ac vos, vestrasque singulares Personas a quibusvis excommunicationis, interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, & pœnis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati sitis, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes & absolutos fore censentes; certa scientia Nostra, & de Apostolicæ Nobis a Deo traditæ potestatis plenitudine, Nobilitatibus vestris, & Senatui Reipublicæ Lucanæ, in sinceritate Catholicæ Fidei, & devota erga Apostolicam Sedem observantia manentibus, facultatem & jus perpetuum concedimus & indulgemus, ut quotiescumque contigerit consequenti tempore Ecclesiam Archiepiscopalem Lucanam Archiepiscopo & Pastore destitui, nominetis tres Ecclesiasticos viros, pietatis & doctrinæ laude insignes, cæterisque necessariis qualitatibus instructos, quos tanto muneri sustinendo maximè idoneos in Domino judicaveritis, eosque Nobis, & Romanis Pontificibus Successoribus nostris pro tempore existentibus præsentare possitis, ex quo numero Nos & Successores præfati eligemus & eligent unum, in Ecclesiæ Lucanæ Archiepiscopum & Pastorem, Apostolica authoritate, ut moris est, præficiendum.

Facultas Senatui Lucano tribuitur tres Ecclesiasticos viros nominandi, eosque præsentandi Romão Pontifici, quoties Sedes Lucana vacaverit.

§. 5. Vos autem præterea hortamur, & paternè monemus, ut in nominandis antedictis Ecclesiasticis viris Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi Decreta præ oculis habentes, nihil aliud spectetis, quàm Omnipotentis Dei gloriam, Religionis Catholicæ incrementum, & salutem Civium vestrorum sempiternam.

Hortatio, ut Tridentinæ Synodi decreta in hujusmodi nominatione

Præ oculis habeantur.

§. 6. Præsentes demum litteras, & in eis contenta hujusmodi, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, aliove quolibet, etiam quantumvis magno seu substantiali, aut solemnitatum defectu, impugnari, retractari, aut ad terminos juris reduci, seu illis ex quavis causa derogari posse, sed semper firmas, validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus, sortiri, & obtinere, vobisque & Reipublicæ vestræ perpetuò suffragari: Sicque & non aliter per quoscumque Judices quavis authoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac ipsummet Consistorium, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari & definiri debere volumus. Et irritum quoque decernimus & inane, quidquid secus super his a quoquam quavis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulæ de perpetuo concessionis vigore.

§. 7. Non obstantibus quibusvis reservatoriis & revocatoriis, aliisque Cancellariæ Apostolicæ regulis, nec non Universalium, Provincialium, ac Synodalium Conciliorum generalibus, vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus, nec non dictæ Ecclesiæ Lucanæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, etiam immemorabilibus: Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis eidem Ecclesiæ, illiusque Capitulo, & Canonicis, ac Clero, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis & innovatis; quibus omnibus & singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum inserti essent, præsentibus pro sufficientes expressis habentes; illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Derogationes generales & speciales.

§. 8. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam Nostræ acceptationis, incorporationis, absolutionis, concessionis, Indulti, hortationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Siquis autem &c. incursurum.

Sanctio.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo quarto, septimo Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno Quartodecimo.

Dat. 26. Maii 1754. Pont. XIV.

J. Card. Pro-Datar. D. Card. Passionens.

VISA
De Curia J. C. Boschi.

Loco † Plumbi. J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Ency-

XXXV. Encyclicæ Litteræ ad Patriarchas, Archiepiscopos, ac Episcopos Italiæ, quibus hortantur, ut veteribus nova superaddant pastoralis sollicitudinis studia, ut Christifideles in rudimentis Fidei instituantur & erudiantur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Pontificis cura, ut instruantur, qui in Patriarchalibus Basilicis pœnitentias subeunt a Dataria impositas.

Cum Religiosi æque, ac divini cultus promovendi Studiosi Viri ad Nos detulerint, optimum fore, si Nostris S. Joannis in Laterano, S. Petri in Vaticano, & S. Mariæ Majoris Patriarchalibus Basilicis, certi constituerentur Ministri, ad instruendos eos, qui a Dataria Apostolica in præfatas tres Basilicas ablegantur, ut ibi sese exerceant iis servilibus operibus, quæ ipsis imponuntur obeunda perficiendaque, antequam iisdem concedatur matrimonialis impedimenti relaxatio, ad quam consequendam Romam advenere: eò autem hujusmodi institutionem dirigendam esse, ut rite utiliterque possent homines illi Sacramentali Pœnitentia abstergi, & Altaris Sacramento digne fieri participes, quæ duo, præter Sacram ad septem Ecclesias peregrinationem, Sanctarumque Scalarum ascensum, ab ipsis exposcit Dataria: Cumque ea de re oportuna ediderimus mandata, veluti perspicuum sit ex Nostris Litteris Encyclicis ad Cardinales præfatarum Basilicarum Archipresbyteros datis decimoquinto Kalendas Februarii labentis anni; nobisque exinde certo constiterit, quanto zelo nonnulli ex Canonicis, aliisque Ecclesiasticis viris præfatarum Basilicarum, momentoso operi manum admovere, alacri semper animo sollicitam mandatorum Nostrorum executionem urgentes; gaudio quodam plane singulari perfundi Nos sensimus; totoque animo debitas summo bonorum omnium Auctori Deo gratias persolvimus.

Exinde deprehenditur, nonnullos necessaria ad salutem ignorare.

§. 1. Haud tamen expleri animus gaudio potuit, cum subinde relatum ad Nos fuerit, hujusmodi homines, dum sacris institutionibus ad Confessionem Sacramque Communionem parantur, detegi sæpe sæpius Mysteriorum Fidei, atque eorum etiam, quæ *necessitate medii* noscenda sunt, ignaros, ideoque tales, qui Sacramentorum nequeant fieri participes. Cui quidem maximo malo quamvis memorati Ministri opportuna non negligant remedia adhibere assiduis institutionibus; exinde tamen non fit, quin præter sollicitudinem & laborem, quem Evangelici illi Operarii agnoscunt sibi necessario subeundum, quemque lubenti animo perferunt, idipsum mœrore quodam non afficiat dispensationem exposcentes, expectantesque, qui cum paupertate vexentur, suisque manibus sibi victum quæritent, quamcitissime cupiunt Urbe excedere, in patrias reverti suas, optatoque sese jungere Matrimonio, cujus causa iter arripuerunt, publicæque, nec levis pœnitentiæ incommoda non detrectarunt.

Ignoratio hæc non Episcoporum culpæ seu negligentiæ, sed ipsorum-met hominum vitio vertenda dicitur.

§. 2. Pontificatus Nostri initio, Encyclicas Litteras dedimus, quibus Venerabilium Fratrum Nostrorum zelo stimulos veluti addidimus, ut quæ Christianæ Doctrinæ sunt rudimenta, & præcepta, in sua quisque Diœcesi explananda curaret, & addiscenda. Diœcesanas eorum Synodos legimus vetustiores ac recentiores; novimus eas institutionibus & adhortationibus plane refertas, nihilque in iis desiderari, quod ad gravissimum Christianæ Doctrinæ tradendæ opus perficiendum conducere videatur. Quapropter ex animo affirmamus, persuasum nobis esse,

Lettera Circolare scritta ai Patriarchi, Arcivescovi, e Vescovi d'Italia, affinche col loro zelo Pastorale sempre più efficacemente procurino, che i Fedeli siano istruiti nelle cose della Fede.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Premure ed ordini Pontificj per l'istruzione di quelli, che nelle tre Basiliche di Roma fanno la penitenza loro imposta dalla Dataria.

Essendoci stato rappresentato da Persone da bene, e zelanti dell'onor di Dio, che sarebbe stata cosa ben fatta, qualora nelle nostre Basiliche Patriarcali di S. Giovanni in Laterano, di S. Pietro in Vaticano, e di S. Maria Maggiore, si fossero stabiliti Ministri, che istruissero i penitenti, che dalla Dataria Apostolica si spediscono alle dette tre Basiliche, per adempire in esse le opere servili e laboriose, che vengono loro prescritte, e che devono adempire, prima che ad essi si rilasci la Dispensa Matrimoniale, per ottenere la quale si sono portati a Roma; e che l'istruzione si riducesse a far loro fare una fruttuosa Confessione, ed a ricevere degnamente il Sagramento dell'Altare, il che loro pure viene prescritto dalla Dataria, oltre la visita delle sette Chiese, e l'ascendere le Scale Sante: Ed avendo Noi sopra ciò dati gli ordini opportuni, come si raccoglie da una Nostra Lettera Circolare scritta a' Cardinali Arcipreti delle dette tre Basiliche sotto il giorno 18. Gennajo di questo anno corrente; ed avendo avuti ficuri rincontri del zelo, con cui alcuni Canonici, ed altri Ecclesiastici delle dette Basiliche, si sono accinti alla grande opera, travagliando indefessamente per l'esecuzione degli ordini dati; ne abbiamo avuta una straordinaria consolazione, e ne abbiamo rese di cuore le dovute grazie al Signore Iddio Autore di ogni bene.

Con ciò si scopre, che alcuni non sanno le cose necessarie per salvarsi.

§. 1. Non è stata però in tutto, e per tutto compiuta la Nostra consolazione, essendoci stato riferito, che nell'occasione de' Catechismi, che si vanno facendo per disporli alla Confessione, ed alla Comunione, si ritrovano bene spesso i Dispensandi ignari de' Misterj della Nostra Santa Religione, parlando anche di quelli, che sono necessarj *necessitate Medii*; e però incapaci di essere ammessi ai Sagramenti. Al qual gravissimo inconveniente benchè essi non manchino di porre gli opportuni rimedj colle necessarie istruzioni, non è però, che, oltre il travaglio, e la fatica, che gli stessi Ministri riconoscono necessaria ed indispensabile, e che ben volentieri soffrono, ciò non amareggi i Dispensandi, che essendo poveretti, e vivendo colle fatiche delle loro mani, non vedono l'ora di partire da Roma, e ritornare alle loro Patrie, e contrarre il Matrimonio, che bramano, e per cui hanno intrapreso il viaggio, e si sono sottoposti alla pubblica laboriosa penitenza.

Si conviene, che tale ignoranza nó debbasi già attribuire a' Vescovi, ma bensì a colpa di chi non ha imparato.

§. 2. Nel principio del Nostro Pontificato spedimmo una Lettera Circolare, nella quale eccitammo il zelo de' Nostri Confratelli sopra l'insegnamento della Dottrina Cristiana nelle loro Diocesi. Abbiamo veduti i loro Sinodi vecchj, e nuovi, ed abbiamo riconosciuto, che sono pieni di esortazioni, ed istruzioni, e che nulla vi manca di quanto è necessario per l'opera importantissima dell'insegnamento della Dottrina Cristiana. Perlocchè con tutta buona fede ci protestiamo, di essere persuasi, che non vi sia fra loro chi abbia in questo par-

esse, ticola-

esse, inter ipsos reperiri plane neminem, qui Apostolico sibi concredito muneri hac in re defuerit; & ignorantiam, in qua versari nonnullos ex suis Diœcesanis compertum est, haud quidem ipsis culpæ vel negligentiæ vertendam, sed repetendam plane vel ex eorundemmet subditorum pervicacia, qua, neglectis Superiorum mandatis, Christianæ Doctrinæ institutiones refugerunt, & ad exaudiendum Dei Verbum pro concione explanatum raro, vel fortasse nunquam convenerunt; vel saltem ex hebeti nonnullorum ingenio in iis addiscendis, quæ docentur, vel denique ex quo Christianæ Doctrinæ rudimenta primis ætatis suæ annis exceperint, ubi vero ætate illa excessere, nihil exinde fuerint solliciti ad ea loca accedere, ubi percommode ac fructuosius fortasse etiam potuissent obfirmata ætate percipere, quæ ipsis puerulis fuerunt tradita, adeo ut hi paulatim redigantur ad conditionem ei omnino similem, in qua obversantur quicumque nec prima ætate edocti, nec Christianæ Doctrinæ institutionibus unquam interfuerunt: Incommoda hæc quidem sunt, quæ quamvis obvenerint, obveniantque fortasse, curis omnibus per Venerabiles Fratres Nostros adhibitis, non exinde tamen Nos levant onere Encyclicis hisce Litteris eorum zelum iterato excitandi; nec ipsi propterea eximuntur, quin studia solicitudinesque eo semper majores conferre debeant in id, unde concreditarum sibi animarum sempiterna salus pendere dignoscitur.

ticolare mancato al suo Apostolico ministero, e che l'ignoranza ritrovata in alcuni de' loro Diocesani non sia provenuta, nè provenga da loro colpa, o negligenza; ma bensì o dalla ritrosia de' Sudditi nell' ubbidire agli ordini de' suoi Superiori, col non andare alla Dottrina Christiana; e poche volte, o forse mai accostarsi a sentire la parola di Dio; o dall' incapacità di tal' uni di apprendere ciò, che s'insegna loro; o dall' essere stati ne' primi anni della loro età alla Dottrina Cristiana, senza più essersi curati di accostarsi a quei luoghi, ne' quali avrebero potuto comodamente, e forse con maggior profitto, intendere nell'età adulta quanto fu loro detto nella età puerile, in tal maniera che si riducono ad uno stato in tutto, e per tutto simile a quello, in cui si ritrovano coloro, che nella età puerile non sono mai stati istruiti, ne sono stati mai alla Dottrina Cristiana: disordini tutti, che, benchè forse sian seguiti, e sieguano, non ostanti le diligenze de' Nostri degni Confratelli; non esentano però Noi dal peso di dovere con questa Nostra Lettera Circolare eccitare di nuovo il loro zelo; nè esentano Essi dal proseguire, e dall' accrescere le loro diligenze, in un punto, dal quale dipende l'eterna salute delle Anime alla loro cura commesse.

Affertur Sancti Caroli Borromæi exemplum.

§. 3. Neminem fortasse reperire erit inter vos, Venerabiles Fratres, cui perspectum penitus non sit, quanta peregerit S. Carolus Borromæus tum in ampla sua Diœcesi Mediolanensi, tum in universa Provincia, cui præerat Metropolitanus, ut proficuam tradendæ Christianæ Doctrinæ methodum constitueret; quantosque pertulerit labores, ut religiosum hoc institutum firmiter constabiliret: cumque animadvertisset, non eum cepisse ex tot laboribus fructum, quem exoptabat, haud despondit animum; sed veteribus novas superaddidit curas & sollicitudines, quemadmodum deprehenditur ex quinta Mediolanensi Synodo: *Nos multam hactenus diligentiam adhibuimus, ut omnes, & singuli Christifideles in Fidei Christianæ rudimentorum institutione erudirentur; sed cum parum Nos hucusque profeciſſe tanta in re cognoverimus, negotii periculique magnitudine adducti, hæc præterea decernimus.* Satis namque fuit Sanctissimo Præsuli perspectam fieri vigentem indigentiam, ut iterum manum operi admoveret, curas curis accumulando, parvipensis omnibus, quæ satis multa eousque peregerat; ad eum plane modum, quo Assyriorum Rex satis habuit, delatum ad se fuisse, ignorare gentes præcepta Dei: *Nunciatumque est Regi Assyriorum, & dictum: gentes, quas transtulisti, & habitare fecisti in Civitatibus Samariæ, ignorant legitima Dei Terræ;* ut statim illò mitteret Sacerdotem, qui gentes illas Dei præcepta edoceret: *Præcepit autem Rex Assyriorum dicens: ducite illuc unum de Sacerdotibus, quos inde captivos abduxistis, & vadat, & habitet cum eis, & doceat eos legitima Dei Terræ:* quemadmodum legitur *lib.* 4. *Regum cap.* 17.

Si propone l'Esempio di S. Carlo Borromeo.

§. 3. Niuno forse vi sarà fra voi, carissimi Nostri Confratelli, che non sia pienamente informato di quanto fece il gran S. Carlo Borromeo, non meno nella sua vasta Diocesi di Milano, che in tutta la Provincia, di cui era Metropolitano, per istabilire un fruttuoso insegnamento della Dottrina Cristiana; quante, e quali furono le fatiche, che esso sopportò per ben fondare questo Santo Istituto: E quando Esso si avvide, che le fatiche fatte non avevano conseguito quel frutto, che Esso bramava, non si perdette d'animo, ma accrebbe diligenze a diligenze, come si deduce dal suo quinto Concilio Milanese: *Nos multam hactenus diligentiam adhibuimus, ut omnes, & singuli Christifideles in Fidei Christianæ rudimentorum institutione erudirentur; sed cum parum Nos hucusque profeciſſe tanta in re cognoverimus, negotii, periculique magnitudine adducti, hæc præterea decernimus:* Essendo bastato a quel gran Santo il sapere, che v' era il bisogno, per dovere operare in avvenire, aggiungendo diligenze à diligenze, nonostante quel molto, che insin all' ora aveva fatto; in quella guisa, che bastò al Rè degli Assirj l'avere avuta notizia, che le genti ignoravano i precetti di Dio: *Nuntiatumque est Regi Assyriorum, & dictum: gentes, quas transtulisti, & habitare fecisti in Civitatibus Samariæ, ignorant legitima Dei Terræ;* per spedirvi subito un Sacerdote, che insegnasse a quei Popoli i precetti di Dio: *Præcepit autem Rex Assyriorum dicens: ducite illuc unum de Sacerdotibus, quos inde captivos abduxistis, & vadat, & habitet cum eis, & doceat eos legitima Dei Terræ:* Come si legge *nel lib.* 4. *de' Re al Cap.* 17.

Idcoque excitantur Episcopi ad iteratas curas adhibendas.

§. 4. Nos itaque S. Caroli Borromæi exemplum præ oculis habentes, quamvis omne hactenus studium impenderitis atque sedulitatem, hortamur adhuc rogantes vos per Jesu Christi viscera, ne in tanto opere tradendi Christianæ Fidei rudimenta, animum despondeatis. Hoc agite, ut Parochorum quisque, quæ Sacro Tridentino Concilio, quæ vestris Synodalibus statutis jubentur, sedulo exequatur: ut statis diebus Scholarum Magistri, & Magistræ, Doctrinam tradant Christianam: ut Confessarii, quæ muneris sui sunt impleant, quoties

Col quale si esortano i Vescovi a fare nuove diligenze.

§. 4. Conformandoci Noi a questo pratico insegnamento di S. Carlo Borromeo, non ostanti le diligenze in sin ad ora da voi praticate, vi esortiamo, pregandovi per le viscere di Gesù Cristo, a non perdervi d' animo nella grande opera dell' insegnamento della Dottrina Cristiana. Fate, che ogni Parroco faccia ciò, che gli vien prescritto dal Sagro Concilio di Trento, ed anche da' vostri Sinodi: che s'insegni ne' giorni determinati la Dottrina Cristiana da' Maestri, e Maestre delle Scuole: che i Confessori facciano il loro dovere; quando tal' uno si accosta al loro

Recensentur complures.

Se ne accennano molte.

quis- Tribunale

quiſquam ſe ipſorum Tribunali ſiſtit, ignorans quæ *neceſſitate medii* ſunt ad ſalutem neceſſaria; idipſumque præſtent & Parochi, antequam Sponſos Matrimonio conjungat: Patres familias, atque domorum Heri, ſerio moneantur de impoſita ſibi obligatione erudiendi per ſe, erudiendoſque curandi Chriſtianæ Doctrinæ præceptis filios, ſuoſque familiares: quibuſque in Diœceſibus receptus eſt, ſervetur, curetur-que recipiendus, ubi hactenus non obtinuit, uſus, juxta quem, ante, vel poſt Parochialem Miſſam, elata voce, per ipſummet Parochum recitantur Fidei, Spei, & Charitatis actus recte compoſiti, populo interim Parochi verba iterante. Nec etiam negligatur incumbens Parocho onus, quo feſtis diebus, niſi concionem ad populum habere, certe quidem ex Altari Evangelium ei explanare, ipſumque præcipua Sanctæ Religionis Noſtræ Myſteria, Dei præcepta, & Eccleſiæ, ac quidquid demum opus eſt, ut Sacramentorum digne particeps fiat, edocere tenetur. Veſtigia hæc ſectentur quoque Concionatores, quibus ſalutare illud iteretur monitum, ut adhortationibus inſtitutiones adjungant, quandoquidem utriſque indigent Auditores. Denique quænam ſit optima methodus in rudibus hominibus Chriſtiana Doctrina erudiendis, indigitatur a S. Auguſtino in libro de *Catechizandis rudibus cap.* 10. ubi inquit, proficuam præ cæteris eam eſſe, qua poſt explanationem, familiares inſtituantur interrogationes; ex familiari quippe interrogatione compertum fit, an quæ quiſque audivit, mente perceperit, vel an potius iterata explanatione opus ſit, ut alieno captui res ſubjiciatur: *interrogatione quærendum eſt, utrum is, qui catechizatur, intelligat; & agendum pro ejus reſponſione, ut aut planius, & enodatius loquamur, aut quæ illis nota ſunt, non explicemus latius &c. Quod ſi nimis tardus eſt, miſericorditer ſuccurrendus eſt, breviterque ea, quæ maxime neceſſaria ſunt, ipſi potiſſimum inculcanda.* Illud nobis perſuaſum eſt, fore, ut longe plura ipſi perſequamini, quàm Encyclicis hiſce Litteris Noſtris vobis indigitamus. Interim vobis, Venerabiles Fratres, concreditoque ſollicitudini veſtræ Gregi, Apoſtolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Pro methodo docendi Doctrinam Chriſtianam probatur uſus interrogationis poſt explanationem.

Datum ex Arce Caſtri Gandulphi die 26. Junii 1754. Pontificatus Noſtri Anno Decimoquarto.

Dat. 26. Junii 1754. Pont. an. 14.

Tribunale ignorando le coſe neceſſarie *neceſſitate Medii* per ſalvarſi; e che lo ſteſſo ſi faccia anche da' Parrochi prima di congiungere in Matrimonio quelli, che vogliono maritarſi. S'inculchi a i Padri di famiglia, e Padroni delle Caſe, l' obbligo d' iſtruire, e fare iſtruire i loro Figli, e Famigliari nella Dottrina Criſtiana: E nelle Dioceſi, nelle quali è introdotta la diſciplina, ſi proſiegua, e dove non è introdotta, s'introduca, che prima, o dopo la Meſſa Parrochiale, ſi dicano ad alta voce, ed adagiatamente, dal Parroco iſteſſo, gli Atti di Fede, Speranza, e Carità, ben compoſti, ripetendo il Popolo le parole del Parroco. Non ſi traſcuri l'adempimento dell' obbligo, che ha il Parroco, ſe non di predicare ne' giorni feſtivi, almeno di eſporre dall' Altare al Popolo l' Evangelio, e d'iſtruirlo de' Miſterj principali della noſtra Santa Religione, de' precetti di Dio, e della Chieſa, e di quanto è neceſſario per degnamente ricevere i Santi Sagramenti. Si battano le ſteſſe pedate da' Predicatori, a' quali ſi dia il ſalutare avvertimento di unire all' eſortazione, l'iſtruzione; avendo gli Uditori biſogno dell' una, e dell' altra. Il metodo finalmente d' inſegnare a i rozzi la Dottrina Criſtiana viene additato da S. Agoſtino nel libro *de Catechizandis rudibus al Cap.* 10.: ove dice, eſſere utiliſſimo quello delle famigliari interrogazioni, dopo aver fatta la ſpiegazione; ricavandoſi dalla famigliare interrogazione, ſe chi l' ha udita, l'ha capita, e ſe per farla capire v'è biſogno d'altra ſpiegazione: *Interrogatione quærendum eſt, utrum is, qui catechizatur, intelligat; & agendum, pro ejus reſponſione, ut aut planius, & enodatius loquamur, aut quæ illis nota ſunt, non explicemus latius &c. Quod ſi nimis tardus eſt, miſericorditer ſuccurrendus eſt, breviterque ea, quæ maxime neceſſaria ſunt, ipſi potiſſimum inculcanda.* Teniamo per certo, che ſi farà ſempre da voi più di quello, che non queſta noſtra preſente Lettera Circolare vi additiamo. Ed intanto con pienezza di cuore diamo a voi, Venerabili Fratelli, ed al Gregge alla voſtra cura commeſſo, l' Apoſtolica Benedizione.

Nell'inſegnare la Dottrina ſi loda l'uſo d'interrogare dopo la ſpiegazione.

Datum ex Arce Caſtri Gandulphi die 26. Junii 1754. Pontificatus Noſtri Anno Decimoquarto.

Scritta li 26. Giugno 1754. del Pont. XIV.

XXXVI.

Confirmatur Decretum Congregationis Conſiſtorialis, quo fuit declaratum ſub Conſtitutione Innocentii PP. XII. ſuper Capitulationibus Sede Vacante initis, comprehendi etiam Monaſteria & Collegia utriuſque ſexus, necnon eadem Conſtitutione prohiberi quaſcumque pactiones, & Capitulationes, etiam per ſe honeſtas & licitas.

Innocentii PP. XII. Conſtitutio vetat Sede Vacante quaſcumque Capitulationes contra Sacros Canones ante electionem initas.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pontificis cura in iis confirmandis, quæ provide ſunt conſtituta.

PASTORALIS regiminis ſolicitudo ex alto Nobis immerentibus commiſſa exigit, ut non ſolum curemus novas leges, ſi quando rerum conditio, aut neceſſitas poſtulat, condere; ſed etiam ea, quæ a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris provide ac ſalubriter conſtituta ſunt, Apoſtolicæ confirmationis robore communire.

Quæ vero poſt electionē factæ fuerint, ſubjacent judicio ſubjici Rom. Pontificis.

Decretum Congregationis Conſiſtorialis refertur

§. 1. Aliàs ſiquidem a Congregatione rebus Conſiſtorialibus præpoſita emanavit Decretum tenoris ſequentis, videlicet. Cum ſan. mem. Innocentius PP. XII. per Conſtitutionem editam die 22. Septembris 1695., quæ incipit *Eccleſiæ Catholicæ*, innovatis etiam pluribus aliorum Prædeceſſorum Pontificum ſanctionibus, diſtricte interdixerit, ne, occurrente Eccleſiarum, ſive Monaſteriorum quorumvis vacatione, pactiones ullæ, ſive capitulationes, aut concordata, aut ſtatuta, adverſus Sacrorum Canonum, & Apoſtolicarum Conſtitutionum diſpoſitionem, ab iis, ad quos perſonarum præficiendarum electio pertinet, ante electionem, vel poſtulationem fiant; &, ubi nihilominus inita fuerint, ea prorſus irrita, & invalida, nec obſervanda eſſe, etiamſi juramento munita fuiſſent, declaraverit, & decreverit; quæ vero poſt electionem ſeu poſtulationem fieri contingeret, ea ad Romanum Pontificem deferri, ejuſque judicio ſubjici, ſuſpenſa interim eorum executione, donec a Sede Apoſtolica impetrata fuerit confirmatio, præceperit, prout in memorata Conſtitutione uberius continetur; dubitatum vero fuerit, primò, an ſub ea comprehendantur etiam Monaſteria fœminarum, vel Capitula, ſeu Collegia, quæ juxta nonnullarum Provinciarum conſuetudinem, ſunt mixta ex maribus & fœminis, ſub unius Abbatiſſæ, ſeu Præpoſitæ, ſive Prioriſſæ regimine;

Dubitatum, an ſub ea Conſtitutione comprehendantur etiam Monaſteria Fœminarum, & Collegia utriuſque ſexus.

secundo, an prædicta Constitutio eas etiam afficiat pactiones, quæ in Ecclesiarum, vel Monasteriorum ipsorum utilitatem cedunt, vel quæ alioquin, si per se spectentur, non judicantur illicitæ.

Et an etiam non illicitæ pactiones prohibeãtur?

Cẽsuit Congregatio prædicta, Monasteria seu Collegia prædicta cõprehendi.

§. 2. Hinc ad tollendas hujusmodi dubitationes, & animarum pericula tutius submovenda, Congregatio particularis Consistorialis, a Sanctissimo Domino Nostro deputata, censuit, si Sanctitati Suæ videbitur, declarandum, & decernendum, sub præmissa Constitutione Innocentii XII., ejusque omnibus præscriptionibus, etiam quoad inflictas pœnas, omnino comprehendi etiam Monasteria, vel Capitula, seu Collegia mixta ex utriusque sexus personis, regimini, vel jurisdictioni unius Abbatissæ, seu Præpositæ, sive Priorissæ subjectis, ac de ejusmodi etiam Monasteriis, Capitulis, sive Collegiis præfatam Constitutionem esse intelligendam, perinde ac si de iis quoque expressa, & specialis mentio habita fuisset: Adeoque pactiones, Capitulationes, concordata, seu statuta quæcumque hujusmodi, occasione electionis personæ prædictis Monasteriis, sive Capitulis, & Collegiis præponendæ, tum facta, tum quæ deinceps fieri contingeret, tametsi interposita jurisjurandi religione roborata, omnino obnoxia esse, & fore prohibitioni, nullitati, pœnæ, ceterisque omnibus, & singulis ordinationibus, decretis, & declarationibus respective in ea, ut præfertur, Constitutione contentis, &, quatenus opus sit, ad hujusmodi etiam Monasteria, vel Capitula, sive Collegia mixta ex utriusque sexus personis, præfatam Constitutionem esse extendendam.

Et prohiberi licitas etiam pactiones, si ante electionem fuerint initæ.

§. 3. Præterea, cum valde Ecclesiasticæ disciplinæ intersit omnem ambitiosæ cupiditati aditum præcludere, ac providere, ne ullo modo etiam indirecte, læsa remaneat libertas eligendi personas magis dignas, magisque idoneas, quæ assentiri forsan recusarent iis pactionibus, quibus aliæ minus idoneæ, ad obtinendum electionis commodum, annuerent; similiter declarandum, & decernendum censuit, memorata Constitutione affici eas etiam pactiones, ante electionem, vel postulationem initas, quæ cæteroquin Ecclesiis ipsis, vel monasteriis utiles sint, vel quæ intrinsecus, & per se consideratæ, nullam mali suspicionem redoleant, sed quæ ideo malæ sunt, quia jure humano, & per Sacros Canones sive Apostolicas Constitutiones, ac præsertim illam Innocentii XII. interdicuntur: Quo vero ad eas, quas post electionem vel postulationem fieri contingeret, servandam itidem esse memoratam Innocentii XII. Constitutionem, ut scilicet illæ statim ad Summum Pontificem deferantur, & Sedis Apostolicæ judicio subjiciantur, suspensa interim earum executione, donec ab eadem Sancta Sede, sine cujus auctoritate nihil omnino in similibus paciscí fas est, confirmationis robur in totum, vel in partem obtinuerint. Facta autem per me infrascriptum præfatæ Congregationis Secretarium de præmissis relatione Sanctissimo Domino Nostro, ejusdem Congregationis sententiam Sanctitas Sua approbavit, atque ita ab omnibus, ad quos pertinet, perpetuo, & inviolabiliter servari, & judicari mandavit, cum omnibus etiam derogationibus præfatæ Constitutioni Innocentii XII. insertis; nec non Litteras Apostolicas in forma Brevis super præsentis Decreti confirmatione, & approbatione expediri jussit.

Si vero post, Sedis Apostolicæ judicio esse subjiciendas.

Datum Romæ hac die 16. Augusti 1727.

P. Cardinalis Corradinus.

Dominicus Rivera dictæ Congreg. Secretarius.

Loco † Sigilli.

§. 4. Hujusmodi autem tam providum, ac salubre Decretum, quo firmius subsistat, & servetur exactius, tenore præsentium, Apostolica auctoritate approbamus, & confirmamus, ac de novo, quatenus opus sit, statuimus, & innovamus, atque illud ab omnibus cujuscumque ordinis, gradus, status, ac dignitatis, in perpetuum servari, & custodiri præcipimus, & mandamus: decernentes, easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus & per omnia pleniſſime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus.

Hoc Decretum Apostolica auctoritate roboratur.

Et illius perpetuæ firmitati consulitur, non obstãtibus quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XV. Julii MDCCLIV. Pontificatus Nostri Anno Decimoquarto.

D. Card. Passionеus.

Dat. die 15. Julii 1754. Pontificatus XIV.

XXXVII.

Ne Christifideles sub Turcarum ditione versantes, ad occultandam Christianæ Religionis professionem, Mahumetana Nomina sibi imponant, iisque se compellari patiantur.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis & Episcopis, necnon dilectis Filiis Parochis, & Missionariis, Provinciæ Albaniæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

QUOD Provinciale Concilium Albanum Provinciæ vestræ, Venerab. Fratres, Dilecti Filii, Anno MDCCIII. sub fel. rec. Clemente Papa XI. Prædecessore nostro celebratum, inter cætera, Canone tertio sanctissime statuerat, nimirum ne Turcica, seu Mahumetana Nomina, sive parvulis, sive adultis in Baptismate imponerentur; neve Christifideles Turcicis, seu Mahumetanis Nominibus, quæ nunquam sibi imposita fuerant, ob quamcumque vel tributorum exemtionem & immunitatem, vel liberi commercii commodum, vel evitandarum pœnarum causam, se nuncupari paterentur: id ipsum, inter cætera, Nos quoque commendantes, confirmavimus, ac servandum præcepimus in nostra Encyclica Epistola, cujus initium est -- *Inter omnigenas*, pro Regno Serviæ, & finitimis Regionibus, super pluribus Religionis ac disciplinæ capitibus die XI. mensis Februarii Anno MDCCXLIV. * Pontificatus Nostri Anno Quarto edita. Providum igitur, ac salutare ejusmodi statutum ab Antecessoribus vestris tanta cum sapientia ac religione conditum, & tamquam luculentum Catholicæ Fidei, sinceræque vestræ christianæ pietatis exemplum, aliis ad imitandum & omnino custodiendum a Nobis districte præceptum, quemadmodum in Provinciæ vestræ majorem gloriam & existimationem, majoremque consequendæ æternæ animarum salutis utilitatem, ita si negligi forte contingat, in majus ejusdem vestræ Provinciæ dedecus, apertumque animarum discrimen redundare videtur.

Iterata decreta, quibus vetitũ Christifidelibus quamcũque ob causã Mahumetana nomina assumere.

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 173.

§. 1. Nos autem, qui abusum illum in prædicta Epistola nostra tamquam turpem christianæ professionis occultationem ad infidelitatem

Eorum quippe usus mendacium in re gravissima, & virtualem fidei negationẽ continet.

accedentem pronuntiavimus, maximo cum Pontificii animi noſtri mœrore accepimus, quod quamplurimi iſtius Provinciæ, poſthabita æternæ ſalutis ratione, eadem Turcica, ſive Mahumetana Nomina uſurpare pergant, non ſolum ut a tributis & oneribus illis, quæ Chriſtifidelibus impoſita ſunt, vel imponi ſæpe contingit, immunes & liberi ſint & habeantur; verum etiam ut tam ipſi, quàm eorum Parentes, a Mahumetana Secta apoſtataſſe minime credantur, nec pœnis hac in re infligendis multentur. Hæc enim omnia, etſi Fides Chriſti in corde teneatur, fieri tamen nequeunt, ſine Mahumetis errorum ſimulatione, ſinceritati Chriſtianæ contraria; quæ mendacium in re graviſſima continet, & virtualem Fidei negationem, maxima cum Dei injuria, Proximique ſcandalo, includit: Unde opportuna etiam præbetur Turcis ipſis occaſio, Chriſtifideles omnes, tamquam hypocritas & deceptores exiſtimandi, atque adeo jure ac merito perſequendi.

Unde nullatenus ferendus.

§. 2. Accedit præterea ad mœrorem, doloremque noſtrum magis magiſque augendum, quod nonnulli ex Vobis ipſis, Venerabiles Fratres, atque ex Vobis quoque, Dilecti Filii Parochi & Miſſionarii, ad tam pravam ac deſtabilem ſimulationem nihil animadvertentes, immo conniventes, atque inanibus ad excuſandas excuſationes in peccatis rationum momentis adducti, eos Chriſtifideles curæ veſtræ creditos, qui ſæpedicta Turcica, ſeu Mahumetana Nomina aſſumunt, iiſque vocari ſtudent, ad Sacramentorum participationem, ſine ullo prorſus conſcientiæ angore, & publica cum bonorum Chriſtifidelium offenſione, admittere non verentur.

Nova Sanctione damnatur, ac interdicitur.

§. 3. Hinc eſt, quod Nos, qui ex injuncta Nobis omnium Eccleſiarum ſollicitudine, ac ſuprema Sacroſancti Apoſtolatus procuratione, Chriſtianos omnes in viam ſalutis reducere, eoſdemque puros, ſinceros, in ſpiritu & veritate ambulantes, & abſque macula, Deo exhibere tenemur, poſtquam Venerabiles Fratres noſtros S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales contra Hæreticam pravitatem Generales Inquiſitores ſuper hac re audivimus, de eorum conſilio, primùm quidem laudatum Concilii Albani veſtræ provinciæ Canonem renovantes, Apoſtolica auctoritate noſtra tenore præſentium confirmamus, & diſtricte ſervandum mandamus; necnon memoratæ Epiſtolæ noſtræ decreta ad veſtram quoque Provinciam auctoritate & tenore paribus extendimus, & ſervanda itidem præcipimus: Deinde diſtricte pariter prohibemus, ne quilibet ex Chriſtifidelibus, quocumque caſu vel prætextu, aut in quibuſvis excogitabilibus circumſtantiis, eadem Turcica, ſeu Mahumetana Nomina, ut Mahumethani credantur, aſſumere audeat.

Sub certis ſpiritualibus pœnis, quarum executio Epiſcopis committitur.

§. 4. Porro, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, Vos rogamus & in Domino hortamur, ut ſerio animo miniſterium veſtrum, & diſtrictam Supremo Paſtorum Principi Jeſu Chriſto Æterno Judici rationem de commiſſis unicuique veſtrum ovibus a Vobis reddendam conſiderantes, & ipſi curetis per bona opera veſtra certam electionem veſtram facere, & minime omittatis, (quod ſine graviſſima incuriæ, negligentiæque veſtræ culpa accidere non poteſt) eoſdem Chriſtifideles Provinciæ veſtræ arguere, obſecrare, & increpare in omni patientia & doctrina, ut converſationem ſuam inter Gentes habentes bonam, in omnibus ſeipſos præbeant exemplum bonorum operum, ut ii, qui ex adverſo ſunt, vereantur, nihil habentes malum dicere de ipſis, quaſi malefactoribus, qui turpis lucri cauſa aliud in ore, aliud in corde gerant. Quod ſi qui admonitionibus veſtris & præceptis noſtris non acquieſcant, ad Apoſtolicæ diſciplinæ normam, virga compeſci debent, & circa ipſos Albanenſis Synodi veſtræ, & dictæ Epiſtolæ noſtræ, ſanctiones & pœnæ omnino exequendæ ſunt, quibus in vita Sacramentorum, & poſt mortem, ſi impœnitentes deceſſerint, ſuffragiorum incapaces declarantur. Quas quidem pœnas iterum, quatenus opus ſit, innovamus & infligimus, & debitæ executioni a Vobis mandandas volumus, & injungimus. Hoc autem nemini ex Vobis, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, durum eſſe debet; quoniam niſi abundaverit juſtitia veſtra pluſquam Schiſmaticorum & Hæreticorum, quorum tamen nullus Mahumetanum Nomen aſſumere præſumit, non intrabitis in Regnum Cœlorum.

Diffidentes de ſua in Fide conſtantia ad Chriſtianorum terras confugere hortatur.

§. 5. Illos denique, qui ex Mahumetanis Chriſtiani ſunt facti, vel qui iſtorum ſunt filii, ſi de ſua in Fide conſtantia diffidant, vereanturque, ne ſi Turcica deponant nomina, Dominantium pœnas incurrant, eaſdemque ſubire formident, ſerio admoneatis, ut omnino regiones illas occulte deſerant, & ad Terras Chriſtianorum accedant, atque confugiant, in quibus & Deus, qui dat eſcam omni Carni, & Fidelium Caritas minime ipſis deerit; maxime ſi Epiſcoporum commendatitiis Epiſtolis muniantur. Interim Vobis, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, Apoſtolicam Benedictionem, quam a quolibet Venerabili Fratre Antiſtite in ſua Diœceſi Chriſtifidelibus Orthodoxis noſtro nomine impendi volumus, peramanter elargimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die prima Auguſti MDCCLIV. Pontificatus Noſtri Anno XIV.

Dat. die 1. Auguſti anni 1754. Pontificatus anno 14.

Eccleſiaſticis omnibus Ritus Slavo-Latini præcipitur ut in Miſſis & Divinis Officiis Slavum Litterale idioma cum characteribus Hieronymianis retineant, & Miſſalibus, Breviariis &c. utantur typis Congregationis Propagandæ Fidei editis. XXXVIII.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Pontificis ſollicitudo, ne novitates & abuſus in Sacros Ritus irrepant.

EX paſtorali munere, quo Romani Pontifices Catholicæ præſunt Eccleſiæ, eamque moderantur, conſueverunt Prædeceſſores Noſtri vigilem navare curam, ut in Sacris peragendis, ſuos unaquæque Natio legitime invectos Ritus religioſe cuſtodiat, ejuſque idiomatis uniformitatem retineat, quo illius reſpective Majores in Miſſæ Sacrificio Divinique Officiis uſi dignoſcuntur; prohibentes ne quid a priſca lingua, vulgaribus licet dicendi formulis immutata, deflectatur, omnemque adhibentes operam, ut abuſus procedentibus temporibus inoleſcentes eradicarent.

Ritus Nationi Illyricæ conceſſus a Joanne VIII.

§. 1. Cum itaque ex fide dignorum teſtimonio acceperimus, in Ritum Slavo-Latinum, quem felicis recordationis Prædeceſſor Noſter Joannes Papa VIII. fideli ac religioſæ Nationi Illyricæ, una cum idiomate, quod nunc Slavum litterale appellant, & characteribus, quos Hieronymianos dicunt, adhibendum conceſſit, & ſucceſſivis temporibus recolendæ memoriæ Prædeceſſores pariter Noſtri Urbanus VIII., & Innocentius X., dum Miſſale, & Breviarium eodem idiomate, & characteribus, excudenda typis traderentur, iteratis vicibus confirmarunt; nonnullos irrepere abuſus, Apoſtolicæ Sedis intentionibus, inſtitutiſque contrarios, pernicioſa aliquorum libertate, qui audent Miſſas, inſertis Orationibus & precibus Slavo vulgari ſermone conſcriptis, componere, Initium quoque Evangelii ſecundum Joannem,

Interverſus, pluribus irreptis abuſibus.

&

& Psalmum *Lavabo*, eadem vulgari lingua, latinisque characteribus impressa, nulla desuper a Nobis facultate, & approbatione præobtenta, sibi, aliisque Sacerdotibus legenda proponere: Idcirco ne hujusmodi abusus, qui eumdem Ritum miscere ac turbare facile posset, latius progrediatur; postquam aliis Nostris editis Constitutionibus, nimirum quinquagesima septima cui initium *Etsi pastoralis*, & octogesima septima incipiente *Demandatam cœlitus*, quæ extant in Bullarii Nostri Tom. 1. p. 167. & 290. * Græcorum Rituum conservationi, & integritati, pro Italo-Græcorum, & Græco-Melchitarum Nationibus, abunde providimus; eamdem nunc sollicitudinis Nostræ curam ad Illyricam Nationem convertentes, suprema, qua fungimur Apostolica auctoritate, volumus, præcipimus, atque mandamus, ut Ecclesiastici omnes & Sacerdotes tam Seculares, quam cujuscumque Ordinis, aut Instituti Regulares, qui Ritum Slavo-Latinum profitentur, in Augusto Altaris Sacrificio, & in Horis Canonicis, aliisque divinis Officiis persolvendis ac obeundis, Missalia, Tabellas, & Breviaria characteribus Hieronymianis impressa typis Congregationis Propagandæ Fidei, quæque inposterum ibidem imprimentur, non sine prævis opportunis revisionibus, & approbationibus, aliisque diligentiis hucusque adhibitis, & deinceps adhibendis a Viris doctis, & Slavo-Latinum idioma, ac Hieronymianos characteres apprime callentibus, quemadmodum per plura anteacta sæcula ab Illyrico Clero servatum studiose fuit, ita deinceps omnino adhibere debeant, & teneantur: utque in posterum nemo ex prædicto Clero, in Missis celebrandis, aut in divinis Officiis persolvendis, Orationes & Preces, quæ nostra, & Apostolicæ Sedis auctoritate examinatæ non fuerint, & approbatæ, recitare, aut quoquo modo adhibere audeat, seu præsumat.

* In hac Editione Tom. XVI. p. 94. & 166.

Quibus proscriptis vetustior redintegratur, novisque Sanctionibus ejusdem firmitati consulitur.

§. 2. Quocirca Venerabilibus Fratribus Nostris Archiepiscopis, & Episcopis, in quorum Diœcesibus Ritus Slavo-Latinus viget, committimus, atque injungimus, ut pro zelo & sollicitudine, qua tenentur concreditis sibi Ovibus præesse, & Sacrorum Ecclesiæ Rituum integritati advigilare, sedulam exactamque hujusce Nostræ voluntatis, ac districti præcepti executionem curent, atque urgeant, ac novitates omnes, irreptosque quoslibet abusus eliminent, adhibitis efficacioribus remediis a Sacris Canonibus in pervicaces & refractarios indictis; similia vero successivis temporibus attentari minime patiantur.

Quarum Executio Archiepiscopis & Episcopis demandatur.

§. 3. Decernentes has Nostras Litteras, & in eis contenta hujusmodi, semper & perpetuo firma, valida, & efficacia existere & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari debere: sicque, & non aliter præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, horumque Congregationes, necnon Apostolicæ Sedis Nuncios, & quosvis alios quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decreta pro Præmissorum firmitate.

§. 4. Non obstantibus contrariis quibusvis, etiam in Synodalibus forsan, aut Provincialibus Conciliis editis Constitutionibus, aut Decretis; Privilegiis quoque, & Indultis eidem Nationi Illyricæ, ejusque Ecclesiis, atque Præsulibus, quavis etiam Apostolica auctoritate concessis, ac iteratis vicibus confirmatis, & innovatis, ac usibus, stylis, & consuetudinibus quantumvis diuturna observantia firmatis; quibus omnibus, & singulis, tenore præsentium, & ad præmissum effectum, specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariis.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium Litterarum transsumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Fides transsumptis habenda.

§. 6. Nulli ergo Hominum liceat paginam hanc Nostræ Declarationis, inhibitionis, præcepti, mandati, commissionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Sanctio pœnalis.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quinquagesimo quarto, decimo octavo Kalendas Septembris, Pontificatus Nostri anno Quartodecimo.

Dat. die 17. Aug. 1754. Pontificatus XIV.

D. Card. Passioneus.

J. Card. Pro-Datar.

VISA

De Curia J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco † Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

XXXIX.

Quinque-Ecclesiensis Episcopus, ejusque Successores, perpetua Pallii usus, ac prægestandæ Crucis concessione donantur, sub certis modis ac conditionibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium. Pontifices in distribuendis honoribus inferiorum Ecclesiarum Præsulibus, jus suum exercent, & animarum saluti prospiciunt.

ROMANUS Pontifex in Beati Petri Sede ad universæ Ecclesiæ regimen à Deo constitutus, dum Apostolicæ benignitatis favores inferiorum Ecclesiarum Præsulibus circumspecta liberalitate distribuit, non modo supremam illam exercet potestatem, quam sibi veluti hæreditate relictam agnoscit a Beatissimo Apostolorum Principe, a quo, ut Sanctus Innocentius inquit, *Episcopatus ipse, & tota auctoritas nominis hujus emersit*; sed illud præterea efficere studet, ut animarum Pastores sacris honoribus aucti, majorem sibi a subjectis Populis reverentiam concilient, utque ita uberiores spiritualis sollicitudinis suæ fructus ex eorum docilitate & obedientiæ percipiant.

Inter præstantiora honoris insignia Pallii usus recensetur, & jus prægestandæ sibi Crucis.

§. 1. Porro inter eximia sacræ dignitatis decora, quæ ab Apostolica Sede diversis per Orbem Ecclesiis, earumque Antistitibus, indulgeri consueverunt; & Sacri Pallii usus, & jus præferendi Sanctissimæ Crucis signi, merito numerantur. Quorum primum illud, materiæ quidem simplicitate, ipsaque sui specie exiguum, sed Pontificiæ Benedictionis munere, & mysteriorum significatione pretiosum, e sanctiori Ecclesiæ Thesauro, nimirum ex veneranda Beati Petri Apostoli

Pallii Misticum indumentum quibus detur.

Confessione desumptum, certis dumtaxat tribuitur insignium Ecclesiarum Præsulibus, iisdemque enixè postulantibus, & peculiarem obedientiam & fidem Romano Pontifici, solemnis jurisjurandi interpositione, spondentibus: Ut, sicut olim Dominus noster Jesus Christus, ovium suarum curam eidem Beato Petro committens, conditionem posuit dicens, *Si diligis me, pasce Oves meas;* Ita non aliis præstantiora hæc Pastoralis Officii insignia tradantur, quàm qui Apostolicæ Sedi subjectionis debitæ signa persolvant, quæ ipsos cum Beato Petro tamquam membra de membro habere, & Catholici capitis unitatem servare declarent.

Quorum ob egregia merita, & Beati Fundatoris inclytam memoriam.

Mystica itidem, plurimæque virtutis prægestatio Crucis sublimis.

§. 2. Erectæ autem Crucis delatio, Salvatoris nostri, cujus legatione fungimur, humilitatem pariter, & potentiam declarat; atque ita intuentium animos allicit ad illius excipienda præcepta, qui exaltatus a terra, omnia traxit ad se ipsum, ut simul etiam prævaricatores admoneat, hoc idem Crucis signum in Cœlo fore, quum Dominus ad judicandum Orbem Terræ in splendore Majestatis advenerit. Quæ quidem Indulta, licet olim solis Apostolicæ Sedis Vicariis concedi consueverint, deinde verò omnium Ecclesiarum Metropolitanarum Præsulibus communicata, ad minoris autem Ordinis Antistites, nimirum ad simplices Cathedralium Sedium Episcopos, nequaquam extensa fuerint; nihilominus omnium sæculorum monumenta testantur, eadem præclaris quibusdam Ecclesiarum Pastoribus, etiam Metropolitico jure & potestate carentibus, ex Apostolicæ Sedis indulgentia, nunc personali privilegio peculiaribus ipsorum meritis debito, nunc autem perpetua concessione, ad illustrium Ecclesiarum splendorem augendum cumulandumque, tributa fuisse.

Perpetuum indultum utendi Pallio, & prægestandæ Crucis Quinquecclesiensibus Episcopis conceditur, sub certis tamen modis ac conditionibus.

Veriustior, recentiorque praxis Sanctæ Sedis in hujusmodi indulto concedendo.

Quinquecclesiensis Ecclesiæ erectio ac dignitas.

§. 3. Cum itaque Ecclesia Quinquecclesiensis, Provinciæ Strigonienſis, in Hungariæ Regno constituta, Sancti Stephani I. quondam Hungariæ Regis pia liberalitate fundata atque dotata, & tam in Ecclesiastica Hierarchia, quàm in prædicti Regni Ordine multis nominibus clara, & illustris, hac olim prærogativa, de tempore recol. mem. Innocentii Papæ III. Prædecessoris nostri gavisa fuisse dignoscatur, ut illius Episcopus, ex Romani Pontificis concessione, Pallio uteretur; quod constat ex ejusdem Innocentii Papæ litteris relatis in Cap. *Cum in Juventute, de præsumptionibus*: Et licet aliquorum opinione, eorum probabilior sententia videatur, qui Indultum ejusmodi tunc existenti Episcopo dumtaxat, non autem illius Successoribus tributum fuisse putant; quum tamen major Canonistarum, aliorumque Scriptorum numerus, privilegium ipsum Ecclesiæ Quinquecclesiensi, ejusque Episcopis pro tempore existentibus concessum, nec nisi ob lacrymabiles ejusdem Ecclesiæ vicissitudines, quæ sub gravissimo Turcarum jugo diu oppressa jacuit, amissum fuisse arbitretur; Hinc factum est, ut plures ejusdem Ecclesiæ Episcopi, dum illius statum Apostolicæ Sedi præscriptis temporibus de more referrent, & opportuna suis rebus postulata proponerent, ad prædicti privilegii usum se se reintegrari petierint. Quod cum, etiam nuper existens Quinquecclesiensis Episcopus in sua relatione, quam anno 1748. per occasionem visitationis Sacrorum Liminum, ad Nos & Apostolicam Sedem transmisit, atque iterum Ven. Frater Georgius modernus ejusdem Ecclesiæ Antistes, enixis precibus postulaverint; eorum autem votis Cariſſima in Christo Filia Nostra Maria Theresia Hungariæ & Bohemiæ Regina Illustris, in Romanorum Imperatricem Electa graviſſimum supplicationis suæ suffragium adjunxerit: Nos, attentis præmissis, & tam devotionis nostræ affectum erga memoriam Beati Regis ejusdem Ecclesiæ Fundatoris de Catholica Fide & Religione optime meriti, quàm paternæ voluntatis nostræ studium erga ipsam Mariam Theresiam Reginam & Imperatricem Electam, cujus egregia ad hunc diem extiterunt in Nos, & Apostolicam Sedem officia, amplius declarare volentes, præfati etiam Georgii moderni Quinquecclesiensis Episcopi zelum atque virtutes justa æstimatione pensantes, eumdemque a quibusvis suspensionis, & interdicti, &c. censentes; eidem Georgio Episcopo, ut ipse & ejus Successores Ecclesiæ Quinquecclesiensis Præsules pro tempore existentes, de cætero perpetuis futuris temporibus Sacrum Pallium in solemnitatibus & functionibus in Pontificali Romano descriptis, induere & gestare, ac etiam Crucem ad instar Archiepiscoporum ante se elevari & gestari facere, in dicta Quinquecclesiensi Civitate & Diœcesi dumtaxat, & non alibi omnino, sive in alienis Diœcesibus, sive in prædicti Hungarici Regni Comitiis, sive in quibusvis aliis locis Episcopo præfato non subjectis, etiamsi Ordinariorum Locorum licentia ad id accederet; nec etiam in dicta Civitate & Diœcesi Quinquecclesiensi, in præsentia alicujus ex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, vel Nostri, & ejusdem Sedis Apostolicæ Ordinarii aut Extraordinarii Legati, seu Nuncii, vel Archiepiscopi Strigonienſis, nisi de eorum respective consensu, sub gratiæ & concessionis hujusmodi nullitate; & dummodo quoad Pallium prædictum tam ipse Georgius, quàm illius Successores Quinquecclesienses Episcopi pro tempore futuri, illud ab eadem Apostolica Sede, servatis de jure vel consuetudine servandis, & postulare, & consueto fidelitatis debitæ juramento edito, accipere, aliaque in similibus observari solita adimplere teneantur, nec ante acceptum Pallium erectæ Crucis gestationem sibi licitam esse noverint; Utque demum, salvo in omnibus Jure Metropolitico Ecclesiæ Strigonienſis, illiusque Archiepiscopi pro tempore existentis, & nihil immutato præcedentiæ ordine inter ipsos Episcopos Quinquecclesienses, aliosque Episcopos, sive ejusdem, sive alterius Provinciæ, hactenus de jure, usu, aut consuetudine, in quibusvis functionibus, consessibus, aut comitiis servari solito, hujusmodi Pontificalis honoris insigniis uti liberè & licitè possint, & valeant, de Apostolicæ auctoritatis plenitudine, tenore præsentium, concedimus & indulgemus.

Pallii honore olim gavisa.

Hujusmodi indultum alii personale.

Perpetuum alii arbitrantur.

§. 4. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere & fore, nec unquam sub quibusvis generalibus similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehensas, sed semper ab illis exceptas esse & fore, ac censeri; ac dicto Georgio Episcopo, ejusque successoribus dictæ Quinquecclesiensis Ecclesiæ Præsulibus pro tempore existentibus, perpetuo suffragari, necnon ab ipsis respective in omnibus, & per omnia observari; sicque, & non alias, per quoscumque Judices, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, ejusdemque Sedis Nuncios, judicari & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter judicari, aut respective attentari contigerit.

Decreta ad Indulti firmitatem.

Iteratæ Quinquecclesiensium Episcoporum, & Reginæ Hungariæ preces pro novi indulti concessione.

§. 5. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus; seu dictæ Quinquecclesiensis, aut alterius cujuscumque Ecclesiæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariis.

§. 6. Nul-

Sanctio.

§. 6. Nulli ego omnino Hominum liceat hanc paginam Noſtræ abſolutionis, conceſſionis, Indulti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Siquis autem &c. incurſurum.

Dat. 1. Septemb. 1754. Pont. XV.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quinquageſimo quarto, Kalendis Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Quintodecimo.

D. Card. Paſſioneus.

J. Card. Pro-Datarius.

VISA

De Curia J. C. Boſchi.

L. Eugenius.

Loco † Plumbi.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

XL. S. Leoni I. Papæ & Confeſſori, Miſſa & Officium decernitur ſub Ritu Sanctorum Doctorum.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium. MILITANTIS Eccleſiæ auctor rectorque Deus, quum eam ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum ædificaverit, ſummoque angulari lapide Chriſto Jeſu innixam voluerit, tum provido cavit conſilio, ut ad illius cuſtodiam atque præſidium uſque in ſæculorum finem advigilarent egregii ſanctique Doctores, qui nedum ſublimioris virtutis exemplo Fidelium mores ad Sanctitatem juſtitiamque componerent, ſed etiam doctrinæ vi & excellentia eoſdem in Fidei ſinceritate, & ſalutaris ſcientiæ veritate continerent. Horum quidem operam tanti ſe facere oſtendit communis Dominus & Magiſter, ut eos Sal Terræ, & Lucem Mundi appellaverit; utpote qui, non vivæ tantum vocis officio, quemadmodum cæteri ſanctarum plebium paſtores, præſentium ſibi populorum ſaluti conſulturi erant, ſed peculiari ſapientiæ lumine Spiritus Sancti dono ditati, doctiſſimis conſcriptis Libris, univerſam Eccleſiam inſtruere, & omnium ſæculorum poſteritatem in Religione erudire debebant. Hinc Eccleſia ipſa, Sponſi ſui Spiritu imbuta, ejuſque inſtituta ſervare ſtudens, eoſdem glorioſos Viros uberiori doctrinæ munere a Deo repletos, hoc ſingulari honore proſequi conſuevit, ut in ſolemnibus Sacris, quæ recurrentibus eorum feſtivitatibus celebrantur, tam ſcilicet in Sacrificio Miſſæ, quàm in Eccleſiaſticis Officiis, ejuſmodi preces, lectiones, & laudes adhiberi jubeat, in quibus & Sancti Doctoris titulus ipſis tribuitur, & eorum ſapientia ac doctrina ſpecialius prædicantur.

Gloriosi Viri non Sanctitate ſolum, ſed & doctrina conſpicui, in Miſſa & Divinis Officiis uti Doctores celebrantur.

Quantopere doctrina præſtiterit S. Leo I. Pontifex.

§. 1. Porro inter eos, quorum natales dies hoc peculiari ritu ac privilegio decorantur, merito ſemper numerandum exiſtimavimus Prædeceſſorem Noſtrum Sanctum Leonem I. Romanum Pontificem, qui (ut doctiſſimi Cardinalis Baronii verbis utamur) *ob excellentem virtutem, doctrinam, & in cura paſtorali vigilantiſſimum ſtudium, a majoribus MAGNI cognomento jure meruit appellari.* Cujus quidem doctrinæ excellentia, ſive in altioribus Fidei noſtræ Myſteriis explicandis, & contra inſurgentes errores vindicandis, ſive in tradendis diſciplinæ regulis, & morum præceptis, cum ſingulari Sacerdotalis eloquii gravitate & ubertate, adeo eluceſcit, ac etiam tot hominum laudibus cumulata, tantoque Conciliorum, Patrum, Scriptorumque Eccleſiaſticorum ſtudio & conſenſu celebrata dignoſcitur, ut ſapientiſſimus Pontifex nulli ferme Sanctorum Doctorum, qui in Eccleſia floruerunt, aut fama, aut exiſtimatione poſtponendus eſſe videatur. Et ſane Sancta univerſalis Synodus apud Chalcedonem congregata, non illum tantummodo *vocis Beati Petri interpretem* appellavit, ſed & illius de Incarnatione Domini doctrinam venerabunda ſuſcipiens, exclamare non dubitavit: *Petrus per os Leonis locutus eſt.* Idem Sanctus Pontifex a Concilio Conſtantinopolitano ſub Menna celebrato, *illuminator & columna Eccleſiæ*; idem a ſexta Synodo, *firmamentum orthodoxæ Fidei* prædicatur; Idem in pervetuſto Synodorum Libro *Apoſtolicorum dogmatum defenſor, & Apoſtolis coæquandus* dicitur. Quid autem clariſſimi Religionis noſtræ Proceres ac Patres? Sanctus Sophronius Hieroſolymorum Antiſtes *Sanctiſſimum Romanæ Eccleſiæ, immo omnium, quæ ſub Cælo ſunt, luminare*, Leonem fuiſſe affirmavit. Utque aliorum innumera prætereamus teſtimonia, S. Nicolaus Papa I. ad Michaelem Imperatorem ſcribens, libere aſſeruit, quod niſi Deus Leonis virtutem atque doctrinam adverſus Latrocinium Epheſinum excitaſſet, *Religio Chriſtiana penitus corruiſſet.* Etſi autem Eccleſia, inter eos, quos Doctorum titulo & appellatione diſtinguit, Sanctum Leonem Pontificem nondum peculiari Decreto recenſuit; illius tamen doctrinam tanto in honore ſe habere oſtendit, ut ipſius ſcripta, non ſecus ac illorum, quos præcipuos Religionis Magiſtros atque Doctores jamdudum veneratur, in Divinis Officiis frequenter locum habere juſſerit; & in iis præſertim Solemnitatibus, quibus majora Fidei noſtræ Myſteria per anni curſum recoluntur, univerſum Clerum & Populum ex illius Sermonum lectione ſolidam eruditionem, & ſpirituale pabulum haurire voluerit.

Præclariſſimum de ea teſtimonium Conciliorum ac Patrum.

Peculiares præterea obſequii ſui cauſas recenſet Pontifex.

§. 2. Ad hæc autem, quæ de Sancti Leonis meritis & gloria cum omnibus ſentimus, & jampridem animo Noſtro reputavimus, peculiaris quædam, Nobiſque cum paucis communis, accedit cauſa, quæ Noſtram olim erga ipſum pietatem & venerationem magnopere accendit & auxit; quod ſcilicet, dum in Vaticana Beati Petri Baſilica Canonicalem dignitatem in minoribus obtineremus, quum Sacrum illius Corpus, a multo jam tempore ſub Altari Sanctæ Mariæ de Columna nuncupatæ quieſcens, ad alterum ipſius Sancti Pontificis nomine in eadem Baſilica erectum & dedicatum, ſolemni ritu ac pompa transferendum fuit, venerabilium illius oſſium elevationi & recognitioni præſentes adfuimus, eaque noſtris oculis intueri, ac debito cultu proſequi, ſummæ felicitatis loco habuimus; cujus rei Nos alibi, nimirum in Opere *de Canonizatione Sanctorum Lib. IV. Part. II. Cap. XXIII.* mentionem fecimus.

Quapropter ejus Officiū & Miſſam ſub Ritu Sanctorum Doctorū celebrari jubet.

§. 3. Quod itaque ſemper, præmiſſas ob cauſas, juſtum & æquum cenſuimus, quodque Noſtra in Sanctum Pontificem ſingularis devotio Nobis ſuadet, hoc demum, auctoritate Apoſtolicæ Sedis, in qua, magno licet temporum, majore autem meritorum intervallo, eidem ſucceſſimus, nunc reipſa præſtare decrevimus;

Ideoque exempla sequentes aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum, qui præter summos illos Ecclesiæ Doctores, alios etiam Sanctissimos Viros, qui eximia doctrinæ laude in Ecclesia floruerunt, eamque Scriptis suis locupletarunt, proprio Doctorum titulo & cultu honorandos esse decreverunt, Motu proprio, & certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, volumus, præcipimus, & mandamus, ut in Officii Divini Breviario, in Festo Sancti Leonis Papæ & Confessoris, Antiphona *ad Magnificat* in utriusque Vesperis ponatur ea, quæ incipit: *O Doctor optime;* In Missa autem dicatur Introitus: *In medio Ecclesiæ*; & post Collectam subsequatur Lectio Libri Sapientiæ: *Justus cor suum tradet*; cum Graduali, ut in Communi Doctorum: Post Evangelium verò dicatur *Credo;* Reliqua, ut in consueta Missa propria de Sancto Leone. Atque ita per omnes Ecclesias, & respectivè ab omnibus & singulis, qui ad Divini Officii recitationem tenentur, perpetuo servandum statuimus & decernimus: Non obstantibus contrariis Rubricis, usibus, & consuetudinibus, etiam expresse per Sedem Apostolicam approbatis & confirmatis, aliisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Derogatio contrariis.

Sanctio.

§. 4. Nulli ergo hominum liceat paginam hanc Nostri præcepti, mandati, statuti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. 25. Oct. 1754. Pont. XV.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo quarto, Idibus Octobris, Pontificatus Nostri Anno Quintodecimo.

D. Card. Passionеus.

J. Card. Pro-Datarius.

VISA

De Curia J. C. Boschi.

Loco † Plumbi.

L. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicat. die 9. mensis Novemb. 1754.

XLI.

Centum insigne Oppidum, Bononiam inter & Ferrariam, in Civitatem erigitur, cum omnibus juribus, honoribus, & prærogativis, quibus reliquæ Pontificiæ Ditionis Civitates fruuntur: ita tamen, ut quoad spirituale vel temporale gubernium nihil plane innovetur.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

APOSTOLICÆ Sedis Majestati convenit, temporalis suæ Ditionis Oppida, quæ temporum cursu, & Civium industria, ad insignem amplitudinem excrevisse dignoscuntur, splendidioribus titulis, & honoribus decorare, ut fidelium Subditorum animi, virtutis, & devotionis suæ præmium agnoscant, locorumque opibus, & virtutibus, paria dignitatis, & Ordinis ornamenta respondeant.

Centum compluribus, nec vulgaribus prærogativis insigne Oppidum.

§. 1. Sane inter Panarum, & Rhenum Amnes, æquali ferme distantia a Bononia, & Ferraria Civitatibus Nostris, extat illustris Terra, Centum nuncupata, quæ in Spiritualibus Archiepiscopali Ecclesiæ Bononiensi subest, in temporalibus autem per pro tempore existentem Apostolicæ Sedis Legatum Ferrariæ constitutum regitur, ac Civium frequentia, honestarum Familiarum copia, Virorum illustrium fama, artium cultu, Ædificiorum elegantia, Ecclesiarum etiam, Cœnobiorum, aliorumque piorum Locorum numero, ipsâque agri ubertate, & amplitudine, super plurimas Pontificiæ Ditionis Nostræ Terras longe excellit; ideoque digna videtur quæ illustriori Civitatis titulo, atque huic adnexis convenientibus prærogativis condecoretur.

Peculiares quædam promeriti Pontificii amoris causæ.

§. 2. Quam in rem Nos quidem eo magis propensum animum gerimus, quod ipsius Terræ amplitudinis, & formæ, Civium conditionis, ac vigentis in ea tum Sacrorum Officiorum decoris, tum etiam Civilis Politiæ notionem, non ex aliorum scriptis, aut relationibus traditam, sed nostrismet ipsis oculis acceptam retinemus, ex quo, dum Archiepiscopali Ecclesiæ Bononiensi præeramus, non solum in Pastorali visitatione Diœcesim perlustrantes, memoratam Terram pluries invisimus, ejusque res omnes plene cognovimus, sed singulis ferme annis certum temporis spatium, tum valetudinis Nostræ, tum etiam studiorum Nostrorum rationibus opportunissimum, in ea transigere consuevimus; unde illius Cleri, & Populi obsequiis, officiisque devincti, Paternæ benevolentiæ affectum in eos merito conceptum, in hoc etiam Summi Apostolatus fastigio, Dei bonitate, constituti, retinemus; eodemque adhuc tum universos, tum singulos ipsius Terræ Cives & Incolas ex animo prosequimur, specialiter verò Dilectum Filium Hieronymum Barufaldum illius Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Blasii Episcopi, & Martyris Archipresbyterum, quem Nobis & Loci Dignitas, & sedula Officii ejus administratio, & non vulgaris doctrinæ atque eruditionis fama commendant.

Unde in Civitatem erigitur, cum omnibus juribus, honoribus, & prærogativis, quæ cum novæ Civitatis Magistratu communicantur.

§. 3. Quapropter ipsius Terræ Centi splendorem, & decus augere, & cumulare volentes, ejusdemque Communitatem, & Homines, ac eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ, & supremæ Nostræ potestatis plenitudine, dictam Terram Centi in Civitatem, harum serie, in perpetuum erigimus, & instituimus: eique Civitatis titulum, & denominationem, cum omnibus honoribus, juribus, prærogativis, ac decorationibus, quæ cæteris omnibus ejusdem Ditionis Nostræ Pontificiæ Civitatibus, non tamen ex peculiaribus titulis, competere dignoscuntur: Necnon Magistratui ejusdem Terræ, per Nos in Civitatem, ut præfertur, erectæ, consuetos honores, & insignia, quibus alia um ejusdem Ditionis Civitatum Magistratus de jure, usu, vel consuetudine gaudere solent, seu debent; ita tamen, ut eadem Terra, per Nos in Civitatem, ut præfertur, erecta, Venerabili Fratri Nostro Moderno, & pro tempore existenti Archiepiscopo Bononiensi, ut antea, in spiritualibus subjecta remaneat, nec ipse Archiepiscopus apud eam residere teneatur, ac etiam in temporali ipsius gubernio nihil innovetur, eadem authoritate concedimus, & elargimur.

Ita tamen, ut quoad spirituale, vel temporale gubernium nihil innovetur.

§. 4. Decernentes easdem præsentes, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere prætendentes, / iisdem præmissis non

Firmantur præmissa.

consenserint,

consenserint, nec ad ea vocati, citati, vel auditi fuerint, aut ex alia quantumvis legitima causa, aut quovis capite, etiam in corpore juris clauso, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis substantiali defectu notari, impugnari, in Jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos Juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari ullo modo posse; sed ipsas præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime suffragari: sicque in præmiſſis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Camerarium, aliosque ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, & alios quoscumque quavis præeminentia, & potestate fungentes, & suncturos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter decerni contigerit, aut attentari.

Aliter judicari prohibetur.

Derogatio contrariis.

§. 5. Non obstantibus contrariis quibuscumque, etiam Apostolicis Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non ejusdem Terræ, per Nos in Civitatem, ut præfertur, erectæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, quibusvis Personis, & Locis sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in genere, vel in specie, aut aliàs in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, & forma in illis tradita observata, præsentibus exprimerentur, & insererentur, pro plenarie & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio pœnalis.

§. 6. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam Nostræ absolutionis, erectionis, institutionis, concessionis, elargitionis, decreti, & derogationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. 18. Decemb. 1754. Pont. XV.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo septingenteſimo quinquageſimo quarto, decimoquinto Kalendas Januarii, Pontificatus Nostri Anno Quintodecimo.

D. Card. Passionеus.
J. Card. Pro-Datarius.

VISA
De Curia J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco + plumbi.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Abbati Generali Ordinis Monachorum S. Hieronymi Congregationis Italicæ indultum conceditur interveniendi Cappellis Pontificiis, locusque cum aliis Abbatibus Generalibus eidem assignatur.

XLII.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Superiores Generales Ordinum Regularium ad Cappellam Pontificiam admitti solent.

ROMANORUM Pontificum Prædecessorum nostrorum Religioni & decori convenire visum fuit, ut quoties sacri solemniores Ecclesiæ Romanæ Conventus, seu Cappellæ Pontificiæ, ipsis præsentibus, una cum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Prælatorum Romanæ Curiæ Ordinibus, vel ad Missarum solemnia celebranda, vel ad alia Ecclesiastica Officia peragenda haberentur, Regularium quoque Ordinum Generales Superiores ad illas admitterent.

Ad preces Card. Columna S. R. E. Vice-Cancellarii, Protectoris Ordinis Monachorum S. Hieronymi Congregationis Italicæ.

§. 1. Cum autem Abbas Generalis Ordinis Monachorum Sancti Hieronymi Congregationis Italicæ, qui ut plurimum extra Romanam Curiam moram trahere solet, hactenus dictis Cappellis minimè interfuerit: Et Dilectus Filius noster Hieronymus Sancti Laurentii in Damaso nuncupati prædictæ S. R. Ecclesiæ Diaconus Cardinalis Columna nuncupatus, ejusdemque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vice-Cancellarius, qui prædicti Ordinis Sancti Hieronymi apud Nos & Sedem Apostolicam Protector existit, Nobis preces porrexerit, ut dilecto Filio Felici Nerinio moderno, nec non futuris dicti Ordinis Sancti Hieronymi Abbatibus Generalibus pro tempore existentibus, locum in dictis Cappellis, & Pontificiis Functionibus, ut infra, concedere & assignare dignaremur.

Indultum conceditur Abbati Generali ejusdem Ordinis, ut Cappellis Pontificiis interesse possit.

§. 2. Nos, qui in egregium Ecclesiæ Doctorem specialis obsequii studium semper professi sumus, idque compluribus & manifestis editis argumentis testatum facere non prætermisimus; volentes quoque erga illustrem Monachorum Ordinem, illius legibus & institutis fundatum, benevolentiæ nostræ significationes ostendere, dictumque Felicem a quibusvis &c. absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus libentissimè inclinati; eidem Felici moderno, & pro tempore existenti dicti Ordinis Sancti Hieronymi Abbati Generali, ut ipse perpetuis futuris temporibus singulis Missis Pontificalibus, Divinisque Officiis, & aliis Ecclesiasticis Functionibus, quæ in Basilicis etiam Patriarchalibus Urbis, & in Cappellis alicujus ex Pontificiis Palatiis, in præsentia quoque Nostra, solemniter celebrantur & peraguntur, nec non quibusvis generalibus Supplicationibus, cum habitu Prælatitio ipsi aliàs a Sede Apostolica concesso, seu juxta ritum, cum Pontificalibus indumentis, interesse & intervenire, ac locum in consueto scamno, immediatè post alios modernos & pro tempore existentes Ordinum Monasticorum Abbates Generales, qui simili concessione hactenus gavisi sunt & gaudent de præsenti, habere, & Missis ac Officiis & Functionibus hujusmodi durantibus, retinere, liberè & licitè possit & valeat, Apostolica auctoritate, harum serie, perpetuo concedimus & indulgemus, plenamque & liberam ad id facultatem & licentiam impertimur.

Clausulæ pro indulti firmitate.

§. 3. Decernentes ipsum Felicem, ac pro tempore existentem Abbatem Generalem dicti Ordinis Sancti Hieronymi, super concessione & indulto hujusmodi, a quoquam, sub quovis præ-

textu,

textu, occasione vel causa quantumvis juridica, & legitima, vel quæsito colore & ingenio, nullatenus impediri, molestari, retardari, aut inquietari posse, neque debere: Præsentes quoque litteras semper & perpetuo validas & efficaces esse & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac eidem Felici, ejusque Successoribus pro tempore existentibus Abbatibus Generalibus dicti Ordinis Sancti Hieronymi in omnibus & per omnia pleniss. suffragari, nec sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi, sed semper ab illis excipi debere: Sicque & non aliàs per quoscumque Judices ordinarios & delegatos quavis auctoritate fungentes, ac Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, & Sedis prædictæ Nuntios judicari & definiri debere: Irritum quoque & inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariis.

§. 4. Non obstantibus quibusvis etiam in Synodalibus, & Provincialibus, ac Generalibus Conciliis editis vel edendis, specialibus vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quorumvis Ordinum, & Congregationum, ac Fratrum etiam Mendicantium privilegiis, ac similibus concessionibus & indultis Apostolica auctoritate quovis titulo concessis: Quibus omnibus & singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, pro expressis & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc nostræ absolutionis, concessionis, indulti, licentiæ, impertitionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem &c., incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLV., tertio Kalendas Februarii, Pontificatus Nostri anno Quintodecimo.

Dat. 30. Januarii 1755. Pontificatus an. XV.

J. Card. Pro-Dat. D. Card. Passioneus.

VISA

De Curia J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco † Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

XLIII.

Lettera Circolare della Sagra Congregazione della Disciplina, diretta a' Superiori Regolari d' Italia, e dell' Isole Adjacenti, sopra il dubio, se li Confessori Regolari, non Curati, siano obligati ad intervenire alla Conferenza dei Casi Morali, ordinata dalli Vescovi nelle loro Diocesi?

Occasione alla disputa.

ALTRE *volte è stata esaminata nelle Sagre Congregazioni l'Istanza di alcuni Vescovi, di potere astringere i Confessori Regolari, non Curati, a dovere intervenire nella Conferenza de' Casi Morali, da detti Vescovi in certi giorni della Settimana destinata; e varie furono le Risoluzioni, secondo la diversità de i Casi, i quali nelle medesime furono proposti. Essendosi poi conosciuto il pregiudizio, che recava all' Osservanza della Disciplina Regolare il dovere assistere alla detta Conferenza in quel tempo, in cui dovevano i Regolari adempire i di loro Officj Claustrali, e l' abuso, che si era introdotto tra i Confessori sudetti, i quali col pretesto di dovere assistere alla detta Conferenza, non volevano indi intervenire all' altra stabilita dalla sa. me. di Clemente VIII., e dalle loro Costituzioni dentro i Chiostri; per potersi in tanto dare l' opportuno rimedio a questi inconvenienti, molti Procuratori Generali, specialmente quello de i Minori Conventuali, hanno stimato cosa necessaria il dover far ricorso in questa S. C. della Disciplina, per poterne sentire la finale risoluzione, colla quale si potessero in avvenire togliere tutti i contrasti. Riferitasi perciò questa Causa in essa S. C. dall' Eminentissimo Signor Cardinal Guadagni Prefetto della medesima sotto il seguente Dubbio:*

Dubbio proposto in Congregazione della Disciplina Regolare.

Se li Confessori Regolari, non Curati, siano, o non, obligati ad intervenire alle Conferenze de i Casi di Coscienza da i Vescovi nelle di loro Chiese Secolari stabilite?

§. 2. Et essendosi, prima di dare la risposta al Dubbio suddetto, considerato, che questa materia era stata già magistralmente esaminata, e risoluta a favore delli Regolari nella S. C. del Concilio, nel tempo, in cui la Santità di Nostro Signore PP. BENEDETTO XIV. era Segretario della medesima, in una Causa d'Acquapendente -- Visitationis Sacrorum Liminum 12. Martii 1718., inserita nella Notificazione 15. -- al §. De i Confessori Regolari, nel Tom. 5. delle Notificazioni, & Editti della Santità Sua, quando era Arcivescovo di Bologna. Fu di commun consenso risposto al Dubbio suddetto nel dì 29. Maggio del corrente Anno 1752.

Risoluzione dei medesimo.

Negative, & dentur Decreta aliàs in re hac emanata. Scilicet a S. C. Concilii in una Aquipendii Visitationis Sacrorum Liminum 12. Martii 1718. & in Forosempronien. 12. Maii 1685. *Riferita nel Foglio della citata Causa d'Acquapendente.* Et ex S. C. super statu Regularium, in una Maceraten. 15. Januarii 1682. *Quali tutte si danno per extensum nel fine della presente Lettera.*

§. 3. Passò poi essa S. C. nel dare l'opportuno Provedimento sopra l'abuso introdotto in alcuni Conventi, ne i quali o per negligenza, o per ignoranza de i Decreti sudetti, non vi si tiene la lezione della Morale, nè vi si fanno le Conferenze de i Casi giusta il Decreto di Clemente VIII., e delle di loro Costituzioni Regolari, con ordinare, siccome colla presente ordina a tutti i Superiori Regolari d'Italia, e delle Isole adjacenti, l'esatta, e puntuale osservanza del citato Decreto di Clemente VIII., e delle di loro Costituzioni circa la Lezione della Morale, e la Conferenza de i Casi di Coscienza, da farsi impreteribilmente in tutti i Conventi del di loro Ordine, tanto in quelli, nelli quali vi è la sufficiente Famiglia di Religiosi, quanto ne i piccioli Conventi, dove però vi sono Confessori Regolari approvati da i Vescovi per ascoltare le Confessioni dei Secolari. E coll' espressa condizione, che qual' ora dentro i Chiostri non venissero eseguiti ad unguem i Decreti di Clemente VIII., e le Costituzioni del loro Ordine, le quali prescrivono la Lezione della Morale, e la Conferenza dei Casi di Coscienza, da farsi dentro i loro Conventi, o Monasterj, in detto caso siano tenuti, ed obligati i Confessori sudetti Regolari d'assistere, & intervenire alla Conferenza dei Casi stabilita dai Vescovi. S' incarica intanto a' detti Superiori Regolari, di fare eseguire quanto nella presente Lettera si contiene, acciò con effetto restassero adempiti i Decreti di Clemente VIII., e le Costituzioni dei loro respettivi Ordini, le quali hanno prescritta, e stabilita la detta Lezione di Morale, e Conferenza di Casi, come

Provvedimenti per far tenere ai Regolari la lezione di Morale, e per far loro osservare il Decreto di Clemente VIII.

un Punto principale dell' osservanza della Regolare disciplina dentro i Chiostri: E di dover trasmettere la presente Lettera in tutti i loro Conventi, e Monasterj, con farla ivi leggere due volte l' Anno, tenerla affissa nel luogo solito, e registrarla nelle loro Segretarie, acciò non si possa allegare causa d' ignoranza in contrario. Per esser così, e non altrimente, l' intenzione di Nostro Signore, a cui essendo stata fatta da Monsignor Segretario la Relazione di tutto il contenuto nella presente Lettera, si è benignamente degnato di approvarlo, e di confermarlo. Dato dalla nostra solita Residenza questo dì 8. Novembre 1752.

F. G. A. Card. Guadagni Prefetto.

F. Solazzi Arcivescovo di Tebe Segretario.

DECRETUM
SACRÆ CONGREGATIONIS
CONCILII

In una Aquipendii Visitationis Sacrorum Liminum editum 12. Martii 1718.

Decretum S. Congregationis Concilii, de qua supra.

IN relatione Status Ecclesiæ, de more ab Episcopo Aquipendii ad hanc Sacram Congregationem transmissa, legitur, ab eodem institutas fuisse in sua Diœcesi Conferentias, sive Congregationes pro discutiendis Casibus Conscientiæ, quæ singulo quoque Mense coguntur, cuique diligentissime interveniunt omnes Parochi, & Sacerdotes, quibus Fidelium Sacramentales Confessiones commissæ sunt, & reliquus Ecclesiasticorum Cœtus.

In eadem Relatione habetur, quatuor esse Conventus Regularium in Civitate Aquipendii, Augustinianorum videlicet, Minorum Conventualium, Capucinorum, & PP. Minorum Observantiæ, & Religiosos in iisdem degentes sæpe sæpius non esse in numero a Sanctionibus Apostolicis præscripto.

Rursus in citata legitur Relatione, alios quinque esse Religiosorum Conventus in Diœcesi, duos PP. Minorum Observantiæ, alterum in Terra Cantni, alterum in Terra Farnesii, ubi pariter existit Conventus Capucinorum; quartus Conventus est ille Servorum Beatæ Mariæ Virginis, qui est in Terra Ischiæ; & postremus est Conventus Carmelitarum in Oppido Cellularum, qui est Episcopali Visitationi subjectus.

Tandem in Relatione, aliis prætermissis dubiis, quæ specialem non merentur discussionem, proponit Episcopus, an, Regularibus, qui suorum Subditorum Confessiones audire capiunt, liberum sibi sit & licitum, conditionem in concedendis facultatibus injungere, interessendi videlicet mensruis Disceptationibus, & Congregationibus Casuum Conscientiæ?

Pro parte affirmativa ponderari posse videtur, id non esse novum: clar. etenim mem. Card. de Luca in adnotationibus ad Concilium Tridentinum discurs. 2. num. 12. *dixit, id futurum esse maximopere proficuum, tum, ut Episcopus perspectas habeat opiniones omnium suorum Confessariorum, tum, ut quantum possibile est, uniformis sit Confessariorum doctrina in materia morum, & signanter Contractuum, in qua sæpe sæpius Theologi dissident a Theologis, & a Canonistis; quibus addi posset, Collationem hanc omnium Confessariorum, tam Sæcularium, quàm Regularium, futuram esse non inutilem pro animorum unione; juxta ea, quæ habentur* in actis Ecclesiæ Mediolanensis tomo 1. par. 4. in Instruct. Confess. pag. 647. *Ideo Regularium Superiores Confessarios suos sæpius moneant, & ad hanc animorum unionem in Fidelium ædificationem adhortentur, curentque in primis, ut dum in Casuum resolutione, diversa inter eos, & Parochos sententia fuerit, prudenter in eos se gerant, & ad Laicorum notitiam id non veniat, sed ad Nos pro Decisione recurrant.*

Negativæ e contra favent opinioni ea, quæ sequuntur. Primo, quod Episcopus Confessariorum Regularium Doctrinam perspectam habere potest in examine, quod illorum approbationem præcedit, ad terminos Sacri Concilii Trid. sess. 23. cap. 15. de Reformat. *Secundo, quod in Decretis pro Reformatione Regularium editis a Clemente Octavo præscribitur, quod in singulis Monasteriis, & Conventibus bis in hebdomada habeatur lectio Sacræ Scripturæ, vel Casuum Conscientiæ, ad quam Fratres omnes convenire tenentur; Tertio, quod hic in Urbe, in decem & septem Conventibus fiunt Congregationes Casuum Conscientiæ, illisque interveniunt Parochi tantummodo, & Confessarii ex Clero Sæculari, non vero Regulares, in quorum Conventibus prædictæ casuum lectiones habentur; Quarto tandem, quod ab hac Sacra Congregatione die 12. Maii* 1685., *uti habetur* lib. Decretorum 35. fol. 238., *prodiit hæc resolutio in quadam Causa Forosempronien. Accessus ad Congregationem Casuum Conscientiæ.*

Episcopus exponit, in Civitate Forosempronien. duo adesse Regularium Cœnobia, unum scilicet Minorum Conventualium S. Francisci, alterum vero Barbanitarum, quæ propter exiguum Religiosorum numerum inibi degentium, subjecta sunt jurisdictioni Ordinarii ex Decreto San. mem. Innocentii X. incipien., *Ut in parvis*, & licet dicti Religiosi hujusmodi subjectionem agnoscant, atque patiantur, qui tamen ex eis Sæcularium Confessiones, eodem Ordinario approbante, excipiunt, ad Congregationem Casuum Conscientiæ, quæ singulis Mensibus habetur, cuique Confessarii omnes intersunt, accedere renuunt; quo circa petit declarari, an prædictos Confessarios Regulares cogere possit ad interessendum præfatæ Congregationi Casuum Conscientiæ? Sacra Congr. &c. Respondit: Negative.

Hic positis, onus erit EE. VV. decernere.

An in casu, de quo agitur, permissum esse valeat Episcopo concedenti Sacerdotibus Regularibus facultatem audiendi Confessiones Sæcularium, injungere, ut interfint Congregationibus Casuum Conscientiæ?

Negative: & detur Decretum in Forosempronien. 12. Maii 1585.

DECRETUM
SACRÆ CONGREGATIONIS

Super Statu Regularium in una Maceraten. 15. Januarii 1682. editum.

Alterum S. Congregationis super Statu Regularium.

CUM Conventus suppressi, & postea restituti, in quibus non degunt de Familia duodecim Religiosi, sint vigore Decreti: Ut in parvis *sel. rec. Innocentii X. subjecti Visitationi, correctioni, & omnimodæ Jurisdictioni Ordinariorum Locorum, contigit dubitari, an Religiosi Confessores, & non Parochi, in hujusmodi Conventibus degentes, compelli possint ab eisdem Ordinariis, ut accedant ad Conferentiam Casuum Conscientiæ?*

Proposito hoc Dubio in Sac. Congregatione super Statu Regularium habita in Palatio Vaticano die 15. Januarii 1682., Eminentissimi PP. censuerunt, Ordinarios Locorum posse quidem hortari, non autem compellere prædictos Religiosos Confessores, non Parochos, ad accedendum ad Conferentiam Casuum Conscientiæ.

DE-

DECRETUM

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

BENEDICTI PAPÆ XIV.

IN CAUSA

POLONA, SEU LUCEORIEN.

Beatificationis, seu declarationis Martyrii Ven. Servi Dei ANDREÆ BOBOLA *Sacerdotis Professi Societatis Jesu.*

Dubium primo in Congregatione Rituum propositum.

PRoposita in Congregatione Generali Sacrorum Rituum, coram Nobis habita die 13. Maii 1749. Causa Beatificationis, seu Declarationis Martyrii Ven. Servi Dei Andreæ Bobola Sacerdotis Professi Societ. Jesu, disputatoque dubio sequentibus verbis concepto -- *An constet de Martyrio, & causa Martyrii, nec non de Signis, seu Miraculis, in casu, & ad effectum &c.* -- sequens a Nobis editum fuit responsum die 22. ejusdem mensis, & anni: *Non constare* videlicet *de Martyrio, & causa Martyrii, per probationes directas, per Testes videlicet de visu contestes idoneos, & aptos, juxta Congregationis praxim, & Sedis Apostolicæ institutum*: Sed insimul Postulatoribus concessum est, ut in alia Generali Congregatione dubium supradictum iterum proponere possent, & Causam, in eo quod attinet ad Martyrium, & causam Martyrii, prosequi per viam subsidiariæ probationis in suo genere perfectæ: & in eodem supradicto responso nonnulla alia addita fuerunt, quæ fuerant a Postulatoribus omissa, & quæ demandatum fuit, ut ab iisdem supplerentur.

Ejusdem resolutio.

Decretum ejusdem dubii examen ex præscripta methodo comprobandi martyrium & causam Martyrii per viam subsidiariæ probationis.

§. 2. Ad prædicti responsi tramites, derelicta a Postulatoribus via directæ probationis, aliaque inita subsidiariæ probationis super Martyrio, & causa Martyrii; cæterisque adamussim adimpleti-, quæ adimplenda in supradicto responso præscripseramus; cum in alia Congregatione Generali Sacrorum Rituum coram Nobis habita die 26. Novembris 1754. ab ipsis fuerit iterum proposita Causa Beatificationis, seu Declarationis Martyrii Ven. Servi Dei Andreæ Bobola Sacerdotis Professi Soc. Jesu, & iterato fuerit disputatum dubium-- *An constet de Martyrio, & causa Martyrii, nec non de Signis, & Miraculis in casu &c.* -- etsi ante accessum ad Congregationem tum Scripturæ Postulatorum, tum Animadversiones Fidei Promotoris, tum etiam Consultorum omnium suffragia, Nobis juxta morem scripto exhibita, ac Nobis diligenter perlecta fuissent, & singula rationum momenta a Procuratoribus, & Advocatis viva quoque voce coram Nobis exposita propriis auribus excepissemus, & Congregationi deinde dicta die interessentes, omnia & singula, quæ a Venerabilibus Fratribus Nostris Cardinalibus prædictæ Congregationi addictis deducta sunt, audivissemus; a Nostra tamen promenda sententia tunc abstinuimus, & interessentes rogavimus, ut suis precibus a Patre luminum humiliter peterent, ut Nobis præsto esse, mentemque Nostram illustrare dignaretur, antequam super proposito dubio responsum a Nobis ederetur.

Decretum.

§. 3. Post hæc, aliorum precibus Nostras quoque conjunximus; resumptoque negotio, & omnibus iterum mature perpensis, habitaque potissimum ratione tercentum fere Testium in Processionibus tum Ordinariis, tum Apostolicis juridice examinatorum, qui de Martyrio, causaque Martyrii, & perseverantia finali, etsi uno, aut altero exceptis, qui sunt de Visu, de auditu deponentes, moralem constituunt certitudinem, quæ, si non impossibile, imprudens tamen redderet judicium de opposito; inhærentes etiam suffragiis Consultorum, & Cardinalium Congregationis Sac. Rituum adscriptorum, qui in mox exponendam, in sufficienti, juxta mentem ejusdem Congregationis, numero, sententiam devenerant, Divino iterum in Sacrosancto Missæ Sacrificio ferventissime implorato præsidio, Decretum edimus, quod Secretario Congregationis propriis manibus consignamus, in quo statuimus, & declaramus, Martyrium, & causam Martyrii Ven. Servi Dei Andreæ Bobola Sacerdotis Professi Societatis Jesu ita probari, ut tuto procedi possit ad ulteriora, nimirum ad discussionem, & approbationem quatuor Miraculorum, juxta formam Decreti Generalis die 23. Aprilis 1741. enunciati in supra memorato responso Nostro edito die 22. Maii 1749.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 9. Februarii 1755. Pontificatus Nostri Anno Decimoquinto.

Die 9. Februarii 1755. Pontificatus XV.

D. F. Card. Tamburinus Præf.

Loco † Sigilli.

M. Marefuscus S. R. C. Secr.

XLIV.

Pueros ante usum rationis in odium Christi occisos, an canonizari expediat, disquiritur, & in hanc rem plura de Martyrio horum Puerorum, cultuque publico iisdem in Ecclesia præstito; & de Martyrio cultuque præsertim Beati Andreæ Rinnensis, cujus institutæ Canonizationis causa conscribendæ Epistolæ occasio fuit, distinctim adnotantur.

Si esamina, e definisce il punto, se sia espediente il canonizare i Fanciulli uccisi in odio di Cristo prima che giungessero all' uso di ragione; si fanno più osservazioni intorno al martirio sofferto da tali Fanciulli, ed al culto perciò loro accordato nella Chiesa, ed in particolare sopra il martirio e culto del Beato Andrea Rinnense, la di cui causa di Canonizazione è stato il motivo di scrivere la presente Lettera.

Dilecto Filio Benedicto Veterani Sacræ Consistorialis Aulæ Advocato & Fidei Promotori.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Dilecto Filio Benedicto Veterani Sacræ Consistorialis Aulæ Advocato & Fidei Promotori.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Historica narratio de Martyrio cultuque B. Andreæ Rinnensis.

BEATUS Andreas de Pago, seu Vico Rinnensi, Brixinensis Diœcesis, nondum exacto tertio ætatis suæ anno a Judæis in

IL Beato Andrea del Pago, o Villaggio Rinnense, Diocesi di Bressanone, che non aveva per anche compito il terzo anno della

Racconto Istorico del martirio, e culto del B. Andrea Rinnense.

odium Christianæ Fidei sub annum 1462. fuit crudelissime trucidatus. Non ita post multos a Martyrio annos publice coli cœpit; quandoquidem sub annum 1475. ejusdem ossa, sublimi a terra loco recondita fuerunt in pariete Ecclesiæ præmemorati Vici, Deo in honorem S. Andreæ Apostoli dicatæ. Cum autem subinde una cum miraculorum fama, eo semper magis religiosum Populi obsequium excreverit, ac præterea Infantis Reliquiæ, scientibus, & probantibus Ordinariis, assiduis nec interruptis cultus publici actibus fuerint exceptæ; impulere hæc omnia superioribus annis Venerabilem Fratrem Nostrum Episcopum Brixinensem, Dilectumque Filium Abbatem Monasterii Viltinensis Ordinis Præmonstratensis, aliosque emeritos viros Ecclesiasticos, ut supplices a S. Sede exposcerent indultum peculiaris Missæ, & Officii peculiares itidem Lectiones habentis, in Beati honorem, Martyrii die quarto Idus Julii, recitandi a Clero Sæculari, & utriusque sexus Regulari, in Civitate, universaque Brixinensi Diœcesi. Huic autem petitioni quinto Kalendas Octobris anni 1751. rescripsimus, ut primum omnium ab Ordinario conficeretur Processus de martyrii, ac Miraculorum fama, deque cultu immemoriali, de quibus juridice nobis liquere optabamus, ante peculiaris Officii Missæque concessionem.

Propositæ instantiæ pro concessione Officii, peculiarisque Missæ.

Rescriptum fuit, ut super fama martyrii & Miraculorum, ac super cultu immemorabili conficeretur processus.

Quandonam hujusmodi processus non sit necessario præmittendus.

§. 2. Haud ipsis arrisit rescriptum hoc nostrum. Quare cum expositum nobis fuisset, ad exequenda omnia, quæ illo præcipiebantur, diuturno tempore, labore magno, nec exiguis sumptibus opus esse, quandoquidem Brixinone duo Processus Ordinaria auctoritate confici deberent; Nosque ipsos in Nostro opere *de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 5.*, plura recensere exempla, quibus Officia & Missæ propriæ in alicujus Beati honorem concessa quandoque fuisse constabat, ex iis tantummodo, quæ de eo litteris consignarant Auctores graves, quæque de publico ejusdem cultu erant pervulgata, quin ullus antecesserit Processus ab Ordinario confectus super virtutum, seu martyrii, aut miraculorum, vel cultus antiqui, ac hominum memoriam excedentis fama; propterea quod hujusmodi Processus tunc solummodo sit necessario præmittendus, quando præter Officii Missæque concessionem in causa progredi quis velit, & ad formalem usque Canonizationem procedere; haud vero, quum peculiaris Officii Missæque indulto obtento, nihil de formali Canonizatione cogitatur, sed mens est frui dumtaxat impetratis: Hinc igitur animum induximus viam relinquere a Nobis antea præscriptam, & alteram inire, quam ipsi patefecimus, pluriumisque exemplis *id præcit. cap. 5.* confirmavimus.

Historici, qui de B. Andrea scripserunt.

§. 3. Incognitum nobis non erat hujusce B. Andreæ nomen, neque martyrium, cum legerimus quidquid de ipso scripserunt celebres Bollandistæ *tom. 3. Mensis Julii ad diem* 12. Nosque ipsi de eo mentionem fecerimus in præcit. Nostro opere *de Canonizatione Sanctorum lib. 3. cap. 15. num. 6.* Antequam vero oblatis precibus annueremus, opus fuit, ut percurreremus hujusce Martyris historiam manu scriptam, ab Hippolyto Guarinonio Germano idiomate compositam, latine vero redditam a P. Norberto Abbate Viltinensi; ut inspiceremus acta martyrii, publicique cultus monumenta multo labore ac eruditione collecta, typisque tradita sub annum 1745. a Patre Hadriano Kembtero; nec non disceptationem Apologeticam de martyrio Beati Simonis Tridentini, Tridenti impressam anno 1747. ubi *cap. 5.* de Martyrio, Cultuque Beati Andreæ late disseritur; Quam quidem Disceptationem quamvis eruditi Auctoris modestia

rus *de originib.* subdit : *Infans dicitur homo primæ ætatis : dictus autem infans, quia adhuc fari nescit, id est loqui non potest.* Qua in re consentiunt viri latinæ linguæ peritia insigniores, Hofmannus nempe, & præmemoratus Facciolati. Verum non ignoramus infantis nomine ab Ecclesiasticis Scriptoribus eos etiam fuisse designatos, qui eam agebant ætatem, qua eloqui poterant, ac noverant. In Actis Proconsularibus S. Saturnini & Sociorum martyrum a Surio editis, relatisque a Cardinali Baronio ad annum Christi 303., habetur, a Coloniæ magistratu captum Saturninum Presbyterum, una cum quatuor filiis, quos inter aderat Hilarianus infans, omnesque martyrium consecutos : ad verbum autem *Infans* hæc expendit prædictus Cardinalis *num.* 36. *Cum hic audis infantem, ne existimes, puerum hunc esse nuper natum, qui fari nesciat ; nam loquendi usus erat apud Afros, ut quosque pueros infantes dicerent, ut ex Victore Uticensi alibi diximus, qui pueros Ecclesiæ cantores, infantulos nominat &c.* Post hæc idem Cardinalis quæstionem exhibet de ætate, quam ageret Hilarianus infans, cum martyrium passus est. *Porro quotennis esset puer hic, quem Auctor vocat infantem, sua ipsius confessio, coram Proconsule facta, inferius declarabit : Et num.* 57. verba exscribens ab infante coram Proconsule dicta, satis indicat, infantem & fari sciviſſe, & potuisse, eaque fuisse ætate, in qua probe animo menteque assequebatur, sibi mortem in odium Fidei Christi inferri ; *Hilarianus adhuc supererat*, sunt ipsa Actorum verba : *unus de natis Presbyteri Martyris Saturnini, qui ætatem suam parvulam ingenti devotione vincebat &c. Subito brevi de corpore vox juvenilis auditur, & angustum pueri pectus ad confessionem Domini totum aperitur in voce respondentis : Christianus sum, & mea sponte atque voluntate cum patre meo, & cum fratribus feci Collectam.*

Triplex Martyrum distinctio.

Voluntate, & opere.

Sola voluntate.

Solo opere.

§. 15. S. Bernardus in Sermone de Innocentibus *tom.* 1. *pag.* 787. ait nonnullos Martyres esse *voluntate & opere*, veluti Sanctus Stephanus : *Habemus in Beato Stephano martyrii simul & opus, & voluntatem ;* alios esse Martyres sola voluntate, cujusmodi fuit S. Joannes Evangelista, qui post martyrium ebullientis olei superstes, in pace quievit, *habemus solam voluntatem in Beato Joanne :* & quosdam Martyres haberi solo opere, ex eo nimirum, quod pro Christi Fide mortem obierint : *solum in Beatis Innocentibus opus.* In Classe Martyrum *operis & voluntatis* redigendi sunt quotquot puerilem licet ætatem agentes, noverunt tamen sibi pro Christi Fide moriendum, voluerintque pro ea occumbere, Deo Optimo efficacibus gratiæ suæ auxiliis ætatem antevertente. Hunc gratiæ triumphum innuit S. Ambrosius, cum *in suo lib.* 1. *de Virginibus cap.* 2. loquitur de martyrio S. Agnetis : *Hæc duodecim annorum martyrium feciſſe traditur. Quo detestabilior crudelitas, quæ nec minusculæ pepercit ætati : immo magna vis Fidei, quæ etiam ab illa testimonium invenit ætate :* & paulo infra : *Magisterium virtutis implevit, quæ præjudicium vehebat ætatis.* Paulò supra martyrium commemoravimus matris, ejusque filii, a Cardinale Baronio relatum *ad annum Christi* 522. *num.* 57. *& seq.* nunc autem oportune subditur, valuisse puerum, etsi haud quinquennio majorem, blandimentis Tyranni obsistere, qui postquam matrem comburi jusserat, filium cupiebat pœna eximere, modo a Christi Fide defeciſſet ; verum cum effervescente concertatione, a suo se custode abripuisset puer, ex superno peculiari impulsu prosiliit in flammas, inter quas perierat mater, quemadmodum nosse licet ex universa facti serie descripta in Actis a Cardinali Baronio relatis, in quibus dum pueri describitur indoles, instructus

Nonio. E S. Isidoro *de originib.* soggiugne : *Infans dicitur homo primæ ætatis : dictus autem infans, quia adhuc fari nescit, id est loqui non potest.* Nel che concordano gli uomini più insigni nella lingua Latina, cioè l'Hofmanno, ed il sopradetto Facciolati. Ma sappiamo, che il nome d'infante appresso gli Scrittori Ecclesiastici è stato dato anche a quelli, che erano in una età, in cui potevano e sapevano parlare. Negli Atti Proconsolari di S. Saturnino, e Compagni Martiri, stampati dal Surio, e riportati dal Cardinale Baronio *all' anno di Cristo* 303. vien riferito, che dal Magistrato della Colonia fu preso Saturnino Prete coi quattro suoi Figliuoli, fra' quali vi era Hilariano infante, e che tutti furono martirizzati, e sopra la parola Infante così riflette il detto Cardinale *al num.* 36. *Cum hic audis infantem, ne existimes, puerum hunc esse nuper natum, qui fari nesciat ; nam loquendi usus erat apud Afros, ut quosque pueros infantes dicerent, ut ex Victore Uticensi alibi diximus, qui pueros Ecclesiæ cantores infantulos nominat &c.* Dopo ciò, lo stesso Cardinale forma il quesito circa l'età, in cui era Hilariano infante, quando sopportò il martirio : *Porro quotennis esset puer hic, quem Auctor vocat infantem, sua ipsius confessio, coram Proconsule facta, inferius declarabit :* Ed *al num.* 57. riferendo le parole dell'infante dette avanti il Proconsole, dà a conoscere, che l'infante poteva e sapeva parlare, e ch'era in una età, in cui ben conosceva, che riceveva la morte per la Fede di Cristo : *Hilarianus adhuc supererat*, sono parole degli Atti, *unus de natis Presbyteri Martyris Saturnini, qui ætatem suam parvulam ingenti devotione vincebat &c. Subito brevi de corpore vox juvenilis auditur, & angustum pueri pectus ad confessionem Domini totum aperitur in voce respondentis : Christianus sum, & mea sponte atque voluntate, cum patre meo, & cum fratribus feci Collectam.*

Distinzione de' Martiri in tre Classi.

Di fatto cioè, e per ezezione.

Di solo desiderio.

Di solo fatto.

§. 15. S. Bernardo nel Sermone degl'Innocenti *al tom.* 1. *pag.* 787. dice, che alcuni sono Martiri *voluntate & opere*, come fu Santo Stefano : *Habeamus in Beato Stephano martyrii simul & opus & voluntatem :* altri sono Martiri di sola volontà, come fu S. Giovanni Evangelista, che morì in pace, essendo sopravvissuto al martirio dell'olio bollente, che sofferse : *Habemus solam voluntatem in Beato Joanne :* e che altri sono Martiri per l'opera sola, cioè per aver perduta la vita per la Fede di Cristo : *Solum in beatis Innocentibus opus.* Alla classe de' Martiri *operis & voluntatis* debbono riferirsi tutti quelli, che, quantunque in età puerile, conobbero, che dovevano morire per la Fede di Cristo, e vollero morire per essa, avendo il Grande Iddio cogli ajuti efficaci della sua grazia prevenuto l'età. Alludè S. Ambrogio a questo trionfo della grazia, quando *nel suo lib.* 1. *de Virginibus al cap.* 2. parla del martirio di S. Agnese : *Hæc duodecim annorum martyrium feciſſe traditur. Quo detestabilior crudelitas, quæ nec minusculæ pepercit ætati : immo magna vis Fidei, quæ etiam ab illa testimonium invenit ætate :* e poco dopo : *Magisterium virtutis implevit, quæ præjudicium vehebat ætatis.* Poc' anzi si è parlato del martirio di una Madre, e d'un Figlio, riferito dal Cardinale Baronio *all' anno di Cristo* 522. *num.* 57. *e seq.*, ed ora cade in acconcio l'aggiugnere, che, benchè in Fanciullo non avesse più di cinque anni, seppe resistere alle lusinghe del Tiranno, che, dopo aver condannata la Madre alle fiamme, era portato a salvare il Figlio, purchè avesse abbandonata la Fede di Cristo; ma, essendosi esso, nel mezzo del contrasto, sottratto dal suo custode, per istinto particolare celeste gettossi nelle fiamme, nel mezzo delle quali era morta la Madre; come il tutto può vedersi negli Atti portati dal Cardinale Baronio, ne' quali, descrivendosi le qualità

dicitur prudentia, quæ ætatem longe præstaret. De his Martyribus non est Nobis sermo; de tertia loquimur classe Martyrum, qui *solo opere Martyres sunt*, ut verbis utamur S. Bernardi, damusque libenter, ex iis multos reperiri inter eos, quos supra commembravimus; occurrunt quippe nonnulli, de quibus, vel adnotatus annorum numerus, quo martyrium subierunt, vel integer historiæ complexus omnem adimunt occasionem disceptandi, quonam sensu verbum *Puer*, alterumque *Infans*, sint accipienda. Cum in Sacro Textu apud Matthæum *cap.* 2. ætas puerorum, quos Herodes in Bethleem ejusque finibus jussit occidi, adnotetur -- *a bimatu*, *& infra* -- inde demonstratur perspicue, interfectos pueros Martyres fuisse *solo opere*; pugnat quippe cum verisimilitudine, & cum ipsa littera textus, sententia, quam Jansenius quoque *in Evangelia cap.* 11. improbavit, afferentium, verba illa -- *a bimatu & infra* -- haud ita accipi oportere, quasi adhibita ad circumscribendam ætatem infantium interfectorum, sed ad innuendum, primum quidem occisos fuisse infantes biennes, vel biennio minores, quamvis subinde necati fuerint & illi, qui erant grandiores.

Postremæ Classi accensendi Bethleemitici infantes.

§. 16. Nihil deflectentes á statuta methodo, proximum est, ut de Cultu differamus, qui juxta Ecclesiæ disciplinam exhibitus fuit, nunc que exhibetur Infantibus, quibus in odium Christi mors fuit illata, quique Martyres sunt *solo opere*; propterea quod mortem ipsam ea ætate sint perpessi, qua potis non erant, bonum a malo secernere, nec adhuc adverterat *tempus intelligentiæ, quo Dei mandata cognoscimus, ut perveniamus ad vitam*, uti loquitur S. Hieronymus *in epist.* 121. *ad Algasiam quæst.* 8., victoriamque obtinuerint vel ante quam, quid vicissim sit, nosse potuerint; juxta phrasim, qua utitur S. Ambrosius differens de Infantibus Bethleemiticis *lib.* 1. *de officiis Ministrorum cap.* 41. *num.* 213. *Quid de bimulis loquar, qui ante palmam victoriæ acceperunt, quàm sensum naturæ?* Utque res clarior evadat, in nonnullas classes eosdem distribuemus.

Quinam cultus infantibus in odiū Christi sublatis, fuerit in Ecclesia præstitus.

Variæ numerantur classes, cum hujusmodi infantium, tū cultus iisdem tributi.

§. 17. Prima classis iis constat, qui a remotioribus usque sæculis cultum obtinent in tota Ecclesia universalem; de his quippe licet asserere, Sanctorum albo eos esse adscriptos per eam Canonizationis speciem, quæ tum adesse intelligebatur, cum cultus aliqua in Diœcesi institutus, ex ea in aliam Diœcesim, & ita subinde in universam Ecclesiam protendebatur; qua quidem in re, Ecclesiastica semper accedebat auctoritas, Episcoporum nimirum, & Romani Pontificis. Episcoporum quidem, dum cultus ex altera in alteram Diœcesim ipsis consentientibus derivabat: Romani autem Pontificis, vel quia a particularibus locorum Episcopis sæpe transmittebantur Acta, ut eadem ipse expenderet, atque probaret; vel quia, cum perspectum haberet, nec improbaret cultum jam institutum, ac sensim longe lateque manantem, hoc ipso eum probare videbatur: veluti videre est in *nostro lib.* 1. *de Canonizatione Sanctor. cap.* 6. & nominatim *num.* 9.

Prima classis eorum, qui in universa Ecclesia cultum obtinent a primis sæculis, quique aliqua ratione canonizati dici possunt.

§. 18. In hanc autem primam Classem nos Bethleemiticos Innocentes referimus, quorum cultus jam inde a primis sæculis in universa Ecclesia obtinuit, quemadmodem demonstrat Cardinalis Baronius *in Notis ad Martyrologium Romanum*, & uti etiam fateri cogitur severus censor Baillet, qui in *Historia Cultus horum SS. Innocentium* §. 2. quamvis neget festum ipsorum

Huic accensendi Bethleemitici infantes.

del Fanciullo, si dice, ch' era dotato d' una prudenza superiore all' età. Noi non parliamo di questi Martiri: parliamo della terza classe de' Martiri, che *solo opere Martyres sunt*, per servirci delle parole di S. Bernardo; e ben volentieri ammettiamo, che molti d' essi si ritrovino fra quelli di sopra indicati, ritrovandosene alcuni, ne' quali o il numero espresso degli anni, in cui furono martirizati, o tutto il contesto della storia, levano di mezzo qualunque controversia, che potesse eccitarsi sopra l' intelligenza della parola *Puer*, e dell' altra *Infans*. Il sacro testo in S. Matteo *al cap.* 2. esprimendo l' età, in cui erano quegl' Infanti, che per ordine d' Erode furono trucidati in Betlemme, e ne' confini, -- *a bimatu*, *& infra* --, dà pienamente a divedere, che gli uccisi furono Martiri *solo opere*: essendo improbabile, e contraria alla lettera del testo l' opinione, confutata anche da Giansenio *sopra gli Evangelj al cap.* 11., di quelli, che hanno detto, che le parole -- *a bimatu*, *& infra* -- non debbono prendersi come ristrette all' età degli uccisi, ma come indicanti, che prima furono occisi quegl' Infanti, che erano d' anni due, o sotto gli anni due, ancorchè dipoi soffero trucidati ancor quelli, che erano in età superiore.

Dell' ultima Classe sono gl' innocenti di Betlemme.

§. 16. Senz' abbandonare l' ordine prefisso, subentra ora il discorso del culto, che, secondo la disciplina della Chiesa, si è prestato, e si presta agl' Infanti, a' quali in odio di Cristo è stata data la morte, e che *solo opere* sono Martiri, avendola sopportata in una età, in cui non avevano il discernimento del bene dal male, nè era anche venuto *tempus intelligentiæ, quo Dei mandata cognoscimus, ut perveniamus ad vitam*, come parla S. Girolamo *nell' epist.* 121. *ad Algasiam, alla quest.* 8., ed avendo conseguita la vittoria, prima anche che ne avessero la conoscenza, come dice S. Ambrogio, parlando degl' infanti di Betlemme *nel lib.* 1. *de officiis ministrorum cap.* 41. *num.* 213. *Quid de bimulis loquar, qui ante palmam victoriæ acceperunt, quàm sensum naturæ?* e per isfuggire la confusione, ne faremo alcune classi.

Qual culto siasi nella Chiesa prestato ai fanciulli uccisi in odio di Gesù Cristo.

Si numerano varie Classi, così di tali fanciulli, come del culto loro attribuito.

§. 17. La prima classe è di quelli, che da' secoli più remoti hanno un culto universale in tutta la Chiesa; potendosi dire, che questi sono canonizati con quella specie di Canonizazione, che intendevasi fatta, allora che, essendo il culto incominciato in una Diocesi, da essa passava in un' altra, e così successivamente in tutta la Chiesa. Nel che sempre interveniva l' autorità Ecclesiastica, cioè de' Vescovi, e del Romano Pontefice: de' Vescovi, mentre il culto introdotto in una Diocesi, passava nell' altre col loro assenso: del Romano Pontefice, o perchè dai Vescovi particolari molte volte si trasmettevano gli Atti, acciò esso gli esaminasse, e gli approvasse; o perchè sapendo pur esso, e non riprovando il culto, che erasi introdotto, e andavasi dilatando, con ciò veniva ad approvarlo: come può vedersi *nel nostro lib.* 1. *de Canonizat. Sanctor. al cap.* 6. e specialmente *al num.* 9.

Prima classe formata da quelli, che fino da primi secoli hanno culto in tutta la Chiesa, e che però in qualche maniera dir si possono canonizati.

§. 18. Ed in questa prima classe Noi riponiamo gl' Innocenti di Betlemme, il culto de' quali in tutta la Chiesa fu introdotto fino da' primi secoli, come dimostra il Cardinale Baronio *nelle Note al Martirologio Romano*, e come ancora è obbligato a confessare il severo critico Baillet, che *nella Storia del Culto di questi SS. Innocenti al* §. 2., ancorchè non ammetta l' universale osser-

A questa si devono annoverare gl' infanti di Betlemme.

diem ante sæculum nonum fuisse universim servatum, fatetur tamen, cultum erga eos in universa Ecclesia jam inde a primis sæculis inoleviſſe; quandoquidem & ipse S. Augustinus scripserat *libro 3. de libero arbitrio cap. 23. num. 67. Non frustra etiam Infantes illos, qui, cum Dominus noster Jesus Christus necandus ab Herode quæreretur, occisi sunt, in honorem Martyrum receptos commendat Ecclesia*: Quod etiam colligitur *ex lib. 10. de Genesi ad litteram cap. 22. num. 39.* Prior hæc Classis multa sane esset ac frequens, si Græcorum firma esset assertio, qui in suis Menæis volunt, infantes jussu Herodis in Bethleem necatos, numerum quatuordecim millium impleviſſe: *Commemoratio Sanctorum Infantium, qui ab Herode occisi fuerunt, quorum numerus quatuordecim millia*; qua in re consentiunt quoque Moschi *in suis Sacris Ephemeridibus*, & Æthiopes *in sua Liturgia*. At Nos hujusmodi assertioni minime assentiri Nos posse ducimus; cum legerimus, quidquid contra scripsere Papebrochius *tom. 1. Actuum Sanctorum Maji pag. 57.* Tillemont. *in Monumentis Ecclesiasticis tom. 5. pap. 432. not. 13.* Calmet *in Commentariis ad Evangelium S. Matthæi*, Serry *in suis exercitationibus*, & novissime eruditus Pater Castus Innocens Ansaldi in egregia sua Disceptatione, seu *Vindiciis Infanticidii Herodis*, Brixiæ sub annum 1746. impressis, ubi eos refutans, qui ausi sunt facti veritatem in dubium revocare, ex ea levissima ratione, quod nihil de eo habeat Joseph Hebræus, non prætermisit omnia colligere, quæcunque a cæteris uspiam allata fuere adversus præfatam Græcorum assertionem. Satisque Nobis erit asseruisse, infantes in Bethleem ejusque finibus fuisse jubente Herode occisos, eosdemque non solum Martyres extitisse, sed cum insuper in universa Ecclesia cultum sint consueti, quemadmodum supra adnotavimus, Canonizatos haberi debere, ideoque pertinere ad primam classem, de qua nunc Nobis est sermo; quam quidem in classem libenter recensebimus alium quemcunque infantem, cui demonstretur in universa Ecclesia a primis usque sæculis, cultum veluti Martyri fuisse exhibitum, eo plane modo, quo fuit exhibitus, & nunc quoque temporis Bethleemiticis infantibus exhibetur.

Græcorum, aliorumque minus probabilis opinio de illorum numero.

Canonizationem sunt consecuti, & quomodo.

vanza della loro Festa, che nel principio del secolo nono, confessa però, che il culto verso di loro nella Chiesa universale aveva avuto principio ne' primi secoli; scrivendo ancora S. Agostino *nel lib. 3. de libero arbitrio al cap. 23. n. 67. Non frustra etiam Infantes illos, qui. cum Dominus noster Jesus Christus necandus ab Herode quæreretur, occisi sunt, in honorem Martyrum receptos commendat Ecclesia*: il che anche si raccoglie *dal lib. 10. de Genesi ad litteram cap. 22. num. 39.* Questa prima classe sarebbe molto ferace ed abbondante, se fosse sussistente l'asserzione de' Greci, che *ne' loro Menei* vogliono, che gl' Infanti uccisi in Betlemme *per* ordine di Erode fossero quattordici mila: *Commemoratio Sanctorum Infantium, qui ab Herode occisi fuerunt, quorum numerus quatuordecim millia*: nel che anche concordano i Moschi *nelle loro sacre Efemeridi*, e gli Etiopi *nella loro Liturgia*. Ma Noi non crediamo di poter aderire alla predetta asserzione; avendo letto quanto contro ad essa viene scritto dal Papebrochio *nel tom. 1. degli Atti de' Santi di Maggio alla pag. 57.* dal Tillemont *nelle Memorie Ecclesiastiche al tom. 1. pag. 432. not. 13.* dal Calmet *ne' Commentarj sopra il Vangelo di S. Matteo*, dal Serry *nelle sue Esercitazioni*, ed ultimamente dall' erudito Padre Casto Innocence Ansaldi nella sua bella Dissertazione, o sieno *Vindicie dell' Infanticidio di Erode*, stampate in Brescia l' anno 1746.; ove confutando chi ha osato di dubitare della verità dell' Infanticidio, pel debole motivo, che Giuseppe Ebreo d' esso non parla, non ha lasciato di raccorre quanto dagli altri è stato dedotto contro la sopra riferita asserzione de' Greci. Ci contenteremo dunque di dire, che gl'Infanti, che erano in Betlemme, e ne' confini, furono fatti uccidere da Erode; e che non solo furono Martiri, ma che, avendo in tutta la Chiesa il culto, come poc' anzi si è esposto, sono canonizati, e così appartengono alla prima classe, di cui ora parliamo; nella qual classe siamo anche preparati ad annoverare ogni altro Infante, che a Noi venisse additato, e che da' primi secoli fosse stato venerato in tutta la Chiesa come Martire, conforme lo sono stati, e lo sono gl' Infanti di Betlemme.

Poco probabile opinione de' Greci, e di altri, intorno al loro numero.

Sono essi Canonizati, e come.

Secunda ex iis est, qui ab immemorabili certis in locis cultum obtinent, consentientibus Ordinariis.

§. 19. Altera Classis ex iis constituitur Infantibus in odium Christianæ Fidei interfectis, qui a tempore hominum memoriam antevertente publicum sibi in aliqua Civitate, vel Diœcesi vindicant cultum, scientibus, & ferentibus, quin & quandoque nominatim etiam adprobantibus Ordinariis. Secundæ huic classi possunt accenseri perplures, quorum, uti prænotavimus, in Ecclesiæ Annalibus, ac Monumentis fit mentio, & nonnulli etiam ex iis, quorum nomina sunt in Martyrologium Romanum relata. In eadem ipsa Classe locus statuendus erit Beato illi Infanti Joanetto, duobusque Pueris Riccardo & Guillelmo, & præter reliquos Beato etiam Laurentino, de cujus vetustissimi cultus antiquitate, extat Episcopalis Patavinæ Curiæ testimonium impressum in præcitata Disceptatione apologetica, de martyrio Sancti Simonis Tridentini *pag. 253.* his verbis compositum. *Il Culto Religioso verso cotesto Santo Fanciullo si è mantenuto sempre invariabile nel lungo corso d'anni dugento sessanta dal suo Martirio sino ad presente, così in Marostica, come ne' luoghi vicini, informati del di lui sagrifizio alla rabbia Giudaica. Nelle urgenze sì private, e sì publiche di questi popoli, si ricorre a Dio Signore col mezzo del di lui credito, scoprendosi in tal occasione l' Arca del suo sacro Deposito, per sempre più infervorare i supplicanti.* De his itaque differendo, qui præfata immemorabili possessione publici cultus fruuntur,

§. 19. La seconda classe è di quegl'Infanti uccisi in odio della Fede di Cristo, che sono da tempo immemorabile in qualche Città, o Diocesi in possesso d'un pubblico culto, colla scienza, e tolleranza, ed anche alle volte colla positiva approvazione degli Ordinarj. A questa seconda classe possono riferirsi molti, e molti, de' quali, come abbiamo veduto, si parla negli Annali, e ne' monumenti della Chiesa, ed alcuni ancora di quelli, i nomi de' quali sono descritti nel Martirologio Romano; ed in questa classe ancora dovranno riporsi quel Beato Infante Joannetto, i due Fanciulli Riccardo e Guglielmo, ed oltre gli altri, quel Beato Lorenzino, dell' antichità del di cui culto ritrovasi un attestato della Curia Vescovile di Padova, stampato nella citata Dissertazione Apologetica sul Martirio del Beato Simone da Trento *pag. 253.*, che è conceputo colle seguenti parole: *Il culto religioso verso cotesto Santo Fanciullo si è mantenuto sempre invariabile nel lungo corso d' anni dugento sessanta dal suo Martirio sino al presente, così in Marostica, come ne' luoghi vicini, informati del di lui sagrifizio alla rabbia Giudaica. Nelle urgenze sì private, e sì pubbliche di questi popoli, si ricorre a Dio Signore col mezzo del di lui credito, scoprendosi in tal occasione l' Arca del suo sacro Deposito, per sempre più infervorare i supplicanti.* Parlando di questi, che sono nel predetto possesso immemorabile di pubblico culto, non si può dire, che siano beatifi-

Seconda classe, di quelli, che in luoghi particolari da tempo immemorabile sono venerati col consenso degli Ordinarj.

Beatificati a Sancta Sede, nec Canonizati dici possunt.

asseri jure non potest, eosdem Sanctæ Sedis judicio, & auctoritate Beatificatos fuisse, dum ponitur, ipsorum cultum, scientibus, & probantibus tantummodo Ordinariis, obtinuisse; cumque de ipso nullus fuerit efformatus processus, vel Romam ad Romanum Pontificem missus fuerit ejus auctoritate approbandus: Multo minus dici merentur Canonizati, tum quia illorum cultus ad universam non protenditur Ecclesiam, tum quia desideratur supremum Romani Pontificis judicium, ad Canonizationem omnino necessarium. Illud tamen de præfatis Pueris affirmare licet, quod quum Urbanus Octavus Pontifex suis in Decretis edixerit, nolle se quicquam detrahere iis, qui centenariam ante sua Decreta possessionem publici cultus obtinuerant, nihil hinc præterea desideretur, ut ipsis debeatur idem cultus, iisdem in locis, in quibus centum ante id temporis annos illum continenter sunt consecuti, scientibus, & probantibus Ordinariis; potiorique jure quoties Romani quoque Pontificis scientia superaccessisset.

Tamen in Urbani VIII. Decretis cultus ipsis præservatur.

Tertiam classem implent pueri, quorum Reliquiæ cum insignibus martyrii repertæ sunt.

§. 20. Tertia denique Classis eorum est puerorum, de quibus supra meminimus, quorum ætas una cum propriis eorundem nominibus, sepulcralibus lapidibus est notata; quorumque Ossa ac Reliquiæ, in Sacris Urbis Catacumbis, cum notis martyrii inventa publico cultui proponuntur. Nemo ex severioribus criticis non consentit, indubiam esse martyrii notam vasculum sanguine plenum, vel tinctum saltem, quod in sepulchris in Urbis Catacumbis effossis sæpe reperitur. Aringhius, Mabillonius, Senator Buonarroti, Raphael Canonicus Fabrettus, Abbas Ludovicus Antonius Muratorius, Canonicus Boldetti, Canonicus Marangonius, Eques Victorius, Præfecti sacris hisce Corporibus extrahendis, huic sententiæ omnimoda consensione subscribunt: veluti deprehendere est ex Nostro Opere *de Canonizatione lib. 4. part. 2. cap. 27. n. 21. ad fin.* Ex pervetusta Ecclesiæ disciplina est, ut sacra Ossa Romæ ex Cæmeteriis effossa, & cum signis sive notis martyrii adinveta, in Ecclesiis publice colenda exponantur: quemadmodum videre est ex vulgato Anastasio in vita S. Pauli I. Pontificis octavo sæculo; ubi postquam enarravit, Pontificem hunc reperta in sacris Cæmeteriis Corpora Romam transtulisse, sacraque Ossa in varias Ecclesias distribuisse, inde pergens, paulo infra subdit, *infra Claustra vero ipsius Monasterii*, quod in propriis paternis ædibus construxerat, *Ecclesiam miræ pulchritudinis a fundamentis noviter construxit &c. Illicque innumerabilium Sanctorum Corpora, quæ de præfatis demolitis abstulit Cæmeteriis, maximo venerationis condidit affectu.* Ad Sixtum usque V. Pontificem, in Basilica S. Pauli Urbis colebantur exigua quædam Ossa, quæ pia opinione, sanctorum aliquot Bethleemiticorum Innocentium Ossa censebantur; quemadmodum testatur Panvinius in suo Opere *de septem Urbis Ecclesiis pag. 96.* Severanus autem *eodem in Tractatu* translationem a Sixto V. sub annum 1586. ad Liberianam Basilicam factam describit. Et Abbas Paulus de Angelis in *sua hujus ipsius Basilicæ descriptione lib. 10. cap. 11.* prolixum quemdam locum exscribit, ex Bulla ejusdem Pontificis, in qua, verba faciens de Cappella S. Luciæ, una cum alia plane conformi extructa ad limina Sacelli Præsepis Christi Domini, hæc habet. *Sub Altari*, nimirum S. Luciæ, *in Arca marmorea duo Sancta Beatorum Innocentium Corpuscula, a Basilica Sancti Pauli extra Portam Ostiensem nostro jussu translata, rite recondi curavimus, ut ad Christi Infantis Cunabula iidem S. Innocentes (flores, ac primitiæ Martyrum, Deoque gratissimæ victimæ) quodammodo excubare videantur.* Ad instar autem &

Quænam sint certæ martyrii notæ.

Vetera & recentiora exempla evincentia praxim, exponendi publicè colendas horum puerorum Reliquias.

cati dalla Santa Sede; supponendosi, che il loro culto abbia avuto il suo corso colla scienza ed approvazione degli Ordinarj; nè essendosi sopra esso formato verun Processo, o trasmesso a Roma al Romano Pontefice, acciò l' approvasse. Molto meno si possono dire canonizati; sì perchè il loro culto non è esteso alla Chiesa universale; sì perchè manca il finale giudizio, che per la Canonizatione è necessario che s' interponga dal Pontefice Romano. Ma quello che dee dirsi de' predetti fanciulli, si è, che, essendosi il Pontefice Urbano VIII. protestato ne' suoi Decreti di non voler recare verun pregiudizio a quelli, che erano in possesso del pubblico culto cento anni prima de' suoi Decreti; nulla di più si richiede, acciò ad essi sia dovuto quel culto, in tutti que' luoghi, ne' quali l' hanno avuto cento anni prima del detto tempo, con scienza, ed approvazione degli Ordinarj, e molto più quando vi fosse stata ancora la scienza del Romano Pontefice.

Questi non si possono dire Beatificati dalla S. Sede, nè canonizati.

Resta però preservato il loro culto ne' Decreti di Urbano VIII.

Terza classe composta da' fanciulli, le Reliquie de' quali sono state trovate coll' insegne del martirio.

§. 20. La terza classe è di que' fanciulli, de' quali di sopra si è fatta menzione, l' età de' quali col loro nome è espressa nelle loro lapide sepolcrali; le Ossa, e le Reliquie de' quali, ritrovate nelle sacre Catacombe di Roma colle divise del martirio, si espongono nelle Chiese alla pubblica venerazione. Non vi è severo critico, che non ammetta, esser segno certo del martirio il vaso col sangue, o tinto di sangue, che si ritrova ne' Sepolcri che sono nelle Catacombe di Roma. L' Aringhi, il Mabillon, il Senatore Buonarroti, Raffaello Canonico Fabretti, l' Abate Ludovico Antonio Muratori, il Canonico Boldetti, il Canonico Marangoni, il Cavalier Vettori, i Ministri dell' estrazione de' Corpi, concordano pienamente in questo sentimento; come può vedersi nella nostra Opera *de Canonizatione al lib. 4. part. 2. cap. 27. dal num. 21. sino al fine.* Antica è la disciplina, che le sacre Ossa estratte dai Cimiterj di Roma, e ritrovate coi segni indicanti il martirio, si espongano nelle Chiese alla pubblica religiosa venerazione; come può vedersi nel vulgato Anastasio nella vita di S. Paolo I. Pontefice nel secolo ottavo: ove, dopo aver riferito, che dai sacri Cimiterj portò in Roma i Corpi ivi trovati, e che collocò le sacre Ossa in varie Chiese, poco dopo proseguendo soggiugne: *Infra claustra vero ipsius Monasterii*, che aveva fondato nella propria Casa paterna, *Ecclesiam miræ pulchritudinis a fundamentis noviter construxit &c. Illicque innumerabilium Sanctorum Corpora, quæ de præfatis demolitis abstulit Cæmeteriis, maximo venerationis condidit affectu.* Sino ai tempi del Pontefice Sisto V. erano venerate alcune piccole Ossa nella Basilica di S. Paolo di Roma, che piamente si credevano esser le Ossa di alcuni Santi Innocenti di Betlemme; come attesta il Panvinio nella sua Opera *delle sette Chiese di Roma pag. 96.* Il Severano poi *nello stesso Trattato* racconta il trasporto fattone da Sisto V. l'anno 1586. alla Basilica Liberiana. E l' Abbate Paolo de Angelis *nella sua Descrizione di questa stessa Basilica al lib. 10. cap. 11.* porta un lungo tratto d' una Bolla del detto Pontefice, in cui parlando della Cappella di S. Lucia, che fu fabbricata con altra simile sul limitare della Cappella del Presepio, così dice: *Sub Altari*, cioè di S. Lucia, *in Arca marmorea duo sancta Beatorum Innocentium Corpuscula, a Basilica Sancti Pauli extra Portam Ostiensem nostro jussu translata, rite recondi curavimus, ut ad Christi Infantis Cunabula iidem Sancti Innocentes (flores, ac primitiæ Martyrum, Deoque gratissimæ victimæ) quodammodo excubare videantur.* Ed a similiglianza ed esempio delle Reli-

Terza classe composta da' fanciulli, le Reliquie de' quali sono state trovate coll' insegne del martirio.

Quali siano i certi segni del martirio.

Esempi antichi, e recenti, che provano lo stile d' esporre al publico le Reliquie di tali fanciulli.

exemplum Reliquiarum SS. Bethleemiticorum Innocentium, passim ad Altaria exponuntur colendæ Reliquiæ Puerorum, qui in odium Christianæ Fidei martyrium subierunt, quorum Ossa certis martyrii notis distincta, ex Urbis Cæmeteriis effodiuntur. In Cæmeterio Gordiani, uti prædiximus, reperta fuerunt Ossa pueruli Dorotei, ipso adscripto nomine, adpositoque sanguinis vasculo; & infantis Cineres ac Ossa, una cum inscriptione, Anagniam fuerunt transmissa, ut in Ecclesia SS. Cosmæ & Damiani collocarentur, quemadmodum testatur Boldetti *præcitato suo Opere pag.* 344. ubi *pag.* 345. refert, in eodem Gordiani Cæmeterio inventum fuisse Corpus Decentii pueri quinquennis, una cum proprio nomine inscripto, ampullaque sanguinis, fuisseque illud in Cappella Rosarii, intus Ecclesiam Sanctæ Sabinæ, in Aventino collocatum. Nisi perspicua res esset, & quotidiano usu comprobata, nullo negotio posset contexi catalogus compluribus exemplis, quibus horum infantium Reliquiæ in Ecclesiis locatæ noscuntur; verum cum nemini incognita sit disciplina isthæc, libenti animo a similium exemplorum collectione cessabimus, concludemusque de tertia hac classe sermonem, animadvertentes, recensitos in ea pueros publicum obtinere cultum in Ecclesiis, in quibus eorum Reliquiæ conquiescunt, in id maxime consentiente, & probante Sancta Sede, quæ firmum statuit suæ concessionis fundamentum in certis martyrii insignibus, in eorum sepulchris repertis; nec propterea tamen asseri posse, eosdem esse formalem Canonizationem consecutos, si Canonizatio, pro ut par est, nil aliud esse ponatur, quàm sententia Romani Pontificis in universali Ecclesia per modum præcepti cultum tribuentis. De cultu præfatis Reliquiis exhiberi solito, quamvis plerumque is sit absque Officio & Missa, disseruimus ipsi in Nostro Opere *de Canonizatione Sanctor. lib. 4. part. 2. cap.* 28., ubi invectæ praxis fundamenta recensuimus; *& lib. 1. cap.* 38. *n. 3. & seq.* prætermissa haud fuere, quæcunque spectant ad recitandum Officium, Missamque celebrandam in universa Ecclesia, quoties res sit de pueris, formali vel æquipollenti Canonizatione inter Sanctos relatis.

Non ideo tamen formaliter canonizati.

§. 21. Postremam classem illi pueri constituunt, quibus in odium Jesu Christi adempta est vita, quorumque cultus expetitur per formam vel æquipollentem Beatificationem; quam denique, quoties nil aliud obstet, potest, ac etiam solet consequi formalis Canonizatio. Superlùs dictum est, Romanos Pontifices suam auctoritatem in Canonizationibus semper interposuisse, etiam tum cum de ea Canonizatione agebatur, quæ fiebat ex introducto in unam Diœcesim cultu, qui deinde in aliam, & postremo in universum Orbem propagabatur. Nunc vero addimus, ab Alexandro III. invectam fuisse, firmiterque statutam disciplinam, juxta quam solius Romani Pontificis est, in peculiari unoquoque loco, & in singulis totius Orbis Diœcesibus cultum indulgere, vel approbare. Hujusce Constitutionis fundamenta, rationesque deprehendere est *ex præcitato Nostro lib. 1. cap.* 10. *num. 3. & seq.*, & ex iis, quæ ibi latiori calamo adducuntur, inferre licet, non solum Romani Pontificis præcipuum esse, quemadmodum semper fuit, cultum in universa Ecclesia vel Martyribus, vel Confessoribus præcipiendo asserere, in quo, uti sæpe dictum, sita est Canonizatio, verum etiam permittendo, indulgere, ut aliqua in Civitate, vel Diœcesi, cæterisve definitis locis, religioso cultu honoretur aliquis Dei Servus Confessione, vel Martyrio conspicuus, qua in re constituitur Beatificatio. Ex

Postrema classis puerorum est, quos in odium Christi occisos populi pietas beatificari, vel canonizari petit.

Nunc solius Romani Pontificis est cultus publici concessio, Beatificatio, & Canonizatio.

quie de' SS. Innocenti di Betlemme, continuamente si espongono negli Altari le Reliquie de' fanciulli martirizati per la Fede di Cristo, le Ossa de' quali si estraggono dai Cimiterj di Roma colla precedenti sicure divise del martirio. Come si è veduto, nel Cimiterio di Gordiano furono ritrovate le Ossa di un fanciullo Doroteo coll'iscrizione del nome, e col vaso di sangue; e le Ceneri, ed Ossa del Bambino coll'iscrizione furono mandate alla Città d' Anagni, per esser collocate nella Chiesa de' SS. Cosmo e Damiano, come attesta il Boldetti *nella sua citata Opera alla pag.* 344., ove *alla pag.* 345. riferisce, che nello stesso Cimiterio di Gordiano fu ritrovato il Corpo di Decenzio fanciullo d'anni cinque col nome proprio, e col vaso di sangue, e che fu collocato nella Cappella del Rosario della Chiesa di S. Sabina su l'Aventino. Se la cosa non fosse notoria, e quotidiana, si potrebbe comodamente fare un elenco d'esempj delle Reliquie di questi fanciulli collocate nelle Chiese; ma non essendovi chi non sia informato di questa disciplina, ben volentieri tralascieremo il radunare altri esempj, e conchiuderemo il discorso appartenente a questa terza classe, col dire, che hanno i fanciulli in essa annoverati il culto pubblico nelle Chiese, ove le loro Reliquie sono collocate, con plenario consenso, ed approvazione della Santa Sede; la quale ripone il fondamento della sua concessione ne' segni indubitabili del Martirio ritrovati ne' loro Sepolcri; ma che non per questo può dirsi, ch' essi siano stati formalmente canonizati, prendendo la Canonizzazione, come si dee prendere, per una sentenza del Romano Pontefice, che ingiugne per via di precetto il culto nella Chiesa universale. Del culto, che si presta alle predette Reliquie, benchè per lo più senza l'Officio e Messa, si è da Noi discorso nella nostra Opera *de Canoniz. Sanctorum lib. 4. part. 2. cap.* 28. ove sono stati riferiti i fondamenti di questa pratica; ed *al lib. 1. cap.* 38. *num. 3. e seg.* non si è lasciato di riferire quanto risguarda l'Officio e la Messa, da recitarsi e celebrarsi nella Chiesa universale, quando si discorre dei Canonizati con formale, o equipollente Canonizzazione.

Non per questo però si possa dire canonizati formalmente

§. 21. L'ultima classe è di que' Fanciulli, che hanno perduta la vita, levata loro per odio contra Gesù Cristo, il culto de' quali viene promosso per la strada consueta della Beatificazione formale, o equipollente; il termine della quale, quand'altro non osti, può, ed anche suol essere la formale Canonizzazione. Poc' anzi si è detto, esser sempre intervenuta l'autorità Pontificia nelle Canonizzazioni, ancor quando esse si facevano, passando il culto, introdotto in una Diocesi, successivamente in un' altra, e così dilatandosi in tutto il Mondo: ed ora aggiungiamo, che dal Pontefice Alessandro III. fu introdotta e stabilita la disciplina, che al solo Romano Pontefice appartenga la concessione, o sia approvazione del culto ne' luoghi particolari, ed in qualsivoglia Diocesi del Mondo. Se ne possono vedere i fondamenti, e le ragioni *nel citato nostro lib. 1. cap.* 10. *nnm. 3. e seg.*, e da quanto ivi è diffusamente riferito, si deduce, che al Romano Pontefice appartiene non solo, come è sempre appartenuto, l'ordinare per via di precetto il culto nella Chiesa universale, o sia ai Martiri, o sia ai Confessori, nel che consiste, come più volte si è detto, la Canonizzazione; ma altresì il concedere per via di positiva permissione il culto in qualche Città, o Diocesi, o in alcuni altri luoghi particolari, in onore di qualche Servo di Dio o Confessore, o Martire, nel che consiste la Beatificazione. Ed a questa ultima classe appartengono

Ultima classe de' fanciulli, che uccisi in odio di Cristo, si chiede, che siano beatificati, o canonizati.

Al solo Romano Pontefice appartiene ora la concessione del publico culto, Beatificazione, e Canonizazione.

BB. Pueri Andreas Rinnensis, & Simon Tridentinus, ad hanc postremam classem spectant, sed dumtaxat æquipollenter Beatificati.

hac autem postrema classe sunt duo Beati infantes in odium Fidei interempti, Simon Tridentinus martyrium consecutus anno 1475. & Andreas Rinnensis, seu Vico Rinnensi, martyrio sublatus sub annum 1462., de quo nunc agimus. Utrumque enim ab hac Sancta Sede, nisi formalem, æquipollentem saltem Beatificationem obtinuisse, affirmari potest, dum, allatis, discussisque jam omnibus, quæ erant de martyrio, causa martyrii, & fama signorum ac miraculorum necessario perpendenda, ad Officii Missæque concessionem in certis quibusdam locis, deventum est. Et quamvis, uti superius diximus, jussu Gregorii XIII. Pontificis, Beati Simonis nomen in Martyrologium Romanum fuerit illatum, haud tamen contendi potest, eumdem propterea fuisse canonizatum; est namque tutissimum æque ac receptissimum principium, *annuntiari in Martyrologio nomina, & clariores res gestas eorum, qui in eo descripti sunt, ut excitentur fideles ad imitationem, & etiam ad cultum, sed intacta semper permanente Ecclesiastica disciplina: ita ut, si res sit de jam Canonizatis, cultus, ad quem excitantur fideles, sit præceptivus, universalis, & publicus; si vero agatur de Beatificatis, sit quidem publicus, sed tantum permissus personis, & locis Indulto Beatificationis comprehensis; sit autem permissus, sed privatus, quoad alios, qui Indulto comprehensi non sunt*: veluti ipsi hisce conceptis verbis, re mature perpensa, investigataque praxi per Sanctam Sedem servari solita, concluximus in nostro Opere *de Canonizatione lib. 4. part. 2. cap. 19. num. 16.*

Hujusce causæ momentum.

§. 22. Beati Simonis Canonizationem, quamvis Beatorum honores, longe ante Beatum Andream consecuti, nemo est qui promoveat. Instantia pro Canonizatione, quæ nunc urgetur, B. Andream respicit multo post Beatificatum: tota autem disquisitio in eo versatur, num instantiæ aditus dari debeat; neque enim inaudita res est, justis & gravibus de causis, sisti alicujus Causæ cursum, occludique viam ad Canonizationem, etiamsi Beatificatio præcesserit, quemadmodum perspicuum faciunt tam multæ Causæ, in quibus, postquam per formalem, vel æquipollentem Beatificationem Officium & Missa concessa fuit, nemo extitit umquam, neque deinceps erit, qui solemnem petendam cogitet Canonizationem.

An infantes Martyres canonizari expediat, non est perspicuum.

§. 23. Paucis igitur gradum facimus ad rationes, quæ non ad unam coarctantur Beati Andreæ causam, sed omnes æque afficiunt causas Puerorum, quos in ætate boni malive nescia, odium in Christi fidem sustulit, quique cum Martyres sint, non tamen sunt *voluntate & opere*, sed solo *opere*, ut ipsis utamur verbis S. Bernardi. Videri enim cuiquam fortasse poterit, rectè factum, si, omnibus confluentibus conditionibus, proprius Beatorum cultus iis decernatur; at dubitabit, num congruat ulterius progredi, per modum præceptivæ legis cultum ampliando ad universam Ecclesiam, quod præcipuum Canonizationis est, quamvis etiam, nihil desideraretur eorum, quæ requiruntur, ut transitus fiat a Beatificatione ad Canonizationem.

Negantis sententiæ fundamenta.

§. 24. Fundamenta, quibus potest isthæc inniti dubitatio, singula subnectimus. Primum in eo situm est, nullum fortasse in veteri Canonizationum praxi, aliud offendi exemplum veræ ac propriæ Infantium Canonizationis, præter illud unum Bethleemiticorum Infantium, quandoquidem cætera exempla possunt commodè ad Beatificationem referri; atque præterea certum esse, extare plane nullum exemplum formalis Canonizationis vel unius horum Puerorum, post methodum Sanctæ Sedis auctoritate invectam, confirmatam, servatamque in Causis

Primum, rei novitas.

i due Beati Fanciulli uccisi in odio della Fede, Simone di Trento, che ricevè il martirio l'anno 1475., ed Andrea del Pago, o Villaggio Rinnense, che ricevè il martirio l'anno 1462., che è quello, di cui oggi si tratta: potendosi dire ambidue già beatificati da questa Santa Sede con beatificazione, se non formale, almeno equipollente; mentre, dopo essersi veduto ciò, che era necessario, rispetto al martirio, alla causa del martirio, ed alla fama de' segni e de' miracoli, si è fatta la concessione dell'Officio e della Messa in alcuni luoghi particolari. E, sebbene, come già di sopra si è detto, per ordine del Pontefice Gregorio XIII. fu posto il nome del Beato Simone nel Martirologio Romano, non può però pretendersi, ch'esso perciò sia stato canonizato; essendo massima ben fondata e ricevuta, *annuntiati in Martyrologio nomina, & clariores res gestas eorum, qui in eo descripti sunt, ut excitentur fideles ad imitationem, & etiam ad cultum, sed intacta semper permanente Ecclesiastica disciplina: ita ut, si res sit de jam canonizatis, cultus, ad quem excitantur fideles, sit præceptivus, universalis, & publicus; si vero agatur de beatificatis, sit quidem publicus, sed tantum permissus personis & locis Indulto beatificationis comprehensis; sit autem permissus, sed privatus, quoad alios, qui Indulto comprehensi non sunt*: come da noi con queste stesse parole, dopo aver discussa la materia, ed esaminata la prassi della Santa Sede, fu conchiuso nella nostra Opera *de Canonizatione al lib. 4. part. 2. cap. 19. num. 16.*

Ispezione della presente causa.

§. 22. Del Beato Simone, benchè beatificato prima del Beato Andrea, non v'è chi parli in odine alla Canonizzazione. La petizione per la Canonizzazione è promossa pe'l Beato Andrea beatificato molto tempo dopo: ed il punto si riduce a vedere, se debba darsi corso alla medesima; non essendo cosa insolita, che per giusti e rilevanti motivi si fermi il corso d'una Causa, e se ne impedisca il progresso alla Canonizzazione, ancor dopo che in essa si è ottenuta la Beatificazione: come si vede in tante e tante Cause, nelle quali dopo la concessione dell'Officio e della Messa, fatta per mezzo della Beatificazione o formale, o equipollente, nè vi è stato chi abbia mai pensato, nè vi sarà chi sia per pensare a chiedere la formale Canonizzazione.

Non è affatto fuor di dubbio, se sia espediente canonizare i fanciulli martirizati.

§. 23. E però brevemente facendo passaggio ai motivi, non sono essi ristretti alla causa del Beato Andrea, ma sono comuni a tutte le cause de' Fanciulli, uccisi per odio della Fede di Cristo in quella età, in cui non possono discernere il bene dal male, e che, essendo Martiri, lo sono, non *voluntate & opere*, ma solamente *opere*, per servirci del linguaggio di S. Bernardo: potendo taluno credere, che sia ben fatto il concedere ad essi, quando vi sieno i dovuti requisiti, il solo culto proprio de' beatificati; ma potersi dubitare, se sia conveniente il passare più oltre, estendendo per via di precetto il culto alla Chiesa universale, come si fa nelle Canonizzazioni, ancor quando non mancassero i soliti requisiti per fare il passaggio dalla Beatificazione alla Canonizzazione.

Motivi per l'opinione negativa.

§. 24. I fondamenti, che possono assistere a quest'assunto, sono quelli, che seguono. Consiste il primo nell'osservare, non esservi forse nell'antica prassi delle Canonizzazioni altro esempio di vera e stretta Canonizzazione di Fanciulli, che quello degl'Infanti di Betlemme, potendosi riferire gli altri esempj alla Beatificazione; ed in oltre esser cosa certa, che non v'è esempio di formale Canonizzazione di veruno di questi Fanciulli dopo il metodo stabilito, introdotto, e pratticato per ordine della Santa Sede nelle cause di pubblico culto, che rispetto a questi

Primo, fondato su la mancanza di simili esempj.

publici Cultus, qui semper quoad hosce Pueros sola fuit Beatificatione concluſus. Quod autem per plura ſæcula nullum offendatur exemplum, quamvis ejus inducendi non defuerit occaſio, res eſt magni momenti, quæque negotium jure faceſſat cuilibet novarum rerum minime ſtudioſo.

Fanciulli è ſtato riſtretto alla Beatificazione. Ed il non ritrovarſi eſempio nel corſo di molti ſecoli, ancorchè non ſiano mancate occaſioni di poterlo introdurre, è una circoſtanza di gran rilievo, e che ingombra la teſta a chi non è amico di novità.

Secundum, ne Canonizationes frequentia vileſcant.

§. 25. Alterum ex ea eſt animadverſione, rem totam hanc in eo verti, quod hi Pueri Martyres ſint, quia pro Chriſto mortem ſubierunt. Id autem ſi generatim loquimur, inficiatur nemo; ideoque libenter datur, ut quoties neceſſaria quæque concurrant, iiſdem Beatificationis cultus decernatur. At ſi recepta probataque eſt regula, non eſſe latam Canonizationibus ſternendam viam, ne vileſcant, quemadmodum & Nos adnotavimus *in noſtro lib. 1. cap. 13. num. 16.*, videtur pertimeſcendum, ne plane hujuſmodi incommodo referetur aditus, quotieſcumque ad Canonizazionem admittantur Pueri pro Chriſti Fide mortem perpeſſi, ex eo tantummodo, quod Martyres ſint: Docent quippe Theologi, Martyres eſſe & eos Pueros, qui in bello ſacro, dum oppugnantur urbes, vel ex inſidiis invaduntur arces, cœſi fuerint, uti apertè docet Sotus *in 4. Sent. diſt. 3. quæſt. unic. art. 11. §. Secunda propoſitio*, & eos quoque Pueros cenſeri Martyres tradunt, quos Chriſti hoſtes interfecerint, quamvis nondum ex materno ventre eruperint, ſive ſuperſtes maneat Genitrix, ſive cum iis pereat, uti videre eſt apud Theophilum Raynaudum *cit. tom. 18. in Opere inſcripto de Martyrio per peſtem par. 2. cap. 2. num. 8.* & latè apud Hurtadum *in reſolutionibus de vero Martyrio tract. 2. reſolut. 20. per tot.* Quidquid autem pronunciatur de Pueris ante uſum rationis in Chriſti odium ſublatis, protendi ad homines adultæ ætatis contenditur, qui rationis ſemper expertes fuerint, ſi & his in odium Fidei ab inimicis Chriſti vita adimatur, hos quippe ſtatuunt Pueris omnino ſimiles. Videatur Cardinalis Capiſucchius in ſuis controverſiis Theologicis, & nominatim in illa de Martyrio *quæſt. 2. §. 4. in fin. Licet in Pueris ante uſum rationis pro Chriſto morientibus non adſit propria ac perſonalis intentio, adeſt tamen intentio Eccleſiæ, quæ in illis mortem pro Chriſto acceptat, eoſque per Martyrium Deo conſecrat &c. Quæ autem de Infantibus ante uſum rationis pro Chriſto occiſis dicta ſunt, intelligenda ſunt etiam de amentibus, qui nunquam rationis uſum habuerunt, ſi contingat, eos in odium Chriſti occidi*: Sententiæ & opiniones hæ quidem ſunt, quæ ſi in praxim deducerentur, Canonizationum ſplendori plurimum poſſent detrahere.

§. 25. Conſiſte il ſecondo nell' oſſervare, ridurſi il tutto all' eſſere queſti Fanciulli Martiri, avendo patita la morte per Criſto. Ne ciò univerſalmente parlando, ſi nega; e perciò volentieri ſi ammette, che concorrendo i neceſſarj requiſiti, diaſi ad eſſi il culto della Beatificazione. Ma, ſe è ſiſtema approvato, che non ſi apra una larga ſtrada alle Canonizazioni per non renderle diſpregevoli, come anche da Noi è ſtato oſſervato *nel noſtro lib. 1. cap. 13. num. 16.*, ſembra poterſi temere, che per appunto ſi apra la ſtrada al temuto inconveniente, ogni qual volta ſi ammettano alla Canonizazione i Fanciulli uccíſi per la Fede di Criſto, per la ragione che ſono Martiri: inſegnando i Teologi, che ſono Martiri ancora que' Fanciulli, che ſono ammazzati nelle guerre di Religione, negli aſſalti delle Città, nelle ſorpreſe delle Piazze, come eſpreſſamente inſegna il Soto *in 4. Sent. diſt. 3. quæſt. unic. art. 11. §. Secunda propoſitio*; eſſere in oltre Martiri anche que' Fanciulli, che perdono la vita uccíſi dagl' inimici di Criſto, ancorchè non ſiano uſciti dal ventre della madre, o reſti viva, o muoja con eſſi la predetta loro genitrice, come può vederſi in Teofilo Raynaudo *nel cit. tom. 18.* nell' Opera intitolata *de Martyrio per peſtem part. 2. cap. 2. num. 8.*, e diffuſamente nell' Hurtado *in Reſolutionibus de Martyrio tract. 2. reſolut. 20. per totam*: e quanto vien detto de' Fanciulli ammazzatti prima dell' uſo della ragione in odio di Criſto, ſi pretende, che debba eſtenderſi anche agli adulti, che non hanno mai avuto l' uſo della ragione, ſe a queſti vien tolta la vita dagl' inimici di Criſto, e per odio contro la ſua Fede, ſupponendoli ſimili in tutto e per tutto ai Fanciulli. Vedaſi il Cardinale Capiſucchi nelle ſue Controverſie Teologiche, in quella *de Martyrio quæſt. 2. §. 4. in fine: Licet in Pueris ante uſum rationis pro Chriſto morientibus non adſit propria ac perſonalis intentio, adeſt tamen intentio Eccleſiæ, quæ in illis mortem pro Chriſto acceptat, eoſque per Martyrium Deo conſecrat &c. quæ autem de Infantibus ante uſum rationis pro Chriſto occiſis dicta ſunt, intelligenda ſunt etiam de amentibus, qui nunquam rationis uſum habuerunt, ſi contingat, eos in odium Chriſti occidi*: maſſime, e ſentenze, che, ridotte in pratica, poſſono offuſcare il fulgore delle Canonizazioni.

Secondo, ſul timore, che la frequenza non renda meno riſpettabili le Canonizazioni.

Tertium, quod in his martyribus nec aureola ſplendeat, nec geſta imitanda fidelibus proponi poſſint.

§. 26. Tertium denique fundamentum ſtatuitur in doctrina, quam cum S. Thoma tradunt cæteri quoque Theologi, nimirum, in Paradiſo martyribus eſſe gloriam eſſentialem, quæ dicitur *aurea* eſſe; & præterea eidem adjunctam, ſive accidentalem, gloriam, quæ *aureola* appellatur, ſitam in quodam gaudio, quo perfunduntur, dum animo conſpiciunt partam ſibi ex Mundo victoriam, cum pro Chriſto pugnantes, ultro mortem pro ipſo oppetierunt; cujus quidem aureolæ non æque participes ſunt pueri, qui cum Martyres fuerint, *ſolo* tamen *opere* fuerunt, non *voluntate*: *Innocentes ſicut non pertingunt ad perfectam rationem martyrii, ſed aliquid martyrii habent ex hoc, quod paſſi ſunt pro Chriſto; ita etiam aureolam, non quidem ſecundum perfectam rationem, ſed ſecundum aliquam participationem; in quantum ſcilicet gaudent, ſe in obſequium Chriſti occiſos eſſe; ut dictum eſt de pueris baptizatis, quod habebunt aliquod gaudium*

§. 26. Conſiſte il terzo fondamento in ciò, che inſegna S. Tommaſo, e con eſſo ancora gli altri Teologi, cioè, che i Martiri in Paradiſo hanno la gloria eſſenziale, che ſi chiama *aurea*, ed hanno anche la gloria accidentale, che dicesi *aureola*, che conſiſte in una certa allegrezza, che provano, conſiderando la vittoria da eſſi riportata contra il Mondo, combattendo per Criſto, e ſopportando per eſſo volontariamente la morte, della quale aureola non partecipano adeguatamente i Fanciulli, che eſſendo ſtati Martiri, lo ſono ſtati *ſolo opere*, non *voluntate*: *Innocentes ſicut non pertingunt ad perfectam rationem Martyrii, ſed aliquid Martyrii habent ex hoc, quod paſſi ſunt pro Chriſto; ita etiam aureolam, non quidem ſecundum perfectam rationem, ſed ſecundum aliquam participationem; in quantum ſcilicet gaudent, ſe in obſequium Chriſti occiſos eſſe; ut dictum eſt de pueris baptizatis, quod habebunt aliquod gaudium de innocentia, & carnis integritate.* Queſte

Terzo, ſu la mancanza dell' aureola, e delle virtù eroiche, da proporſi ad imitare.

de ſono

de innocentia, & carnis integritate. Sunt hæc S. Thomæ verba *in 4. sent. dist. 49. quæst. 5. art. 3. quæst. 2. ad duodecimum.* Ad hæc autem Sancti Doctoris verba sic pergit Cardinalis Capisucchius *præcit. loco §. 26. Cum aureola sit præmium a Deo beatis concessum intuitu egregiorum operum, quæ ipsi pro Deo in terris patrarunt; ac proinde sit præmium respondens operibus; evidens est, sanctos Innocentes, & alios Parvulos pro Christo ante usum rationis occisos, aureola non gaudere martyrii.* Cum vero infantes, licet martyres, ob mox expensam rationem, aureola non gaudeant martyrii, assumi id a quopiam fortasse poterit, ut tueatur, si iis in militanti Ecclesia Beatificationis cultus potest competere, haud tamen congruere, ut alter Canonizationis cultus iisdem tribuatur; quandoquidem inter Canonizationis decernendæ causas & illa recensetur, ut Canonizati gesta omnibus per Orbem Catholicis in exemplum proponantur: hujusmodi autem res gestæ in pueris pro Christo necatis desiderantur.

Cur posterum hoc non obstet Bethleemiticis infantibus.

§. 27. Et quamvis respondere quisquam valeat, nimiam inesse vim argumento, cum inde concludatur, ne Bethleemiticos quidem infantes honorem Canonizationis promeritos, cum nec ipsi martyrii aureolam sint consecuti; videtur tamen responsio omni plane robore destituta, si animus advertatur ad eam facti speciem, in qua Bethleemiticis infantibus vita adempta fuit, atque ad vetustissimam constantemque observantiam Ecclesiæ, quæ eosdem tanquam Martyres semper est venerata. Et profecto, absque eo quod necesse sit amplecti opinionem Armacani, martyrium Bethleemiticorum infantium ad solos circumcisos cohibentis; quod a cæteris communiter explodituri, uti videre est apud Valentiam in suo celebri Tractatu *de rebus Fidei cap. 4. de Baptismo Parvulorum §. Atque hoc;* rejectaque etiam superius allata, improbataque sententia aliorum, qui opinati sunt acceleratum fuisse Bethleemiticis infantibus rationis usum; quod aperte improbatur a D. Thoma 22. *quæst. 124. art. 1. ad primum;* replicari posse videtur, martyres esse Bethleemiticos infantes, & horum instar Martyres esse cæteros etiam, qui antequam iis affulgeat ratio, pro Christo intereunt; at cum illis faveat consensus atque doctrina Patrum, & perpetua Ecclesiæ traditio, his vero sola, licet ceteroquin spectabilis, Theologorum opinio, haud mirum videri debere, si primis aliquid amplius supra secundos tribuatur. Videatur Vasquez *in 3. part. D. Thomæ tom. 2. disput. 153. quæst. 68. cap. 7.* ubi, postquam firmaverat, Bethleemiticos esse verè Martyres, & Martyres quoque esse ceteros pueros pro Christo occisos, ita subdit: *Porro, quamvis non tam certum sit, quod diximus de aliis infantibus pro Christo occisis, quàm de illis, qui hac de causa ab Herode interfecti sunt, quia pro interfectis ab Herode, Ecclesiæ traditionem, & doctrinam Patrum pleniorem habemus; nihilominus indubitatum apud nos esse debet* (id tamen ita certum habendum, ut nisi definitioni Ecclesiæ, communi certe quidem Theologorum opinioni innitatur) *eamdem rationem esse de omnibus, qui post adventum Christi propter ipsum occisi sunt.*

Aliud discrimen profertur.

§. 28. Eoque magis, quia quæ nunc proponitur quæstio, non ea est, si res recte expendatur, an pueri post Christum natum ab ejus hostibus interempti canonizari possint; verum an id fieri expediat: his autem terminis conclusa quæstione, non magnopere adlaborandum, ut intelligatur quantum intercedat discriminis inter Bethleemiticos infantes, & ceteros omnes, qui post ipsos pro Christo intereunt.

sono le parole di S. Tomaso *in 4. sent. dist. 49. quæst. 5. art. 3. quæst. 2. Ad duodecimum.* E coerentemente a queste parole del Santo Dottore così prosiegue il Cardinale Capisucchi *nel luogo citato al §. 26. Cum aureola sit præmium a Deo beatis concessum intuitu egregiorum operum, quæ ipsi pro Deo in terris patrarunt, ac proinde sit præmium respondens operibus; evidens est, sanctos Innocentes, & alios Parvulos pro Christo ante usum rationis occisos, aureola non gaudere Martyrii.* E non avendo i Fanciulli, benchè Martiri, l'aureola del Martirio per la ragione poc'anzi accennata; ciò tal uno potrà esser adottato per sostenere, che, se ad essi nella Chiesa Militante può competere il culto della Beatificazione, non è ben fatto, che si ammettano all'altro della Canonizazione; annoverandosi fra i motivi di questa ancor quello, che le gesta del Canonizato servano di esempio ai fedeli in tutto il Mondo Cattolico, quali gesta mancano nel Fanciullo ammazzato per Cristo.

Perchè quest'ultimo motivo non osti agli infanti di Betleme.

§. 27. E quantunque possa tal uno rispondere, che l'argomento prova troppo, provando, che nemmeno gl'Infanti di Betlemme abbiano meritato l'onore della Canonizazione, non avendo nemmeno essi ottenuta l'aureola del Martirio; sembra però, che la risposta debba perdere tutta la sua forza, se si rifletta alla circostanza, in cui quelli di Betlemme perdettero la vita, ed all'uniforme ed antica divozione della Chiesa, che gli ha sempre venerati per Martiri. E senza investire le opinioni dell'Armacano, che restrinse il martirio de' Fanciulli Betlemitici a que' soli, che erano circoncisi, il che vien comunemente rigettato dagli altri, come può vedersi nel Valenza nel suo celebre Trattato *de rebus Fidei al cap. 4. de Baptismo Parvulorum §. Atque hoc*, e rigettando altresì l'opinione di sopra riferita, e confutata, d'altri che hanno creduto, essere stato accelerato ai Betlemitici l'uso della ragione, il che vien espressamente impugnato da San Tomaso 2. 2. *quæst. 124. art. 1. Ad primum*, sembra potersi replicare, essere Martiri i Fanciulli di Betlemme, essere a loro simiglianza Martiri anche gli altri, che avanti l'uso di ragione muojono per Cristo; ma che, avendo i primi in loro favore la tradizione e la dottrina de' Padri, e la continuata tradizione della Chiesa, ed avendo i secondi a loro favore la sola benchè rispettabile opinione de' Teologi, non dee recar maraviglia, se ai primi si dia qualche cosa di più, che non si dà ai secondi. Vedasi il Vasquez *in 3. part. D. Thomæ tom. 2. disput. 153. quæst. 68. cap. 7.* ove, dopo avere stabilito, che i Betlemitici sono veri Martiri, e che Martiri ancora sono gli altri Fanciulli ammazzati per Cristo, così soggiugne: *Porro, quamvis non tam certum sit, quod diximus de aliis Infantibus pro Christo occisis, quàm de illis, qui hac de causa ab Herode interfecti sunt, quia pro interfectis ab Herode Ecclesiæ traditionem, & doctrinam Patrum pleniorem habemus; nihilominus indubitatum apud nos esse debet* (intendendo però ciò di quella certezza, che se non ha per se la definizione della Chiesa, ha però la comune opinione de' Teologi,) *eamdem rationem esse de omnibus, qui post adventum Christi propter ipsum occisi sunt.*

Altra diversità cavata dallo stato della questione.

§. 28. Tanto più che la presente questione non è, rigorosamente parlando, se i Fanciulli, che dopo la venuta di Cristo sono ammazzati dai di lui nemici, possano canonizarsi, ma se sia espediente, che ciò si faccia: e, posto il quesito in questi termini, non vi vuol molto a comprendere la disuguaglianza, che passa fra gl'Infanti di Betlemme, e tutti gli altri, che muojono dopo di loro, e che perdono la vita per Cristo.

Commendatur iterum discussio dubii, an similes causas proponi expediat.

§. 29. Quæcumque hactenus persecuti sumus, videri quoque possunt *in Nostro lib. 1. de Canonizatione cap. 14. & lib. 3. cap. 15. num. 2. & seq.* Superest modo, ut expendantur omnia, ac cognoscatur, an deceat, ut causæ Beati Andreæ permittendus sit ad ulteriora progressus, an verò conducibilius sit, ut eum servet statum, quem nunc habet, quique idem plane est cum eo, in quo Causa Beati Simonis conquievit. Et quia impossibile haud est alias huic similes excitari instantias, sollicitudinis tuæ partes erunt, prudentisque consilii cæterorum, quos ipsi ad id designabimus, indicare, quæ ineunda ratio, cum se hujusmodi obtulerit casus, qui plerumque proponi consuevit, de puero aliquo majori hebdomada ab Hebræis in contumeliam Christi necato: tales namque sunt Beati Simonis & Andreæ, nec non bene multorum ex iis, quos Auctores commemorant, puerorum nenes. Videri enim cuiquam fortasse poterit, quoties placeret causis interemptorum hujusmodi infantium patere aditum, oportere, hasce neces fuisse clamosas, populo cognitas, ab omnibus damnatas, atque a magistratibus vindicatas; prætereaque etiam optimum esse, quandoquidem res est de martyribus *non voluntate & opere, sed solo opere*, signorum & miraculorum numerum definire, ac requirere majorem constituto ad formalem Canonizationem obtinendam. Litteras hasce Nostras, Apostolicam tibi, Dilecte Fili, Benedictionem impertientes, absolvimus.

Et si videatur, quibus illæ peculiaribus circumstantiis debeant esse instructæ.

Dat. 22. Februarii 1755. Pont. 15.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 22. Februarii 1755. Pontificatus Nostri Anno decimoquinto.

§. 29. Quanto sin ora abbiamo esposto, può anche vedersi *nel nostro lib. 1. de Canonizatione al cap. 14.* e *nel lib. 3. cap. 15. num. 2. e seg.* Resta ora, che il tutto si esamini, e si veda, se è conveniente, che si dia corso alla Causa del Beato Andrea; o se è meglio che si fermi nello stato, in cui è, che è per l'appunto quello stesso in cui si ritrova l'altra del Beato Simone. E perchè non è impossibile, che si risveglino altre simili istanze, sarà proprio della di lei diligenza, e del prudente consiglio degli altri, che da Noi saranno eletti, il suggerire il partito, che dovrà prendersi, quando succeda il caso, che per lo più suol essere di qualche Fanciullo ammazzato dagli Ebrei nella Settimana Santa in onta di Cristo, tali essendo gl'Infanticidj dei Beati Simone, ed Andrea, e d'una gran parte degli altri commemorati dagli Autori: potendo sembrare a tal uno, che, quando si volesse lasciar aperta la strada alle cause di questi Infanticidj, dovrebbero questi essere stati clamorosi, noti al popolo, maledetti da tutti, e vendicati dai Magistrati; e che anche fosse bene, giacchè si tratta di Martiri *non voluntate & opere, sed solo opere*, l'accrescere il numero de' segni e de' miracoli oltre il solito, per ottenere la formale Canonizazione. Terminiamo col darle l'Apostolica Benedizione.

S'insiste nuovamente per l'esame, se debbasi dar corso a simili cause.

Ed in caso d'affirmativa con quali circostanze debbano essere qualificate.

Data alli 22. di Febbr. 1755. del Pont. 15.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 22. Februarii 1755. Pontificatus Nostri Anno decimoquinto.

XLV.

Liber Gallice editus, inscriptusque: *Principes sur l'essence, la distinction, & les limites dec deux puissances spirituelle, & temporelle, Ouvrage posthume du Pére la Borde de l'Oratoire*, Decreto Congregationis Universalis Inquisitionis jam damnatus, iterata acriori censura proscribitur, & sub excommunicationis pœna, legi, aut retineri prohibetur.

Venerabilibus Fratribus, Primati, Archiepiscopis, & Episcopis Regni Poloniæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Pernicioſi opuſculum jam antea ab Univerſali Inquiſitione damnatum.

AD assiduas, quibus angimur, curas, ut excitata a nonnullis hujus sæculi Filiis inter Sacerdotium & Imperium diffidia compescantur, illud accessit sane permolestum, quod licet universalis nostræ Inquisitionis Decreto die 5. Augusti anni 1753. edito, confixum damnatumque fuerit Opusculum gallicè editum hoc titulo: *Principes sur l'essence, la distinction & les limites des deux puissances spirituelle, & temporelle, Ouvrage posthume du Pére la Borde de l'Oratoire*; rursus tamen idem Opusculum prodiisse, tam Gallico, quam Polonico idiomate impressum, lateque in Regionibus, ac Provinciis vestris per omnium manus pervagari nuper accepimus. Quod quidem vel ob solam ignorationem prælaudati Decreti contigisse arbitramur, vel quod satis explorata atque comperta Vobis non fuerint exitiosa ac perversa Dogmata, quæ in eo traduntur: alioquin dubitare vix possumus de Fraternitatum Vestrarum zelo, ac vigili studio, quo certe in Fidelium manus non incidisset, si oculos, judiciumque Vestrum antea subiisset.

Parvum, impiumque systema auctoris jam inde a Joanne XXII. proscriptum.

§. 1. Eò enim tendere, ac collimare videtis execrandi fœtus auctorem, ut collatam a Christo Domino & Salvatore nostro Ecclesiæ suæ potestatem, non solum dirigendi per consilia & suasiones, sed etiam jubendi per leges, ac devios, contumacesque exteriore judicio, & salubribus pœnis coercendi, atque cogendi, labefactet, convellat, & prorsus eliminet; Ecclesiasticum ministerium ita sæculari dominationi subjiciens, ut ad hanc spectare pronunciet, de externa omni ac sensibili gubernatione cognoscere ac judicare. Pravum ac pernicioſum systema, jampridem ab Apostolica Sede, præsertim vero a Johanne XXII. Prædecessore nostro, Constitutione incipiente: *Licet juxta doctrinam*, reprobatum, ac pro hæretico expresse damnatum, fallacibus ratiunculis, fucatis, atque ad Religionem compositis verbis, contortisque Scripturarum, ac Patrum testimoniis, impudens Scriptor obtrudit, quo simplicibus, & minus cautis facilius imponat. Rem tamen ipsam ad Religionis & Fidei regulas sedulo accurateque expendenti, facile occurrit principiorum falsitas, eorumque consecutionum absurditas; Auctoris demum a veritatis tramite longe aberrantis temeritas, qua propositiones obtrudit captiosas, & falsas, impias quoque & erroneas, alias damnatas, & hæreticas, Ecclesiæ vero maxime injuriosas, ejusque potestatis, jurium, & libertatis, quantum in ipsis est, prorsus everſivas.

Nova improbi libelli censura.

§. 2. Quapropter ne latius serpat, in Ecclesiæ animarumque perniciem, pravi dogmatis corruptela: Nos, quibus sanæ doctrinæ custodia, & Sacerdotalis auctoritatis propugnatio præcipue demandata est, pro sollicita, quam gerimus, Ecclesiarum omnium, & Christifidelium cura, Vos maxime, Venerabiles Fratres, monitos hortatosque volumus, ut procul ab ovibus Vestris exitialis hujusce doctrinæ pabulum arceatis. Quod ut nomine quoque Nostro præstare valeatis, supra descriptum Librum quocumque idiomate impressum, vulgatum, aut scriptum, sub enunciatis censuris rejicimus, reprobamus, damnamus, ejusque lectionem, retentionem, & usum, omnibus & singulis Christifidelibus, etiam specifica, & individua mentione dignis, sub pœna excommunicationis ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam, præter quam a Nobis, seu a Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium obtinere valeat, omnino interdicimus ac prohibemus. Volentes, & Apostolica auctoritate mandantes, ut quicumque Librum prædictum, aut ejus exemplaria, sive typis impressa, sive manu descripta, penes se aliqua habuerint, ea, statim ac præsentes litteræ eis innotuerint, teneantur tradere locorum Ordinariis, qui exemplaria sic tradita illico flammis aboleri curent.

Monitum ad Episcopos Regni Poloniæ.

§. 3. Vos itaque, Venerab. Fratres, conjunctis nobiscum studiis, Pastorali zelo, & Sacerdotali constantia, vigilate in custodiis vestris, ascendentes ex adverso, atque opponentes murum pro Domo Israel, adversus vaniloquos, & seductores, docentes quæ non oportet; qui constitutos a Deo civilis potestatis fines amplificare, ac transilire moliuntur, Ecclesiæ vero jura coarctare, imminuere, atque convellere student; & Divinis humana miscentes, Imperium & Sacerdotium seditiose committunt. Creditas vobis oves monete identidem, ut acquiescant sanis sermonibus Domini Nostri Jesu Christi, & ei, quæ secundum pietatem est, sanæ doctrinæ; non intendentes mandatis hominum avertentium se a veritate: reddant autem omnibus debita, quæ sunt Cæsaris Cæsari, quæ sunt Dei Deo. Interim Vobis, Venerabiles Fratres, ac universis Fidelibus regimini vestro subjectis, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Dat. 4. Martii 1755. Pont. an. 15.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die IV. Martii MDCCLV. Pontificatus Nostri Anno XV.

D. Cardinalis Passionens.

Olivetanæ Congregationis Privilegia a Prædecessoribus Pontificibus, & præsertim a Pio II. concessa confirmantur, & ampliantur; novumque superadditur, quo ejusdem Congregationis Abbatibus indulgetur, ut in die festo S. Franciscæ Romanæ, Pontificalibus in Missa, reliquisque Officiis intra Ecclesias Conventuales Regularis Observantiæ uti possint. XLVI.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium a munificentia S. Sedis in emeritos de Ecclesia Viros.

CUM semper Apostolicæ benignitatis, & munificentiæ Nostræ significationes in eos, qui sanctioribus Ordinum Regularium institutis addicti, uberes in vinea Domini virtutis, & honestatis afferunt fructus, libenter edidimus: tum verò eorum votis, ac precibus animum propensius intendimus, quum & petitiones æquitati consonas esse, & concessiones nostras ad augendam Dei gloriam, & Sanctorum cultum amplificandum opportunas fore conspicimus.

Indultis & privilegiis Congregationem Montis Oliveti decorarunt Prædecessores Pontifices.

§. 2. Sanè pro parte dilecti Filii Flaminii Gandini Abbatis, & Procuratoris Generalis Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Montis Oliveti nuncupatæ, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod aliàs nonnulli Romani Pontifices Prædecessores Nostri dictæ Congregationi diversa Privilegia, gratias, favores, & Indulta tum spiritualia, tum temporalia concesserunt, & præcipue felic. record. Pius Papa II. etiam Prædecessor Noster per suas Literas Apostolicas sub datum Petreoli Senensis Diœcesis Anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLXII. Tertio Nonas Octobris Pontificatus sui anno Quinto, inter alias gratias dictæ Congregationi concessas, illius Abbatibus, Visitatoribus, Prioribus, Personis, Monasteriis, Prioratibus, Locis, & Membris, quod ipsi omnibus aliis, & singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, indultis, & gratiis, Congregationi Sanctæ Justinæ Paduan. ejusdem Ordinis, ejusque Monasteriis, Prioratibus, Membris, ac Personis, & Bonis per prædictos Romanos Pontifices Prædecessores nostros, tunc suos, quomodolibet elargitis, sub certis modo, & forma tunc expressis, uti possent, & gaudere, ac si illa omnia, & singula primodictæ Congregationi specialiter, & expressè indulta fuissent, concessit pariter, & indulsit, prout in dictis Literis plenius continetur. Cum autem subinde, juxta temporum succedentium opportunitatem, aliæ concessiones, & gratiæ hujusmodi Congregationi Sanctæ Justinæ, Cassinensium quoque nuncupatæ, per alios Romanos Pontifices Prædecessores quoque Nostros, attributæ fuerint; pro parte dicti Flaminii Nobis fuit humiliter supplicatum, ut gratias easdem, favore suæ primodictæ Congregationis extendere, ac aliàs eamdem Congregationem, præcipuè ad augendum in illius Ecclesiis Divini Servitii cultum, aliqua beneficentiæ Nostræ prærogativa decorare, ut infra, dignaremur.

Et præsertim Pius II., qui privilegia Congregationi S. Justinæ Paduan. illò usque concessa eidem communicavit.

Confirmat primo Pontifex vetera indulta non revocata, usu recepta, nec Tridentino contraria.

§. 3. Nos igitur, firma spe, fiduciaque concepta, eamdem Congregationem, quo amplioribus gratiis, & favoribus ab Apostolica Sede cumulari pergat, eò majores pietatis, obedientiæ, & obsequii erga Nos, & eamdem Apostolicam Sedem, aliarumque virtutum, & scientiarum fructus edituram fore, hujusmodi supplicationibus annuere, & dicto Flaminio specialem gratiam

facere volentes, eumdemque Flaminium a quibuſvis excommunicationis &c. abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia & ſingula privilegia, gratias, immunitates, exemptiones, præeminentias, & indulta a prædictis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris ejuſdem primodictæ Congregationis Abbatibus, etiam Generali, Prioribus, & Monachis, necnon Monaſteriis, Prioratibus, Eccleſiis, Domibus, & Locis Regularibus conceſſa, & elargita, eorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro expreſſis, & inſertis habentes, dummodo tamen ſint in uſu, & non revocata, nec ſub aliqua revocatione comprehenſa, Conſtitutionibus quoque Apoſtolicis, & Concilii Tridentini Decretis non adverſentur, harum ſerie confirmamus, & approbamus, illiſque Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus.

Inde Pianas litteras ad gratias protendit poſt Pium ad hæc uſque tempora univerſo Ordini S. Benedicti, & præſertim Congregationi Caſſinenſi, & S. Juſtinæ conceſſas.

§. 4. Ac præterea eidem primodictæ Congregationi, illiuſque Abbatibus, Prioribus, & Monachis, necnon Monaſteriis, Prioratibus, Eccleſiis, Domibus, & Locis Regularibus quibuſcumque, ut ipſi, & ipſa, omnibus, & ſingulis privilegiis, gratiis, exemptionibus, immunitatibus, conceſſionibus, & indultis, aliis dicti Ordinis Sancti Benedicti, & præcipuè Congregationi Sanctæ Juſtinæ, ſeu Caſſinenſi prædictæ, earumque Abbatibus, Prioribus, & Monachis, necnon Monaſteriis, Prioratibus, Eccleſiis, Domibus, & Locis Regularibus, a Prædeceſſoribus Noſtris prædictis, ſignanter poſt præfatas dicti Pii Prædeceſſoris Literas, ſive communiter omnibus, ſive earum ſingulis non tamen ex peculiaribus cauſis, & titulis, in hunc uſque diem, ac etiam per Nos, conceſſis, & elargitis, ac quibus præfata Caſſinen., aliæque dicti Ordinis Congregationes legitimè utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pari modo uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeant, perindè acſi privilegia, gratiæ, exemptiones, immunitates, conceſſiones, & indulta hujuſmodi, Congregationi primodictæ, illiuſque Abbatibus, Prioribus, & Monachis, ac Monaſteriis, Prioratibus, & Eccleſiis, Domibus, & Locis prædictis directè, & non per medium communicationis hujuſmodi, conceſſa, & conceſſæ fuiſſent, auctoritate, & tenore præfatis concedimus, & indulgemus, ac privilegia, gratias, exemptiones, immunitates, conceſſiones, & indulta hujuſmodi ad Congregationem primodictam extendimus, & ampliamus.

Ob ſingularem univerſæ Congregationis devotionem erga S. Franciſcam Romanam.

§. 5. Porro attendentes eamdem Congregationem erga Sanctam Franciſcam Romanam nuncupatam, ſui olim, dum in humanis ageret, Inſtituti Oblatam, aliarumque ſimilium Oblatarum in Urbe Matrem, & Fundatricem, ſpecialis devotionis ſtudium ſemper profeſſam fuiſſe, & profiteri, illiuſque cultum per ipſius Congregationis Profeſſores, in Locis præcipuè, ubi Monaſteria ejuſdem Congregationis extant, propagatum fuiſſe, itaut in ſingulis ferè eorum Eccleſiis Altare aliquod Omnipotenti Deo in honorem dictæ Sanctæ dicatum reperiatur, ipſaque Congregatio, præter Beatum Bernardum Tholomei Fundatorem ſuum, dictam Sanctam Franciſcam in ſpecialem Protectricem agnoſcat; ad augendum dictæ Sanctæ Franciſcæ cultum, ac illius Feſti diei celebritatem, ut in ſingulis Eccleſiis Conventualibus primodictæ Congregationis Monaſteriorum, in quibus Clauſtralis vigeat obſervantia, dilecti Filii moderni, & pro tempore exiſtentes dictorum Monaſteriorum Abbates, die Feſto dictæ Sanctæ Franciſcæ, Miſſam ſolemnem, & Divina Officia, aſſiſtentibus ſibi uno ſaltem Diacono, & alio Subdiacono, alioque Pluviali induto, aliiſque Clericis, Pontificaliter, & more Epiſcoporum, præter tres alios dies, juxta Canonica Decreta præfinitos, ſervatis tamen aliàs, tam Literarum in forma Brevis Urbani VIII. incipien. *Exponi* ſub datum Romæ ſub Annulo Piſcatoris die v. Aprilis MDCXXIX. expeditis, quàm generalis Decreti Alexandri VII. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum die XXVII. Septembris MDCLIX. editi, reſpectivè forma, & diſpoſitione, & non aliàs, celebrare liberè, & licitè poſſint, & valeant, Apoſtolica auctoritate prædicta, harum quoque ſerie etiam concedimus, & indulgemus: Iiſdemque modernis, & pro tempore exiſtentibus primodictæ Congregationis Abbatibus plenam, & liberam poteſtatem, & auctoritatem deſuper impertimur.

Ut Sacra ipſi die in Clauſtralibus Eccleſiis Miſſam, divinaque Officia Abbates Pontificaliter celebrare poſſint, ſub certis modis indulget.

§. 6. Eoſdemque modernos, & pro tempore exiſtentes dictæ Congregationis Abbates, Monachos, & Perſonas ſuper præmiſſis, aut eorum aliquo, a quibuſvis Locorum Ordinariis, vel aliorum Ordinum, & Congregationum Abbatibus, aut aliis quibuſcumque, quavis auctoritate, & quovis prætextu, colore, vel ingenio, publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, moleſtari, inquietari, aut perturbari ullo unquam tempore nullatenus poſſe, neque debere: Præſentes quoque Literas de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis Noſtræ defectu minimè notari, nec ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis Diſpoſitionibus, per quaſcumque Regulas, & Conſtitutiones Apoſtolicas per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, etiam Motu proprio, ac aliàs ſub quibuſvis tenoribus, & formis pro tempore factis, & faciendis, & conceſſis, ac concedendis, comprehendi, ſed ſemper ab illis excipi, ac illas ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere: Sicque, & non aliàs per quoſcumque Judices, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictæ Sedis Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere decernimus; irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Firmantur ſuperius ſtatuta.

§. 7. Non obſtantibus prædictis Urbani Literis, & Alexandri Prædeceſſorum prædictorum Decretis in ea parte, qua præſentibus adverſantur, ac quibuſvis aliis Apoſtolicis, ſeu in Synodalibus, Provincialibus, Generalibuſque Conciliis editis, vel edendis, Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon primodictorum Ordinis, & Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis dicto Ordini, & Congregationi primodictæ, ac quibuſvis aliis Superioribus, & Perſonis in genere, vel in ſpecie, aut aliàs in contrarium præmiſſorum, quomodolibet forſan conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua mentio, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat latiſſimè, & pleniſſimè, ac ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Derogatur contrariis quibuſcumque.

§. 8. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam Noſtræ abſolutionis, confirmationis,

Sanctio pœnalis.

approbationis,

approbationis, conceſſionis, Indulti, extenſionis, ampliationis, decreti, & derogationis, infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. 1. Aprilis 1755. Pontif. ann. 15.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſeptingenteſimo quinquageſimo quinto, Kalendis Aprilis, Pontificatus Noſtri Anno Quintodecimo.

D. Card. Paſſioneus.

J. Card. Pro-Datar.

VISA

De Curia J. C. Boſchi.

L. Eugenius.

Loco † Plumbi.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

XLVII. Confirmatur Reſolutio Congregationis deputatæ ſuper correctione librorum Eccleſiæ Orientalis, ſuper abbreviatione Officii, & Miſſæ pro Monachis Ordinis S. Baſilii.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Ad debitum Deo cultum exhibendum, & canonicas horas recitari, & Sacrificium offerri quotidie voluit Eccleſia.

QUEM religionis ſenſum natura Nobis indidit, ut non ſolum laudemus, celebremus, & glorificemus jugiter Dominum omnium conditorem, propter quod rationales facti ſumus, & a brutis differimus; verum etiam ut oblationibus & ſacrificiis placemus Deum noſtrum, ac ſcelera noſtra expiemus; ad eumdem tam in veteri Teſtamento, quàm in Catholica JESU CHRISTI Eccleſia alendum, fovendum, adaugendumque in primis ſtudia omnia intenta fuerunt. Quoniam autem JESUS CHRISTUS verus Deus, veruſque homo, Mediator Dei & hominum, Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, ceſſante carnalium ſacrificiorum varietate, omnes differentias hoſtiarum una Corporis & Sanguinis ſui implet oblatione; &, quomodo adorare Patrem ſuum in ſpiritu & veritate, ipſumque orare & laudare docuit, exemplumque præbuit; Sancti Apoſtoli ab eo Magiſtro inſtructi, ac per ipſos Catholica Eccleſia Spiritu Sancto inſpirante edocta, & Officium Canonicarum Horarum, debita cum rituum, cæremoniarumque magnificentia, Deo quotidie perſolvendum digeſſit; & Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium, in quo nimirum Agnus Dei in odorem ſuavitatis Deo jugiter a Sacerdotibus immolatur, & panem de cœlo verum comedimus, cum ritibus pariter, cæremoniis, & precibus, quotidie in Eccleſiis peragendum mandavit. Utrumque vero Officium ſcilicet & Sacrificium, ut Omnipotenti Deo eſſet magis gratum & acceptabile, diverſæ, variæque, quoad ſacras preces, ritus, & cæremonias, initæ fuerunt rationes, juxta diverſas, variaſque nationes, & religioſorum hominum Ordines, atque Inſtituta tum Occidentalis, tum Orientalis Eccleſiæ, quæ ſecundum acceptum a majoribus cujuſque morem & conſuetudinem, etſi pro temporum vicibus aliquando variatam, in unitate tamen Catholicæ Fidei, doctrinæque perſtantem, quamplurima pro libito & pietate addere ſtuduerunt. Apoſtolica autem hæc Sancta Romana Sedes nihil habuit antiquius, nihil curavit impenſius, quàm ut cum de utroque nempe Officio & Sacrificio ab ipſa aliquid exquiſitum fuit, quoad fieri poſſet, brevitati ac ſinceræ pietati, ſervatis ſervandis, conſuleretur; ne quamplurimi ex Chriſtifidelibus, ſive recitantibus, ſive celebrantibus, ſive audientibus Officium, vel Miſſam infirmiores, tum propter prolixitatem, tum propter linguæ ignorationem tædio affecti, quam inde percipere ſolebant, Spiritus pinguedinem & ſuavitatem averſari inciperent.

In variis diverſarum gentium cæremoniis eadem ſemper unitas fidei.

Eccleſia Romana humanæ fragilitati parcens, ſemper ſtuduit brevitati.

Preces Procuratoris Generalis Ordinis S. Baſilii, ut brevior Miſſa, & Officium pro ſua Congregatione redderetur.

§. 2. Porro cum Dilectus Filius Auguſtinus Sciommari Monachus & Abbas Ordinis Sancti Baſilii, ejuſque modernus in hac Alma Urbe noſtra Procurator Generalis, nomine totius ſuæ Congregationis, Nobis ſupplices preces humiliter porrigendas fecerit, ut dignaremur abbreviare Miſſam & Officium Divinum, pro quibus recitandis, ac celebrandis adeo longum tempus inſumendum eſt, ut id vix ob humanam infirmitatem ſine tædio aliquo peragi poſſit, & modicum eis temporis ſpatium ſupereſt, quo operam ſacrarum literarum ſtudiis dare valeant: Nos ſanè preces hujuſmodi remiſimus ad Dilectum Filium noſtrum Fortunatum Tituli Sancti Calixti Presbyterum S. R. E. Cardinalem Tamburinum nuncupatum, Congregationi Particulari ſuper correctione Librorum Eccleſiæ Orientalis deputatæ Præfectum, ut eas eidem Congregationi expendendas, atque examinandas proponeret.

Reſcriptum Congregationis deputatæ ſuper correctione Librorum Eccleſiæ Orientalis, cui fuerunt remiſſæ preces, quoad abbreviationem Officii.

§. 3. Itaque dicta Congregatio habita die VII. Maii, & XIII. Auguſti MDCCLII. reſcripſit, indulgeri poſſe, ut abbreviatio Officii feralis extra Quadrageſimam fiat juxta modum infra deſignatum, nempe quoad abbreviationem Matutini diebus ferialibus, præter Quadrageſimam, retineatur integrum Cathiſma: Omittatur Exapſalmon, ſed quotidie unus ex Pſalmis in eo comprehenſis ex ordine recitetur. Die autem Dominico integrum Exapſalmon dicatur, & quatuor Pſalmi, qui notantur in Horologio Baſilianorum pagina 42. Aliis vero diebus non ferialibus ſervetur Typicus ſolitus uſque ad primum Canonem excluſivè: Canon Sancti ad Triodium redigatur, nempe prima, octava, & nona Ode recitetur: Poſtea dicatur Canon Feriæ, ſed tria tantum Troparia ſingularum Odarum, ſcilicet primum, quod ad Feriam; alterum quod ad Sanctos Martyres; ultimum quod ad Beatam Virginem pertinet: Poſt tertiam Odem, ſolitæ Cathiſmæ, ſeu Antiphonæ: Poſt ſextam, conſuetum Conthacion, ſeu Icon; deinde Synaxarium Sancti: Poſt octavam Odem Pſalmus *Magnificat*, & ſolita Exapoſtillaria, & reliqua juxta Typicum. Quoad abbreviationem Veſperarum, ex ſex Antiphonis, ſeu Stichis, quatuor tantum dicantur; deinde: *Gloria*, & hymnus: *Lumen hilare*, verſiculi; & prophetiæ, aut lectiones e Scriptura, quando occurrunt: Poſt Orationem: *Dignare*, omittantur Antiphonæ: Deinde dicatur Pſalmus: *Nunc dimittis*: reliqua autem omnia, de quibus nihil adnotatur, juxta ſolitum. Quoad abbreviationem Completorii: Canon redigatur ad Triodium, & in ejus recitatione intermiſceantur de more Oratio Dominica, Antiphona, & Synaxarium, quando oportet: Deinde Pſalmus: *Magnificat*, & reliqua omnia de more, ut in Horologio.

Alterum ejuſdem Congregationis reſcriptum quoad abbreviationem Miſſæ privatæ.

§. 4. Poſtea tractatum eſt de abbreviatione Miſſæ privatæ, & eadem Congregatio cenſuit permitti poſſe in hunc modum -- Facta præparatione materiæ de more in Altari, cum ſolitis Orationibus, Miſſa privata incipiatur a verbis illis. *Ευλογημένη ἡ βασιλεία &c. Benedictum Regnum &c.* cætera, quæ præcedunt, recitentur a Sacerdote, vel in Sacrario, vel dum pergit ad Altare. Magnam Synaptim, ſeu Collectam eſſe retinendam. Retineantur quoque Orationes primi, ſecundi, & tertii Antiphoni, una cum exclamationibus, & cum ipſis Antiphonis. Minor autem

Collecta, seu Pacifica, quæ incipiunt: Ἔτι καὶ ἔτι &c. *etiam atque etiam in pace*, omittantur. Oratio ingressus Evangelii omittatur. Retinendum Trisagium cum Oratione. Supplicatio, quæ incipit; Εἰπωμεν πάντες &c. *Dicamus omnes &c.* retinenda; sed eo modo, quo sequitur, nempe omissis, quæ leguntur post verba illa: Κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου δέομεθά σου ἐπάκουσον καὶ ἐλέησον: *Secundum magnam misericordiam tuam exaudi & miserere* usque ad Orationem extensæ supplicationis, quæ incipit: Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν &c. *Domine Deus noster &c.* Deinde omittantur, quæ sequuntur post verba illa: Πλῆσον ἔλεος, *Divitem misericordiam* usque ad exclamationem: Ὅτι ἐλεήμων &c. *Quoniam misericors &c.* Preces atque Oratio pro Catechumenis omittantur. Hymnus Cherubicus cum Oratione retineatur. Oratio Κύριε ὁ Θεὸς &c. *Domine Deus Omnipotens*, retineatur, omissis verbis, quæ sequuntur: τῇ σῇ χάριτι &c. *gratia tua*, usque ad διὰ τῶν οἰκτιρμῶν, *per miserationes &c.* Symbolum quotidie more Græcorum recitandum, exceptis Missis, ut vocant, pro Defunctis. Troparia, seu Theotocion in fine Missæ omittantur. Reliqua omnia retineantur.

Nonnullæ peculiares abbreviationes quoad Officium Quadragesimæ.

§. 5. Demum in Congregatione diei 16. Septembris 1753. inter cætera propositum est: An Patribus Basilianis indulgendum sit, ut in Officio Quadragesimæ omittant Cathisma Psalterii ad horam tertiam, & ad horam nonam? Et insuper, ut magnum Completorium in Quadragesima uno tantum die cujusque hebdomadæ in suis Ecclesiis dicant, aliis vero diebus omittant, dicantque solum parvum Completorium? Et rescribere placuit: Quoad primam partem, omitti posse Cathisma ad horam nonam tantum, dummodo recitatio integri Psalterii in tota hebdomada compleatur: Quoad secundam partem, magnum Completorium retineatur feria secunda, & quarta. Hæc tamen & alia in superioribus Congregationibus definita pro Patribus Basilianis, intelligantur Monasterium Medijuffi non comprehendere, cui suos veteres ritus, mores, atque instituta in fundatione præscripta, juxta Apostolicas Constitutiones, retinere, ac servare præcipitur.

Monasterium Medijuffi his definitionibus non comprehenditur.

§. 6. Facta autem Nobis per Dilectum Filium Magistrum Nicolaum Antonellum in utraque Signatura nostra Referendarium Prælatum nostrum Domesticum & dictæ Congregationis Particularis Secretarium hujusmodi relatione, mandavimus, ut recitatio Cathismatum Psalterii singulis diebus ferialibus extra tempus Quadragesimæ facienda ita aptetur, ac distribuatur, ut saltem in duabus hebdomadis integrum integrum Psalterium recitetur: Quoad abbreviationem verò Missæ, ut Symbolum in omnibus Missis, etiam in iis, quas ipsi pro Defunctis vocant, more Græcorum recitetur. Cætera verò benignè approbavimus die 24. Augusti elapso anno 1754.

Pontifex, quibusdam immutatis, in reliquis approbat sententiam Congregationis.

§. 7. Verum ut præinserta omnia firmius subsistant, ac serventur exactius; Nos, qui memoratum Ordinem Sancti Basilii, & potissimum Congregationem sub ejusdem Sancti Basilii auspiciis & Ordine militantem, & in Occidentali Catholica Ecclesia religiosis virtutibus, eximiis Orthodoxarum adversus schismaticos doctrinarum, disciplinarumque studiis, & exemplis florentem, plurimi facimus, magnoque in honore, ac pretio habemus, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, omnia & singula præinserta approbamus & confirmamus, illaque perpetuo Apostolicæ firmitatis robore munimus, atque insimul auctoritate & tenore paribus mandamus omnibus & singulis Superioribus Generalibus, Provincialibus, Prioribus, ac Monachis dictæ Congregationis & Ordinis, in virtute sanctæ obedientiæ, ut deinceps, prout præmittitur, & non aliter, ipsi servent, & ab aliis sibi subditis servari faciant & curent & præcipiant; salva tamen semper in præmissis ejusdem Congregationis Particularis super correctione Librorum Orientalium deputatæ auctoritate.

Apostolicæ auctoritatis robur adjicitur.

§. 8. Decernentes, præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, semper firma, valida, & efficacia existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac Monachis sæpe memorati Ordinis & Congregationis in omnibus & per omnia pleniſſime suffragari, & ita ab eis respective inviolabiliter observari debere; sicque, & non aliter, in præmissis, per quoscumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales & eorumdem Cardinalium Congregationes, nec non Apostolicæ Sedis Nuncios, & quosvis alios quacumque præeminentia & potestate fungentes & functuros, judicari & definiri debere, ac irritum & inane, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus, dictique Ordinis & Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, & quibuscumque aliis Decretis in genere, vel in specie, aut aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus pro hac vice tantum, ad præmissorum effectum, derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Clausulæ cum derogatione contrariis.

§. 9. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu Abbatis Generalis, vel Generalis Procuratoris pro tempore existentium subscriptis, & sigillo ejusdem Ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Fides transumptis habenda.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die XVII. Maji MDCCLV. Pontificatus Nostri Anno Decimoquinto.

Dat. 17. Maji 1755. Pont. XV.

Cajetanus Amatus.

XLVIII.

Epistola Sanctissimi Domini Nostri Benedicti Papæ XIV. ad Reverendissimum Dominum Vincentium Card. Malvetium Bononiensem Archiepiscopum, de S. Philocali Martyris Corpore.

Dilecto Filio Nostro Cardinali Vincentio Malvetio Bononiæ Archiepiscopo.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Noster, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Sororis Imeldæ de Lambertinis pia vota pro alicujus Sancti Corpore obtinendo, collocandoque in interiore Monasterii Ecclesia.

SOROR Imelda de Lambertinis Monialis Professa in isto S. Mariæ Novæ Monasterio, utpote Filia Nostri quondam Fratris Joannis Lambertini Senatoris, Nostra etiam Neptis est secundum carnem ut Pontificio dicendi genere utamur. Ea cum a Nobis, ex religioso animi studio postulasset, ut alicujus Sancti Corpore in interiori Monasterii sui Ecclesia collocando donaretur, haudquaquam respondimus perinde, ut quo ex Prædecessoribus Nostris Gregorius IV., & Clemens itidem IV. responderunt, se videlicet non habere, unde piis hujusmodi precibus satisfaceret. Tunc enim Romæ non omnia sacra Cœmeteria fuerant detecta, quæ deinceps alia aliis temporibus detecta sunt; quemadmodum Ipsi Nos post celeberrimum Virum Joannem Mabillonium animadvertimus in Nostro Opere *de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 27. num. 11. & 12.* Sed cum feliciter accidisset, ut nonnullæ apud Custodes haberentur insignes Reliquiæ, nonnullaque Sanctorum Corpora ex Cœmeteriis, seu Catacumbis prædictis eruta, unum selegimus quod in Urna sacra sigillis clausa honorifice, ut par est, reconditum, & non sine multa diligentia custoditum, Bononiam transmitti jussimus, ut in prædicta Ecclesia decenter reponeretur; quam quidem Urnam ad hunc finem in tuas manus prius deferendam curavimus, ut tu eam postquam receperis, ad præfatum Monasterium mittas cum debita veneratione; simulque præesse velis, quando eadem in loco sibi destinato collocabitur. Cultus enim sacrarum Reliquiarum una est ex Pastoralibus curis, quas Sacra Tridentina Synodus Episcoporum solertiæ vult esse commendatas. Cum tu cætera Pastoralis officii munera diligentissime adimpleas, id quod Nobis est maximæ causa lætitiæ, non dubitamus, quin idem facturus sis in hac quoque re, quam nunc tuæ fidelitati committimus. Ut autem ea, quæ de hoc Sancto Corpore sciri potuerunt, omnia comperta habeas, ne tibi grave sit legendo percurrere, quas contigit Nobis in hoc argumento sive conjecturis, sive librorum studio notitias coadunare.

Uno Bononiam transmisso ad Cardinalem Archiepiscopū, eidem pro eo collocando cura demandatur.

Cœmeterium, ex quo illud erutum fuit.

§. 2. Sanctum Corpus, quod isthuc transmittimus, erutum fuit ex antiquo Pontiani Cœmeterio foris Portuensem Portam quingentis circiter passibus procul ab Urbe, quod alio nomine appellatur nunc Cœmeterium *SS. Abdon, & Sennen*, nunc vero etiam *ad Ursum Pileatum* propter quamdam Ursi Statuam ibidem olim erectam. De hujus porro Cœmeterii sive antiquitate, sive religioso cultu, agunt satis superque tum celebris vir Paulus Aringhius *in sua Roma subterranea Tom 1. lib. 2. cap. 19.*, tum diligentissimus Canonicus Marcus Antonius Boldettus in suo Opere, cui titulus: *Osservazioni sopra i Cimiterj de' SS. Martiri, e d' altri Antichi Cristiani, Tom. 2. pag. 540.* Cum autem sacrum Corpus, de quo fermo est, repertum sit cum Vase sanguine respersō, nihil certius desiderari potest, ut, juxta rigidioris Criticæ leges vel severissimas, tuto

Vas Sanguine respersum una simul repertum, ex quo indubia martyrii nota.

affir-

Lettera della Santita' di Nostro Signore Benedetto Papa XIV. al Signor Cardinal Vincenzo Malvezzi Arcivescovo di Bologna, sopra il Corpo di San Filocalo Martire.

Dilecto Filio Nostro Cardinali Vincentio Malvetio Bononiæ Archiepiscopo.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Noster, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Pio desiderio di Suor Imelda Lambertini di ottenere un Corpo Santo; affin di situarlo nella interior Chiesa del suo Monastero.

LA Madre Suor Imelda Lambertini Monaca Professa in codesto Monastero di Santa Maria Nuova, come figlia del fu Senatore Giovanni Lambertini Nostro Fratello, e Nostra Nipote *secundum carnem*, usando il linguaggio Pontificio. Avendoci essa fatta una divota premura per avere un Corpo Santo da collocare nella Chiesa interiore del suo Monastero, non le abbiamo risposto, come risposero i due Nostri Predecessori Gregorio IV., e Clemente IV., che non avevano il modo di compiacere simili richieste; imperocchè nel tempo loro non erano scoperti tutti i Sacri Cimiterj, o siano Catacombe, che dipoi si sono andate scoprendo; come dopo il celebre Padre Mabillon, è stato da Noi osservato nella Nostra Opera *de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 27. num. 11. e 12.* Ma essendosi per buona sorte ritrovate appresso i Custodi alcune insigni Reliquie, ed alcuni Corpi estratti dai Luoghi predetti, ne abbiamo scelto uno, che abbiamo fatto rinchiudere in una Sacra Urna, che mandiamo ben custodita a Bologna, acciò sia decentemente collocata nella predetta Chiesa. L'indrizziamo a Lei, acciò abbia la bontà di riceverla, e di trasmetterla colla dovuta decenza al Monastero, pregandola anche ad assistere alla collocazione della stessa nel luogo, che sarà preparato, essendo la decente collocazione delle Reliquie una parte delle Pastorali sollecitudini imposta dal sacro Concilio di Trento al Vescovo. Siamo sicuri, che adempiendo Ella con tanta esattezza le altre cure Pastorali, il che è di una nostra grandissima consolazione, non lascierà di fare lo stesso in quella, che ora le commettiamo. Ed acciò non le manchi veruna notizia di quanto appartiene al Corpo Santo, che trasmettiamo, avrà la sofferenza di leggere quanto in questo proposito abbiamo potuto considerare, e radunare.

Trasmessone uno a Bologna da Sua Santità al Cardinale Arcivescovo, al medesimo s' ingiunge la cura di collocarlo.

§. 33. In premio del loro servigio, e della residenza, che dovranno fare i suddetti Consultori, per trovarsi pronti ad ogni occorrenza del Tribunale, avrà ciascheduno di essi, oltre l'acquisto delle Indulgenze, e grazie spirituali, il Privilegio della delazione dell'Armi non proibite dalle suddette Costituzioni Apostoliche, purchè però non siano Regolari; anzi di più i Consultori suddetti potranno comunicare il medesimo privilegio della delazione delle Armi anche ad un loro attuale Servitore, nella maniera, che si dirà in appresso, purchè non sia Bottegajo, nè Mercante, e purchè non sia Parente di quel Consultore, che lo nomina. All'incontro i Consultori Regolari, ai quali non conviene nè avere per se, nè communicare ad altri il Privilegio di portar Armi, avranno in luogo di questo un'altro Privilegio, cioè, che non potranno essere rimossi da' loro Superiori dal Convento di quel luogo, ove devono servire al S. Officio, senza giusta causa, e senza saputa, e consenso di detta Nostra Congregazione; ben inteso però, che in ogni altra cosa, che riguardi alla disciplina Regolare, debbano come ogni altro obbedire al proprio Superiore.

Delazione dell'Armi.

Consultori Regolari.

Altri Famigliari e semplici Patentati.

§. 34. In quelle Inquisizioni, ove per lunga e inveterata consuetudine gl' Inquisitori locali sono in possesso di nominare, oltre i suddetti Consultori, altri Familiari del S. Officio, coll' acquisto delle Indulgenze, e colle facoltà di portar Armi, come per esempio, il Bargello, il Custode delle Carceri, il Provveditore de' Carcerati, e simili, permettiamo, che ancora in avvenire possano eleggerli, e deputarli, purchè la nomina, ed elezione di tali persone sia letta, ed approvata, come sopra, da detta Congregazione. Incaricando Noi alla medesima Congregazione di avvertire coll' usata diligenza, che non siano persone discole, o rissose; che siano di qualità e condizione, proporzionate all' impiego, a cui sono nominate; e che il numero di esse non ecceda il puro e preciso bisogno.

§. 35. Fuori del suddetto Privilegio delle Armi, non potranno i Consultori, o altri Familiari, arrogarsi, o pretendere verun altro di quei Privilegj, che competono, come sopra, ai soli Patentati privilegiati; e perciò non potranno pretendere di esser esenti dai pesi reali, o personali delle respettive Comunità, qualora tal esenzione non gli competa per essere Ecclesiastici, o per altro titolo legittimo; e molto meno potranno pretendere il Privilegio del Foro del S. Officio, se pure non sia stato ad alcuno di essi specialmente conceduto da detta Nostra Congregazione per titolo oneroso, come in fatti è stato giustamente ad alcuni pochi conceduto; ma non essendo, che semplici Patentati, resteranno, come prima, sogetti tanto in Civile, che in Criminale, al Foro e Giurisdizione dei loro Giudici ordinarj e competenti, per qualunque sia causa, o delitto, anche di delazione, o ritenzione d'Armi proibite in dette Apostoliche Costituzioni; volendo Noi, che ancor questo delitto appartenga ai Giudici ordinarj, quando si tratta di Patentati del S. Officio, che, secondo la presente Costituzione, non godono il Privilegio del Foro.

Patentati semplici dell' Inquisizione di Ancona.

§. 36. Ma perche nell'Inquisizione *di Ancona* è stato solito da tempo antichissimo, e si osserva tuttavia pacificamente, che anche i Consultori, ed altri suddetti Familiari, benchè semplici Patentati, godono il Privilegio del Foro del S. Officio; Vogliamo perciò, che tale consuetudine della Inquisizione di Ancona, quale sappiamo esser stata più volte da detta Congregazione, ed anche da Noi stessi ammessa ed approvata, debba osservarsi ancora per lo avvenire; e così parimente debba osservarsi, quando vi sia in alcun' altra Inquisizione del Nostro Stato Ecclesiastico, purchè però sia pacifica, ed antica è purchè in passato sia stata ammessa, ed approvata dalla Congregazione dei Cardinali Inquisitori, o da Noi, e da' Nostri Predecessori, come quella di Ancona; altrimenti non debba attenderfi in conto veruno; e di più con espressa dichiarazione, che una tal consuetudine non suffraghi neppure per la Inquisizione di Ancona, che pel solo Privilegio del Foro, e non mai per l'altro dell'esenzione da' pesi Comunitativi; e che il detto Privilegio del Foro si osservi, e si regoli colle stesse regole, e modificazioni, colle quali abbiamo poc'anzi dichiarato, che debbono goderlo i Patentati privilegiati.

Registro delle Patenti.

§. 37. Ad effetto poi di evitare qualsivoglia confusione, vogliamo, che ciascheduna Patente, o sia privilegiata, o semplice, tanto per la suddetta Inquisizione di Ancona, quanto per ogni altra Inquisizione, compresi ancor quelle dei Servitori de' Consultori, prima di consegnarsi al Patentato, sia registrata negli atti della Cancellaria di questa Nostra Universale Inquisizione, e che niuna di esse abbia alcuna forza e valore, se in calce, o a tergo non apparirà la fede del suo registro, colla specifica espressione dell' Uffizio dell' Inquisizione o Vicariato, per cui dee servire, come per esempio -- *Patente privilegiata d' Inquisitore, (di Fiscale, e simili), per l' Inquisizione di Fermo -- Patente privilegiata di Vicario, (Notajo, e simili) pel Vicariato del tale e tal luogo nella Inquisizione di Fermo -- Patente semplice di Consultore, (di Custode delle Carceri, e simili) per la tale, o tale Inquisizione.*

Abolizione de Viglietti.

§. 38. E perchè ci è noto, che alcuni, in vece di lettere Patenti, hanno conceduto semplici Viglietti di Famigliarità del S. Officio, nel numero e qualità de' quali si potrebbe più facilmente fraudare la Nostra volontà, e risoluta intenzione: perciò annullando, e dichiarando irriti, cassi, e nulli tutti e singoli Viglietti di Famigliarità, che sono stati dati fin' ora, o che in avvenire si dassero, eziandio a' proprj Servitori, tanto dagl' Inquisitori locali, quanto anche da ogni altro Uffiziale, o Ministro del S. Officio, maggiore o minore di detti Inquisitori: ordiniamo e comandiamo agli Esecutori di qualunque sia Corte Ecclesiastica, o Laicale, che essendo loro esibiti somiglianti semplici Viglietti, non solo non debbano attenderli, ma anzi debbano toglierli dalle mani di coloro, che avranno avuto l' ardimento di esibirli, e che debbano mandarsi immediatamente a questa Nostra universale Inquisizione, ad effetto che da essa vengano debitamente mortificati quelli, che li avranno conceduti.

Moderazione del numero de' Vicariati.

§. 39. Incarichiamo finalmente alla detta Nostra Congregazione dei Cardinali Generali Inquisitori, e al moderno Nostro Assessore, di proseguire incessantemente con quello stesso zelo, con cui hanno già incominciato, l'opera utilissima di ridurre il numero dei Vicariati, con sopprimere quelli, che l' esperimento del tempo passato ha fatto conoscere non esser necessarj; Ed esaminando lo stato, ed il bisogno di ciascheduna Inquisizione locale, di fissare una volta per sempre il numero dei Consultori, e degli altri semplici Familiari, secondo l' esigenza di quella tale Inquisizione, ad effetto di tenerne a perpetua memoria un' Elenco ben distinto, ed ordinato, nella Cancellaria di questa Nostra Universale Inquisizione; giacchè è stato più volte riconosciuto dalla medesima Congregazione, che il sovverchio numero o di dette Vicarie, o di detti semplici Patentati, in vece di giovare al buon servigio della S. Inquisizione, reca piuttosto discredito, e detrimento.

E de' Consultori, e Familiari.

§. 40. Tutto ciò, che abbiamo fin quì determinato, appartiene alle Inquisizioni particolari costituite in diverse parti del nostro Stato Ecclesiastico fuori di Roma. Per questa di Roma, che stà sotto gli occhi nostri, e dei Cardinali Generali Inquisitori, come pure per gli Uffiziali, Ministri, ed Inservienti al Tribunale della medesima dentro la Città, e suoi Contorni, non abbiamo cosa da insinuare, o provvedere, oltre quello, che è stato saviamente provveduto, e si provvede opportunamente alle occorrenze da essi Cardinali Inquisitori, tanto rispetto alla loro deputazione, quanto rispetto ai loro Privilegj. Onde ci resta solamente a spiegare la nostra volontà in rapporto alla Tenuta di Conca, e suoi Affittuarj.

Tenuta di Conca e suoi privilegj.

§. 41. La Tenuta di Conca posta nell'Agro Romano fu dismembrata dal Patrimonio della Camera Apostolica dal nostro Santo Predecessore Pio V., e con tutti e singoli suoi membri, annessi,

e pertinenze, unita in perpetuo, incorporata, ed assegnata alla Pia Casa di questa Santa Universale Inquisizione, per supplire colle rendite della medesima alle spese necessarie, e indispensabili, che fino a quel tempo facevansi dalla nostra Camera Apostolica, dei Ministri, ed Uffiziali, delle Carceri, e dei Carcerati, ed alle altre, che occorrono alla giornata. Non pertanto però la suddetta Tenuta ha lasciato di essere come prima Tenuta propria di questa nostra Santa Sede; E perciò, siccome i beni, che in qualunque altro luogo possedono le Inquisizioni particolari, sono beni proprj della Sede Apostolica, e perciò in tutto e per tutto esenti da qualunque gravezza, tanto ordinaria, che straordinaria, eziandio dalle Decime Papali, imposte, e da imporsi: Così anche per la stessa ragione gode, e dee godere della medesima totale esenzione la detta Tenuta di Conca, per qualunque sorta di frutti tanto naturali, che industriali, ivi nati, e raccolti, come pure per qualunque sorta di bestiame, che sia istrumento veramente necessario di essa Tenuta, cioè, quel bestiame, senza il quale non potrebbe la Pia Casa o Affittuario ricavare i frutti, che si producono nella medesima, e gli utili delle sue Ferriere: e finalmente per le Grascie, e Comestibili, che s'introducono nella Dispensa, e si consumano dalli Inservienti, ed Operarj in essa Tenuta, e Ferriere; E questa stessa totale esenzione ancor Noi in forma ampliffima approviamo in perpetuo, e confermiamo.

§. 42. Anzi per maggior fermezza della medesima, siccome i nostri Predecessori, e Noi stessi, quante volte è insorta sopra detta esenzione alcuna dubiezza tra la nostra Camera Apostolica, e la detta Pia Casa, abbiamo voluto giudicarne nella Congregazione, che si tiene il Giovedì di ciascuna settimana: Così parimente riserviamo a Noi stessi, ed alli nostri Successori, la cognizione e decisione di tali controversie nella medesima Congregazione del Giovedì, quando mai ne insorgessero in avvenire, o fossero di già insorte e pendenti: E dello stesso Privilegio vogliamo, che godano tutte le altre Inquisizioni particolari, quante volte nasca alcuna lite circa l'esenzione dei beni alle medesime appartenenti, siccome di fatti ne hanno sempre goduto in passato.

§. 43. A contemplazione della medesima Tenuta, gli Affittuarj di essa sono in possesso di godere da tempo antichissimo, non solo per le loro proprie persone, ma ancora per un congruo numero di altre persone, che sono necessarie alla coltivazione, e servigio della medesima Tenuta, e sue Ferriere, di due privilegj, cioè di quello di portar armi non proibite dalle suddette Costituzioni Apostoliche, e dell'altro del Foro del S. Officio, tanto in Civile, che in Criminale: Onde Noi ancora in virtù della presente lodiamo, approviamo, e confermiamo quest'antica, e ben giusta consuetudine altre volte approvata e confermata dal nostro Predecessore Clemente VIII., ma però colle seguenti dichiarazioni, cioè:

§. 44. Primieramente che gl'Inservienti a detta Tenuta non siano riputati per tali, nè godano alcuno di detti due privilegj, se non dopo che saranno stati nominati secondo il solito dagli Affittuarj al Padre Commissario, e che il Padre Commissario gliene avrà spedite le Lettere Patenti sottoscritte di sua mano, e registrate negli Atti di questa Cancellaria: Volendo Noi, che i semplici viglietti, o degli Affittuarj, o del Padre Commissario, o di altro qualunque sia Uffiziale del S. Officio, non abbiano alcun effetto o valore, anzi possano dagli Esecutori di qualsivoglia Curia impunemente disprezzarsi, col solo peso di consegnarli a Monsignor Assessore, ad effetto di riferirli in piena Congregazione, per punire, e mortificare quelli, che si saranno presi l'arbitrio di concederli contro questa nostra determinata volontà; Anziche neppure le stesse Patenti sottoscritte dal Padre Commissario vogliamo, che siano di alcun valore, se non avranno in calce, o a tergo, la fede, e nota del loro Registro.

§. 45. Inoltre vogliamo, che li Patentati di Conca, compresi le persone degli stessi Affittuarj, e dei loro Servitori, non eccedano in tutti il numero già stabilito dalla detta Congregazione, di cento cinquanta; e che non debbano godere di alcuno di detti privilegj, se non che durante il loro servigio. Perche poi coloro, che partono, o sono licenziati dal servigio, non siano in ciò cagione di disordine, e di fraude, ordiniamo al Padre Commissario di non sottoscrivere le nuove Patenti in favore di quelli, che subentreranno al servigio a nomina degli Affittuarj, e respettivamente al Cancelliero, di non registrarle, se non gli saranno state riportate le vecchie Patenti già concedute a coloro, che non servono più alla Tenuta: Lodando Noi, che per maggior cautela, Monsignor Assessore *pro tempore* tenga nota a parte de' suddetti Affittuarj, e Patentati di Conca, e che ne faccia relazione ogni anno nella prima, o seconda Congregazione di Gennaro, che suol tenersi alla Minerva, siccome per decreto di essa Congregazione, e con nostro particolare gradimento, ha incominciato a fare il moderno Monsignore Assessore.

§. 46. Quanto poi al Privilegio del Foro del S. Officio, vogliamo bensì, che i suddetti Inservienti, e Patentati di Conca debbano goderne, tanto nelle Cause Civili, quanto nelle Cause Criminali; ma però debbano goderne, nello stesso modo, e forma, ed in quei soli casi, ne' quali lo godono i Patentati Privilegiati nelle Inquisizioni particolari fuori di Roma; e che all'opposto in tutti e singoli altri casi, ne' quali abbiamo di sopra dichiarato, che non debbano goderne i Patentati Privilegiati di dette Inquisizioni particolari, e non esser luogo alla riassunzione delle loro Cause, vogliamo similmente, e dichiariamo, che non debbano goderle, nè possano riassumersi le Cause dei Patentati di Conca.

§. 47. Per ultimo, inerendo agli Editti provvidamente pubblicati da detta nostra Congregazione dei Cardinali Generali Inquisitori nell'anno 1703., nel 1728., nel 1743., e nel 1754., dichiariamo e decretiamo, che a niuno di detti Patentati di Conca sia lecito tenere sopra le porte delle Case, Botteghe, Magazzini, Orti, e simili, le Insegne, ed Arme del S. Offizio, o pretendere in esse alcuna specie d'Immunità Locale; Come pure che in detta Tenuta non acquistino mai alcun diritto di legittimo asilo gli Uomini facinorosi, e contumaci della Giustizia, come più largamente si spiega nell'ultimo Editto dei 4. Gennajo 1754. quale Noi in tutto e per tutto approviamo, e confermiamo, per essere così mente, e volontà nostra espressa.

§. 48. Volendo, e decretando, che alla presente nostra Cedola di *Moto proprio*, benchè non esibita, nè registrata in Camera, e ne' suoi libri, non possa mai darsi, nè opporsi di surrezione, orrezione, nè d'alcun altro vizio, o difetto della nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, o altri pretesti, quantunque validi, validissimi, e giuridichi, possa essere impugnata, moderata, e rivocata, ridotta *ad viam juris*, o concedersi contra di essa l'aperizione *oris*, o altro qualunque rimedio; e che così, e non altrimenti &c. Dichiarando Noi fin d'adesso preventivamente nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che da ciascuno d'essi con qualsivoglia autorità, scien-

temente,

temente, o ignorantemente, foſſe in qualunque tempo giudicato, o ſi tentaſſe di giudicare, contro la forma e diſpoſizione della preſente noſtra Cedola di *Moto proprio*; quale vogliamo che vaglia, e debba avere ſempre, ed in perpetuo il ſuo pieno effetto, eſecuzione, e vigore, colla ſemplice noſtra ſottoſcrizione, benchè non vi ſiano ſtate chiamate, ſentite, o citate qualſiſieno perſone, ancorchè privilegiate, e privilegiatiſſime, che pretendeſſero avervi intereſſe, e che per comprenderle foſſe biſogno di ſpecial menzione; non oſtante la Bolla di Pio IV. noſtro Predeceſſore *de regiſtrandis*, la regola della noſtra Cancellaria *de jure quæſito non tollendo*, e qualſiſieno altre Coſtituzioni, ed ordinazioni noſtre, e de' noſtri Predeceſſori, leggi, ſtatuti, riforme, ſtili, uſi, conſuetudini, e qualunque altra coſa, che faceſſe, o poteſſe fare in contrario; alle quali tutte e ſingole, avendone il tenore quì per eſpreſſo, e di parola in parola inſerto, e regiſtrato, e ſupplendo colla pienezza della noſtra Poteſtà Pontificia ad ogni vizio, e difetto, quantunque ſoſtanziale e formale, che vi poteſſe intervenire, per queſta volta ſola, e per la piena, e totale eſecuzione di quanto ſi contiene nella preſente noſtra Cedola di *Moto proprio*, ampiamente, ed in ogni più valida forma deroghiamo.

Dato dal noſtro Palazzo di Monte Cavallo queſto dì 8. Luglio 1755.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Præmiſſa omnia Pont. Apoſtolica Conſtitutione confirmat.

§. 49. *Motu itaque proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, eamdem Schedulam, omniaque & ſingula in ea contenta & expreſſa, & a Nobis per eam, ut præfertur, ſancita, volita, & ordinata, per hanc noſtram perpetuò valituram Conſtitutionem, confirmamus, & approbamus, eiſque perpetuum, & inviolabile ejuſdem præſentis Sanctionis robur & firmitatem adjicimus: Atque iterum & ex integro ea omnia & ſingula, in omnibus & per omnia, juxta ejuſdem Schedulæ ſeriem, continentiam, & tenorem, Apoſtolicæ Auctoritatis plenitudine præfata ſtatuimus, volumus, & ordinamus; ac ea ab iis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit in futurum, perpetuò obſervari, & exactiſſimè impleri jubemus atque præcipimus.*

Mandatum pro plena eorumdem obſervantia.

§. 50. *Mandantes propterea Dilectis Filiis ejuſdem Tribunalis Supremæ Inquiſitionis contra hæreticam pravitatem in Urbe noſtra Aſſeſſori, aliorumque Tribunalium in temporali Ditione noſtra præfata Inquiſitoribus, Cancellariis, Tabellionibus, & Miniſtris nunc & pro tempore exiſtentibus, aliiſque ad quos pertinet, & pertinebit in futurum, ut præmiſſa omnia & ſingula obſervent, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & quandocumque ſpectabit, exactiſſimè obſervari faciant: Inobedientes verò, opportunis juris, & facti remediis, ac etiam privationis officii, pœna coërceant & compeſcant, tam ex officio, quàm ad cujuſvis Partis inſtantiam, omni & quacumque appellatione, ſive recurſu, etiam ad præfatam Supremam Inquiſitionem, adverſus præmiſſorum omnium & ſingulorum obſervantiam & executionem forſan interponendis, omnino poſtpoſitis & remotis.*

Clauſulæ pro perpetua Litterarum firmitate.

§. 51. *Ac decernentes eamdem Schedulam, necnon præſentes litteras, omniaque & ſingula in ipſis contenta, & ſancita, volita, & ordinata, etiam ex eo, quod Perſonæ in ipſis intereſſe habentes, & quas præmiſſa concernunt, etiam ſpecifica, & individua mentione dignæ, eiſdem non conſenſerint, ſeu ex alia quantumvis juridica & privilegiata cauſa, in jus vel controverſiam vocari minimè poſſe; Sed eadem ſemper valida, & efficacia eſſe & fore, ac ſecundum ea, & non aliàs, per ipſam Cardinalium Inquiſitorum Congregationem, ac quoſcumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, etiam dicti Tribunalis Aſſeſſorem, ac Inquiſitores præfatos, ſublatâ eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari & definiri debere, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quolibet quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter attentari, judicari, vel definiri contigerit.*

Derogatio contrariis.

§. 52. *Non obſtantibus noſtra & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula, de jure quæſito non tollendo, & quibuſvis aliis contrariis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ejuſdemque Tribunalis facultatibus, ſtylis, uſibus, & conſuetudinibus, etiam antiquis, ac diuturno temporis curſu invectis, & toleratis, ac omnibus iis, quæ in dicta Schedula voluimus non obſtare: Quibus omnibus & ſingulis, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine pari, harum quoque ſerie derogamus, contrariis quibuſcumque.*

Fides habenda Transſumptis.

§. 53. *Volumus autem, ut earumdem præſentium tranſumptis, cum dictæ Schedulæ tenore inſerto impreſſis, ac manu Cancellarii dictæ Supremæ Inquiſitionis ſubſcriptis, ac ejuſdem Supremæ Inquiſitionis ſigillo munitis, eadem prorſus fides in judicio & extra habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.*

Sanctio.

§. 54. *Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc noſtrarum Confirmationis, approbationis, roboris adjectionis, ſtatuti, ordinationis, juſſionis, mandati, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.*

Dat. die 11. Julii 1755.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quinquageſimo quinto, duodecimo Kalendas Auguſti, Pontificatus Noſtri Anno Quintodecimo.

J. Card. Pro-Datarius.

D. Card. Paſſioneus.

VISA

De Curia J. C. Boſchi.

Loco † Plumbi.

L. Eugenius.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

L.

A Syriacis & Armenis in Latinorum Eccleſiis Sacra peragentibus proprium Ritum ſervari præcipitur: Miſſionariis denegatur facultas diſpenſandi eoſdem Syriacos & Armenos ſuper abſtinentia a Piſcibus jejunii tempore: omnes denique Græcos & Orientales Ritus conſervandos eſſe decernitur; monenturque Miſſionarii, ut in Orientalibus convertendis, eos ab erroribus, & ſchiſmate revocent, non a ſuis approbatis Ritibus avertant.

Ad Miſſionarios per Orientem deputatos.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Duplex quæſitum Congregat. Propagandæ Fidei a Miſſionario propoſitum.

ALLATÆ ſunt ad Congregationem Venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpoſitorum Litteræ Sacerdotis cujuſdam, Sacris Miſſionibus exercendis deputati in Civitate Balleræ, quam vulgo *Baſſoram* vocant, quæque itinere quindecim dierum a Babylonia diſtat, & Mercatorum negotiationibus eſt celeberrima; quibus Litteris exponendum cenſuit, plures in illa

Urbe commorari Catholicos Ritûs Orientalis, Armenos nempe, aut Syriacos, qui peculiari Templo carentes, ad Latinorum Miſſionariorum Eccleſiam ſe conferunt, ubi eorum Sacerdotes Miſſarum Sacrificia juxta peculiares ipſorum ritus offerunt, aliaſque Sacras Cœremonias perficiunt; Laici autem hujuſmodi Sacris interſunt, & Sacramenta ab iiſdem Sacerdotibus ſuſcipiunt. Indeque occaſionem arripuit quærendi, utrum prædicti Armeni, & Syriaci, Catholicum ſuum Ritum obſervare debeant, an verò, ad tollendam varietatem in ipſa Eccleſia, in quam Latini etiam, uti diximus, conveniunt, magis conſentaneum videatur, ut Armeni, & Syriaci, relicto veteri Kalendario, novum amplectantur, in iis, quæ pertinent ad ſtatuenda tempora Paſchalis Solemnitatis, & annuæ Communionis, ſicuti etiam Quadrageſimæ, dierumque Feſtorum tam mobilium, quàm immobilium: atque ulterius progrediendo, quæſivit, quatenus prædictis Balſeræ Armenis, & Syriacis novum Kalendarium obſervandum decernatur, utrum aliis quoque Orientalibus præſcribi debeat, qui peculiare quidem habent Templum, ſed adeò anguſtum, ut Sacris Functionibus decenter obeundis impar deprehendatur, ideoque ad Eccleſiam Latinorum plerumque ſe conferunt.

Primum, quemnam Ritum ſervare debeant Syriaci, & Armeni, in Latinorum Eccleſiis Sacra peragentes.

§. 2. Inſuper idem Miſſionarius prædictæ Congregationi ſubdidit, quod quum Catholicis Orientalibus Armenis, & Syriacis præceptum ſit, diebus jejunio dicatis, a piſcibus abſtinere, plures inter ipſos reperiuntur, qui id minime obſervant, non ullo ſanè adducti contemptu, ſed partim naturæ fragilitate pertracti, partim ex eo, quod Latinis Catholicis aliam eſſe conſuetudinem intuentur: ideò non alienum videri, ſi facultas Miſſionariis tribuatur permittendi, non quidem univerſis, ſed ſpeciatim his, aut illis, ut piſcibus utantur jejunii tempore, ita tamen, ut nullum inde ſcandalum oriatur, & aliud pietatis opus, loco abſtinentiæ a piſcibus, ſubrogare jubeantur.

Alterum, an Miſſionariis concedenda ſit facultas cum præfatis diſpenſandi ſuper abſtinentia a piſcibus tempore jejunii.

§. 3. Hæc, uti diximus, a prædicto Miſſionario propoſita ſunt Congregationi de Propaganda Fide, quæ de more eadem examinanda remiſit alteri Congregationi Generalis Inquiſitionis. Habita verò hæc fuit coram Nobis die 13. Martii hujus anni 1755., & unanimi Cardinalium Inquiſitorum conſenſu, reſponſum fuit: *nihil eſſe innovandum.* Id quod Nos etiam auctoritate noſtra firmavimus, permoti potiſſimum decreto aliàs a primodicta Congregatione de Propaganda Fide die 31. Januarii anni 1702. edito, quod deinde confirmatum, & renovatum non ſemel fuit, & eſt hujuſmodi: *Referente R. P. D. Carolo Auguſtino Fabrono Secretario, Sacra Congregatio mandavit præcipi, prout præſenti decreto præcipitur, omnibus, & ſingulis Miſſionum Apoſtolicarum Præfectis, & Miſſionariis, ne ullus eorum in poſterum, quavis occaſione, aut prætextu, audeat diſpenſare cum Catholicis quarumcumque Nationum Orientalium, ſuper jejuniis, orationibus, cœremoniis, & ſimilibus, a proprio earumdem Nationum Ritu præſcriptis, & a Sancta Sede Apoſtolica approbatis. Præterea eadem Sacra Congregatio cenſuit, non licuiſſe, nec licere præfatis Catholicis ullatenus a proprii Ritus, a Sancta Romana Eccleſia ut ſupra, approbati, conſuetudine & obſervantia recedere. Hujuſmodi autem decretum ſit confirmatum, ac renovatum, iidem Eminentiſſimi Patres ab omnibus & ſingulis prædictis Præfectis, & Miſſionariis omninò & abſque ullâ tergiverſatione obſervari debere, mandarunt.* Quod quidem decretum reſpicit Catholicos Orientalis Eccleſiæ, eorumque Ritus ab Apoſtolica Sede approbatos: Orientalem autem Eccleſiam omnibus notum eſt quatuor Ritibus conſtare, Græco videlicet, Armeno, Syriaco, & Cophtico, qui ſanè Ritus univerſi ſub uno nomine Eccleſiæ Græcæ, aut Orientalis intelliguntur, non ſecus ac ſub Eccleſiæ Latinæ Romanæ nomine, Ritus Romanus, Ambroſianus, Mozarabicus, & varii peculiares Ritus Ordinum Regularium comprehenduntur.

Reſcriptum utrique quæſito reddi-tum, ut nihil innovetur.

§. 4. Adeo perſpicua eſt decreti ſententia, ut nullo Commentario indigeat. Quare noſtra hæc Encyclica Epiſtola eò tendit, ut hujuſmodi Lex omnibus cognita fiat, atque perſpecta, utque deinceps executioni diligentius mandetur. Merito namque dubitari poteſt, quæſtiones a Miſſionario Balſeræ propoſitas, ex ignoratione decretorum, quæ jampridem edita ſunt, promanaſſe. Sed quoniam ex aliis multis atque frequentibus indiciis conjicimus, Miſſionarios Latinos in id curam, & cogitationes intendere, ut in convertendis Orientalibus a Schiſmate & errore ad Unitatem, Sanctamque Catholicam Religionem, Orientalem Ritum de medio tollant, aut ſaltem labefactent, Catholicoſque Orientales ad Latinum Ritum amplectendum alliciant, non alia quidem de causâ, niſi ſtudio Religionis amplificandæ, & opus bonum, Deoque gratum operandi; ideò conſentaneum putavimus (quoniam animum ad ſcribendum appulimus) hac noſtra Encyclica Epiſtola breviùs, quo fieri poterit, ea omnia complecti, quæ, juxta hujus Apoſtolicæ Sedis ſententiam, pro norma haberi debent, quoties Orientales ad Catholicam Religionem convertuntur, quæque ſervanda ſunt cum Orientalibus Catholicis, qui verſantur in Locis, ubi aut nulli degunt Latini, aut Latini Catholici ſimul cum ipſis Orientalibus Catholicis commorantur.

Conſcribendæ Encyclicæ finis, ut Miſſionariis decreta Congregationum perſpecta fiant, iiſdemque in Orientalibus reducendis certa tradatur agendi norma.

§. 5. Sanè hiſtoriam Eccleſiaſticam ne quidem primis, ut ajunt, labiis attigiſſe dicendus eſſet, qui ignoraret quantum elaboraverint Romani Pontifices, ut Orientales ad unitatem adducerent, poſt funeſtum ſchiſma Photii, qui tempore Summi Pontificis Sancti Nicolai I., Conſtantinopolitanam Sedem, depulſo per vim Sancto Ignatio Patriarcha legitimo, invaſit. Sanctus Leo IX. Prædeceſſor noſter Legatos ſuos Conſtantinopolim miſit, ut hujuſmodi ſchiſma, quod per duo circiter ſæcula ſopitum, Michael Cerularius redintegraverat, extirparet; ſed illius conatus in irritum ceciderunt. Urbanus deinde II. Græcos ad Barenſe Concilium invitavit; ſed exiguum fructum conſecutus eſt, tametſi Sanctus Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus omnem curam impenderit, ut ipſos Eccleſiæ Romanæ conciliaret, ipſiſque errores, in quibus verſabantur, doctrinæ ſuæ lumine patefecerit. In Lugdunenſi Concilio, quod Beatus Gregorius X. coegerat, Michael Palæologus Imperator, & Græci Epiſcopi, unitatem Romanæ Eccleſiæ amplexi ſunt; verùm mutatis animis ab illa rurſum deſciverunt. In Concilio autem Florentino ſub Eugenio IV. Summo Pontifice, ad quod Joannes Palæologus, & Joſeph Patriarcha Conſtantinopolis, cum cæteris Orientalibus Epiſcopis, convenerant, Unio ſtatuta fuit, & uniuſcujuſque ſubſcriptionibus acceptata; eodemque in Concilio, Armenorum, & Jacobitarum Eccleſiæ, ad obedientiam Sedis Apoſtolicæ redierunt; deinde Eugenius Pontifex Florentiâ Romam profectus, Legatos etiam Regis Æthiopum excepit, ac Syros, Chaldæos, & Maronitas ad obedientiam Romanæ Sedis redegit. Sed quoniam, uti legitur in Evangelio Sancti Matthæi *Cap.* 13., ſemen, quod cecidit ſuper petram, nullum affert fructum, qua non habet, ubi radicem defigat: *Hi ſunt, qui cum gaudio ſuſcipiunt continuò verbum Dei, non habent autem in ſe radicem: factâ autem tribulatione & perſecutione propter verbum, continuò ſcandalizantur*: ideo vix Marcus Archiepiſcopus Epheſinus, tamquam novus Photius, Unionem convellere adnixus eſt, & adverſus ipſam cœpit vocem extollere, ſtatim omnis optatus fructus deperiit.

Romanorum Pontificum ſollicitudo in revocandis ad unitatem Orientalibus.

§. 6. Præterea Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ignarum ſe proderet, qui pariter neſciret, ita cum Orientalibus Unionem peractam, firmatamque fuiſſe, ut Dogma proceſſionis Spiritus S. a Patre, & Filio reciperent, atque adeo licitam fuiſſe admitterent additionem vocis *Filioque*, Symbolo factam; ut panem non minus

In unione curanda ſemper id actum, ut, explosis erroribus Orthodoxæ Fidei oppoſitis, Ritus eſſet illæſus.

fermentatum,

fermentatum, quam azymum, Sacramenti Eucharistiæ materiam esse faterentur; ut dogma Purgatorii, visionis beatificæ, ac Primatus Romani Pontificis amplecterentur; uno verbo omnem curam collatam fuisse, ut errores Catholicæ Fidei adversi evellerentur; nunquam verò id actum esse, ut venerabili Orientali Ritui detrimentum ullum inferretur. Sed præsentem quoque Ecclesiæ disciplinam prorsus ignoraret, cui satis exploratum non esset, Romanos Pontifices, qui infelicibus præteritorum temporum successibus minime deterriti, de reducendis ad Unitatem Græcis semper cogitarunt, eamdem viam, quam paulò ante indicavimus, semper institisse, & adhuc insistere; sicut ex ipsorum cum dictis, tum factis manifestè colligitur.

Præclarum in id affertur S. Leonis IX. factum.

§. 7. Undecimo sæculo nonnullæ Constantinopoli, Alexandriæ, & in Patriarchatu Jerosolymitano reperiebantur Latinorum Ecclesiæ, in quibus Latinus Ritus servabatur, quemadmodum Romæ non deerant Græcorum Templa, in quibus ipsi Græco Ritu sacra munera persolvebant. Michael Cerularius, impius schismatis instaurator, Latinas Ecclesias jussit observari. Verum Sanctus Leo IX. Romanus Pontifex par pari nequaquam retulit, quamvis id facillimè posset, neque Græcorum Templa Romæ clausit, sed aperta esse voluit. Itaque de injuria Latinis illata conquestus *in sua Epistola prima cap. 9.* ita subdidit: *Ecce in hac parte Romana Ecclesia quanto discretior, moderatior, & clementior vobis est? siquidem, cum intra & extra Romam plurima Græcorum reperiantur Monasteria, sive Ecclesiæ, nullum eorum adhuc perturbatur, vel prohibetur a paterna traditione, sive sua consuetudine; quin potius suadetur, & admonetur eam observare.*

Innocentii III., & Honorii III. rescripta, de Græcis Ritibus retinendis.

§. 8. Initio sæculi decimi tertii, cùm Latini in potestatem suam Constantinopolim redegissent, & Summus Pontifex Innocentius III. decrevisset Patriarcham Latinum in ea Civitate constituere, cui non solum Latini, sed etiam Græci obtemperarent; nihilominus palam declarare non prætermisit, nullum se velle Græcis Ritibus inferre detrimentum, nisi si quæ forte consuetudines inter eos receptæ, periculum animarum parerent, aut honestati Ecclesiasticæ adversarentur. Decretalis hujus Pontificis, in Concilio Lateranensi IV. edita, refertur tum in *Tom. VII.* Collectionis Conciliorum Harduini *pag. 22.*, tum *in Cap. Licet, de Baptismo*: *Licet Græcos diebus nostris ad obedientiam Sedis Apostolicæ revertentes fovere, ac honorare velimus, mores ac Ritus eorum, quantum cum Domino possumus, substinendo, in his tamen illis deferre nec volumus, nec debemus, quæ periculum generant animarum, & Ecclesiasticæ derogant honestati.* Honorius postea III., qui Innocentio immediatè successit, iisdem verbis usus est, cum literas dedit ad Regem Cypri, qui duos Episcopos in nonnullis Regni sui Civitatibus optabat, Latinum videlicet pro Latinis, qui in illis versabantur, Græcum alterum pro Græcis, qui iisdem in locis commorabantur. Atque hæc Honorii epistola typis impressa legitur in Annalibus Raynaldi *ad annum Christi 1222. num. 5.*

Idipsum iterato constituit Innocentius IV.

§. 9. Documentis ejusmodi plurimum redundat sæculum decimum tertium. Ad hoc quippe sæculum pertinet epistola Innocentii IV. ad Danielem Regem Russiæ, apud Raynaldum *ad annum 1247. num. 29.*, qua ipsius Regis specialem devotionem erga Ecclesiam Catholicam commendans, concedit, ut Ritus, qui Fidei Romanæ Ecclesiæ non repugnarent, in ejusdem Regno serventur, ita scribens: *Eapropter, charissime in Christo Fili, tuis supplicationibus inclinati, Episcopis, & aliis Presbyteris de Russia, ut liceat eis more suo ex fermentato conficere, & alios eorum Ritus, qui Fidei Catholicæ, quam Ecclesia Romana tenet, non obvient, observare, auctoritate præsentium indulgemus.* Huc etiam spectat ejusdem Innocentii IV. epistola ad Othonem Cardinalem Tusculanum Sanctæ Sedis Legatum in Insula Cypri, cui munus demandaverat nonnullas controversias componendi, quæ Græcos inter, ac Latinos excitatæ fuerant, uti deprehenditur ex ejus Constitutione, quæ incipit: *Sub Catholicæ*: quæque *in veteri Bullario Tom. I.* * numero decima quarta recensetur: *Verùm quia nonnulli Græcorum jamdudum ad devotionem Sedis Apostolicæ redeuntes, ei reverenter obediunt, & intendunt; licet, & expedit, ut mores ac Ritus eorum, quantum cum Deo possumus, tolerantes, ipsos in Ecclesiæ Romanæ obedientia præservemus. Quamquam in his, quæ animarum periculum parerent, vel honestati Ecclesiasticæ derogarent, nec debeamus illis deferre aliquatenus, nec velimus.* Postquam verò in eadem epistola præscripsit ea, quæ a Græcis facienda erant, tum ea enumeravit, quæ illis permittenda arbitrabatur; his verbis concludit: *Memoratis autem Archiepiscopo Nicosiensi, & ejus Suffraganeis Latinis, communiter auctoritate nostra præcipias, ut eosdem Græcos super præmissis, contra hujusmodi provisionem, & deliberationem nostram, non inquietent aliquatenus, nec molestent.* Idemque Pontifex Innocentius IV. Laurentium Minoritam Pœnitentiarium suum, Apostolicum Legatum constituens, eique plenam auctoritatem tribuens in Græcos omnes, qui in Regno Cypri, in Patriarchatibus Antiocheno, & Hierosolymitano morabantur, in Jacobitas etiam, Maronitas, ac Nestorianos, hoc illi potissimum mandavit, ut Græcos universos auctoritate sua vindicaret ab omnibus molestiis, quæ ipsis a Latinis inferri possent: *Mandamus, quatenus Græcos illarum partium, quocumque nomine censeantur, auctoritate Apostolica protegens, turbari eos violentiis, vel quibuscumque molestiis non permittas, injurias quaslibet & offensas a Latinis illatas eisdem, plenarie faciens emendari, & Latinis ipsis districtè præcipiens, ut a similibus de cætero penitus conquiescant.* Hæc sunt Innocentii verba ad prædictum Legatum Apostolicum, quæ a Raynaldo *ad annum Christi 1247. num. 30.* recensentur.

* In hac Editione Tom. I. Consist. XIV. p. 100. & seqq.

Hujusque proximus Successor Alexander IV.

§. 10. Alexander IV. in locum Innocentii Pontificis immediate suffectus, cum irritam cessisse Prædecessoris sui voluntatem animadvertisset, cumque turbas, ac dissensiones Græcos inter ac Latinos Episcopos in Regno Cypri adhuc vigere percepisset, Latinis Episcopis indixit, ut Græcos Ecclesiasticos suas ad Synodos accerserent; eos autem Decretis Synodalibus subjectos declarans, sequentem conditionem adjecit: *Recipere, & observare synodalia statuta, quæ tamen Græcorum Ritibus Fidei Catholicæ non adversis, & a Romana Ecclesia toleratis, non obvient.* Hujusmodi laudabili exemplo inhærens Elias Archiepiscopus Nicosiensis *anno 1340.* Decretis suis synodalibus hanc declarationem inseruit: *Per hoc autem non intendimus inhibere Græcis Episcopis, & eorum subditis, quin Ritus suos, Fidei Catholicæ non adversos, sequantur, juxta compositionem a felicis recordationis Domino Alexandro Romano Pontifice in Regno Cypri inter Latinos, & Græcos editam, & observatam.* Hæc omnia perspici possunt in Labbeana Collectione, Venetæ editionis, *tom. 14. pag. 279., & tom. 15. pag. 775.*

Unio Græcorum in Lugdunensi Concilio stipulata sub conditione, nequid Græcus Ritus immutaretur

§. 11. Finem sæculo decimo tertio imponit memorata Græcorum, Latinorumque Unio statuta in Generali Concilio Lugdunensi sub Beato Gregorio X. Summo Pontifice, qui ad Michaelem Palæologum Fidei Confessionem, Unionisque Decretum a Concilio firmatum, & a Legatis Orientalibus juratum misit, ut ipse

quoque

quoque Imperator, ac reliqui Græci Episcopi eisdem subscriberent. Peracta fuerunt omnia ab Imperatore, & Orientalibus, adjecta tamen hac conditione, quæ ipsorum litteris continetur, ab Harduino relatis in sua Collectione, *tom. 8. pag. 698. Sed rogamus Magnitudinem Vestram &c. quod permaneamus in Ritibus nostris, quibus utebamur ante Schisma, qui scilicet Ritus non sunt contrarii contra supradictam Fidem, nec contra Divina præcepta.* Quamvis autem responsum Gregorii Pontificis ad has Orientalium litteras interierit, quum tamen ipse Unionem ab iis acceptatam atque subscriptam satis firmam reputaverit, meritò inde colligitur, prædictam conditionem ab ipso receptam, probatamque fuisse. Et sane Nicolaus III. Gregorii Successor, per suos Legatos, quos Constantinopolim misit, his verbis animum suum patefecit, uti habetur apud Raynaldum *ad annum Christi 1278.*: *De cæteris autem Græcorum Ritibus, eadem Romana Ecclesia intendit Græcos, quantum cum Deo poterit, favorabiliter prosequi, & ipsos in illis Ritibus, de quibus Sedi Apostolicæ visum fuerit, quod per eos Catholicæ Fidei non lædatur integritas, nec sacris statutis Canonum derogetur, perseverare permittit.*

Similiter res gesta est in Concilio Florentino, probante Eugenio IV. Pontifice.

§. 12. Quod attinet ad sæculum decimum quintum, sat esse potest indicata superius Unio in Concilio Florentino statuta, cui ab Eugenio Pontifice probatæ, Joannes Palæologus subscripsit, hac lege: *ne ex Ritibus nostræ Ecclesiæ aliquid immutetur*: uti videre est *tom. 9.* Collectionis Harduini *pag. 395.* Verùm, cum Nobis in animo non sit singula percensere, quæ a Romanis Pontificibus, sequentibus deinde sæculis gesta sunt, præcipua quædam attingemus, ex quibus manifesto deprehendatur, ipsos quidem omni conatu, studioque egisse, ut insidentes Orientalium animis errores ab iis evellerent, sed simul etiam manifestis argumentis id ostendisse, sartos tectosque se velle Ritus, quibus eorum majores ante Schisma, approbante Sede Apostolica, usi fuerant; nec unquam ab Orientalibus postulasse, ut si Catholici esse vellent, Latinum Ritum amplecterentur.

Subsequentium Pontificum Leônis X. Clementis VII. & Pii IV. cura servandi Græci Ritus.

§. 13. In Græcorum Enchiridio edito Beneventi, duæ Summorum Pontificum Leonis X., & Clementis VII. habentur Constitutiones, quibus vehementer increpantur Latini illi, qui in Græcis reprehendebant observantiam eorum, quæ in Florentino Concilio eisdem permissa fuerant; præsertim quod Sacrificium offerrent in fermentato, uxorem ducerent, antequam sacris Ordinibus initiarentur, eamque post susceptos Ordines sacros retinerent, quodque Eucharistiam sub utraque specie etiam Pueris exhiberent. Pius IV. in Constitutione: *Romanus Pontifex*: quæ numero est *LXXV. Tom. II. veteris Bullarii*, * dum Græcos in Latinorum Diœcesibus commorantes, Latinis Episcopis subjectos fore decernit, ita subdit: *Per hoc tamen non intendimus, quod ipsi Græci ab eorum Græcanico Ritu detrahantur, vel aliàs desuper quoquo modo per locorum Ordinarios, aut alios, impediantur.*

* In hac Editione Constit LXXV. Tom. II. pag. 290.

§. 14. Annales Gregorii XIII. a Patre Maphæio conscripti, & Romæ impressi anno 1742. complura referunt, quæ idem Pontifex gessit, licet exitu parum felici, ut Cophtos, Armenosque ad Catholicam Fidem reduceret. Sed ad rem nostram potissimum faciunt ea, quæ leguntur in ipsius Constitutione *63. in novo Bullario tom. 4. part. 3.*, & in duabus aliis, videlicet 157. & 173. *in eodem Bullario tom. 4. part. 4.*, de fundatione trium Collegiorum in Urbe ab eodem Pontifice institutorum pro Græcis, Maronitis, & Armenis, in quibus Alumnos dictarum Nationum educari voluit, ita tamen, ut semper in suis Ritibus Orientalibus

Gregorius XIII. in Collegiis pro Græcis, Maronitis, & Armenis in Urbe erectis, Ritū Orientalem servari voluit

perseverarent. Celeberrima fuit Unio Ruthenorum cum Apostolica Sede tempore fel. record. Clementis Papæ VIII. peracta, cujus monumenta relata leguntur in Annalibus Venerabilis Cardinalis Baronii, Romanæ editionis anni 1596. *Tom. VII.* ubi *pag. 682.* exhibetur decretum ab Archiepiscopis, & Episcopis Ruthenis pro in eunda Unione confectum, cum hac conditione: *Salvis tamen, & in integrum observatis cæremoniis, & Ritibus cultus Divini peragendi, & Sanctorum Sacramentorum, juxta consuetudinem Ecclesiæ Orientalis; correctis tantummodo iis articulis, qui ipsam Unionem impedirent; ut more antiquo fierent omnia, sicut olim Unione durante fuerunt.* Sed cum paulo post ad pacem turbandam rumor percrebuisset, sublatos esse in Unione Ritus universos, quibus Rutheni antiquitus usi fuerant in Divina Psalmodia, in Missæ Sacrificio, in Sacramentis administrandis, aliisque Sacris Cœremoniis; Paulus V. Litteris Apostolicis in forma Brevis datis anno 1615., quæ in eodem Græcorum Enchiridio impressæ sunt, voluntatem suam his verbis solemniter declaravit: *Dummodo veritati, & doctrinæ Fidei Catholicæ non adversentur, & communionem cum Romana Ecclesia non excludant, per Unionem præmissam tollere, aut extinguere, Ecclesiæ Romanæ intentionem, mentem, & voluntatem non fuisse, nec esse; nec id dici vel censeri potuisse, nec posse; quin imo dictos Ritus eisdem Ruthenis Episcopis, & Clero, ex Apostolica benignitate permissos, concessos, & indultos esse.*

Rutheni ad unitatem Catholicam redeuntes eumdem Orientalem Ritum sibi illæsum stipulantur.

Eamdē conditionem semper ratam, firmamque fore edicit Paulus V.

§. 15. Aptissime hic recenseri possent Ecclesiæ, quas diversis temporibus posteriores Romani Pontifices Græcis, Maronitis, Armenis, Cophtis, Melchitis in Urbe addixerunt, quæque etiamnum extant, & patent, ut sacras functiones in ipsis, juxta Ritum suum, singuli expleant. Opportune hic quoque referri posset, quemadmodum Clemens Papa VIII. in sua Constitutione *34. §. 7. veteris Bullarii*, Græcum Episcopum Romæ constituit, ut Italo-Græcis Latinas Diœceses incolentibus Ordines juxta Græcorum Ritum conferret; deinde vero alium a Clemente XII. proximo Prædecessore nostro, in sua Constitutione incipien. *Pastoralis*, fuisse superadditum Græcum Episcopum, qui fixam in Bisinianensi Diœcesi Sedem habet, ut Italo-Græcis Ordines conferat; ne qui longius ab Urbe distant, longum iter aggredi cogantur, ut Ordines ab Episcopo Græco Romæ degente, juxta allatam Clementis VIII. Constitutionem, suscipiant; ac ne ipsis quidem Episcopis Catholicis Maronitarum, Cophtorum, & Melchitarum, qui aliquando Romæ versantur, denegari facultatem conferendi Ordines juxta Ritum suum, nationis suæ hominibus, dummodo idonei reperiantur. Ad rem pariter hic addi posset, quoties aliqua de disciplina Orientalium, vel Italo-Græcorum excitata est controversia, Apostolicam Sedem nihil prætermisisse, ut si quæ emendatione digna visa sunt, emendaret, edicendo statim, velle se, ut cæteris in rebus omnibus Orientalis Ritus inviolatus, firmusque maneret; aut aperte declarando, quæ pro Italo Græcis inter nos degentibus, & Latinorum Episcoporum jurisdictioni subjectis statuebantur, ita accipi oportere, ut eos dumtaxat afficiant, neutiquam vero protendantur ad Græcos Orientales, qui a nobis longe diffiti, Græcis Episcopis suis Catholicis subsunt.

Clariora Summorum Pontificum facta, quibus evincitur, fuisse eos de Orientali Ritu servando vehementer sollicitos.

§. 16. Deprehenditur id ex confirmatione Synodi Provincialis Ruthenorum coactæ in urbe Zamosciæ anno 1720., ad quam examinandam Nos quoque, quippe qui tunc munere Secretarii Congregationis Concilii fungebamur, acciti fuimus a fel. record. Benedicto XIII., qui licet obsecundandum putasset insinuationibus Patrum ejusdem Concilii, a quibus nonnulli

Immo ne passos quidem esse, ut ab aliis quidquam eidem Ritui detraheretur.

Ritus inter Græcos vigentes, suis Decretis vel temperati fuerant, vel sublati; prædictam Synodum confirmavit quidem suis Apostolicis Litteris in forma Brevis, datis anno 1724., hac tamen addita declaratione: *Ita tamen, quod per nostram prædictæ Synodi confirmationem nihil derogatum esse censeatur Constitutionibus Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, & Decretis Conciliorum Generalium, emanatis super Ritibus Græcorum, quæ, non obstante hujusmodi confirmatione, semper in suo robore permanere debent.* Idem quoque colligitur ex pluribus nostris Constitutionibus, quæ in nostro Bullario continentur, de Ritibus Cophtorum, Melchitarum, Maronitarum, Ruthenorum, & Italo-Græcorum generatim, atque etiam speciatim de Ritibus Cleri Collegiatæ Ecclesiæ Messanensis S. Mariæ *de Grafeo* nuncupatæ, ac postremo de Græco Ritu in Ordine Sancti Basilii servando. Siquidem in Constitutione 87. *ejusdem Bullarii Tom. I.* * de Græcorum Melchitarum Ritibus hæc leguntur: *De Ritibus igitur, & moribus Ecclesiæ Græcæ illud in primis generatim statuendum decrevimus, nemini licuisse, aut licere, quovis titulo, & colore, & quacumque auctoritate, aut dignitate, etiamsi Patriarchali, aut Episcopali præfulgeat, quidquam innovare, aut aliquid introducere, quod integram, exactamque eorumdem observantiam imminuat.* In præcedenti vero Constitutione 57. quæ incipit: *Etsi Pastoralis §. 9. num. 1.* * hæc de Italo-Græcis præscribuntur: *Quoniam Orientalis Ecclesiæ Ritus, utpote non minima ex parte a Sanctis Patribus profecti, vel a Majoribus traditi, sic animis Græcorum, aliorumque insederunt, ut Prædecessores nostri Romani Pontifices satius consultiusque duxerint Ritus hujusmodi, qua in parte nec Fidei Catholicæ adversantur, nec periculum generant animarum, aut Ecclesiasticæ derogant honestati, approbare, seu permittere, quam illos ad Romanarum cæremoniarum normam reducere &c.* Et §. 9. *num.* 24. hæc leguntur: *His insuper, quæ superius in quacumque parte Italo-Græcis concessimus, indulsimus, declaravimus, præcepimus, ordinavimus, & interdiximus, seu prohibuimus, Græcorum in Oriente, sub propriis Catholicis Episcopis, Archiepiscopis, vel Patriarchis commorantium, & aliarum Christianarum Nationum quorumcumque Rituum a Sancta Sede approbatorum, seu permissorum, juribus qualibuscumque, si quæ illis de jure, vel ex consuetudine, vel aliàs quomodolibet legitime competant, aut Apostolicis Constitutionibus, vel Conciliorum Generalium, aut particularium, seu Congregationum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Decretis, quæ super Ritibus Græcorum, seu aliorum Orientalium emanarunt, ullo pacto præjudicatum, vel præjudicium ullum illatum esse, non intendimus.*

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 166.

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 94.

Hæreses tamen unitatem proscindentes, summopere aversati, certas formulas Professionis Fidei Græcis, & Orientalibus statuerunt.

§. 17. Verum his, aliisque pluribus prætermissis, libere asseremus, Romanos Pontifices assiduam, atque indefessam curam impendisse, ut hæreses, a quibus Schisma inter Occidentalem, atque Orientalem Ecclesiam dimanavit, profligarent; ac propterea earum detestationem, sive abjurationem expoposcisse ab iis Orientalibus, qui ad Ecclesiæ unitatem redire postulant, aut de quibus explorandum est, utrum vere ad unitatem Apostolicæ Sedis pertineant. Duæ sunt formulæ professionis Fidei, quarum prima Græcis præscripta a Summo Pontifice Gregorio XIII., *tom. 2. veteris Bullarii Romani trigesima tertia* recensetur; alteram vero pro Orientalibus statuit Urbanus VIII. Ambæ Typis Congregationis de Propaganda Fide editæ fuerunt, prima quidem anno 1623.; altera anno 1642. Cum autem deinde anno 1665. Patriarcha Antiochenus, Syriacus Hierapolis, necnon Archiepiscopus Syrorum in eadem urbe Hierapolis commorantium, suæ Fidei professionem ad Urbem transmisissent, eaque data fuisset examinanda Patri Laurentio de Laurea Ordinis Minorum Sancti Francisci Conventualium, tunc temporis Sancti Officii Consultori, & deinde S. R. E. Cardinali; is die 28. Aprilis ejusdem anni suffragium suum scripto exaratum protulit, quod etiam subinde fuit a Congregatione probatum, illudque his verbis concluditur: *Omnes sunt admittendæ, sed significandum est iis, ad quos spectat, ut in posterum curent, emitti Professionem Fidei aliàs a felicis recordationis Urbano VIII. Orientalibus præscriptam, quia illa continet multarum hæresum detestationem, & alia pro iis regionibus necessaria.*

Curarunt-que eorum Missalia expurgata recudi, Euchologium emendari, servato cæteroquin semper Græco Ritu.

§. 18. Cumque inimicus homo, ut superseminaret zizania, eo nequitiæ nonnullorum animos impulisset, ut Missalibus, Breviariis, ac Ritualibus admiscerent errores, quibus Ecclesiastici, cæterique de Clero inficerentur, opportuno consilio, & post accuratum examen, Romani Pontifices Typis Congregationis de Propaganda Fide, Missale Cophticum, ac Maronitarum, sicut etiam Illyrica, aliaque hujusmodi Missalia recudenda curarunt. Neque silentio preterire possumus, quantum curæ, ac laboris collatum fuerit in emendando Græcorum Euchologio, quod è Typographia ejusdem Congregationis superioribus mensibus prodiit absolutum. Hujus Operis examen magno quidem studio sub Urbano VIII. Pontifice cœptum fuit, at post non multum temporis intermissum; instauratum autem novissimè sub Clemente XII., proximo Prædecessore nostro: ast Deus Optimus Maximus eo Nos gaudio perfudit, ut post innumeras vigilias, labores, ac discussiones, Pontificatus Nostri tempore, a Cardinalibus, Præsulibus, Theologis, ac Viris Orientalium Linguarum peritissimis peractas, quin nobis ipsi peperceriimus, investigando nimirum, perlegendo, & expendendo quæcumque inspicienda, legenda, & examinanda erant, gravissimum hujusmodi opus absolutum intueremur; ea semper adhibita accurata, ac quodammodo scrupulosa circumspectione, nequid minimum læderetur Græcus Ritus, sed illibatus omninò retineretur, & integer, quamvis cæteroquin superioribus temporibus inter nostros Theologos non defuerint, qui Orientalium Liturgiarum, Rituumque, qui ante Schisma in Orientali Ecclesia obtinuerant, penitus ignari, improbarent quidquid adversabatur Occidentalis Ecclesiæ Ritui, quem tantummodo probè noverant. Utque uno verbo complectamur omnia, in reditu Græcorum, Schismaticorumque Orientalium ad Catholicam Religionem curando, id unum Romanis Pontificibus maximæ curæ fuit, ut ex illorum animis radicitus evellerent Arii, Macedonii, Nestorii, Eutychetis, Dioscori, Monothelitarum, aliorumque errores, in quos infeliciter proruerant; salvis tamen, & intactis Ritibus, ac disciplina, quam ante Schisma servabant, & profitebantur, quæque venerandis ipsorum antiquis Liturgiis, ac Ritualibus innititur; quin unquam iidem Romani Pontifices popoposcerint, ut ad Catholicam Fidem redeuntes, suum Ritum dimitttere, & Latinum amplecti deberent: id namque Ecclesiæ Orientalis, & Græcorum, ac Orientalium Rituum omnimodam secum ferret internecionem, quod porro non modo nunquam tentatum, imo vero semper fuit, & est ab hujus Sanctæ Sedis consilio quammaxime alienum.

Missionariorum quale sit munus, & quam methodum in eo utiliter obeundo sectari debeant.

§. 19. Ex his, quæ huc usque latiori calamo relata sunt, plura facile inferri possunt. Primum quidem, conatus omnes, omnemque diligentiam in id unum impendendam esse ab eo Missionario, qui Orientales Schismaticos, & Græcos, ad unitatem, Deo juvante, redigere contendit, ut scilicet ab illorum animis errores

depel-

depellat Catholicæ Fidei adversantes, quos Majores eorum amplexi sunt, ut causam aliquam prætenderent, qua se ab Ecclesiæ unitate segregarent, subtraherentque ab obedientia ac obsequio, Romano Pontifici, tanquam ejusdem Ecclesiæ Capiti, exhibendis. Quod vero spectat ad argumenta, quibus Missionarius uti debet; quum Orientales propriis veteribus Patribus magnopere adhæreant, peracta jam res est operosa sedulitate diligentissimi Leonis Allatii, aliorumque clariorum Theologorum, qui perspicue demonstrarunt, convenire maxime inter sese veteres, spectabiliores que Græcorum, nostrosque Ecclesiæ Occidentalis Patres, in iis omnibus, quæ ad Dogma pertinent, & ad confutationem errorum, quibus Orientales, & Græci nunc temporis misere implicantur. Quapropter horum Librorum studium maximam indubie afferet utilitatem. Conati sunt sane Lutherani præterito sæculo, Orientales, & Græcos in errores suos pertrahere. Idem quoque tentarunt Calviniste infensissimi hostes præsentiæ realis Christi in Sacramento Eucharistiæ, & transubstantiationis panis, ac vini in ejusdem Corpus, & Sanguinem; & in partes suas Patriarcham Cyrillum, ut ajunt, adduxerunt. Attamen, cum Græci, licet Schismatici, animadvertissent, novis Lutheranorum erroribus adversari suorum veterum Patrum auctoritates, præsertim Sanctorum Cyrilli, Joannis Chrysostomi, Gregorii Nysseni, Joannis Damasceni, tum authentica argumenta, quæ ex ipsorum Liturgiis depromuntur, ad realem præsentiam, & transubstantiationem asserendam; se decipi minime passi sunt, nec ullo modo a Catholica veritate recedere voluerunt. Constat id omne ex Scheletrato in Dissertatione: ***De perpetua consensione Orientalis Ecclesiæ contra Lutheranos***: sub titulo: ***De transubstantiatione, pag. 717. tom. 2. Actorum Ecclesiæ Orientalis.*** Iidemque duabus in Synodis Patriarcham Cyrillum, seu edita sub ejus nomine Calviniana dogmata, unanimes damnarunt, uti videre est apud Christianum Lupum *part.* 5. ad Concilia Generalia, & Provincialia; ac potissimum in Dissertatione: ***De quibusdam locis cap. 9. in fine.*** Ex quo primum haud levis spes affulget, fore, ut ipsorum oculis subjectæ auctoritates veterum Patrum, quæ novis eorumdem erroribus adversantur, Catholico autem nostro Dogmati favent quammaxime, facilem iisdem viam ad reditum sternant, eosque ad veram conversionem impellant. Deinde alterum quoque potest inferri, nimirum, non modo opus non esse, ad Orientales & Græcos in viam unitatis revocandos, ut lædantur ipsorum Ritus, aut corrumpantur; quandoquidem id semper alienum fuit ab instituto Sedis Apostolicæ, quæ in hac ipsa Sacrorum Rituum materia, zizania a tritico, quoties oportuit, secernere novit; verum etiam conatus hujusmodi plurimum optatissimæ unioni adversari, uti recte perpendit Thomas a Jesu: ***De conversione omnium gentium procuranda lib. 7. cap. 2. Ostendendum etiam, Ecclesiam Romanam probare, ac indulgere, ut quævis Ecclesia propriis adhæreat Ritibus, & Cæremoniis; quippe cum Schismatici propriorum Rituum tenacissimi sint. Ne ipsos eorum perdendorum ingruens aliqua suspicio ab Ecclesia Romana alienet, & avertat, opportune laborandum, ut se in propriis Cæremoniis infectandis conservandos esse persuadeantur.*** Demum ex iis, quæ supra præjecimus, illud tertio infertur, cavendum omnino esse Missionario, qui Orientalem schismaticum reducere cupit, ne eumdem ad Latinum amplectendum Ritum inducere contendat: munus namque hoc unum Missionario demandatur, revocandi Orientalem ad Catholicam Fidem, non verò ipsum ad Latinum Ritum inducendi.

§. 20. Peracta in Florentino Concilio Unione, quam superiùs memoravimus, quidam ex Latinis Catholicis, in Græcia commorantes, arbitrati sunt, fas sibi esse a Latino Ritu ad Græcum transire, allecti fortasse ea libertate, quam noverant Græcis præservatam, retinendi post Ordinem Sacrum uxores, quas duxerant, antequam eumdem Sacrum Ordinem susciperent. Verum Nicolaus V. Pontifex Maximus opportunum huic corruptelæ remedium afferre non prætermisit, uti colligitur ex ejus Constitut. *tom. 3. part. 3. Bullarii* recenter Romæ editi *pag. 64.* ***Pervenit ad aures nostras, quod in Locis, quæ Catholicis in Græcia subjecta sunt, multi Catholici, Unionis prætextu, ad Græcos impudenter transeunt Ritus. Mirati admodum sumus, mirarique non desistimus, nescientes, quid sit, quod eos a consuetudine, ac Ritibus, in quibus nati, enutritique sunt, in alienigenarum Ritus transposuit: nam, etsi laudabiles Orientalis Ecclesiæ Ritus sint, non licet tamen Ecclesiarum Ritus permiscere, neque id unquam Sacrosancta Synodus Florentina permisit.*** Cùm Latinus Ritus is sit, quo utitur Sancta Romana Ecclesia, quæ Mater est & Magistra aliarum Ecclesiarum, reliquis omnibus Ritibus præferri debet: Ex quo porro sequitur, haud licere a Latino Ritu ad Græcum transire; nec illis, qui semel a Ritu Græco, vel Orientali, ad Latinum transierunt, integrum esse ad pristinum Græcum Ritum reverti, quemadmodum patet ex nostra Constitutione: ***Etsi Pastoralis*** 57. *§. 2. num. 13. Bullarii nostri Tom. I.**, nisi forte peculiares quædam intercederent circumstantiæ, quæ impertinendam hac super re dispensationem suaderent; sicuti superioribus temporibus aliquando, & nunc etiam accidit in Collegio Maronitarum hujus nostræ Urbis, in quo, cum quandoque reperiatur aliquis Societatis Jesu Sacerdos, qui Societatem ingrediens, dispensationem obtinuit transeundi ad Latinum Ritum, nonnunquam cum eo dispensatur, ut in Ecclesia memorati Collegii Missam celebret Ritu Syriaco, & Chaldaico, Divinumque Officium juxta eumdem Ritum persolvat, nempe, ut Alumnos in eodem Collegio degentes Ritum ipsum edoceat. Id liquidò apparet ex pluribus Decretis Congregationis Sancti Officii, uno videlicet dato die 30. Decembris anno 1716., altero die 14. Decembris anno 1740., nec non ex alio recentiori, quod Nos die 19. Augusti anno 1752. jussimus expediri.

§. 21. Hæc transitum de Latino ad Græcum Ritum spectant. Nunc autem verba facientes de transitu ab Orientali, & Græco ad Latinum Ritum, libere affirmari potest, transitum hujusmodi, non æquè, ac primum, interdici; sed tamen nequaquam licere Missionario, Græcum & Orientalem, ad Catholicæ Ecclesiæ unitatem reverti exoptantem, inducere, ut proprium Ritum dimittat, cum ex hac agendi methodo, gravissima detrimenta, sicuti paulò ante innuimus, promanare possint. Melchitæ Catholici libenter olim a Græco Ritu ad Latinum transibant; sed vetitum id ipsis fuit, monitique Missionarii, ne illis suaderent hujusmodi transitum; cujus permissio est privativo Apostolicæ Sedis judicio reservata, uti manifestum fit ex nostra Constitutione: *Demandatam* 85. *§. 35. Bullarii Tom. I.** ***Præterea omnibus, & singulis Melchitis Catholicis, Græcum Ritum servantibus, ad Latinum Ritum transire deinceps expresè vetamus. Missionariis verò omnibus districtè mandamus, sub pœnis etiam infra exprimendis, aliisque arbitrio nostro decernendis, ne cuiquam ex illis hujusmodi transitum a Græco ad Latinum Ritum suadere præsumant, aut etiam cupientibus, inconsultâ Apostolicâ Sede, permittant.*** Consentanea sunt Decreta Urbani VIII. Prædecessoris nostri quoad Ritum Græco-Ruthenum, edita in Congregatione Propagandæ Fidei coram ipso habita die 7. Februarii, ac die 7. Julii anno 1624.

Latinis non licet ad Græcum Ritum transire, neque Græcis Latinum Ritum semel amplexis, ad illum reverti, nisi Apostolica intercedat dispensatio.

* In hac Editione Tom. XVI. Const. LVII. pag. 94.

Græcis itidem interdictus ad Latinum Ritum transitus, sed non æque; is autem non a Missionariis, sed ab Apostolica Sede probandus.

* In hac Editione Tom. XVI. Constitut. LXXXVII. pag. 166.

Quam-

Et quid de Italo-Græcis.

Quamvis autem æquum videri posset liberam Italo-Græcis relinquere facultatem transeundi, si liberet, a Græco Ritu ad Latinum, cum ipsi inter nos versentur, & Latino Episcopo subjiciantur; tamen constitutum est, ut Sedis Apostolicæ auctoritas ad id omninò requiratur, si de Ecclesiasticis tam Sæcularibus, quàm Regularibus agatur: Si verò Laici, & Sæculares transitum hujusmodi postulaverint, Episcopi sufficiat licentia, quam ob justas, ac legitimas causas, certis quibusdam personis mederatè impertiri quidem potest, nunquam verò integræ Universitati: In hac enim facti specie Apostolicæ Sedis auctoritate opus est, uti videre est in sæpe memorata nostra Constitutione: *Etsi Pastoralis*: 17. §. 2. *num.* 14. *Bullarii nostri Tom. I.* *

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 94.

Objectio ex eo desumpta, quod aliqui Latinorum Ritus Orientalibus permittantur.

§. 22. Quod si defendi vellet, Orientales, & Græcos hæresim abjurantes, & ad Unitatem redeuntes, allici jure posse, ac urgeri ad Ritus suos deserendos, Ritumque Latinum omnino amplectendum, eò quod aliàs probatum fuerit, atque nunc etiam probetur, Orientales, & Græcos Latinum aliquem Ritum sectari; opportuna haud desideratur responsio. Orientales siquidem & Græci duas veluti Classes constituunt. Prima est illorum, qui nequaquam contenti iis rebus, quæ ab Apostolica Sede ipsis ad Unionem conservandam permittuntur, extra honestatis limites impudenter feruntur, jactantes, quæcumque a se fiunt, ea jure optimo fieri, Latinosque decipi, qui eadem non peragunt. Exemplo sit Azymum: Græci, & Orientales, ut Catholici sint, fateri debent, tam azymum, quàm fermentatum panem, materiam esse aptam Sacramenti Eucharistiæ, & quemlibet Ecclesiæ suæ Ritum sectari oportere; adeo ut quicumque improbat Ecclesiæ Latinæ Ritum, quæ in Eucharistiæ consecratione utitur azymo, a veritate recedat, & in errorem prolabatur. Hilarion Monachus in Dialectica sua Oratione, quam Leo Allatius è Græco sermone Latinam reddidit *tom.* 1. *Græciæ Orthodoxæ*, edito Typis Congregationis de Propaganda Fide 1652. *p.* 762. hæc advertit: *Et hæc scripsi vobis, Græci amicissimi, non panem vestrum, quem adorans æquè ac nostra azyma revereor, incusans, sed exponens, nequè probè, neque ut Christianum addecet, vos gerere, dum Latinorum azyma dicto factoque læditis, injuriàque afficitis; in utrisque enim, ut dictum est, verus Christus continetur.* Exemplum est itidem ex libertate, Orientali & Græcæ Ecclesiæ relicta, ut qui in ea Sacris Ordinibus, atque etiam Sacerdotio sunt insigniti, uxores, quas ante Sacrum Ordinem duxerunt, retinere valeant, uti patet *ex Can. Aliter, dist.* 31. *& cap. Cum olim, de Clerici s Conjugatis.* Romani siquidem Pontifices perpendentes id nequaquam adversari Divino, aut naturali juri, sed tantum Ecclesiasticis sanctionibus, opportunum censuerunt consuetudinem hanc inter Græcos, & Orientales vigentem ferre, ne, auctoritate Apostolica ad eam evellendam interposita, illis occasio ab unitate recedendi præberetur; quod rectè expendit Arcudius *in sua Concordia lib.* 7. *c.* 33. Attamen, quis crederet? non defuerunt, neque desunt ex Græcis, & Orientalibus, qui Latinam Ecclesiam injuriâ arguunt, tamquam Matrimonio infensam, propterea quod exemplum Apostolorum sequuta, in suis Subdiaconis, Diaconis, ac Presbyteris cœlibatum servaverit, ac servet. Legi potest Hincmarus Rhemensis *tom.* 2. *suorum Operum epist.* 51. Tertium denique exemplum suppeditant nonnulli ex Cophtis, quorum Ritus præscribit, ut post Baptismi Sacramentum illicò adjungatur Confirmatio; qui mos non obtinet in Occidentali Ecclesia, quæ plerumque talem in confirmandis ætatem exposcit, ut quid bonum, quidve malum sit, possint dignoscere. Romana Ecclesia veteri Cophtorum consuetudini non adversatur. Verum (quis crederet?) extant ex ipsis nonnulli, qui Baptismum a Latinis collatum ideo perhorrescunt, quod post Baptisma, Confirmationis etiam Sacramentum non fuerit ministratum. Quamobrem in nostra Constitutione 129., quæ incipit: *Eo quamvis tempore: Bullarii nostri Tom. I.* * meritò a nobis arguuntur, atque damnantur: *Sicuti lenitati, & patientiæ Sedis Apostolicæ consonum videri potest, quod Cophti in suo jamdiù recepto, & ab eadem Sede tolerato usu perseverent, ita ferendum non est, quod Baptismum Ritu Latino, & seorsim a Confirmatione collatum, acerbo, alienoque animo perhorrescant.*

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 292.

Duplex statuitur Græcorum, & Orientalium Classis. Nonnulli suis Ritibus ita adhærent, ut Latinos damnent, atque improbent. Exemplis res illustratur.

Altera Classis eorum, qui cum propriis Latinum aliquem Ritum conjungunt. Afferuntur exempla.

§. 23. Alteram Classem constituunt Orientales illi, & Græci, qui retinentes majori ex parte Ritus suos, & insimul Occidentalium, ac Latinorum Ritus venerantes, ex his nonnullos sequuntur, ex veteri consuetudine suis Episcopis perspecta, & approbata, atque insuper ab Apostolica Sede expresè, vel tacitè confirmata. In hanc Classem referri possunt Armeni, ac Maronitæ, qui fermentatum deseruerunt, & Eucharistiam, sicuti Latini, in azymo conficiunt, uti testatur Abrahamus Echellensis *in suo Eutychio vindicato p.* 477.; quam quidem Armenorum disciplinam nonnulli tribuunt Sancto Gregorio Illuminatori, primo Armeniæ Episcopo, qui initio sæculi quarti, sub Tiridate Rege, martyrii coronam est consecutus; alii verò Sancto Silvestro Pontifici, aut Sancto Gregorio Magno eamdem referunt acceptam, in Conventionibus cum Armenorum natione initis, quæ indicantur a Summo Pontifice Gregorio IX. in suis Epistolis ad Regem Armeniæ, relatis a Raynaldo *ad annum Christi* 1139. *num.* 82. Eam certè disciplinam ab Ecclesia Romana Armenis traditam, testatur eorumdem Armenorum Sisensis Patriarcha Gregorius, in epistola ad Haytonem patrem Leonis Regis Armeniæ Cœnobitam, *apud Clementum Galanum, in Conciliatione Ecclesiæ Armenæ cum Romana Tom. I. p.* 449., sic scribens: *Quocirca nos a S. Romana Ecclesia, aquæ commixtionem* (cum vino in Calice) *modo recipimus, sicut ab eadem acceptum habemus Azymum, Mitram Episcopalem, & modum signandi Crucem.* Vetustissima pariter, & immemorabilis est apud Maronitas azymi consuetudo, uti constat ex Morini *Præfatione ad Maronitarum Ordinationes; & ex Bibliotheca Orientali Assemani senioris tom.* 1. *p.* 410.; atque ex Synodo Nationali in Monte Libano congregata anno 1736., & a Nobis in nostra Constitutione: *Singularis*: 31. *Bullarii nostri Tom. I.* * confirmata, in cujus *c.* 12. *de Sacramento Eucharistiæ*, cum de azymo agitur, hæc leguntur: *Qui mos, & in Ecclesia nostra, & apud Armenos quoque in Oriente, ab immemorabili tempore obtinuit, & authentica etiam hujus rei documenta proferre possumus.* Hoc Armenorum, & Maronitarum exemplo, Bessarion Cardinalis, cui primum Abbatia Cryptæ Ferratæ sita in Diœcesi Tusculana fuerat commendata, id obtinuit, ut Græci Monachi in illa degentes in azymo consecrarent, quemadmodum legere est in nostra Constitutione 33. *Inter multa*: §. *Ut autem: Bullarii nostri Tom. II.* * Idem semper servatum fuit, hodieque servatur in Ecclesia Collegiata S. Mariæ *de Grafeo* nuncupata, sita in Messanensi Diœcesi, licet ipsius Clerus Ritum Græcum retineat, uti videri potest in nostra Constitutione 81., quæ incipit: *Romana Ecclesia*, §. 1. *Bullarii nostri Tom. I.* * quamvis, generatim loquendo, Presbyteri Italo-Græci fervent in Italia, Insulisque adjacentibus suam disciplinam, ac Ritum conficiendi in fermentato Eucharistiam; moneanturque impensius Sacerdotes Latini, vel Græci Ritus, ne Eucharistiam consecrare, ac distribuere juxta proprium cujusque Ritum prætermittant, uti declaratur in nostra Constitutione, quæ incipit: *Etsi Pastoralis*, 57. §. 1. *num.* 2., *ac* §. 6. *num.* 10. *& seq. Bullarii nostri Tom. I.* *

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 94.

* In hac Editione Tom. XVII. pag. 157.

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 153.

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 45.

§. 24. Quibusdam Ecclesiæ sæculis is usus obtinuit, ut post Baptismi Sacramentum Eucharistia pueris traderetur, haud quidem ex ea persuasione, quod esset ad æternam puerorum salutem necessaria, sed ex mero ritu, & consuetudine tunc temporis vigente, quemadmodum sapienter animadverterunt Tridentini Concilii Patres, *Sess.* 21. *cap.* 4. Inter errores Armenorum a Summo Pontifice Benedicto XII. damnatos,

Ritus ministrandi Eucharistiam Infantibus, illico post Baptismum, quando obtinuerit, & quare obsoleverit.

quinquagesimus octavus apud Raynaldum *ad annum Christi* 1314. §. 66., recensetur ille, quo asserebant, ad æternam puerorum salutem, & Baptismi iis collati validitatem, præter Confirmationis sacramentum, Eucharistiam etiam iisdem esse administrandam. In Occidentali Ecclesia, quadringentis, & amplius ab hinc annis, Eucharistia pueris post Baptismum non administratur. Verum negari nequit, in Libris Ritualibus Orientalium, commemorari Ritum Communionis post Baptismum pueris administrandæ. Assemanus junior *lib.* 2. *Codicis Liturgici pag.* 149. refert ordinem ministrandi Baptismi apud Melchitas; *pag.* quoque 309. ordinem exscribit Baptismi Syrorum, eeitum a Philoxeno Mabugensi Episcopo Monophysita; *pag.* 306. alium affert desumptum a veteri Rituali Severi Patriarchæ Antiocheni Monophysitarum antesignani: *& lib.* 3. *ejusdem Codicis pag.* 95. *& pag.* 130. binos alios ordines commemorat, servatos inter Armenos, & Cophtos in ministrando Baptismo; quibus omnibus præcipitur, ut pueris post Baptismum Eucharistia ministretur. Hujusmodi consuetudinem apud nonnullos Græcos ad sua usque tempora obtinuisse ait Sanctus Thomas 3. *part. quæst.* 80. *art. ad tertium.* Arcudius vero *lib.* 3. *de Sacramento Eucharistiæ cap.* 11. hanc esse Græcorum disciplinam scribit; sed aliqui ex ipsis paulatim eam deseruerunt, propter incommoda, quæ in præbenda pueris post Baptismum Eucharistia identidem intercedebant. In actis Synodi sub Sergio Patriarcha Antiocheno Maronitarum, habitæ in Monte Libano die 18. Septembris anno 1596. cui præfuit Pater Hieronymus Dandinus Societatis Jesu, Nuncius Summi Pontificis Clementis VIII., hæc verba leguntur *can.* 7.: *Quoniam parvulis sine indecentia maxima, venerabilisque Sacramenti injuria, vix potest Sacra Christi Communio dari, caveant in posterum Sacerdotes universi, ne quemquam ante rationis usum ad eam admittant.* Consentiunt Patres Concilii Zamosciæ habiti anno 1720. §. 3. *de Eucharistia.* Idemque firmatum legitur in Actis Libanensis Concilii, quod habitum fuit anno 1736. *cap.* 12. *de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento num.* 13., cujus hæc sunt verba: *In antiquis quidem nostris Ritualibus, sicut & in Ordine vetere Romano, & in Euchologiis Græcis, Baptismatis Ministro diserte præcipitur, ut infantes mox a Baptismate, Chrismate delibutos, pascat Eucharistiæ Sacramento; nihilominus tum ob debitam huic Augustissimo Sacramento reverentiam, tum quia idem non est infantibus ac pueris ad salutem necessarium, præcipimus, ut infantibus quidem, dum baptizantur, Eucharistia nullo pacto, neque sub specie Sanguinis, porrigatur.* Quod ipsum statutum fuit in Constitutione pro Italo Græcis, incipiente: *Etsi Pastoralis*: 57. §. 2. *num.* 7. *Bullarii nostri Tom.* 1. *

§. 25. De usu administrandæ Eucharistiæ sub utraque specie etiam Laicis, quoad Orientalem, & Græcam disciplinam, fusè disserunt Arcudius *in Concordia Occidentali, & Orientali in Sacramentorum administratione lib.* 3. *cap.* 4., & Leo Allatius *in prima adnotatione de Ecclesiæ Occidentalis, atque Orientalis consensione p.* 1614. *& seq.* In Græcorum Collegio, quod Romæ, uti diximus, erectum fuit a Gregorio XIII., ea indicta lege, ut Græcus in eo Ritus servetur, quemadmodum præfatus Leo Allatius testatur *in suo Tractatu de ætate, & Interstitiis pag.* 21., juxta ipsius Collegii Constitutiones a Summo Pontifice Urbano VIII. confirmatas, debent Alumni quolibet octiduo animi sordes Pœnitentiæ Sacramento eluere, & Sacram Eucharistiam sumere quintadecima quaque die, nec non festis diebus solemnibus, & singulis Adventus, & Quadragesimæ Dominicis, Latino Ritu servato; in festis verò solemnioribus, videlicet diebus Paschatis, Pentecostes, & Nativitatis Domini, jubentur, Eucharistiam sub utraque specie Ritu Græco suscipere, hoc est in fermentato, Sanguine intincto, ad quam rem perficiendam Sacerdos utitur parvo cochleari, quod infert in os suscipientis Eucharistiam: Idemque Ritus servatur cum reliquis Græcis omnibus, qui prædictis diebus ad solemne Missæ Sacrificium conveniunt, aut qui aliis per annum diebus in Ecclesia Græci Collegii sibi Eucharistiam Ritu Græco administrari deposcunt. Verum Italo Græcis in memorata Constitutione: *Etsi Pastoralis*: 57. §. 6. *num.* 15. * Eucharistia sub utraque specie permittitur in illis dumtaxat locis, in quibus Ritus hujusmodi Communionis retentus viget; sed in aliis locis, ubi idem Ritus obsolevit, Eucharistia sub utraque specie prohibetur. Ab hac disciplina, seu ritu sumendæ Eucharistiæ sub utraque specie, licet in universa Orientali Ecclesia recepto, nonnulli Græci, & Orientales paulatim recesserunt. Lucas Holstenius, vir sanè clari nominis, in Epistola ad Bertoldum Nimisium, quæ typis impressa affertur in Opusculis Græcis, ac Latinis Leonis Allatii *pag.* 436. refert, se præbuisse Eucharistiam in Vaticana Basilica Presbytero Abyssino, qui cum aliis communicaturus, ad sacram Mensam accesserat; cumque eum sub unica specie panis Eucharistiæ participem fecisset, ab ipso deinde, atque etiam ab aliis Æthiopicæ Ecclesiæ hominibus, scisciatum fuisse, an, juxta Patriæ suæ Ritum, Eucharistiam sub unica specie panis sumere consuevissent, tam in solemni Lyturgia, quam in quotidiana Eucharistiæ participatione, necnon cum ad eos extremo morbo laborantes eadem in Viaticum afferebatur; testaturque, fuisse sibi ab ipsis responsum, Sacram Synaxim sub unica specie panis sibi semper administrari, hancque esse veterem disciplinam in Æthiopica Ecclesia obtinentem. Inter quæsita Summo Pontifici Gregorio XIII. proposita a Patriarcha Maronitarum, sequens recensetur: *Nos Missam celebramus in solo azymo: Laici verè nostri sub utraque specie communicant;* cui Pontifex his verbis respondit: *Si volunt in azymo consecrare, non videntur prohibendi: Laici verò a Communione sub utraque specie pedetentim arcendi sunt; totus enim Christus sub una specie continetur, & in usu Calicis magnum est periculum effusionis*: uti legere est in laudato Opere Thomæ a Jesu, *de Conversione omnium gentium pag.* 486. *& seq.* Patres etiam Concilii Libanensis habiti anno 1736. *part.* 2. *cap.* 12. *num.* 21. hujusmodi consilio inhærentes, ita statuerunt: *Deinde ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ institutis inhærentes, præcipimus, & strictè mandamus, ne cui Laico, vel Clerico in minoribus Ordinibus constituto, Communio sub utraque specie tradatur, sed sub una tantum, panis nimirum*: Solis Diaconis permittentes, ut in solemni Missa Eucharistiam sub utraque specie a Sacerdote accipiant, hoc est sub specie panis primum, deinde sub specie vini, semoto tamen, quem superius commemoravimus, cochlearis usu: *At vero Diaconis, ut Hostiam Sanguine intinctam a Sacerdotibus, in solemni præsertim Missa, accipere possint & valeant, concedimus & permittimus, modò absit cochlearis usus, quem omnino abrogandum esse statuimus.*

§. 26. Postremò, ab Eucharistiæ Sacramento minimè recedentes, hic verba faciemus de alio Orientali, & Græco Ritu, quo nimirum Sacerdos post consecrationem, & ante consummationem, paululum aquæ tepidæ in calicem fundit. Matthæus Blastares *in Syntagmate Alphabetico cap.* 8. *tom.* 2. *Synodicon Græcorum pag.* 153. hujusmodi Ritum commemorat, ejusque significationem affert. Eutymius Tyri ac Sidonis Archiepiscopus anno 1716. Summo Pontifici Clementi XI. nonnulla quæsita proposuit, quorum alterum erat, utrum Melchitis Syriæ, ac Palestinæ interdicere deberet, aquam tepidam Divino

Sanguini

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 94.

* In hac Editione Tom. XVI. p. 94 Vetustior recentiorque traditur Ecclesiæ Græcæ disciplina, quoad Communionem sub utraque specie.

Ritusque affundendi aquam tepidam in calicem post consecrationem, & ante consummationem.

Sanguini post Consecrationem affundere; cui redditum fuit responsum, adjecta accurata, & luculenta instructione ab eodem Pontifice approbata, ejusque jussu transmissa ad Superiores Missionum Terræ Sanctæ, Damasci, Tyri, ac Sidonis; injunctumque prædicto Archiepiscopo, ne id fieri interdiceret, cum de veteri Ritu ageretur, Sedi Apostolicæ perspecto, & Græcis Sacerdotibus etiam Romæ permisso; per quem innuitur Fidei ardor, qui maximus erga tantum Mysterium debet conflagrare. Simile responsum die 31. Martii anno 1729. jussu Benedicti Papæ XIII. datum fuit Cyrillo Græcorum Patriarchæ Antiocheno. Idem Ritus Italo-Græcis permittitur in citata Constitutione 57. *Etsi Pastoralis*, §. 6. *num.* 2. *Bullarii nostri Tom. I.* * Cumque subinde in Congregationibus, quæ pro correctione Librorum Ecclesiasticorum Ecclesiæ Orientalis habitæ fuerunt, ad accuratiorem quamque diligentiam adhibendam, diu multumque disputatum fuisset, utrum interdicendus esset Ritus infundendi in calicem aquam tepidam post Consecrationem, cum potissimum Humbertus Cardinalis Sylvæ Candidæ superioribus temporibus plurimum adversus eumdem Ritum declamasset, responsum fuit die 1. Maji anno 1746., *nihil esse innovandum*, quod rescriptum a Nobis deinde confirmatum fuit; rationibus enim a prædicto Cardinali allatis nil ponderis inesse compertum fuit. Attamen Patres Concilii coacti in urbe Zamosciæ anno 1720,, graves ob causas, inhibuerunt Ruthenis Sacerdotibus, ne aquam tepidam post Consecrationem in calicem funderent, uti legi potest §. 4. de celebratione Missarum: *Inhibet, gravem ob causam, & abrogat toleratam in Orientali Ecclesia consuetudinem, ad consecratæ calicis species aquam tepidam affundendi, post Consecrationem, ante Communionem.*

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 94.

Allata hucusque exempla, ad propositam superius objectionem probandam, inepta demonstrantur.

§. 27. His sanè, & aliis hujusmodi exemplis, quæ facilè cumulari possent, inniti valent, qui erga transitum a Ritu Orientali & Græco, ad Occidentalem & Latinum sunt propensiores, vel certe quidem putant se jure optimo agere, dum Schismaticum Orientalem ad Ecclesiæ unitatem convertentes, satagunt eumdem abducere ab aliquo Ritu, quem servare consueverat, priusquam nobis consentiret, quique a reliquis omnibus Orientalibus & Græcis, ex veteri disciplina, firmiter retinetur & observatur. Verùm, neque superius allata exempla, nec cætera, quæ in medium proferri possent, quidquam illorum opinioni suffragantur; tum quia in transitu a Ritu Orientali & Græco, ad Occidentalem & Latinum, tollitur omnino quidquid ab ipso Græco Ritu præscribitur, & nostro Ritui non conformatur; quod non contingit in iis exemplis, quæ paulò superius allata sunt, quibus nempe, si aliqua peculiaris solemnitas Græci Ritus tollitur, Ritur tamen ipse, ac reliqua omnia eodem Ritu præscripta intacta servantur; tum quia partem etiam aliquam demere ex aliquo Ritu, salvis reliquis ejusdem Ritus partibus, non est privati viri, sed auctoritas publica intercedat necesse est, videlicet Supremi Capitis universalis Ecclesiæ, qualis plane est Romanus Pontifex. Sedes namque Apostolica ea est, quæ præcipuo quodam jure, quoties ipsi consentaneum visum fuit, ab Orientali Ecclesia Ritum aliquem desumpsit, & in Occidentalem traduxit; aut permisit, Ritum aliquem Græcum in aliqua Latina Ecclesia usurpari. Eademque Apostolica Sedes, quoties deprehendit, periculosum vel indecorum aliquem Ritum in Orientalem Ecclesiam irrepsisse, illum damnavit, improbavit, ejusque usum ipsi prohibuit. Ipsa denique Apostolica Sedes, postquam vidit Orientalem, vel Græcam aliquam gentem in aliquo Latino Ritu usurpando, ac defendendo, vehementer obfirmatam, ac potissimum, quando Ritus ipse ab antiquo tempore invectus fuit; ab omnibus communiter receptus, atque expresse, vel tacitè ab Episcopis probatus, Ritum ipsum tolerando, & sic approbando, firmavit.

Triplex præcipuum Sedis Apostolicæ munus, admittendi Græcos Ritus in Latinam Ecclesiam, interdicendi noxios in Græca, & eidem permittendi innoxios.

§. 28. In Latina, & Græca Lyturgia recitatur Symbolum, ejusque recitatio in Missæ Sacrificio in Ecclesia Orientali primum instituta, deinde in Occidentalem traducta est, uti colligitur ex tertio Toletano Concilio habito anno 589. *can. 2. tom. 5.* Collectionis Labbeanæ *pag.* 1009. cujus hæc sunt verba: *Ut per omnes Ecclesias Hispaniæ vel Galliciæ, secundum formam Orientalium Ecclesiarum, Concilii Constantinopolitani, hoc est centum quinquaginta Episcoporum, Symbolum Fidei recitetur, ut, priusquam Dominica dicatur Oratio, voce clara a populo decantetur.* Quare, cum Patres Toletani Concilii, disciplinam statuentes recitandi Symbolum in Sacrificio Missæ, se ad Ritum Orientalium Ecclesiarum retulerint; id satis est ad agnoscendum, hujusmodi disciplinam in Oriente primo institutam, inde in Occidentem promanasse; sicut advertunt Cardinalis Bona *Rerum Lyturgic. lib. 2. cap. 8. num. 2.*, & Georgius *de lyturgia Romani Pontificis tom. 2. cap. 20. num. 2. pag. 176.* Sed rem propositam persequendo, Amalarius *in libro de Divinis Officiis cap. 14.*, postquam, innixus auctoritate Sancti Paulini in Epistola *ad Severum*, retulit, sola Feria sexta majoris Hebdomadæ in Ecclesia Hierosolymitana exponi consuevisse populo adorandam Crucem ipsam, in qua Christus pependit, huic Græcæ consuetudini tribuit Ritum adorationis Sanctæ Crucis, quæ in Officio prædictæ Feriæ sextæ in unaquaque Latina Ecclesia ad hanc usque diem peragitur. Trisagium *Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus Immortalis, miserere nobis*, pia est, & frequentissima Oratio in Græcorum Lyturgia, uti rectè advertit Goarius in notis ad Euchologium in Missam Sancti Joannis Chrysostomi *pag.* 109. Ejus Orationis origo repetitur ex miraculo, quod medio sæculo quinto contigit in Regia Urbe Constantinopolitana; cum enim Theodosius Imperator, Patriarcha Proclus, & universus populus in aperto ad Deum preces effunderent, ut ab imminenti liberarentur excidio, quod ipsis ab ingentibus terræ motibus impendebat, puer repentè in Cælum rapi visus est, qui deinde in terram demissus, retulit se audivisse Angelos prædictum Trisagium canentes; quare, cum jussu Procli Patriarchæ, universus populus illud devotè cecinisset, terra ab horrendis, quibus concutiebatur, motibus, conquievit, uti narrat Nicephorus *lib. 14. cap. 46.*, rectèque prosequitur Summus Pontifex Felix III. in epistola tertia ad Petrum Fullonem, quæ habetur *tom. 4.* Labbeanæ Collectionis. Idem vero Trisagium in Ecclesia Occidentali Feria Sexta majoris Hebdomadæ Græcè, & Latinè canitur, quemadmodum appositè animadvertit Cardinalis Bona *Rerum Lyturgicar. lib. 2. cap. 10. num. 5.* Aquæ benedictio in pervigilio Epiphaniæ ex Ritu est Græcæ Ecclesiæ proprio, uti fusè ostendit Goarius in Euchologio, sive Rituali Græcorum, & nunc etiam prædicta die Romæ in Græcorum Ecclesia peragitur hæc functio, de qua in allata superius Constitutione nostra 57. §. 5. *num.* 13. mentio habetur, simulque permittitur, ut Fideles eadem aqua benedicta aspergantur. De transitu Ritus hujusmodi ab Orientali in aliquas Occidentales Ecclesias videri possunt, quæ congessit eruditus Martene *tom. 4. de antiqua Ecclesiæ disciplina in Divinis celebrandis Officiis cap. 4. num. 2.*, & quæ afferuntur in Dissertatione Patris Sebastiani Pauli Congregationis Matris Dei, edita Neapoli anno 1719., cui titulus est: *De ritu Ecclesiæ Neritinæ exorcizandi aquam in Epiphania*, ubi propterea *part. 3. pag. 177. & seq.* opportunè monet Episcopos, in quorum Diœceses longo abhinc tempore nonnulli Ritus ab Ecclesia Græca manantes

Exempla Græcorum Rituum, quos Sedes Apostolica a Græca in universam Ecclesiam transtulit, vel in aliqua Ecclesia Latina usurpari permisit.

irrepserunt, ut illos de medio tollere tantopere non contendant, ne turbæ excitentur, & ne videantur improbare rationem agendi Sedis Apostolicæ, quæ Ritus illos irrepsisse cum optimè noverit, eosdem tamen servari & frequentari permisit; affertque etiam *pag.* 203. epistolam Cardinalis Sanctorii, Sanctæ Severinæ nuncupati, scriptam anno 1580. ad Fornarium Episcopum Neritinum, de hoc ipso argumento, & de aquæ benedictione in Epiphania, quæ in illa Diœcesi peragitur. Græcus pariter est Ritus spoliandi, ac lavandi Altare Feria quinta in Cœna Domini. Hujusce Ritus monumentum aliquod reperire est sæculo quinto; de eo namque meminit in suo Typico, sive Ordine recitandi Officium Ecclesiasticum per totum annum, S. Sabas, qui, teste Leone Allatio *de Libris Ecclesiæ Græcæ dissert.* 1. *pag.* 9., abiit anno 451. Si certò affirmari posset Ordinem Romanum ab Hittorpio editum, Sancti Gelasii Pontificis jussu compositum fuisse, Ritus lavandi Altaria Feria quinta in Cœna Domini, prædictæ Græcorum consuetudini fuisset quasi coævus in Latina Ecclesia, cum Sanctus Gelasius Pontifex obierit *anno* 496. At, cum incertum sit, utrum Romanus Ordo ab Hittorpio vulgatus, tantæ antiquitatis merito præstet, & cum, eo sepulto, Sanctus Isidorus Hispalensis Episcopus inter Latinos primus extiterit, qui de hoc Ritu verba fecerit; idemque S. Isidorus *anno* 636. sit vita functus; satis id est, ut ab Oriente in Occidentem fluxisse asseratur Ritus prædictus, qui in hunc usque diem in nonnullis Latinis Ecclesiis retinetur, probantibus Romanis Pontificibus; ac potissimum in Vaticana Basilica, magna cum Solemnitate, Feria quinta in Cœna Domini quotannis peragitur. Suaresius Episcopus Vasionensis, & Vicarius ejusdem Basilicæ, & Joannes Chrysostomus Battellus Archiepiscopus Amasenus, qui in minoribus inter Beneficiatos ejusdem Basilicæ recensebatur, duas elucubratissimas Dissertationes ediderunt, quibus prædictum Ritum illustrarunt. Quæ cum ita sint, exemplis, & factis apertè evincitur id, quod paulo ante diximus, Sedem videlicet Apostolicam non omisisse, quoties id rationi consentaneum putavit, aut adsciscere in universam Latinam Ecclesiam Ritus, qui ad Græcam Ecclesiam pertinebant, aut permittere, ut peculiares quidam Ritus, qui ab Ecclesia Græca manarunt, in nonnullis Latinis Ecclesiis observarentur.

Exempla Rituum, quos justis de causis a Græca Ecclesia proscripsit Apostolica Sedes.

§. 29. Jam paulo superius de Trisagio sermonem fecimus, deque admirabili modo, quo cantus ejusdem in Sacras Lyturgias Ecclesiæ Græcæ inductus fuit: Cum tamen Petrus Fullo, cognomento Gnaphæus, fautor hæresis Apollinaristarum, qui Theopaschitæ appellantur, ausus fuisset Trisagio hæc verba superaddere: *Qui crucifixus es pro nobis*: sicuti fuse commemorat Theodorus Lector *lib.* 1. *Collectanear.*; & cum nonnullæ Orientis Ecclesiæ, ac potissimum Syrorum, & Armenorum, opera cujusdam Jacobi Syri, teste Nicephoro *lib.* 18. *cap.* 52. additamentum hujusmodi recepissent; haud prætermiserunt Romani Pontifices, pro ea, quam in similibus adhibere consueverunt, vigili cura & sollicitudine, inolescenti errori se opponere, factamque Trisagio additionem interdicere; rejicientes interpretationem, qua, Trisagium ipsum referendo ad solam Filii personam, non vero ad tres Divinas personas, omnem erroris suspicionem adimi jactabatur; tum quia periculum semper supererat adhærendi dogmati hæretico; tum quia humanæ mentis præsumptio ad solum Christum referre minime poterat Hymnum ab Angelis in honorem Sanctissimæ Trinitatis decantatum, sicuti Lupus rectè expendit *in notis ad Can.* 81. *Trullanum*, ubi, postquam retulerat, a Felice III., & Romana Synodo damnatam fuisse additionem Trisagio factam, ita subdit: *Hymnum soli Divinæ Trinitati a Sanctis semper Angelis adcantatum, Ecclesiæ ab ipso Deo ac eisdem Sanctis Angelis in puero laudato traditum, malorum Regiæ Urbi impendentium depulsione confirmatum, ac in eodem sensu & ratione comprobatum a plena Synodo Chalcedonensi, constanter asseverant*, (loquitur de Episcopis tum in prædicto Concilio congregatis, tum de aliis additamentum Trisagio factum respuentibus) *humana præsumptione non potuisse ad solum Christum detorqueri.* S. Gregorius VII. eodem Religionis studio ipsam additionem improbavit in sua epistola prima *lib.* 8. scripta ad Archiepiscopum, sive Patriarcham Armenorum. Idem præstitit Gregorius XIII. in nonnullis suis epistolis datis in forma Brevis ad Patriarcham Maronitarum die 14. Februarii anno 1577. In Congregatione autem Propagandæ Fidei, habita die 30. Januarii anno 1635., cum examini subjecta fuisset Armenorum Lyturgia, atque inter cætera accuratiori disquisitione fuisset expensum, utrum additio inducta Trisagio tolerari posset, ob indicatam causam, quod illa ad solam Filii personam relationem habere posse videretur, responsum fuit, id non esse permittendum, additionemque omnino expungendam. Summus Pontifex Gelasius in sua epistola nona ad Episcopos Lucaniæ *cap.* 26. pravam consuetudinem jam invectam improbavit, juxta quam, mulieres Sacerdoti Missam celebranti inserviebant; cumque idem abusus ad Græcos transiisset, Innocentius IV. in epistola, quam ad Episcopum Tusculanum dedit, eumdem severissime proscripsit: *Mulieres autem servire ad Altare non audeant, sed ab illius ministerio repellantur omnino*: Iisdem verbis a Nobis quoque prohibetur in nostra sæpius citata Constitutione: *Etsi pastoralis*: §. 6. *num.* 21. *Tom.* I. * *Bullarii Nostri.* Feria quinta Majoris Hebdomadæ, ad recolendam Dominicæ Cœnæ memoriam, sacra peragitur functio, in qua consecratur panis, qui per integrum annum asservatur, ut illo reficiantur lethali morbo laborantes, qui Sacram Synaxim in Viaticum sibi deposcunt, & aliquando etiam eidem pani consecrato exigua pars vini consecrati affunditur. Ritus hujusmodi a Leone Allatio describitur in suo Tractatu *de Communione Orientalium sub specie unica num.* 7. Summus Pontifex Innocentius IV. in laudata epistola ad Episcopum Tusculanum, Ritum illum Græcis interdixit, hisce verbis: *Eucharistiam in die Cœnæ Domini consecratam, usque ad annum, prætextu infirmorum, ut videlicet de illa ipsos communicent, non reservent*: additditque, ut paratam semper Eucharistiam haberent pro Infirmis, sed illam qualibet decima quinta die renovarent. *Arcudius in Tract. de Concordia Ecclesiæ Occidentalis, & Orientalis lib.* 3. *cap.* 55. & 56. absurditates, quæ ex eo Ritu promanabant, indicare haud prætermisit, deprecans Romanos Pontifices, ut illum penitus abrogarent. Præstitit id Clemens VIII. in sua Instructione, idemque & Nos præstitimus in nostra Constitutione: *Etsi Pastoralis* 57. §. 6. *num.* 3. & *seq.* In Concilio Zamosciæ, a duabus Congregationibus, Concilii videlicet, ac Propagandæ Fidei examinato, §. 3. *de Eucharistia*, legitur statutum, ut si alicubi adhuc vigeret Ritus consecrandi Eucharistiam Feria quinta in Cœna Domini, eam suffundendi aliqua gutta Sanguinis, servandique pro infirmis in annum integrum, in posterum omnino prætermittatur; sed Parochi Eucharistiam pro Infirmis servent, ipsam qualibet octava, aut decima quinta die renovantes. Eamdem viam institerunt Patres Concilii Libanensis a Nobis confirmati, sicuti patet *ex cap.* 12. *de Sacramento Eucharistiæ num* 24. Quibus sane exemplis manifesto comprobatur, quod

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 94.

Sedes

Sedes Apostolica nunquam omiserit Græcis interdicere Ritus aliquos, licet apud eos jampridem obtinerent, quoties eosdem pernicioſos & malos esse, aut evadere posse deprehendit.

Hac ipsa tamen in re, Apostolica Sedes, pro circumstantiarum varietate, epicheiam adhibuit.

§. 30. De Processione Spiritus Sancti à Patre, ac Filio, quemadmodum superius indicavimus, præcipue disputatum est, quoties de unione Græcæ, & Orientalis Ecclesiæ cum Latina, & Occidentali actum fuit. Hujus articuli examen trinam veluti faciem præsetulit, atque adeo ad hæc tria capita redactum est. Primum, an processio Spiritus Sancti a Patre & Filio essct Fidei Dogma: & quoad primum hoc caput, firmissime responsum semper fuit, non esse ullo modo dubitandum, quin processio Spiritus Sancti a Patre & Filio inter Fidei Dogmata adnumeretur; neque Catholicum revera esse, qui illud non recipit, ac profitetur. Alterum, an, posito hoc esse unum ex Fidei Dogmatibus, licuerit in Symbolo Missæ superaddere verbum *Filioque*, quamvis neque in Niczna, neque in Constantinopolitana Synodo illud reperiretur, cum potissimum ab Oecumenica Synodo Ephesina decretum fuerit, ne quid Nicæno Symbolo adderetur: *Statuit Sancta Synodus, alteram Fidem nemini licere proferre, aut conscribere, aut componere, præter definitam a Sanctis Patribus, qui in Nicæa cum Spiritu Sancto congregati fuerunt.* Quod autem ad alterum hoc caput attinet, firmatum fuit, non modo licuisse, sed & valde conveniens fuisse, ut hujusmodi additio fieret Nicæno Symbolo; eò quod Ephesinum Concilium solummodo inhibuerit additiones Fidei oppositas, aut temerarias, & a communi consuetudine devias; non vero orthodoxas, & quibus aliquis Fidei articulus in eodem Symbolo implicite contentus, explicatius declararetur. Tertium denique, utrum, posita pro indubio Fidei dogmate Processione Spiritus Sancti a Patre, & Filio, agnitaque insuper in Ecclesia potestate addendi Symbolo vocem *Filioque*; permitti posset, ut Orientales, & Græci in Sacrificio Missæ Symbolum recitarent ad eum modum, quo prius, & ante Schisma consueverant, quod perinde est ac dicere, prætermissa voce, *Filioque*. Quod autem pertinet ad postremum hoc caput, non eadem semper fuit Sedis Apostolicæ disciplina; quandoque enim Orientalibus & Græcis, Symbolum absque voce *Filioque* recitare permisit; tunc nimirum, cum certo constiterat, priora duo capita, seu articulos ab illis recipi, noveratque omnino fore, ut, si iisdem denegaretur id quod tanto studio deposcebant, exoptatæ Unioni aditus intercluderetur: Nonnunquam verò Symbolum cum additione *Filioque*, ab Orientalibus, & Græcis recitari omnino voluit; cum scilicet merito suspicari potuit, eosdem ideo nolle Symbolum cum additamento recitare, quod adhærerent errori opinantium, ac asserentium, Spiritum Sanctum a Patre, & Filio non procedere, vel ab Ecclesia additionem illam, *Filioque*, Symbolo fieri non potuisse. Duo Summi Pontifices, nempe Beatus Gregorius X. in Lugdunensi Concilio, & Eugenius IV. in Florentino, primam agendi rationem, ob indicatas causas, cum Græcis adhibuerunt, uti constat ex *tom.* 7. Collectionis Conciliorum Harduini *pag.* 698. *D*, *& tom.* 9. ejusdem Collectionis *pag.* 395. *D.* Alteram vero rationem, ex causis itidem supra allatis, amplexus est, servavitque Summus Pontifex Nicolaus III., cum deprehendit, Michaelem Imperatorem ex bona fide non agere, neque iis stare, quæ pollicitus fuerat in tractanda Unione, quam cum Pontifice Gregorio X. Prædecessore suo absolverat, atque firmaverat. Hujus rei documentum e Vaticano Archivo desumptum in Raynaldi Annalibus impressum est *ad annum Christi* 1278. §. 7. Eamdem viam institerunt Martinus IV., & Nicolaus IV. Et quamvis de Pontificibus istis, quod ad hanc rem pertinet, Scriptores diversa tradiderint, Pachymeres tamen, qui tunc temporis Constantinopolitanam historiam posterorum memoriæ commendabat, *lib. 6. cap.* 14. aperte testatur, eos Prædecessorum suorum epicheiam non fuisse secutos, sed voluisse, ut ab Orientalibus, & Græcis Symbolum cum additione *Filioque* recitaretur, ut injecta sibi de Orthodoxa illorum Fide dubitatio tolleretur, *ad certum experimentum capiendum Fidei, & Sententiæ Græcorum: ejus vero pignus idoneum fore, si & ipsi Symbolum, sicut Latini, pronunciarent.* Idem Pontifex Eugenius, qui in Florentino Concilio Orientalibus concesserat, ut sine ea voce, *Filioque*, Symbolum recitarent, cum deinde Armenos in unitatem Sanctæ Ecclesiæ reciperet, eisdem præcepit, ut Symbolo prædicta additione adaucto uterentur, uti videre est in Collectione Conciliorum Harduini *tom.* 9. *pag.* 435. *B*, eò quod fortasse Armenos non æque ac Græcos, ejusmodi additamento repugnantes deprehenderat. Callistus itidem III. Romanus Pontifex, cum Fratrem Simonem ex Ordine Prædicatorum munere Inquisitoris decoratum in Cretam ablegaret, quam in Insulam se receperant plures Græci aufugientes ab urbe Constantinopolitana, cujus ante biennium Turcæ potiti fuerant, jussit ipsum vigilem adhibere curam, ut iidem Græci Symbolum cum additione *Filioque* recitarent, sicuti narrat Gregorius Trapezuntius *in sua epistola ad Cretenses. Tom. I. Græciæ Orthodoxæ, apud Allatium pag.* 537., quod confirmatur etiam *ab Echard. Tom. I. Scriptorum Ordinis Sancti Dominici pag.* 762.; fortasse enim Pontifex suspicabatur, ne prædicti Græci, quippe qui ex Urbe Constantinopoli advenerant, in eo Fidei dogmate minus firmi essent. In duabus formulis Processionis Fidei, quas jam superius commemoravimus, quarum alteram Gregorius XIII. Græcis, alteram Urbanus VIII. Orientalibus præscripsit, nihil aliud continetur, quàm quod in Florentino Concilio fuit constitutum. In duabus Constitutionibus, altera videlicet Clementis VIII. quæ est 34. *veteris Romani Bullarii Tom. III. §. 6.*, nostra altera incipiente: *Etsi Pastoralis §. 1. Bullarii nostri Tom. I.* *, utraque edita pro Latinis Episcopis, in quorum Diœcesibus versantur Græci, aut Albanenses Græcum Ritum servantes, dummodo hi Spiritum Sanctum a Patre & Filio procedere fateantur, & agnoscant Ecclesiæ fuisse potestatem addendi Symbolo vocem *Filioque*, minime jubentur Symbolum cum hac additione recitare; nisi forte, ea prætermissa, scandalum immineret; aut certo aliquo in loco peculiaris consuetudo jam invaluisset recitandi Symbolum cum additione *Filioque*; aut deinde necessarium putaretur, ut Symbolum ab illis cum prædicta additione recitaretur, ac eliciendam indubiam rectæ ipsorum Fidei probationem. Recte autem non modo Patres Concilii Zamosciæ *tit.* 1. *de Fide Catholica*, sed etiam Patres Libanensis Concilii *part.* 1. *eodem tit. num.* 12., ad omnem scrupulum submovendum, provide statuerunt, ut Sacerdotes omnes eorum legibus subjecti, Symbolum, juxta consuetudinem Romanæ Ecclesiæ, cum particula *Filioque* usurpent.

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 94.

§. 31. Ex his, quæ huc usque dicta sunt, plenè concluditur, Sedem Apostolicam hac ipsa in re quandoque, ex peculiaribus circumstantiis, perspectaque sibi gentis alicujus indole, consensisse, ut certus adhiberetur modus, quem tamen ab aliis, ob diversas circumstantias, diversumque locorum ac populorum genium, nullatenus

Tertium denique munus permittendi in Græca Ecclesia certos quosdam innoxios Ritus, quomodo executa sit Apostolica Sedes.

usurpari permisit. Quamobrem, ut oneri suscepto satis faciamus, nihil aliud supereſt, quàm ut ostendamus, aliquando eamdem Sedem Apostolicam, dum novit gentem aliquam Orientalium, & Græcorum, in aliquo Latino Ritu adhibendo tenaciorem esse, illius usum ei benigne permisisse; præsertim si hujusmodi Ritus usurpandi consuetudo a vetustioribus temporibus inolevit, & Episcopi non modò eidem nunquam adversati sunt, sed aut tacitè, aut expressè eamdem comprobarunt. Verùm, cum hac ipsa de re perspicua exempla jam fuerint superius allata; dum verba fecimus de ea classe Orientalium, & Græcorum, qui Ritus suos majori ex parte retinentes, atque Latinos æquè, ac Orientales Ritus venerantes, aliquem ex nostris Ritibus amplexi sunt, ab inutili idcirco repetitione abstinebimus, ea hìc revocantes, quæ superius in his ipsis litteris plenè fuerunt exposita. Duo solùm exempla ex Maronitis desumpta, subnectemus iis, quæ jam adduximus. Nonnullis ab hinc sæculis Maronitæ Pontificales ac Sacerdotales vestes adhibent ejusdem planè formæ, quam Latinus Ritus præscribit, quemadmodum in citato sæpius Libanensi Concilio habito anno 1736. legitur *cap.* 12. de Sacramento Eucharistiæ *num.* 7. Summus enim Pontifex Innocentius III. epistola ad Hieremiam Patriarcham anno 1215. data, quæ incipit: *Quia Divinæ Sapientiæ bonitas*: illos adhortatus est, ut se Latinæ Ecclesiæ in Pontificalibus ornamentis conformarent. Quam ob causam tum idem Pontifex, tum ejus Successores ad illos sacra Indumenta, Calices, ac Patenas dono miserunt, uti narrat Petrus Patriarcha in duabus epistolis ad Leonem Decimum datis, relatisque *tom.* 14. Collectionis Conciliorum Labbeanæ *pag.* 346. *& seq.* Nuper autem in præcitato Libanensi Concilio *cap.* 13. unanimi consensu, nostraque subsequuta approbatione, iidem Maronitæ, quoad Præsanctificatorum Missam, Latinum Ritum amplexi sunt, illam tantummodo Feria Sexta in Paraseeve celebrantes, relicta, justis gravibusque de causis, disciplina Græcorum, qui diebus Quadragesimalis jejunii, nonnisi Missam Præsanctificatorum celebrant, excepto Sabbato, die Dominico, & Festo Annunciationis Beatæ Virginis, si forte in Quadragesimam incidat, juxta præscriptum in *Trullano Can.* 52. Hisce siquidem diebus. Sacerdos Panem consecratum in tot particulas dividit, quot dies subsequuntur, quibus Missa Præsanctificatorum celebratur; quibus nimirum vescitur Pane Eucharistico, quem antea consecravit, asservans in Ciborio reliquas consecratas particulas, ut sequentibus diebus, quibus Missam Præsanctificatorum celebrabit, iisdem vescatur, atque aliis etiam, qui adstant, petuntque, distribuat; uti fusè commemorat Leo Allatius in Prolegomen. ad Gabrielem Naudæum *de Missa Præsanctificatorum pag.* 1531. *num.* 1.

Amplior assumpti probatio suscipitur.

§. 32. Huic nostræ Epistolæ finis hic imponendus alicui fortè videri poterit, cum in ea, & allatum jam sterit Responsum redditum quæsitis a Sacerdote Missionario Balseræ propositis, nimirum, *Nihil esse innovandum*, & indicatæ itidem fuerint firmissimæ regulæ, quas sequantur Missionarii, qui Orientales a Schismate & erroribus ad Unitatem, Sanctamque Catholicam Fidem revocare satagunt; neque enim ex jure Canonum, & Apostolicarum Constitutionum se gerit, qui in convertendis Orientalibus, Ritum quoque Orientalem, & Græcum, in iis, quæ ab Apostolica Sede tolerantur atque admittuntur, de medio auferre contendit; aut id agit, ut, qui convertuntur, Ritum, quem hactenus servaverunt, dimittant, & Latinum amplectantur. Nihilominus, antequam finis huic epistolæ imponatur, nimis congruit, ut nonnulla insuper attingantur, quæ propius pertinent ad quæstiones a prædicto Missionario propositas, quibus jam responsum fuit, *nihil esse innovandum.*

Ritus commixtio non inducitur, ex quo Græcus, Armenus, vel Maronita Sacerdos celebret in Latina Ecclesia juxta Ritum suum.

§. 33. Porro, si in Urbe Balseræ degunt Catholici Ritus Orientalis, Armeni, aut Syriaci, ipsique peculiari Ecclesia carentes, ad Missionariorum Latinorum Ecclesiam conveniunt, ubi Sacerdotes Orientalis Ritus Rem Divinam, reliquasque peragunt suis Ritibus cœremonias, Laici autem Missæ Sacrificio intersunt, & Sacramenta suscipiunt, non magnopere adlaborandum est, ut defendatur, nihil esse innovandum, uti rescriptum fuit; quodque antea obtinuit, idipsum & in posterum servari oportere, permittendo videlicet prædictis Sacerdotibus, & Laicis, ut in Latina Ecclesia ea facere pergant, quæ ad hanc usque diem peregerunt. Nam jure Canonico illud quidem statutum habetur, Ritum Orientalem, & Græcum cum Latino haud esse miscendum, uti videre est ex integra Decretali Cælestini III. apud Gonzales *cap. Cum secundum; de temporibus Ordinationum;* atque in Decretali Innocentii III. *cap. Quanto; de consuetudine, cap. Quoniam; de Officio Judic. Ordinar.*, & in Decretali Honorii III. *cap. Litteras; de celebrat. Missar.*; at nullo jure affirmari potest, Ritus commixtionem Apostolica aliqua Constitutione vetitam, induci ex eo tantum, quod Armenus, Maronita, aut Græcus juxta Ritum suum in Latina Ecclesia, vel Missæ Sacrificium, vel alias cœremonias cum populo sui Ritus exerceat, aut versa vice Latinus in Orientalium Ecclesia idem præstet; dum præsertim legitima aliqua subest causa, de qua in præsenti facti specie nullo modo dubitari potest, cum Orientales illi in Civitate Balseræ peculiari careant Ecclesia, ita ut, si ipsis Latinorum Ecclesia non pateret, loco plane omni destituerentur, in quo Missæ Sacrificium offerre possent, & cum Populo sui Ritus ea exercere, quæ peragenda sunt, ad illos in sancta unione retinendos, ac confovendos.

At contra, si Latinus in fermentato, Græcus in azymo, vel alteruter nunc in azymo, nunc autem in fermentato consecrarent.

§. 34. Vetita sane Ritus admixtio esset, si Latinus in fermentato consecraret, & Eucharistiam in fermentato consecratam Latinis administraret. Idemque dicendum esset, si Orientales qui azymi consuetudinem haud amplexi sunt, in azymo Rem Divinam facerent, & genti suæ Sacram Eucharistiam in azymo distribuerent. Curare siquidem debent sollicite Ordinarii quoque Latini, quibus Italo-Græci subjiciuntur, *ut Latini semper in azymo, Græci autem, ubi propriam Parochiam habent, in fermentato communicent:* uti præcipitur in Constitutione nostra: *Etsi Pastoralis:* 57. *num.* 6. *num.* 14. *Bullarii nostri Tom. I.* * Vetita quoque Ritus permixtio esset, si Latinus Sacerdos, modo juxta Latinum, modo juxta Græcum Ritum, aut Sacerdos Græcus modo Græco, modo Latino Ritu Missam celebraret. Id enim interdicitur in Constitutione S. Pii V., quæ incipit: *Providentia*, quæque est 21. *Tom. IV. part.* 2. *Bullarii novi* Romæ impressi *, ubi facultates omnes, quæ præcedentibus temporibus nonnullis Presbyteris super hoc concessæ fuerant, omnino revocantur. Huic Constitutioni S. Pii V. congruit quoque præindicata nostra §. 7. *num.* 10. Quod si Presbyteris Societatis Jesu, qui Collegiis Nationum Orientalium Romæ erectis præsunt, & qui prædictæ Societatis institutum amplectentes a Græco Ritu ad Latinum transierant, indultum fuit, uti supra indicavimus, ut aliquando Missæ Sacrificium Græco, & Orientali Ritu celebrent; hoc ideo factum est, sicuti præmonuimus, ut Alumni, qui Græcorum, & Maronitarum Ritum profiteri debent, Missam prædicto Ritu celebrare addiscant, & juxta eumdem, Divina Officia toto vitæ suæ curriculo persolvere: verum circumstantiæ peculiares hujusce plane singularis casus satis evincunt, non

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 94.

* In hac Editione Tom. II. Const. XII. pag. 205.

posse

posse illum in exemplum afferri ad similia indulta obtinenda : quod adeo verum est, ut, quamvis Cardinalis Leopoldus Kollonitz Clementi XI. Prædecessori nostro exposuerit, valde profuturum Catholicæ Religioni, si Latinis Missionariis permitteretur, ut in Hungaria Græco Ritu celebrarent, quoties ita necessitas postulare videretur, relicta tamen ipsis libertate, ut ad Latinum Ritum redirent; idem tamen Pontifex perpendens animo debere unumquemque, juxta Canonicas Sanctiones, in suo Ritu permanere, neque licere Sacerdoti, modo Latino, modo Græco Ritu celebrare, facultatem, quæ a prædicto Cardinali petebatur, impertiri recusaverit; uti patet ex ejus Epistola in forma Brevis, quam ad eumdem Cardinalem dedit 9. Maji anno 1705., & quæ continetur *tom. 1. Epistolar. & Brev. selectior. ejusdem Pontificis typis editor. pag.* 205.

Prior assertio confirmatur exemplis Græcorum, qui Romæ, & Venetiis diu in Latinis Ecclesiis, proprio servato Ritu, sacra peregerunt.

§. 35. Hæc & alia plura exempla, quæ facile possent cumulari, pertinent ad Ritus permixtionem ab Ecclesiæ legibus vetitam : Verum, uti jam diximus, interdicta Ritus permixtio appellari nunquam poterit, si ob legitimam aliquam causam Sacerdos Orientalis Ritus ab Apostolica Sede probati, in Latinorum Ecclesiam admittatur, ut ibi Missam, cæteraque functiones celebret, & Sacramenta populo Nationis suæ administret. Id palam Romæ fieri intuemur, ubi Sacerdotibus Armenis, Cophtis, Melchitis, & Græcis patent ad Missam celebrandam Templa nostra, ut illorum pietati satisfiat; quamvis suas peculiares Ecclesias habeant, ubi Rem Divinam facere possent : dummodo tamen sacra Indumenta, & cætera, quæ ad Missæ celebrationem juxta ipsorum Ritum necessaria sunt, secum afferant, eosque comitetur Nationis suæ Minister, qui eisdem celebrantibus inserviat, & a Custodibus, & Sacrario Præfectis opportune caveatur, ne ob rei novitatem in adstantibus turbæ ac tumultus excitentur; quemadmodum in Edicto, quod pro Ecclesiasticis & Laicis Orientalibus Romæ degentibus die 13. Februarii anno 1743. per Ven. Fratrem nostrum Joannem Antonium tunc Tituli SS. Silvestri, & Martini in Montibus Presbyterum, nunc Episcopum Tusculanum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Guadagni nuncupatum, nostrum in Urbe, ejusque districtu Vicarium Generalem, jussu nostro promulgatum fuit, plenius continetur. Verum ad rem hanc nostram plurimum facere videtur, quod mox indicabimus. Medio circiter sæculo decimo quinto, uti notum est, Mahumetes II. Constantinopolim vi oppugnatam cepit, nonnullique ex Græcis, qui Schismaticorum errores aversati, communionem cum Latina Ecclesia servaverant, Venetias se contulerunt, ibique mansere. Quam in Urbem cum Isidorus Cardinalis natione Græcus perveniisset, detulit ad Senatum Romani Pontificis desideria, ut hujuscemodi Græci Ritus hominibus, Templum aliquod assignaretur, in quo functiones suas exercerent. Excitata Senatus pietas profugæ genti Ecclesiam S. Blasii concessit, ubi spatio plurium annorum Græci quidem in certo ejusdem Ecclesiæ Sacello Divina Officia Ritu Græco, in reliquis vero Sacellis, Latini Ritu Latino peregerunt, sicuti Flaminius Cornelius Scriptor clari nominis testatur in *Decad. 14. Venetarum Ecclesiarum pag.* 359. : *Gemini itaque Ritus Officia per aliquot annos in una Ecclesia, licet in diversis Sacellis peracta fuerunt :* quod eo usque obtinuit, donec aucto Græcorum numero, prædictæ Ecclesiæ S. Blasii Latinis Græcisque communi, aliud subrogatum fuit Templum, quod Græcorum proprium esset, ac privativum.

Et Latinorum, qui in

§. 36. Hæc ad Græcos pertinent, qui celebraturi in Latinas Ecclesias recipiuntur. Verum, ut eo clarius ostendatur, nullam exinde sequi Ritus permixtionem ab Ecclesiæ Legibus proscriptam; non abs re erit verba facere de Latinis quoque, qui ad Sacrificium Missæ offerendum, & Divina Officia persolvenda in Græcorum Ecclesiis, ex justa aliqua causa admittuntur. Quod quidem non modo propositam sententiam confirmabit, sed etiam plurimum conferet ad demonstrandum, quàm necessaria sit mutua inter Catholicos, licet diversi Ritus, animorum conjunctio ac benevolentia. In Russia Alba Ruthenorum Catholici, quos Unitos vocant, plures habent Ecclesias, paucas verò Latini, & quod magis est, longe dissitas a pagis Latinorum, qui inter Ruthenos versantur. Latini quandoque diutius Sacrificio Latinæ Missæ carebant, eo quod suis negociis detenti, nequibant tam longum iter aggredi, ut ad Latinas Ecclesias se conferrent : Neque Latini Presbyteri facile poterant ad paucas illas Latinorum Ecclesias, quæ in Russia Alba reperiuntur, accedere, ut Missam celebrarent, propterea quod Ecclesiæ ipsæ ab illorum domicilio nimis longo intervallo sejungerentur. Itaque, ne Latini Missâ Latino Ritu celebrata tamdiu carerent, unum illud supererat, ut Latini Sacerdotes, in Latinorum commodum, Latinas Missas in Ruthenis Ecclesiis celebrarent. Verum hac ipsa in re, ea occurrebat difficultas, quod Altaria Græcorum sacro Lapide careant, cum ipsi celebrent super Antimensiis, quæ sunt Lintea quædam ab Episcopo consecrata, quorum angulis Sanctorum Reliquiæ includuntur; quamobrem Latini Sacerdotes Sacrum Lapidem secum deferre cogebantur, haud levi intercedente incommodo, ac discrimine, ne in itinere frangeretur. His omnibus incommodis tandem opportunum remedium, opitulante Deo, inventum, adhibitumque fuit : Siquidem, consentientibus etiam ipsis Ruthenis, indultum fuit Latinis Presbyteris, ut Missam Latino Ritu celebrarent in Ruthenis Ecclesiis, & super illorum Antimensiis : idque eò vel expeditius visum est, quod Rutheni Sacerdotes, accedentes quandoque ad Latinas Ecclesias Missam inibi celebraturi, super nostris sacris Lapidibus Sacrificium conficiebant. Id omne cognosci potest ex Constitutione nostra : *Impositò Nobis, quæ quadragesima tertia est, Bullarii nostri Tom. III.* *

Ruthenas Ecclesias a Ruthenis comiter excepti fuerunt.

§. 37. Præclarum pariter est ad rem nostram id, quod mox subjiciemus. Discrepant inter se eruditi viri, extiterit ne, juxta veterem disciplinam, in Basilicis Ecclesiæ Occidentalis unum, an plura Altaria. Primùm quidem affirmat *Scheleštrat. part. 1. Actor. Ecclesiæ Orientalis cap. 2. de Missa privata in Ecclesia Latina :* sed contra Cardinalis Bona *Rerum Lyturgicar. lib. 1. cap. 14. num. 3.* innixus auctoritate Walfridi *cap. 4.* plura Altaria fuisse in Romana Basilica S. Petri demonstrat. Verùm, si de Templis, atque Basilicis Orientalibus, & Græcis sermo sit, perspicuum videtur, nonnisi unum Altare in ipsis extitisse, atque nunc etiam temporis, plerumque existere; uti colligitur ex lineari descriptione hujusmodi Templorum, quam Du Cangius *in Constantinopoli Christiana*, Beveregius in notis *ad Pandectas Canonum*, & Goarius *in Euchologium Græcorum* attulerunt. Cumque in Templo S. Athanasii, quod Romæ a Græcis obtinetur, plura extarent Altaria, Leo Allatius in epistola ad Joannem Morinum scripta *de Templis Græcorum recentiorum num. 2.* asserere non dubitavit, in prædicta Ecclesia nihil Græcæ formæ reperiri, præter *Bema*, id est Sepimentum, quod Aram majorem a reliquis Ecclesiæ partibus secernit. Ad illud autem Altare, ad quod Sacerdos Missam celebravit, nequit alius Sacerdos eodem die iterum Missæ Sacrificium offerre. De hac Græcorum

* In hac Editione Tom. XVIII. p. 205. Juxta Græcam disciplinam, in unaquaque Ecclesia unum extitit Altare, & ad hoc unica Missa in die celebrata.

disciplina verba faciunt Dionysius Barsalibæus Jacobita, Amidæ Episcopus, *in Explanatione Missæ*, & Cyriacus Jacobitarum Patriarcha apud Gregorium Barhebræum item Jacobitam *in suo Directorio*, quos citat Assemanus *tom. 2. Biblioth. Oriental. pag.* 184.; *ac Tom. III. part.* 1. *pag.* 248. De hac eadem disciplina Cardinalis Bona *cit. cap.* 14. *num.* 3. ita scriptum reliquit: *Unicum Altare in suis Ecclesiis habent, nec fas esse putant intra septa ejusdem Templi Sacrum eadem die iterare.* Euthimius Tyri ac Sidonis Archiepiscopus, & Cyrillus Patriarcha Antiochenus Græcorum, in Pontificatu Clementis XI., Benedicti XIII., & Clementis XII. pluries scisciti sunt, an vigentem relinquere deberent prædictam disciplinam vetantem ne secundum Missæ Sacrificium eadem die, eodemque in Altari offeratur. At illis semper responsum fuit, nihil esse innovandum, sed veterem Ritum omninò retinendum. Quoniam verò error in vulgus manaverat, ideo non offerri secundum Missæ Sacrificium eadem die, idemque ad Altare, in quo alius Sacerdos celebraverat, quia Sacerdos, qui posterior celebraret, iisdemque sacris indumentis, quibus primus uteretur, jejunium frangeret; idcirco in nostra Epistola Encyclica ad Patriarcham Antiochenum Græcorum Melchitarum, & ad Episcopos Catholicos eidem subjectos conscripta, iisdem præcepimus, ut omni studio curarent errorem illum populo adimere; ita tamen, ut integram servarent disciplinam, juxta quam ad Altare, ubi Sacerdos celebravit, alius Sacerdos eadem die offerre prohibetur, uti videri potest in Constitutione nostra, quæ incipit: *Demandatam*: 87. *Bullarii nostri Tom. I.* *

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 166.

Sacerdotes autem cum Episcopo, vel alio Sacerdote, primi Celebrantis personam gerente, concelebrant nunc quoque in Ecclesia Græca, licet in Latina is usus fere omnino obsoleverit.

§. 38. Denique, communis olim fuit Occidentali æquè, ac Orientali Ecclesiæ Ritus, ut Presbyteri unà cum Episcopo Missæ Sacrificium offerrent: hujus rei documenta congesta fuerunt a Christiano Lupo *in Appendice ad Synodum Chalcedonensem Tom. I. ad Concilia Generalia, & Provincialia, primæ editionis p.* 994., dum hæc verba Basiani interpretatur: *Mecum Missas celebrabat, mecum communicabat*, & a Georgio *Tom. II. Lyturgiæ Pontificiæ pag.* 1. *& seq. ac Tom. III. pag.* 1. *& seq.* Concelebrandi Ritus nunc temporis in Occidentali Ecclesia obsolevit, præterquam in Ordinatione Sacerdotum, quam peragit Episcopus, & in Consecratione Episcoporum, quæ ab Episcopo cum duobus aliis Episcopis assistentibus perficitur. Sed in Orientali Ecclesia viguit, vigetque adhuc frequentior usus concelebrationis Presbyterorum cum Episcopo, aut cum alio Sacerdote, qui primi Celebrantis personam sustinet, isque usus refertur ad Constitutiones, quæ Apostolicæ nuncupantur *lib.* 8., & ad Canonem octavum, ex iis, qui Apostolici dicuntur. Porro ubicunque ea consuetudo inter Græcos, & Orientales viget, non modo approbatur, sed etiam custodiri præcipitur, uti constat ex eadem Constitutione nostra superius allegata, *Demandatam*, §. 9.

Non tamen inde usus privatæ Missæ excluditur a Græca Ecclesia, cum ideo Paraccleſiæ fuerint constitutæ.

§. 39. Ex Græco & Orientali hoc Ritu, quem hucusque commemoravimus, nonnulli occasionem arripuerunt revocandi in dubium, an privatis Missis, quæ ab uno Sacerdote celebrantur, in Orientali & Græca Ecclesia locus esse possit, cum in Græcis Templis unicum, uti prædiximus, Altare existat, unicum ad illud Missæ Sacrificium offeratur, & Sacerdotes cum Episcopo concelebrent, aut cum Sacerdote, qui primi Presbyteri munere fungitur. Non neglexerunt quidem Lutherani Confessionem Augustanam, in qua privatæ Missæ tolluntur, ad Hieremiam Constantinopolitanum Patriarcham mittere, eumque ad eamdem amplectendam allicere; cum tamen privatæ Missæ usus ac disciplina in Orientali Ecclesia desumatur ac vindicetur *ex Canone* 31. Concilii Trullani, & ex Notis, quas in ipsum composuit Theodorus Balsamon, ideo & Ritus frequentis concelebrationis Sacerdotum cum Episcopo, & intacta pariter privatarum Missarum consuetudo in Orientali Ecclesia permansit. Quare in irritum cesserunt conatus Lutheranorum; quibus responsum fuit, damnari quidem ab Orientalibus, sicut ab Occidentalibus, pravum illorum usum, qui improba consequendæ eleemosynæ cupiditate, ad Altare impelluntur, non verò illorum, qui, qua decet pietate ac religione, privatas Missas celebrant, ut Deo Sacrificium offerant acceptabile. Hæc patent *ex Actis Ecclesiæ Orientalis contra Lutheranos*, auctore Scheletrato, *cap.* 1. *de Missis privatis in Ecclesia Græca, circa finem.* In commodum autem Sacerdotum, qui privatum Missæ Sacrificium offerre cupiunt, salva semper consuetudine, ut ad unum Altare unum tantummodo Sacrificium in dies singulos offeratur, Græci constituere ceperunt *Paraccleſias*, de quibus verba facit Leo Allatius *in citata Epistola ad Joannem Morinum.* Paraccleſiæ verò nil aliud sunt, quàm Oratoria quædam Ecclesiæ contigua, in quibus erectum adest Altare, ubi Sacerdotes Missam celebrant, quam in Ecclesia celebrare nequeunt, eo quod ad Altare in ea extructum alius Sacerdos jam celebraverit.

Nec Latini Sacerdotes ab illis excluſi; cum ideo secundum Altare in commodum Latinorum Sacerdotum in Græcis Ecclesiis fuerit erectum.

§. 40. Alii verò ab hac Orientalium, & Græcorum disciplina merito timendum censuerunt, ne Latini Sacerdotes ab offerendo Missæ Sacrificio in Græcis Ecclesiis perpetuò excluderentur, eò quod, uti supra dictum est, in illis unicum Altare existat, ubi eodem die unus tantum Sacerdos potest celebrare; neque Latini Presbyteri celebrare possint *in Paraccleſiis*, utpote pro Græcis tantummodo constitutis. Verùm ad hunc ipsum timorem auferendum, in Græcis Ecclesiis hoc tempore erectum plerumque cernitur secundum Altare, in quo Divinum Sacrificium a Latinis Sacerdotibus offeratur. Tres Græcorum Templorum formas expressit Goarius *in Euchologium Græcorum*, quarum tertia secundum Altare exhibet Latinis Presbyteris positum, sicut ipse Goarius *loco citato* perpendit, & prosequitur Scheletrat. *loco superius allato* 887. In Ecclesiis Nationis Maronitarum, & Græcorum, Romæ existentibus, præter Aram majorem, alia occurrunt Altaria, in quibus a Latinis Sacerdotibus Missa celebratur; & in nostra Constitutione: *Etsi Pastoralis*: 57. §. 6. *num.* 8. *& 9. nostri Bullarii Tom. I.* *, qua Italo-Græcis tutissima traditur agendi norma, prohibentur Latini Sacerdotes in Græcocorum Templis super Ara majori celebrare, nisi omnimoda necessitas id postulet, & Parochi Græci consensus intercedat; ibique insuper Græcis conceditur, ut suis in Templis, præter Altare majus, alia quoque altaria possint erigere, in quibus Latini Sacerdotes, si velint, Missæ Sacrificium celebrare valeant.

* Tom. XVI. hujus Edit.

Concluditur, valde congruere, ut Græcis Latinæ pateant Ecclesiæ, moduſque traditur, quo id absque dissidiis fiat.

§. 41. Ex his, quæ huc usque dicta sunt, videtur jam perspicuè demonstratum, sicuti antea, ita & in posterum permitti debere Catholicis Armenis, & Syriacis, qui Balsameæ Latinis commixti commorantur, propriaque carent Ecclesia, ut in Latinam conveniant, & in ea juxta Ritum quique suum sacras functiones peragant; idque eo magis, quia non solum nulla exinde oritur Ritus permixtio per Apostolicas Constitutiones damnata, sed urbanitatis officia exercentur, vel potius præcepta implentur æquitativi cujusdam juris, exposcentis, ut non habenti opportunum locum ad ea peragenda, quæ jure aliquo præstare jubetur, locus ipse libenti animo concedatur. Quamobrem nil aliud supereſt, quàm præcipere, ut omnia ad debitæ charitatis leges exigantur, ut Sacellum Orientalibus assignetur,

aut

aut pars aliqua Ecclesiæ, in qua suis functionibus obeundis incumbant; & quanta fieri potest, cura impendatur, ut aliis horis Latini, aliis Orientales suas peragant functiones. Si enim aliter fieri contingat, proxima suberit causa dissensionum, quæ binos Predecessores nostros Leonem X., & Clementem VII. tantopere vexarunt; tum scilicet, quum contra pacta conventa in Florentino Concilio sub Eugenio IV., ne Græcis ulla molestia in suis Ritibus ac cœremoniis observandis inferretur, relatum est ad prædictos Pontifices, quod nonnulli ex Latinis Græcorum Ecclesias adibant, & ad illorum Altare Missam Latino Ritu celebrabant, eo consilio, ut Græcis Sacerdotibus impedimentum crearent, ne Sacrificium Ritu suo offerre, suasque functiones peragere possent; adeo ut Græci nonnunquam, ipsis diebus festis, Missæ Sacrificio carerent: *Nescitur, quo Spiritu ducti* (de Latinis Presbyteris sermo est) *interdum Altaria dictarum Parochialium Ecclesiarum præoccupant, & ibi, contra voluntatem eorumdem Græcorum, Missas, & forsan alia Divina Officia celebrant; adeo quod dicti Græci sæpenumero sine auditione Missarum, cum magna animorum molestia, festivis & aliis diebus, quibus Missas audire consueverunt, remaneant.* Pontificias hasce querelas refert monumentum, quod incipit, *Provisionis nostræ*, extatque in Enchiridio Græcorum impresso Beneventi anno 1717. *p.* 86. Non est profecto, cur illis nostras addamus conquestiones, quæ tamen nec leviores essent, neque opportunis remediis destitutæ, si unquam ad Nos deferretur, Balseræ a Latinis nostris prohiberi Orientales, ne in Latinis Ecclesiis possint functiones suas peragere.

Quæstio proponitur, quo Kalendario uti debeant Græci in Latinis Ecclesiis celebrantes, in definiendo Paschali die.

§. 42. Primæ huic altera succedit quæstio, eosdem attingens Armenos, & Syros, qua disquiritur, an iidem, ad statuendum tempus Paschatis, aliorumque ei respondentium Festorum, possint veteri Kalendario uti, vel potius novum emendatumque sequi debeant, cum in Latinis Ecclesiis Sacra conficiunt; & quatenus iisdem licitus dicatur veteris Kalendario usus, an hujusmodi definitio afficiat illos quoque Orientales, qui, suam quidem habent Ecclesiam, sed adeo angustam, atque exiguam, ut, cum omnes in illam convenire non possint, eorum plerique Latinas Ecclesias adire compellantur.

Emendatio Kalendarii qua cura sub Gregorio XIII. peracta fuerit.

§. 43. Neminem latent, quæ a Sanctis Romanis Pontificibus Pio, & Victore, atque etiam a Nicæna Synodo, de recta Paschatis celebratione sancita fuerunt. Omnes pariter norunt Romano Pontifici a Concilio Tridentino reservatam fuisse provinciam correctionis Kalendarii, ac demum Gregorio XIII. Pontifice, fuisse rem hanc numeris suis omnibus absolutam. Quamobrem Bucherius *in Commentario de doctrina temporum*, in Præfatione ad Lectorem, ita scripsit: *Computi Paschalis in futurum certitudini, jubente Gregorio XIII. Pontifice, noster abundè providit Clavius.* Is fuit e Societate Jesu Sacerdos Matheseos peritissimus, qui in Kalendarii correctione egregiam Pontifici navavit operam. Exhibiti itidem Pontifici fuerunt calculi cujusdam Aloysii Lilii, qui plures annos in illis componendis insumserat. Perpensis denique librisque omnibus in pluribus Congregationibus, adstantibus, adhibitisque in consilium peritissimis quibusque Viris, prodiit anno 1582. Constitutio præscribens Kalendarii normam, quæ incipit: *Inter gravissimas, in ordine LXXIV. in veteri Bullario Tom. II.* *

* In hac Editione Tom. II. pag. 487.

Ejusdem Kalendarii indictio, an Orientales obstrinxerit, quæstio non levis.

§. 44. Veteri igitur Kalendario hâc Pontificia Constitutione abrogato, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, aliisque Prælatis imperatum fuit, ut novo, emendatoque Kalendario uterentur, quemadmodum in eadem Constitutione legere est, fusiusque eruitur ex ejusdem Pontificis Annalibus Romæ impressis *anno* 1742. *Tom. II. pag.* 271. Verum, cum in Constitutione nullum de Orientalibus factum fuerit verbum, exurgit hinc quæstio, num eadem Orientales afficiat; quæ quidem quæstio non a Doctoribus modo instituitur, ut videre est apud Azorium *Instit. Moral. tom.* 1. *lib.* 5. *c.* 11. *quæst.* 7. apud Baldellum *in sua Theologia Morali tom. I. lib.* 5. *disputat.* 41.; sed etiam proposita discussaque fuit in præstantium Virorum conventu habito die 4. Julii anno 1631., in ædibus Cardinalis Pamphilii, qui ad Summum Pontificatum evectus, Innocentii X. nomen assumpsit. Hæc autem tunc prodiit resolutio: *Subditi quatuor Patriarcharum Orientis non ligantur novis Pontificiis Constitutionibus, nisi in tribus casibus: primò in materia Dogmatum Fidei; secundò, si Papa explicitè in suis Constitutionibus faciat mentionem, & disponat de prædictis; tertiò, si implicitè in iisdem Constitutionibus de eis disponat, ut in casibus appellationum ad futurum Concilium*: Refertur hæc resolutio tum a Verricello *de Apostolicis Missionibus lib.* 3. *quæst.* 83. *num.* 4.; tum a Nobis in nostro Opere de *Canonizatione Sanctorum lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 15.

Illud certi, Italo-Græcis indictum fuisse Kalendarium, sed ita, ut & leniter cum iis sit actum.

§. 45. Hanc quæstionem Nos missam facimus, cum de illa disputare nulla nunc necessitas urgeat; satis enim Nobis erit indicare, quid ad rem hanc nostram gesserit Sedes Apostolica, quandoquidem ipsa præcedentia facta evincunt, consultissimum esse responsum quæsito redditum, nimirum: *Nihil esse innovandum.* Italo-Græcis, qui inter nos vivunt, & regimini subjiciuntur Latinorum Episcoporum, in quorum Diœcesibus constitutum habent domicilium, ab Apostolica Sede mandatum fuit, ut se ad novum Kalendarium conformarent, uti percipi potest in citata Constitutione nostra: *Etsi Pastoralis*, 57. §. 9. *num.* 3. *& seq. Bullarii nostri Tom. I.* * Et Clerus quidem Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ *de Grapheo* Civitatis Messanensis, qui Græcum Ritum retinet, accuratissimè novum Kalendarium servat, uti videre est in altera Constitutione nostra: *Romana Ecclesia, quæ est* 81. §. 1. *eodem Tom. I.* * *nostri Bullarii*: attamen non illud ita severè fuit indictum, quin nonnunquam, gravioribus id requirentibus causis, Epicheiæ locus sit relictus. Renuebant Armeni Catholici Liburni degentes, sese Kalendario Gregoriano subjicere, precesque Innocentio XII. obtulerunt, ut eos veteri Kalendario uti permitteret. Etenim in Congregatione S. Officii Feria 4. die 20. Junii 1674. Decretum hujusmodi emanaverat: *Nuntii Apostolici Florentiæ relatis iterum litteris datis die* 10. *Aprilis, circa petitiones ei factas ab Armenis, orandi in Missa pro Patriarcha Armenorum, & circa celebrationem Paschatis, & aliorum Festorum, secundum eorum Ritum, idest secundum calculationem antiquam, quæ erat ante correctionem Kalendarii, & circa celebrationem Paschatis, &c. Necnon relata scriptura remissa a Sacra Congregatione de Propaganda Fide circa modum orandi in Missa pro Patriarcha Armeno: Rescribatur Nuntio, quoad permissionem orandi in Lyturgia pro Patriarcha Armenorum, quod Sacra Congregatio stetit in Decretis emanatis die 7. Junii* 1673., *videlicet*, NON POSSE: *& omnino prohibeatur. Quo vero ad celebrationem Paschatis, &c. & aliorum Festorum, &c. steterunt pariter in Decretis, videlicet, quod in celebratione Paschatis, & aliorum Festorum, Armeni Liburni existentes, omnino servare debeant Kalendarium Gregorianum.* Quum igitur huic Decreto obtemperare Armeni prædicti renuerent, hujus rei cognitio delegata fuit particulari Congregationi Cardinalium doctrina præstantium, quos inter fuere Card. Joannes Franciscus Albanus, qui Summum deinde Pontificatum obtinuit, & Cardinalis Henricus Norisius præclari nominis inter Litteratos Viros. Porrò ipsa Congregatio habita die 23. Septembris anno 1699. hujusmodi edidit Decretum, a prædicto Pontifice eadem

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 94.

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 153.

ipsa

ipsa die confirmatum: *Re maturè tractata, & perpensis omnibus facti circumstantiis, censuerunt, secundum ea, quæ proponuntur, conniveri posse cum Armenis Catholicis Liburni commorantibus*, & qui peculiarem obtinent Ecclesiam, *circa usum Kalendarii veteris, donec ipsi ad omnimodam Kalendarii Gregoriani observantiam disponantur, & interim ad Sedis Apostolicæ beneplacitum; hac insuper conditione adjectâ, quod diebus festis de præcepto juxta Kalendarium Gregorianum occurrentibus, ab operibus servilibus abstinere, & Sacrum audire omninò teneantur.*

Græcis vero Orientalibus propositum quidem fuit, sed nonnisi volentibus injunctum.

§. 46. Si vero de Græcis Orientalibus sermo fit, constat quidem, aliquando propositum ipsis fuisse, ut novo emendato Kalendario uterentur; sed tamen id nullum exitum habuit. Inter articulos, & conditiones Ruthenis propositas in Unione sub Clemente VIII. tractata, & absoluta, ea quoque de Kalendario recipiendo inserta fuit, cui redditum responsum: *Kalendarium novum, si secundum antiquum fieri possit, suscipiemus:* uti legere est in Opere Thomæ a Jesu *pag.* 329.; & licet responsum illud ambiguitatem quamdam præseferret, tamen ea de re nihil ulterius actum fuisse deprehendimus, neque hoc super articulo judicium ullum protulit Theologus, qui ad rem examinandam fuerat deputatus, quemadmodum patet ex eodem Opere *pag.* 335. *& seq.* Aliquando tamen ipsimet Orientales sponte sua novum Kalendarium susceperunt, uti cognoscere licet ex sæpius citata Synodo Provinciali Maronitarum habita anno 1736.: *Tam in jejuniis, quàm in Festis anni diebus, sive mobilibus, sive immobilibus, Romanum Kalendarium a Gregorio XIII. Summo Pontifice, de nostra Natione optime merito, emendatum, in omnibus Ecclesiis nostris observari districtè mandamus, ejusque Kalendarii rationem & usum. quemadmodum & cantum Ecclesiasticum, in unaquaque Ecclesia a Magistris pueros edoceri præcipimus:* Sed quoties Orientales minime consenserunt, justusque adfuit timor, ne tumultus, dissensionesque excitarentur, si novi Kalendarii ipsis injungeretur usus, tulit Apostolica Sedes, ut Orientales & Græci, in remotis Regionibus degentes, veterem suam disciplinam retinerent, videlicet antiquum servarent Kalendarium, occasionem opportuniorem expectans, inducendi usum novi emendatique Kalendarii. Qua in re consona quoque sunt Decreta Congregationum de Propaganda Fide, & Sacræ Inquisitionis; quemadmodum, quoad primam, deprehenditur ex Decretis editis die 22. Augusti 1625., & die 30. Aprilis 1631.; quoad secundam verò, ex Decretis dierum 18. Julii 1613., ac 14. Decembris 1616. Imo res eò quandoque processit, ut Missionariis quoque veteris Kalendarii usus fuerit permissus, dum moram traherent in Regionibus, in quibus veteris Kalendarii usus solummodo obtinebat; veluti cognoscere est ex nonnullis Decretis a Congregatione de Propaganda Fide 16. Aprilis 1703., & die 16. Decembris 1704. evulgatis.

Syri, Armenique cum jejunant, a piscibus abstinere debent.

§. 47. Reliquum est, ut de postremo quæsito, de jejunio scilicet, verba fiant. Syri, Armenique Catholici, juxta ipsorum Ritum, ab esu piscium jejunii tempore abstinent; verum, cum Latinos iis vesci conspiciant, & cæteroquin impossibile, vel saltem difficillimum asseratur, eos temperare posse a piscibus, quibus Latinos vesci intuentur; ideo tamquam rationi consentaneum proponitur, ut Missionariis facultas tribuatur cum iis dispensandi; caute tamen, omnique secluso scandalo, & pio aliquo opere in locum abstinentiæ a piscibus subrogato. Aptissimus hìc fieret locus differendi de vetustate jejunii apud Orientales, ejusque lege, licet severiori, exactissime tamen semper servata; sed ne longiores simus, quàm par est, id unum dicimus, Apostolicam Sedem toties Patriarchis obstitisse, quoties veterem rigorem jejunii suis subditis præscripti relaxare voluerunt. Petrus Maronitarum Patriarcha Archiepiscopis, & Episcopis sibi subjectis, carnibus vesci Laicorum more indulsit, licet juxta veterem disciplinam carnibus abstinerent; universo autem populo Quadragesimæ tempore pisces edere, vinumque bibere permisit, quamvis id illis esset prohibitum. Sed Pontifex Paulus V., datis ad Patriarcham Petri successorem Litteris Apostolicis in forma Brevis die 9. Martii 1610., jussit, ut abrogatis iis, quæ Petrus Patriarcha concesserat, res in pristinum statum restituerentur. In Pontificatu nostro ad examen revocata est nimia facilitas atque indulgentia Euthymii Archiepiscopi Tyri & Sidonis, & Cyrilli Patriarchæ Antiocheni, erga Græcos Melchitas; fuitque improbata, ut patet ex Constitutione nostra: *Demandatam* 87. §. 6. *Bullarii nostri tom.* 1. *Nos hujusmodi innovationem, & abstinentiarum relaxationem, & coarctationem, in nimium detrimentum veteris Græcarum Ecclesiarum disciplinæ vergere judicantes, licet alioquin, deficiente auctoritate Apostolicæ Sedis, nullius roboris esse dignoscantur, eas tamen auctoritate nostra expresse revocamus, & nullum effectum in posterum habere, neque ullatenus executioni mandari, sed omnia in pristinum restitui debere jubemus, atque insuper in toto tractu Patriarchatus Antiocheni laudabilem consuetudinem a Majoribus derivatam, abstinendi etiam qualibet Feria quarta, & sexta per annum ab esu piscium, quæ ab aliis quoque finitimis populis ejusdem Græci Ritus exacte custoditur, indistincte servari præcipimus.* Incongruum vero est asserere, ideo dispensationem concedendam esse, vel potius generalem dispensandi facultatem, quod nempe Orientales aspicientes Latinos vesci piscibus tempore jejunii, exinde facile adducantur, ut & ipsi non quidem ex aliquo contemptu, sed naturæ fragilitate victi, piscibus jejunii diebus utantur; hoc namque argumento, si quid illud valeret, in primis omnimoda induceretur Rituum confusio; deinde, si illius ratio haberetur, illud etiam consequeretur, ut Latini inspicientes Græcos peculiaribus quibusdam vivere institutis, quæ Latinis minime permittuntur, imo inhibentur, dispensationem petere possent, ut sibi liceret ea facere, quæ a Græcis fieri intuentur; profitentes se Latinum quidem Ritum suscipere, sed ob naturæ fragilitatem eum diutius servare non posse.

Veterem jejunii disciplinam iisdem relaxari, nunquam passus est Apostolica Sedes.

Ideoque, rejecta, tamquam minus legitima, causa ad facultatem dispensandi obtinendam allata, jejunii lex servari præcipitur.

§. 48. Hæc sunt, quæ duximus exponenda in hac Encyclica nostra Epistola, non solum ad patefacienda fundamenta, quibus innituntur responsiones redditæ Missionario, qui quæstiones sub initium exscriptas proposuit; sed etiam, ut omnibus perspecta fiat benevolentia, qua Sedes Apostolica Catholicos Orientales complectitur, dum præcipit, ut omnino serventur veteres ipsorum Ritus, qui neque Catholicæ Religioni, neque honestati adversantur; nec a Schismaticis ad Catholicam unitatem redeuntibus exposcit, ut Ritus suos deserant, sed ut Hæreses solum ejurent, atque execrentur: exoptans vehementer, ut diversæ eorum Nationes conserventur, non destruantur, omnesque (ut multa paucis complectamur) Catholici sint, non ut omnes Latini fiant. Finem denique huic nostræ Epistolæ imponimus, Apostolicam Benedictionem cuicumque eam legenti impertientes.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 26. Julii 1755. Pontificatus nostri Anno XV.

Dat. 26. Julii 1755. Pont. XV.

L I.

Ad Incendium compescendum ad Ecclesiam S. Nicolai in Carcere exortum, minus rite allatam fuisse ex Ecclesia Sacram Pyxidem Sanctissimum Sacramentum intercludentem, eâque super populum, & ad furentes flammas benedictum, rationibus, pluribusque allatis Ecclesiasticis sanctionibus, demonstratur; & ne tale quid exinde fiat, opportune sancitur.

Venerabili Fratri Nostro, Fr. Joanni Antonio Episcopo Tusculano S. R. E. Cardinali Guadagni nuncupato, nostro in Urbe, ejusque districtu Vicario Generali.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater Noster, salutem & Apostolicam Benedictionem.

Exortum in Urbe incendium enarratur, monitûquepopulum, ut divinam opem deprecaretur.

CUM, ut recte nosti, proximo superiore mense Aprilis invavisset ignis suppellectiles, ac merces quasdam asservatas in parvis quibusdam domibus sitis in Foro Montium dicto, Parochialis districtus S. Nicolai in Carcere, cumque continuò, quod satis superque fieri assolet, in magnum excrevisset incendium; memoratæ Parochialis, insimulque Collegiatæ Ecclesiæ Canonici suum esse existimarunt, hortari populum ad Dei implorandam opem, ut pro sua misericordia maximum impendens detrimentum avertere dignaretur, cujus vehemens suberat timor, quoties extinctum incendium non fuisset.

Coactam deindemagnam populi multitudinem in Ecclesiam, fusis precibus Dei misericordiam imploravisse.

§. 2. Ad congregandum populum initum fuit consilium, ut circumiens Minister tintinnabulum pulsaret ad eum plane modum, quo cogi multitudo solet, ut sanctissimum Sacramentum ad ægrum aliquem deferendum comitetur. Cumque ita contigisset, ut Ecclesia populo compleretur, ante Aram Beatissimæ Virgini dicatam, multa quidem Religione recitatum fuit elata voce Rosarium, atque etiam in ejusdem Sanctissimæ Virginis honorem cantatæ fuerunt Litaniæ. Ad hæc Sacerdos pio æque ac ferventi sermone interessentes excitavit, ad Dei placandam indignationem, implorata sibi ex animo de patratis criminibus venia, & quantum quidem relatum est, insonuit Templum clamoribus illorum, qui sibi a divina misericordia multis gemitibus & lacrymis patratorum criminum veniam precabantur.

Jussum præterea, ut Sacra Pyxide Sanctissimum Sacramentum includente super Populũ, & incendium benediceretur:

§. 3. Si nihil fuisset præterea gestum, nil quoque fuisset, quod objiceretur, & nemo piam agendi rationem in memorato luctuoso casu servatam non laudasset. At cum ex religioso, sanctoque studio adaugendæ devotionis populi, enixisque ejusdem votis satisfaciendi, opportunum quin & congruum visum fuerit præcipere, ut referato Tabernaculo, in quo Sacra Pyxis custoditur, eadem super populo, & ad incendium benediceretur:

Quod & præstitum fuit media in via, ubi populus erat frequens, & ignis conspicuus.

§. 4. Cumque is, qui Parochi vice fungitur, data sibi jussa perficiens, sacris indutus vestibus, accepta Sacra Pyxide, in qua erat adorandum Sacramentum, ab Ecclesia processerit, satis congruo facum, ministrorumque numero stipatus, mediaque in via consistens, unde ignis erat conspicuus, Pyxide humerali velo obtecta non solum coactæ immensæ multitudini, sed & ad regionem voraci igne vastatam benedixerit; hoc plane illud est, unde sermones varii exorti sunt; quibusdam factum ipsum commendantibus; censentibus aliis, in ea facti specie secus rem transigi non potuisse, ne populi frigesceret devotio, neve offenderentur pusilli, sibi, cohibendoque igni benedictionem

Che per smorzare un' Incendio insorto nelle vicinanze della Chiesa di S. Niccolò in Carcere, fosse contro il vero Rito portata fuori della Chiesa in strada la Sacra Pissìde con entro il Santissimo Sagramento, e con essa data la benedizione sopra il popolo, e verso l' Incendio, si dimostra e colla ragione, e con molte ordinazioni Ecclesiastiche; e si danno gli ordini opportuni per impedire in futuro simile inconveniente.

Venerabili Fratri Nostro, Fr. Joanni Antonio Episcopo Tusculano S. R. E. Cardinali Guadagni nuncupato, nostro in Urbe, ejusque districtu Vicario Generali.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater Noster, salutem & Apostolicam Benedictionem.

Si narra l'incendio nato, per cui il popolo venne esortato a ricorrere all'ajuto Divino.

ESSENDOSI, come ella ben sa, nel prossimo passato mese d' Aprile appiccato il fuoco ad alcuni mobili e mercanzie, ch' erano in alcune picciole case situate in Piazza Montanara, Parrochia di S. Niccola in Carcere, ed essendosi, come pur troppo suol succedere, veduto in un tratto eccitato un grave incendio, i Canonici della Collegiata della predetta Chiesa Parrocchiale, si stimarono in obbligo di dover invitare il popolo a ricorrere all' ajuto di Dio, acciò colla sua misericordia si degnasse d' impedire l' imminente gravissimo danno, che pur troppo temevasi, ogni qual volta l' incendio non fosse restato estinto.

Questo in gran moltitudine radunato in Chiesa implora da Dio misericordia.

§. 2. Per unire la gente, fu preso l' espediente di far girare un ministro, che sonasse il campanello, come si suol fare, quando si vuol fare ammasso di persone, che vengano ad accompagnare il Santissimo Sagramento, che si porta a qualche infermo; ed essendosi in questo modo riempita la Chiesa di popolo, fu avanti l' Altare della Beatissima Vergine con molta divozione recitato ad alta voce dai radunati il Rosario, e furono ancora cantate le Litanie in onore della gran Vergine Maria; e dopo ciò un' Ecclesiastico, con pio e fervoroso ragionamento, eccitò gli astanti a placare l'ira di Dio, chiedendogli di vero cuore perdono de' peccati commessi, e per quanto si è risaputo, rimbombò la Chiesa di clamori di quelli, che implorando la Divina misericordia, chiedevano con gemiti e singulti perdono de' proprj peccati.

Ordine dato di benedire colla Sacra Pissìde contenente l' Eucharistia, il popolo, ed il fuoco.

§. 3. Se nulla di più si fosse fatto, nulla vi sarebbe stato da opporre; e ciascheduno avrebbe lodata la pia condotta tenutasi nella sopradetta lagrimevole congiuntura: ma pe 'l pio e santo desiderio di mantenere ed accrescere nel popolo la divozione, e soddisfare alle sue fervorose brame, essendosi creduto opportuno e ben fatto il far aprire il Tabernacolo, ove si conserva la sacra Pissìde, e di far con essa dare la Benedizione al popolo, ed all' incendio:

Fu ciò eseguito nella pubblica strada alla presenza del popolo, e di contro all' incendio.

§. 4. Ed avendo il Vicecurato in esecuzione degli ordini datigli, dopo essersi vestito coi sacri arredi, presa la sacra Pissìde, in cui era il Venerabile Sagramento, ed uscito col decente accompagnamento di lumi e Ministri dalla porta della Chiesa, avendo nel mezzo della strada, da dove si vedeva il fuoco, data la Benedizione colla Pissìde coperta dal velo umerale, non meno sopra l' immenso popolo iviradunato, che verso quella parte, ove era il fuoco; ciò è quello, che ha somministrato campo a varj discorsi: avendo alcuni commendata la predetta Benedizione; avendo altri creduto, che nelle circostanze del fatto, altro non si potesse fare, che quello che fu

Il fatto è approvato da alcuni, biasimato da altri.

vehementissime exoptantes, aliis denique contra assertum novum incongruumque ritum inclamantibus.

fatto, per non intiepidire la divozione del popolo, e non iscandalizare i pusilli, che sospiravano la Benedizione e sopra il fuoco, e sopra loro stessi; ed altri finalmente esclamando contra la pretesa novità del rito, e contra la supposta improprietà dello stesso.

Commendat Pontifex agendi rationem Eminentissimi Vicarii, ad quem dat hanc Epistolam servandam in futurorum casuum normam.

§. 5. Et quamvis Fraternitas Tua inter has disputationes non aliam, prout asseveris, iniveris rationem, quam quæ Christianæ prudentiæ omnino congruerit, hancque ipsam probaverimus Ipsi, & nunc quoque, ut mox constabit, probemus; nobis tamen videmur facere non posse, quin ea, quæ Ipsi hac de re expendimus ac notavimus, perspecta tibi reddamus hisce nostris litteris; quas mandamus, in futurorum temporum normam, apud Acta tabularii tui asservari.

§. 5. E benchè Ella fra queste dicerie non abbia, secondo il suo solito, tenuta altra condotta, che quella, che in tutto e per tutto è stata confacente alla prudenza Cristiana, e questa sua condotta sia stata, e sia anche da Noi approvata, come vedrassi in appresso; crediamo nulladimeno non poterci esentare dal manifestarle con questa nostra lettera le nostre considerazioni: ordinandole il conservarla negli Atti della sua Cancelleria, per regola de' tempi futuri.

Loda il Pontefice il precedente contegno dell'Eminentissimo Vicario, a cui dirigge questa lettera per regola de' casi futuri.

Rationes, quibus memoratum factum defendi posset.

§. 6. Quicunque ea, quæ gesta sunt probanda sibi, ac defendenda suscipiens assereret, nihil plane in eo præstitum, quod cultui Sanctissimæ Eucharistiæ debito non congruerit, & perdifficile esse per integram rei gestæ seriem, quidquam offendere ex intrinseca ratione improbandum, immo vero facile reperiri posse, quod pietatem, & devotionem sapiat, aliaque afferat spiritualia commoda; multa is quidem diceret, suamque assertionem firmare posset iis, quæ adnotat Theophilus Raynaudus *tom. 15. suorum Operum pag. 83. col. 1.*, ubi loquens de Sacramenti expositione fieri solita, cum aliquod imminet infortunium, ita scite rem expendit: *Est modus aptissimus permovendi populum, ac excitandi ad pietatem necessitati congruentem, verbi gratia, si ingruat pestis, aut incursus hostium, aut aerearum tempestatum malignitas: nihil enim habet Ecclesia aptius ad plebem Fidelium excitandum, & sensu pietatis Deum placaturo afficiendam, quàm sacrum spectaculum Corporis Christi propalam exhibiti, & objectum ejus, in quo est salus, vita, & resurrectio nostra.* Sed non satis ea effent: Ritus quippe, de quo est quæstio, multa habet adnexa inferius a nobis expendenda, ex quibus, sepositis pietate actus, jure meritoque potest Ecclesia eum non probare, neque enim illa hac in re intrinsecam tantummodo ejusdem bonitatem spectat, sed & alia, quæ vel neglecta, vel non prævisa, facile possunt confusiones inducere ac perturbationes.

§. 6. Chi, volendo approvare e sostenere il fatto, dicesse, non esservi in esso stata cosa veruna, che non sia stata confacente all' adorazione dovuta alla Santissima Eucaristia, ed esser molto difficile il ritrovare in tutta la serie di quanto è seguito, un' atto, per intrinseca ragione, degno d' essere riprovato, anzi esser facile il ritrovare pietà e divozione, ed altri spirituali vantaggj; direbbe molto, e potrebbe convalidare la sua asserzione con quello, che scrive Teofilo Rainaudo *al tom. 15. delle sue Opere pag. 83. col. 1.* ove, discorrendo dell' esposizione del Sagramento, che si fa, quand' è imminente qualche disgrazia, così saviamente riflette: *Est modus aptissimus permovendi populum, ac excitandi ad pietatem necessitati congruentem, verbi gratia, si ingruat pestis, aut incursus hostium, aut aerearum tempestatum malignitas: nihil enim habet Ecclesia aptius ad plebem Fidelium excitandam, & sensu pietatis Deum placaturo afficiendam, quàm sacrum spectaculum Corporis Christi propalam exhibiti, & objectum ejus, in quo est salus, vita, & resurrectio nostra:* Ma forse non direbbe quanto basta; concorrendo nel rito, che è in questione, alcune circostanze, delle quali parlerassi dipoi, in vigore delle quali, non ostante la pietà dell' atto, può ragionevolmente la Chiesa non averlo approvato; non avendo Ella in ciò unicamente riguardo all' intrinseca bontà, ma ad altre cose, che o non curate, o non prevedute, possono facilmente esser cagione di varj discordini.

Ragioni allegabili in difesa del fatto accennato.

Nec non exempla ex Sacris Ecclesiæ monumentis desumpta.

§. 7. Si quis autem, ut sibi tuta undique veluti ictu salva res esset, Ecclesiasticas proferret historias, exempla ipsi præsto essent opinioni suæ valde accommoda. In Chronica Albigensium Episcoporum, atque Abbatum Castræ, apud Thiers in Tractatu *de Expositione Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramenti 2. part. impressionis Parisiensis anno 1677. lib. 5. cap. 12.* legitur, sub Abbate Geraldo, qui vixit ad annum 1090. incendium a fulmine excitatum, fuisse hoc pacto extinctum:

Jamque Monasterium furibunda incendia volvit,
Cum, Christi oblato Corpore, flamma cadit.

Celebre est S. Bernardi factum relatum in ejus vita, quam scribere instituit Abbas Guilelmus a S. Theodorico, absolvitque Abbas Hernaldus a Bonavalle, veteri amicitia cum Sancto conjunctus. Adstabat ad Ecclesiæ Januam Willelmus Aquitaniæ Dux, intus ob excommunicationem non ingrediens. Vir Sanctus interea Sacrum faciebat: cumque consecrasset, ante consummationem, imposito Patenæ Divino Sacramento, & ad Ducem accedens ipsum eo ferventis animi affectu est allocutus, ut eundem ad insignem pœnitentiam adduxerit, & ad novum vitæ institutum, unde porro in Beatorum album, qui cultum in Ecclesia obtinent, recenseri promeruit,

§. 7. Chi per assicurare la partita, e porre in un colpo il tutto in salvo, desse di mano alla Storia della Chiesa, ritroverebbe esempj molto favorevoli. Nella Cronaca de' Vescovi d' Albi, e degli Abbati di Castro, appresso il Thiers nel Trattato *dell' Esposizione del Santissimo Sagramento dell' Altare nella 2. part. della Stampa di Parigi del 1677. lib. 5. cap. 12.* si legge, che nel tempo di Geraldo Abbate, che visse nel 1090. fu estinto un' incendio cagionato da un fulmine, nel modo seguente:

Jamque Monasterium furibunda incendia volvit,
Cum, Christi oblato Corpore, flamma cadit.

Celebre è il fatto di S. Bernardo, riferito nella di lui Vita incominciata dall' Abbate Guglielmo di San Teodorico, e profeguita dall' Abbate Ernaldo di Buonavalle, antico amico del Santo. Era nella porta della Chiesa Guglielmo Duca d' Aquitania, che non entrava, essendo scomunicato. Celebrava il Santo la Messa: e dopo aver consecrato, prima di consumare, posto il Divin Sagramento sopra la Patena, ed accostatosi al Duca, gli parlò con tal fervore di spirito, che lo indusse ad una gloriosa penitenza, e ad una nuova vita, per cui ha poscia meritato d' essere annoverato fra i Beati, che hanno culto nella Chiesa, come può vedersi nel

Ed esempj presi dalla Sacra Storia.

uti videre est in Martyrologio Romano quarto idus Februari. Gesta res descripta legitur in præindicata antiqua vita S. Bernardi, & perbelle retexitur a duobus recentioribus ejusdem Vitæ Scriptoribus, a Magagnotio nempe *lib. 2. cap. 6. num. 38.* & a Petrina in *Historia Chronologica lib. 4. tom. 1. num. 371. & seq.* Celebre quoque sese prodit factum S. Claræ, quæ, ut Monasterium suum, universamque Assisiensem Urbem servaret a direptione, ac stragibus Saracenorum, jam jam impia consilia exequentium, ad Monasterii januam afferri curavit Tabernaculum Sacramentum intercludens: Christique vix objecto corpore, Saracenorum nonnulli obcœcati, reliqui præcipites effugere. Rem narrat S. Antoninus in *suis Historiis tit. 24. cap. 6. §. 3.* Resumitur eadem a Bollandistis *tom. 2. mensis Augusti pridie idus pag. 759. num. 21.*, & a Pagio *in Vita Alexandri IV. n. 15.* Ejusdem fere temporis cum S. Claræ facto est & aliud relatum a Roderico Granatensi *part. 2. explanationis Symboli cap. 27. §. 7.* secutum anno 1230. in Regno Valentiæ, dum bellum geretur in Mauros: de horum quippe exercitu tum Christifideles insignem retulere victoriam, cum pius Sacerdos manibus gestans pannum lineum consecratis Particulis plenum, prodiit in omnium conspectum, Deum exorans, ut nostris præsto esset, eoque pacto est eosdem hortatus ad instaurandum certamen, quod porro insignis victoria est consecuta. Meminimus & ipsi eorum, quæ in minoribus, agentesque Promotorem Fidei, legimus in Actis collectis super Virtutibus Beati Petri Fourerii, ad quem cum delatum fuisset, publica in Caupona quosdam sacrilegis verbis Divinum Nomen violare, ad Sacrum Tabernaculum advolavit, arreptamque Sacram Pyxidem, secum detulit ad Cauponam, cumque Sacratum pignus manu ostentans, immane facinus scelestis patefecisset atque exprobasset, eosdem ad pœnitentiam adduxit. Ast hæc, hisque similia exempla ex peculiari divino spiritu impulsuque processisse, demonstratum est non solum ex secundo eventu, sed & ex peculiaribus hæc agentium virtutibus. Ea itaque sunt hæc exempla, quæ miremur, haud autem imitemur, nec quidquam exinde inferri potest pro iis, qui debent se ad legum normam componere: quemadmodum a Nobis quoque fuit generaliter demonstratum in nostro Opere *de Canonizatione Sanctorum lib. 3. cap. 41.* & præcipue *num. 20.*

Non congruunt eadem cuicunque casui, nec generalem exhibere possunt agendi normam, & quare.

§. 8. In hanc Classem referri & illud potest, quod legitur in *Natali 10.*, quod S. Paulini Nolani opus est, ubi narrat, ingens incendium fuisse extinctum objecto tantum ad flammas Sanctæ Crucis frustulo.

Vicerat ignis aquam, nos ligno vincimus ignem,
Quamque aqua non potuit, vicit brevis hastula flammam.

Quæ autem aptiora ad rem comprobandam proferuntur exempla, nec laudantur, nec ritum possunt inducere.

Et quoties ex classe horum, similiumque exemplorum, quæ peculiari Divino afflatui non immerito tribuuntur, ad alios progredi quis vellet eventus, allatam Divini impulsus exceptionem haud ita facile recipientes, veluti ad id, quod sub annum 1647. contigisse fertur Halæ Tyrolis, ubi cum Sacerdos Venerabili Eucharistia adhibita ingenti incendio benedixisset, restitit ignis; vel ad illud, quod anno 1734. sive alio veriori tempore, hìc Romæ gestum est, tunc, quando publica solemnique pompa fuit Sacramentum ab Ecclesia delatum ad incendii locum, eoque impertita benedictio; qui his uteretur exemplis, haud valde proficeret, tum quia primum ex recensitis factis affertur a Gobato in sua *Theologia experimentali tract. 4. cas. 21. sect. 1. num.* Martirologio Romano *ai 10. di Febbrajo.* Il fatto è riferito nella detta antica Vita di San Bernardo, ed è riassunto felicemente da due moderni Scrittori della stessa Vita, cioè dal Magagnotti *al lib. 2. cap. 6. num. 38.*, e dal Petrina *nella Storia Cronologica al lib. 4. tom. 1. n. 371. e seg.* Celebre pure è il fatto di Santa Chiara, che per liberare il suo Monastero, e la Città d'Assisi dal saccheggio e strage de' Saraceni, che già erano in procinto di eseguire i loro furibondi disegni, fece portare alla porta del Monastero il Tabernacolo, ov' era il Venerabile, ed alla comparsa del Corpo di Cristo alcuni Saraceni perderono la vista, e gli altri si diedero ad una fuga precipitosa. Il fatto è riferito da S. Antonino *nelle sue Storie tit. 24. cap. 6. §. 3.*, ed è riassunto dai Bollandisti *nel tom. 2. d' Agosto al giorno 12. pag. 759. num. 21.*, e dal Pagi *nella Vita di Alessandro IV. al num. 15.* Quasi contemporaneo al fatto di S. Chiara è l' altro riferito da Roderico Granatense *alla part. 2. della spiegazione del Simbolo cap. 27. §. 7.*, che seguì l' anno 1230. nel Regno di Valenza nella guerra contro i Mori, essendosi dai Cristiani ottenuta un' insigne Vittoria contra il loro esercito, allora che un pio Sacerdote presentossi con un Corporale in mano pieno di Particole consecrate, pregando Dio ad assistere ai nostri, ed eccitandoli in quel modo ad un nuovo combattimento, da cui derivò l' insigne Vittoria. Ci ricordiamo ancor Noi di quanto, essendo in minoribus, ed esercitando l' uffizio di Promotore della Fede, legemmo ne' Processi fatti sopra le virtù del Beato Pietro Fourerio, che, avendo avuta notizia, che in una pubblica Osteria alcuni bestemmiavano il nome di Dio, corse al sacro Tabernacolo, diede di mano alla Sacra Pissìde, con essa s' incaminò all' Osteria, ed avendo col Sacro pegno in mano predicato, e rimproverato ai delinquenti il loro grave misfatto, gl' indusse a penitenza. Ma questi, ed altri simili esempj furono effetti di uno speciale spirito ed impulso Divino, riconosciuto non meno dalla felicità dell' evento, che dalle personali virtù di quelli, che li praticarono. Sono dunque esempj ammirabili, e non imitabili; nè possono fondar conseguenza a pro di quelli, che debbono vivere secondo le leggi; come anche da Noi è stato generalmente dimostrato nella nostra Opera *de Canonizatione Sanctorum lib. 3. cap. 41.* e specialmente *al n. 20.*

Non sono essi applicabili ad ogni caso, ne possono formar regola per tutti; e perchè.

§. 8. A questa Classe può anche riferirsi ciò, che si legge *nel Natale 10.* Opera di S. Paolino di Nola, ove racconta, che restò estinto un grand' incendio con aver voltata verso le fiamme una particella del legno della santa Croce:

Vicerat ignis aquam, nos ligno vincimus ignem,
Quamque aqua non potuit, vicit brevis hastula flammam.

Gli esempj addotti per comprovare il fatto, nè si commendano, nè sono valevoli ad introdurre un rito.

E quando dalla classe di questi e simili esempj, che con molto fondamento vengono attribuiti a speciale impulso Divino, si facesse passaggio ad altri eventi, ne' quali il predetto Divino impulso non così facilmente potrebbe ammettersi, come sarebbe a dire a quello, che successe l' anno 1647. in Hala del Tirolo, ove avendo un Sacerdote data la Benedizione col Venerabile ad un grave incendio, restò il fuoco estinto, o a quanto fu praticato l' anno 1734., o in altro più vero tempo, quì in Roma, allorchè con pubblicità e sollennità fu portato il Venerabile dalla Chiesa al luogo, ove era l' incendio, e col Venerabile fu data la Benedizione; chi se ne prevalesse, non farebbe gran viaggio, sì perchè il primo de' predetti

375., qui tamen illud non probat, sed tantum nuncupat felix ab exitu: *Factum felix ab eventu*; tum quia unum, vel plura adhuc facta hujusmodi, aut incognita, aut a Superioribus dissimulata, haud tanti sunt, quibus jure recens aliqua disciplina, novusque ritus innitatur.

Primum, sed minus firmum argumentum illorum qui factum improbant.

§. 9. Sicuti prænotatum est, superius allata argumenta, ad ritum, de quo sermo est, vindicandum infirma sunt, levioriſque momenti, sed ejusdem furfuris sunt alia quædam, quæ in Ritum ipsum objectantur, atque extolluntur. Ajunt nonnulli Eucharistiæ Sacramentum a Christo fuisse institutum, ut eo vescerемur; quod quidem indubium est: at satis deprehendi non potest, quomodo ex hoc antecedenti inferre liceat, haud decere illud in Supplicationibus deferre, Deumque, qui sub Sacramenti speciebus adest, deprecari, ut a gravibus nos quandoque obsidentibus periculis præstet incolumes. *Neque enim ideo minus est adorandum*, (sunt concepta verba Concilii Tridentini, de hoc Divino Sacramento loquentis, *sess. 13. cap. 5.*) *quod fuerit a Christo Domino, ut sumatur, institutum: nam illum eumdem Deum præsentem in eo adesse credimus, quem Pater æternus introducens in Orbem terrarum, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei: quem Magi procidentes adoraverunt, quem denique in Galilæa ab Apostolis adoratum fuisse Scriptura testatur*: Exindeque Tridentini Patres commendare pergunt pias Supplicationes in Festo Corporis Christi haberi solitas, religiosasque actiones comitantium Adorandum Sacramentum, dum ad ægrotos affertur, uti videre est *cap. 5. & cap. 6. & can. 6. cit. sess. 13.* Christus Dominus quâ homo, vel nunc in gloriæ statu, Deum Patrem pro nobis rogat: *Christus Jesus, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis*: legitur *in Epistola ad Romanos 8. Advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum*: subditur in Epistola prima S. Joannis *cap. 2.* sive porro hoc præstet, petens expresse a Deo, ut nobis proficua concedat, sive implicite suam exhibens Humanitatem, veluti Hostiam jam ipsi in Cruce oblatam, ut Deus in eam respiciens, quæ utilia nobis possunt evadere, elargiatur; veluti differunt nostri Theologi, qui licet in explicatione tradenda discrepent inter se, dum alii primæ subscribunt, alii secundæ sententiæ: consentiunt tamen omnes quoad dogma, insimul adnotantes: neque Ecclesiam, neque Fideles solere absolutè ad Christum confugere, ut ipse pro nobis oret, sed ut nostra velit exaudire vota, ne videantur cum Arii, & Nestorii erroribus consentire, qui tueri audebant, ipsam Christi personam, ad quam vota diriguntur nostra, esse creatam, & divina inferiorem. Cum autem nostras preces audiat Christus, quoties id promerentur, cumque idem Christus vere Deus & Homo, vere, realiter, ac substantialiter sub speciebus Eucharistici panis contineatur, omnino nunquam affirmari poterit, non posse nos supplices ad ipsum confugere, ut incendium extingui deprecemur, ex eo tantum, quod Sacramentum fuerit in nostrum cibum institutum; sed erit tantummodo asserendum, non licere ita ad illum confugere, ut Sacramentum educatur e Tabernaculo, afferatur ad ignem, atque ad incendium benedicatur, ob qualitatem Ritus, quoties firma desint ad eum vindicandum argumenta.

Alia duo haud validiora argumenta

§. 10. Alii ulterius progrediuntur, asserentesque non posse rem creatam irrationalem Dei nomine adjurari, autumant, hoc unum posse valide obsistere ritui benedicendi incendii cum Eucha-

fatti vien riferito dal Gobat *nella sua Teologia esperimentale tratt. 4. cas. 21. sect. 1. num. 375.*, che non l'approva, ma lo chiama felice dall'evento: *Factum felix ab eventu*; sì perchè uno, o anche più atti, o non saputi, o dissimulati dai Superiori Ecclesiastici, non sono bastanti per formare una disciplina, ed introdurre un Rito.

Prima ragione, ma non moltovalida, di quelli che riprovano il fatto.

§. 9. Come si è veduto, i sopradetti argomenti, che si portano a pro del Rito, di cui si tratta, sono fiacchi, e di poco rilievo: E tali ancora sono alcuni altri, che si vanno esagerando, e proponendo contra lo stesso. Dicesi, che il Sagramento dell'Eucaristia fu istituito da Cristo, acciò Noi ce ne cibassimo; il che è certissimo: ma non si fa vedere, come da questo antecedente si possa dedurre la conseguenza, che non sia conveniente il portarlo processionalmente, e pregare Iddio, che è presente sotto le specie Sacramentali, a liberarci dai gravi pericoli, ne' quali talora ci ritroviamo: *Neque enim ideo minus est adorandum*, (sono parole del Sacro Concilio di Trento, quando parla di questo Divin Sagramento *alla sess. 13. cap. 5.*), *quod fuerit a Christo Domino, ut sumatur, institutum; nam illum eumdem Deum præsentem in eo adesse credimus, quem Pater æternus introducens in Orbem terrarum, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei; quem Magi procidentes adoraverunt; quem denique in Galilæa ab Apostolis adoratum fuisse, Scriptura testatur*: dopo le quali parole passano i Padri del Concilio a commendare le divote processioni, che si fanno nella festa del Corpus Domini, ed i divoti accompagnamenti, che si fanno al Venerabile, quando si porta agli Infermi, come si vede *nel cap. 5. e nel cap. 6. e nel can. 6. della citata sess. 13.* Cristo nostro Signore, come uomo, ancor oggi nello stato di gloria prega Iddio Padre per noi: *Christus Jesus, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis*: si legge *nella epistola ad Romanos 8. Advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum*: si legge nella prima epistola di San Giovanni *al cap. 2.* O ciò poi faccia, espressamente domandando a Dio, che ci dia quelle cose, che sono a noi salutari, o tacitamente esibendogli la sua Umanità come Ostia già offertagli nella Croce, acciò Iddio, vedendola, conferisca a noi quel bene, che ci può essere giovevole; come la vanno discorrendo i nostri Teologi: che, se sono discordi nella spiegazione, mentre taluni abbracciano la prima, ed altri la seconda, sono poscia concordi nel dogma, e nell'osservare, che nè la Chiesa, nè i Fedeli sogliono assolutamente ricorrere a Cristo, acciò preghi per noi, ma acciò voglia esaudirci; per non mostrare d'aderire agli errori degli Ariani, e de' Nestoriani, che osavano sostenere, che la stessa Persona di Cristo, a cui s'indrizzano le orazioni, era creata, ed inferiore alla Divina. Esaudendo poi Cristo le nostre preghiere, quando meritano di esser esaudite, e contenendosi Cristo vero Dio ed Uomo, *vere, realiter, ac substantialiter* sotto la specie del pane nel Sagramento dell'Eucaristia, non dovrà mai dirsi, che ad esso non possiamo ricorrere, per ottenere la grazia, che si estingua un' incendio, pe'l motivo che il Sagramento è stato istituito per nostro cibo; ma solamente potrà dirsi, non esser lecito il ricorrere ad esso, estraendolo dal Tabernacolo, portandolo al fuoco, e benedicendo l'incendio, per la qualità del rito, quando ad esso manchino validi fondamenti per sostenerlo.

Due altri argomenti non più forti del primo.

§. 10. Altri passano più oltre, e dicendo non potersi scongiurare una creatura, che non ha ragione, pretendono con ciò di potersi validamente opporre al rito di benedire col Ve-

ristiæ Sacramento: sed infirmum omnino videtur hoc argumentum. Creata res expers rationis, si ipsa per se attendatur, cum non intelligat, talis non est, quæ adjurari possit; capax tamen evadit, quæ exorcismis Ecclesiæ subjiciatur, si veluti ab alio acta inspiciatur; ex quo consequitur, posse orationes nostras ad Deum intendi, ut eam nobis nocere prohibeat, etiamsi a Dæmone in nostrum damnum detrimentumque ageretur. Est hæc S. Thomæ doctrina 2. 2. *quæst.* 90. *art.* 3. Verum eâdem nil profecto opus est in hac facti specie, in qua dum adhibita Pyxide benedicitur incendio, nulli unquam intermixti sunt, vel intermiscentur exorcismi. Alii ritum improbant, asserentes ipsi inesse Dei tentationem, vitium Religioni oppositum, ideoque peccatum sapiens, & grave quidem peccatum, quamvis superstitione inferius, uti fuse docet, demonstratque Sanctus Thomas 2. 2. *quæst.* 97. *art.* 2. *& duob. seqq.* At si expressa Dei tentatio, juxta ejusdem Sancti Doctoris sententiam, tunc inducitur, cum quis quidquam agit ea mente, atque consilio, ut Dei scientiam, potentiam, patientiam, voluntatemve scrutetur; interpretativa autem & implicita, quando non agit is quidem eadem concepta expressaque mente, sed tamen quidquam loquitur vel agit, cui non alius potest esse scopus, quàm ut Divinæ alicujus virtutis periculum fiat; quod tunc plane contingit, cum quis paratas habens usitatas, vulgaresque agendi rationes, has quidem sponte omittit, seque ultro in discrimen adducit. *Sicuti tentare, est experimentum sumere seu explorare; ita Deum tentare, est velle sumere experimentum de aliqua ipsius perfectione; veluti an sciat, an possit, an velit quidpiam; quod tum verbis, tum facto fieri potest, idque dupliciter; uno modo expresse, puta cum aliquis ea intentione dicit, aut facit quidpiam, ut exploret Dei scientiam, potentiam, patientiam, aut voluntatem: altero modo implicitè, seu interpretativè, quando non est quidem homini formalis & expressa intentio simile aliquid explorandi, hoc tamen dicit, aut facit, quod non potest aliò ordinari, quàm ad experimentum sumendum de aliqua Dei perfectione, veluti quando aliquis humanis & naturalibus mediis non destitutus, ea sine rationabili causa omittit, aut se periculo exponit*: verba sunt Sylvii egregii S. Thomæ Interpretis *ad Art.* 1. *præcit. quæst.* 97. Quomodo unquam poterit jure defendi, eum, qui Venerabili Sacramento ad Incendium benedicit, qui Deum rogat, ut miseros afflictosque ab irruente infortunio velit præstare exemptos, qui non ea mente est, ut Divinæ potentiæ sumat periculum, qui humana non spernit subsidia, sed iis undique collectis, omnia enititur, assiduas tamen Divinæ Majestati preces offerens, ut, quod imminet, grave malum, dignetur avertere, hunc, inquam, gravissimi criminis expressæ vel tacitæ Dei tentationis posse reum pronunciari?

Posterremum desumptum ex absurdis: quæ facile præcaveri posse, vel nihil habere commune cũ præsenti facti specie, demõstratur.

§. 11. Alii denique arbitrantur, non esse usu recipiendam assertam piam consuetudinem afferendi Sacramentum Sacra Pyxide contentum, eoque benedicendi incendiis, ne forte id fiat cum ignis divitum ædes incessit, non autem pauperum domunculas: neque inanis hic quidem est, vel sola mente conceptus timor: Thiers quippe *præcit. cap.* 12. invehitur in satis illacrymabilem hanc personarum acceptionem, veluti aliquibus in locis usu receptam. Idem auctor præterea plures cumulat Synodales sanctiones, quibus severe interdicitur, sacra Lintea ad incendium afferre, eaque projicere in flammas, ut extinguantur, atque multo etiam magis, si ipsa sacra Hostia projiciatur in ignem, ea quidem spe, ita illum restingui posse. Quidquid asserit præcinerabile gl'incendj. Ma quest'assunto sembra non poter avere veruna sussistenza. La creatura irragionevole, considerata in se stessa, non avendo intelligenza, non è capace di essere scongiurata; è però capace d'essere scongiurata cogli esorcismi della Chiesa, se si considera come mossa da altri: dal che deriva, che si possono diriggere le nostre preghiere a Dio, acciò le impedisca il recar nocumento a Noi, ancor quando fosse mossa dal Demonio a recarci danno e pregiudizio. Questa è la dottrina di S. Tommaso 2. 2. *quæst.* 90. *art.* 3. Ma di questa, per vero dire, non v'è bisogno nel caso presente, in cui benedicendosi colla Pissìde l'incendio, nè si è praticato, nè si pratica verun esorcismo. Altri riprovano il rito, asserendo, che in esso interviene la tentazione di Dio, che è un vizio opposto alla Religione, e che per conseguenza è peccato, ed è peccato grave, benchè inferiore a quello della superstizione, come diffusamente prova ed insegna S. Tommaso *nella* 2. 2. *quæst.* 97. *art.* 2. *e due ſegg.* Ma, se la tentazione espressa di Dio, come insegna lo stesso Santo Dottore, interviene, quando taluno ardisce di fare una cosa coll'intenzione di esplorare la scienza, la potenza, la pazienza, o la volontà di Dio; e la tentazione interpretativa ed implicita interviene, quando l'uomo non ha la predetta formale, ed espressa intenzione, ma però dice, o fa una cosa, che non può avere altro scopo, che quello di prendere esperimento sopra qualche perfezione Divina; il che avviene, quando l'uomo, che potrebbe prevalersi de' mezzi usitati ed ordinarj, li tralascia, e si espone al pericolo. *Sicuti tentare, est experimentum sumere seu explorare; ita Deum tentare, est velle sumere experimentum de aliqua ipsius perfectione: veluti an sciat, an possit, an velit quidpiam; quod tum verbis, tum facto fieri potest, idque dupliciter: uno modo expresse, puta cum aliquis ea intentione dicit, aut facit quidpiam, ut exploret Dei scientiam, potentiam, patientiam, aut voluntatem: altero modo implicite, seu interpretative, quando non est quidem homini formalis & expressa intentio simile aliquid explorandi, hoc tamen dicit, aut facit, quod non potest aliò ordinari, quàm ad experimentum sumendum de aliqua Dei perfectione, veluti quando aliquis humanis & naturalibus mediis non destitutus, ea sine rationabili causa omittit, aut se periculo exponit*: sono parole del Silvio, bravo interprete di S. Tommaso, *sopra l'art.* 1. *della citata quæst.* 97.; Come mai può ragionevolmente pretendersi, che chi benedice l'incendio col Venerabile; che prega Iddio, acciò si degni liberare gli afflitti dalla disgrazia, nella quale si ritrovano; che non ha veruna intenzione di far esperimento della Divina potenza; che non rigetta i mezzi umani, ma nel mezzo d'essi fa quanto fa, pregando sempre Sua Divina Maestà, acciò si degni di torre il grave male imminente; possa dirsi reo del grave peccato della tentazione di Dio, o espressa, o interpretativa?

Ultimo argomento fondato su certi inconvenienti, che o si possono facilmente evitare, o non si verificano nel caso presente.

§. 11. Altri finalmente credono, non potersi dar seguito alla supposta pia costumanza di portare il Sagramento coperto colla Pissìde, e con esso benedire l'incendio, pe'l timore che tal funzione si faccia quando il fuoco s'appicca alle case de' ricchi, ma non quando s'appicca alle case de' poveretti: nè questo timore è panico, o ideale; esagerando il Thiers *nel cit. cap.* 12. contra questa troppo deplorabile accezione di persone, avvegnachè in alcuni luoghi praticata; e lo stesso Autore ammassa alcune disposizioni Sinodali, nelle quali severamente vien proibito il portare i sacri Corporali agl'incendj, buttandogli nelle fiamme per estinguere il fuoco, e molto più il gettare nel fuoco la sacra Ostia, per la fiducia di

tatus auctor, perfacile admitti debet; imo quoties, ad ea firmanda, quæ in ritum jaciendi in ignem Sacram Hostiam profert, & in irreverentiam eo actu contentam, alio opus esset exemplo per ipsum non inducto, illud minime desideraretur. Etenim, quamvis in Italia, & præsertim Florentiæ, vigeret usus comprobandi abditam veritatem innocuo alicujus transitu per ignem, quod plane præstitit Beatus Petrus Igneus dictus, qui ut evinceret Petrum Pavesium Florentiæ Episcopum simoniace in Episcopatum fuisse intrusum, ideoque deponendum esse, uti reipsa factum est, illæsus per ardentem ignem pertransiit, quemadmodum opportunis allatis monumentis demonstravimus *nostro lib. de Canoniz. Sanct. cap. 33.* tamen cum nonnullis exinde sæculis in eadem Civitate idem simi voluerit experimentum ad fidem auctoritatemque conciliandam Doctrinæ Hieronymi Savonarolæ, cumque aliqui sese protulerint paratos per ignem transgredi, manu gestantes Eucharistiæ Sacramentum, Eucharistiæ delationem non probarunt judices, constanti judicio eam denegantes, ac irreligiosam definientes, pravique exempli, spectatis iis facti circumstantiis, in quibus usurpari cupiebatur; uti videre est in vita præfati Hieronymi Savonarolæ scripta a Francisco Pico *tom. 2. impressionis Parisiorum 1674. pag. 70. tom. 2. additionum ad eandem vitam pag. 306.* & in Appendice ad Vitam Alexandri Sexti Pontificis exaratam ab Alexandro Gordonio *tom. 2. pag. 485.* Verum his omnibus nihil commune est cum casu nostro. Qui enim ritum, de quo nunc agimus, tuetur, facile respondere potest, si asserat, licere omnino ipso adhibito Sacramento excitatis incendiis benedicere, nec tamen ullum fieri debere divitis & pauperis discrimen, neque Eucharistiam post benedictionem in ignem projiciendam esse, sed imo in tabernaculum, unde fuit educta, omni cum honore restituendam.

Firmum affertur principium, ex quo porro actus probandus, improbandusve arguatur.

§. 12. Sepositis itaque superius allatis animadversionibus, rationibusque, vel ritui faventibus vel oppositis, ut tuto liceat ad propositam metam pertingere, unica, cui insistas, tutaque via sita est in investigandis expendendisque regulis ab Ecclesia præscriptis de cultu Sanctissimæ Eucharistiæ; neque enim fas cuique esse debet privata auctoritate, vel ex veræ etiam devotionis, zelique affectu, novum ritum inducere. *Si quis dixerit, receptos & approbatos Ecclesiæ Catholicæ Ritus, in Solemni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato a Ministris pro libito omitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiasticum Pastorem mutari posse, anathema sit*: verba sunt Sacræ Tridentinæ Synodi *Can. 13. sess. 7. de Sacramentis in genere.* Et quoties aliquem Ritum ejusmodi induci contigit, etsi nihil continentem pietati ac religioni oppositum, Apostolica Sedes eumdem ipsum intercedere non dubitavit, ex quibusdam extrinsecis circumstantiis, nullatenus prævisis, vel neglectis ab eo, qui ritum invexit. Ut plura prætermittamus exempla, ad rem præsentem sat est unum illud innuere de Sanctissimo Sacramento, olim afferri solito ad ægrotos, qui cum exoptarent illud sumere in Viaticum, nec tamen possent deglutire, nonnulli in ipsum saltem intueri concupiebant, alii adorare ac deosculari; vetitum quippe id fuit a Sancto Pontifice Pio V., cui interdicto consonum quoque est alterum adscriptum in Rituali Romano a Paulo V. Summo Pontifice evulgato, in ea parte, quæ est *de Communione Infirmorum*, ubi, sermone instituto de Divino Sacramento, hæc leguntur. *Sed alicui ad adorandum solum, seu devotionis, seu cujusvis rei prætextu, ad ostendendum non deferatur*: idque non ea sane de causa, quod

Exemplis resilluſtratur. De vetito usu deferendi ad infirmos Eucharistiam adorandam tantumodo.

estinguerlo con essa. Quanto dice il citato Autore, dee con tutta facilità essere ammesso: e quando, per convalidare quanto dice contra il gettito del Sagramento nelle fiamme, e contra l'irriverenza, che in quell'atto si contiene, vi fosse bisogno di qualche altro esempio da esso non portato, esso certo non mancherebbe; imperocchè, ancorche nell'Italia, e particolarmente nella Città di Firenze, fosse vigente l'uso di provare le verità occulte, passando taluno illeso pel fuoco, come fece il B. Pietro Igneo, che per comprovare, che Pietro Pavesio Vescovo di Firenze aveva ottenuto il Vescovado per Simonia, e doveva esser deposto, come successe, passò senza verun nocumento pe'l fuoco acceso, come cogli opportuni documenti abbiamo dimostrato *nel nostro lib. 3. de Canonizat. Sanctor. cap. 33. num. 3.*; essendosi alcuni secoli dopo voluto fare nella stessa Città lo stesso esperimento per accreditare la dottrina di Girolamo Savonarola, ed essendosi alcuni esposti a passare pe'l fuoco, ma col Sagramento dell'Eucaristia in mano, non fu la delazione dell'Eucaristia approvata dai Giudici, che costantemente la rigettarono, qualificandola per irriverente, e scandalosa nelle circostanze, in cui voleva praticarsi; come può vedersi nella Vita del predetto Girolamo Savonarola, scritta da Francesco Pico *al tom. 2. della Stampa di Parigi del 1674. pag. 70. nel tom. 2. delle addizioni alla stessa Vita pag. 306.* e nell'Appendice alla Vita del Pontefice Alessandro Sesto scritta da Alessandro Gordon, *al tom. 2. pag. 485.* Ma tuttociò non ha punto che fare col caso nostro, potendo chi sostiene il rito che è in questione, facilmente asserire, esser lecito il benedire col Sagramento un'incendio, non doversi però fare veruna differenza fra il povero ed il ricco, e potersi benedire l'incendio col Venerabile, ma però senza gettarvelo, riportandolo colla dovuta decenza al Tabernacolo, donde fu estratto.

Vero principio, da cui arguir si possa commendabile, o riprovevole l'accennato fatto.

§. 12. Poste dunque da parte le riflessioni e ragioni poc'anzi esposte, o favorevoli, o contraire al rito; per arrivare sicuramente al fine proposto, l'unica e sicura strada è quella d'osservare, e bene considerare le regole prescritte dalla Chiesa in ordine al culto della Santissima Eucaristia, non dovendo esser permesso a chicchesia con privata autorità, ed anche per vera divozione, e zelo, istituire un nuovo rito. *Si quis dixerit, receptos & approbatos Ecclesiæ Catholicæ Ritus, in Solemni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato a Ministris pro libito omitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiasticum Pastorem mutari posse, anathema sit*: Sono parole del sacro Concilio di Trento *al Can. 13. sess. 7. de Sacramentis in genere.* E, quando taluno di questi riti è stato introdotto, ancorche non vi fosse in esso cosa veruna, che fosse contraria alla pietà ed alla divozione, non ha dubitato la Santa Sede di proibirlo, per alcune estrinseche circostanze, non prevedute, o non curate da chi l'introdusse. Lasciando da parte molti altri esempj, basta per l'intento additar quello del Venerabile Sagramento, che una volta portavasi agl'Infermi, che bramavano di riceverlo per Viatico, e che non potendo inghiottirlo, sospiravano alcuni di poterlo vedere, ed altri di poterlo adorare, e baciare: essendo stato ciò proibito dal Santo Pontefice Pio V., colla di cui proibizione concorda ancor quella del Rituale Romano pubblicato dal Sommo Pontefice Paolo V., quando tratta *de Communione infirmorum*, ove così si legge, trattandosi del Divin Sacramento: *Sed alicui ad adorandum solum, seu devotionis, seu cujusvis rei prætextu, ad ostendendum, non deferatur*: e tutto ciò, non perchè (ciocchè siasi del bacio della Sacra Ostia)

Si dimostra il tutto cogli esempj. Dell'uso interdetto di portare agli infermi il Santissimo Sagramento per solo motivo di adorarlo.

simplex adoratio, (quidquid sit de Sacræ Hostiæ osculo) quicquam haberet contrarium debito cultui, quum potius eidem esset maxime consentanea; sed ratione quarumdam circumstantiarum, quas sapientes legislatores recte adnotarunt, quasque innuit Card. de Lugo *in suis Responsis Moralibus lib. I. dub. II. num. 3. Merito id prohibuit*, loquitur de Sancto Pio V., *quia si ad privatam ægroti consolationem, & sine spe refectionis Sacramentalis, tanta Salvatoris Majestas loco movenda, & per vias publicas circumferenda esset, paulatim ea infirmorum pietas introduceret, ut, sicut Sanctorum Reliquiæ ad eos deferuntur, & applicantur curationis gratia, ita & ad eosdem non communicaturos, nec periculose decumbentes, deferretur Eucharistia, & applicaretur partibus læsis & dolentibus, spe impetrandæ curationis; quæ, & alia similia, cultum & reverentiam debitam tantæ Majestati paulatim imminuerent.*

vi fosse nella semplice adorazione cosa veruna contraria al culto, anzi molto si conenesse a pro dello stesso; ma per l'ostacolo d'alcune circostanze ben ponderate dai savj legislatori, ed accennate dal Cardinale de Lugo *ne' suoi Responsi morali al lib. I. dub. II. num. 3. Merito id prohibuit*, parla di S. Pio V., *quia si ad privatam ægroti consolationem, & sine spe refectionis Sacramentalis, tanta Salvatoris Majestas loco movenda, & per vias publicas circumferenda esset, paulatim ea infirmorum pietas introduceret, ut sicut Sanctorum Reliquiæ ad eos deferuntur, & applicantur curationis gratiâ, ita & ad eosdem non communicaturos, nec periculose decumbentes, deferretur Eucharistia, & applicaretur partibus læsis & dolentibus, spe impetrandæ curationis; quæ, & alia similia, cultum & reverentiam debitam tantæ Majestati paulatim imminuerent.*

Aliæ Ecclesiasticæ sanctiones de cultu Sanctissimæ Eucharistiæ exhibendo.

§. 13. Annuam Ecclesiæ constituit solemnitatem Corporis Christi, quæ a Tridentino Concilio dicitur Religionis nostræ adversus Hæreses Triumphum, sicuti videre est *sess. 13. cap. 15.* Supplicationem quoque instituit ea occasione habendam, jam inde ab Urbano IV., quemadmodum fuse a nobis demonstratum fuit in nostro Opere *de Festis Domini*, cum de Festo Corporis Christi disseruimus. Cavit Ecclesia, ut Sacramentum ad infirmos cum debito honore deferatur, cùm ipsum susceperturi sunt in Viaticum, uti licet deprehendere ex pluribus Synodalibus sanctionibus, decretisque editis tum a Summis Pontificibus, tum & ab Episcopis quoad Diœceses suas. Amplexa est Ecclesia pium usum exponendi Venerabile Sacramentum omnibus conspicuum, utpote duobus Crystallis inclusum in Ostensorio, quod dicitur *Monstrantia*, in statutis Concilii Colonienfis habiti sub Card. de Cusa Nicolai V. per Germaniam Legati Apost., sicuti nosse licet ex *Tom. IX.* Collectionis Conciliorum Harduini *col. 1368. lit. C.*, dummodo id de licentia Ordinarii, publicamque ob causam aliquam fiat. Adjecit & illud Ecclesia, quod si privata tantum, non autem publica causa subsit, Sacramentum exponatur; ita tamen, ut, referato Tabernaculo, inde Sacrum Christi Corpus minime educatur, sed vel Sacra Pyxide sit inclusum, aut Velo obtectum ita, ut videri non possit, quemadmodum deprehenditur ex iteratis conformibus decretis editis a Congregationibus Urbis, & per Summos Pontifices probatis, quas omnes collegimus ipsi, cum Bononiæ essemus, in una ex nostris Institutionibus *Italicæ editionis Tom. II.*, quæ in latinam quoque versionem est illata. Cogitavit Ecclesia de Benedictionibus, Venerabili Sacramento adhibito, impertiendis, tum post publicas habitas supplicationes, tum quoties post solemnem Expositionem Sacramentum est in Tabernaculum restituendum, ac denique cum, sumpto per Ægrotum Viatico, reliqua in Sacra Pyxide est Particula, quam Sacerdos secum ad Ecclesiam refert, veluti nosse licet ex Rituali Romano *tit. de Communione Infirmorum.* Casum denique prospexit Ecclesia instantis alicujus nimbi, procellæ, alteriusve ingentis periculi, cavitque, ut si populus excitari velit ad Deum Optimum Maximum deprecandum, quò ab ingruenti malo præstetur immunis, adaperiatur Tabernaculum, minime educto Sacramento, sed ante ipsum Sacra Pyxide inclusum preces religioso affectu recitentur. Hæc est methodus præscripta a magno S. Carolo Borromæo in sua tertia Synodo Diœcesana habita anno 1572. *Cum grandines, nimbi, turbines, & aliæ temporum procellæ imminent, ad eas tempestates sedandas, vel, ut vocant, signandas, ne Sacerdos vasculum, in quo Sanctissimum Christi Domini Corpus asservatur,*

Altre leggi Ecclesiastiche intorno al culto da prestarsi al Santissimo Sagramento.

§. 13. Ha la Chiesa stabilita l'annuale Festa del Corpo di Cristo, che dal Concilio di Trento vien detta trionfo della nostra Santa Religione contra l'eresia, come può vedersi *nella sess. 13. al cap. 15.* Ha pure stabilita la Processione da farsi nella detta occasione, sino da' tempi d'Urbano IV., come da Noi diffusamente si è dimostrato nella nostra Opera *delle Feste del Signore*, quando abbiamo trattato della Festa del Corpo di Cristo. Ha la Chiesa determinato, che il Sacramento si porti agl'infermi colla dovuta decenza, quando lo debbono ricevere per Viatico, come si può vedere in tante e tante determinazioni, in tanti e tanti Sinodi, ed ordini dati non meno dai Sommi Pontefici, che dai Vescovi nelle loro Diocesi. Ha la Chiesa adottata la divozione dell' Esposizione del Venerabile in maniera visibile, perche racchiuso fra due Cristalli nell' Ostensorio, chiamato *Monstrantia*, negli Statuti del Concilio Colonienfe radunato dal Cardinal di Cusa Legato Apost. di Niccola V., come può vedersi *nel Tom. IX.* della Collezione de'Concilj dell'Harduino *col. 1368. litt. C.*, purche si faccia coll'autorità dell'Ordinario, e vi concorra una pubblica causa. Ha aggiunto la Chiesa, che, concorrendo qualche altra causa, che non sia pubblica, ma sia privata, l'Esposizione si faccia, aprendo il Tabernacolo, senza estrarre da esso il Venerabile, ma tenendolo racchiuso nella Sacra Pissida, o coperto con un Velo, in tal maniera che non possa vedersi; come si deduce dalle reiterate uniformi risoluzioni prese dalle Congregazioni di Roma, ed approvate dai Sommi Pontefici, unite da Noi in una nostra Notificazione *nel Tom. II. della edizione Italiana*, quando eravamo in Bologna, ed inserita ancora nell' edizione latina. Ha pensato la Chiesa alle Benedizioni da darsi col Venerabile, e dopo le Processioni pubbliche, e quando dopo la pubblica Esposizione si vuol riporre il Sacramento, e quando, comunicato l'infermo col Viatico, resta nella Sacra Pissida una Particola, e con essa il Sacerdote ritorna alla Chiesa, come può vedersi nel Rituale Romano *al tit. de Communione infirmorum.* Ha finalmente la Chiesa previsto il caso di qualche nembo, di qualche procella, di qualche grave pericolo imminente, ed ha ordinato, che volendosi eccitare il popolo a pregare il Grande Iddio, per esser liberato dal male, si apra il Tabernacolo, non si estragga il Venerabile, ma avanti d' esso rinchiuso nella Sacra Pissida si recitino divotamente le preci. Questo è il metodo insinuato dal gran S. Carlo Borromeo nel suo terzo Sinodo Diocesano tenuto l'anno 1572. *Cum grandines, nimbi, turbines, & aliæ temporum procellæ imminent, ad eas tempestates sedandas,*

Synodalia decreta circa ritum servandum in casibus huic simillimis.

Decreti Sinodali, che determinano il rito da praticarsi in casi affatto simili al presente.

adhibeat, sed Tabernaculum accensis luminibus patefaciat, ut ea nimborum vi imminente, rogationes & preces a Clero populoque coram Domino religiose fiant. Quod confirmatum noscitur in tertia Synodo Provinciali coacta subsequenti anno 1573. *Cum nimbi, procellæ, turbines, aut grandines impendent, ne Sacerdos ad tempestatis procellam arcendam vasculum adhibeat, in quo Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum asservatur, sed Tabernaculum, ubi illud in Altare reconditur, patefaciat, licet; tumque in ejus conspectu Litanias, aliasque religiosas preces ejus rei causa institutas pie sancteque pronunciet.* Consonat his Rituale Ebroicense anno 1606. a magno Cardinali du Perron compositum. Perspicuum itaque est sistema a S. Carolo Borromæo, veluti lex quædam, in universa Diœcesi, Provinciaque sua stabilitum, quodque merito pro cæteris locis haberi potest tanquam regula *in vi directiva*, cum ex aliquo tempestatum, grandinum, fulminumque inopinato casu, supplices ad Deum libet confugere. Aperiendum namque est, uti prænotavimus, Tabernaculum, Sacramentum intra Pyxidem relinquendum, piæ fundendæ preces, ut Divinam nobis opem imploremus. Si autem Sacramentum non debet a Tabernaculo educi, facile intelligitur, in designatis casibus non esse illud afferendum ad Ecclesiæ januam, nec cum eodem Benedictionem impertiendam.

Ex identitate rationis hunc quoque casum definiunt.

§. 14. Loquuntur quidem mox supra allatæ auctoritates de turbinum, procellarumque casu, quin suspicari possimus, audere quemquam excipere, eas minime congruere incendiis; par omnium quippe ratio est: & quoties, ut aliorum subtilibus levibusque cavillationibus fieret satis, exquiri Synodi vellent, ac Ritualia conceptis verbis loquentia de incendii casu, sat erit manum protendere ad Synodum Archiepiscopi Parisiensis habitam anno 1674. *art.* 7. *cap.* 2., in qua disertis verbis cavetur, ne Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum quacunque de causa unquam ad incendia afferatur, indicta in Sacerdotem, qui deliquisset, suspensionis pœna; & ad Rituale Argentoratensis Ecclesiæ evulgatum a bonæ mem. Cardinali de Rohan, impressumque anno 1742., ubi *pag.* 83. sequentia adnotantur verba -- *Prohibitum est insuper*, sermo est de Sacramento Altaris, *ne ad extinguenda incendia deferatur, & quidem sub pœna suspensionis, a Ministris deferentibus ipso facto incurrenda. Scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum. Qui dixit mari -- usque huc venies .... & hic confringes tumentes fluctus tuos -- potest & impetum ignis refrænare. Quandoque autem, sicut potens, sic & justus, mala quædam permittit; & quia, num facile sit placabilis, ignoramus; vitandum illud omne, quod & quorundam Christianorum fidem infirmare posset, & nostrorum honorem Mysteriorum malignis infidelium, aut hæreticorum irrisionibus exponere.* Qui temporalia a Deo exposcit, pavidus debet eadem rogare, divinæque voluntati se omnino committere: *Quando petitis temporalia, cum modo petite, cum timore petite, illi committite, ut, si prosint, det, si scit obesse, non det. Quid autem obsit, quid prosit, medicus novit, non ægrotus:* inquit Sanctus Augustinus *in serm.* 354. *alias* 53. *de verbis Domini cap.* 7. Cum sæviunt infortunia, homines plerumque Deum, quomodo oporteret, non orant: liberari se petunt, nihilque præterea curant: cumque cæteroquin pietate ac devotione erga Sacramentum Altaris exardescant, videntes educi illud è Tabernaculo post recitatas preces, afferri ad Ecclesiæ januam, eodemque adhibito per Sacerdotem benedici ad eam regionem, unde erumpunt turbines & procellæ, vel ad eam, in qua furit incendium; implentur fi-

Afferuntur alia decreta, quæ hunc præcise incendii casum decidunt, & quid tunc agendum statuunt.

vel, ut vocant, signandas, ne Sacerdos Vasculum, in quo Sanctissimum Christi Domini Corpus asservatur, adhibeat, sed Tabernaculum accensis luminibus patefaciat, ut ea nimborum vi imminente, rogationes & preces a Clero populoque coram Domino religiose fiant. Il che anche si trova confermato nel suo terzo Concilio Provinciale, tenuto l'anno seguente 1573. *Cum nimbi, procellæ, turbines, aut grandines impendent, ne Sacerdos ad tempestatis procellam arcendam vasculum adhibeat, in quo Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum asservatur: sed Tabernaculum, ubi illud in Altare reconditur, patefaciat, licet; tumque in ejus conspectu Litanias, aliasque religiosas preces ejus rei causa institutas pie sancteque pronunciet.* Concorda il Rituale d'Evreux del 1606. fatto dal gran Cardinale del Perron. Chiaro dunque è il sistema stabilito da S. Carlo Borromeo, come Legge, nella sua Diocesi, e nella sua Provincia, e che ragionevolmente può qualificarsi come regola *in vi directiva* negli altri luoghi, quando si vuol ricorrere a Dio, succedendo qualche caso inopinato di tempeste, di grandini, di fulmini; dovendosi, come si è veduto, aprire il Tabernacolo, dovendosi lasciare il Sagramento coperto dentro la Sacra Pissìde, dovendosi recitare divotamente le preci, invocando l'ajuto di Dio. E se non deve il Sagramento esser estratto dal Tabernacolo, vi vuol poco a comprendere, che non dee nelle dette occasioni esser portato alla porta della Chiesa, nè si dee con esso dare la Benedizione.

Sono definitivi della presente questione per l'identità de' motivi.

§. 14. Parlano, è vero, le autorità poc'anzi riferite, del caso di turbini e procelle, nè può caderci in mente, che taluno osi di replicare, non aver esse luogo nel caso degl'incendj, mentre in tutti i predetti casi concorre la stessa ragione: e quando, per soddisfare alle altrui sottili ed insussistenti indagini, si volesse far ricerca di Sinodi, e Rituali, che parlino del caso dell'incendio, basterà stender la mano al Sinodo dell'Arcivescovo di Parigi tenuto l'anno 1674. *art.* 7. *cap.* 2. in cui a chiare note viene ordinato, che il Santissimo Sagramento dell'Altare non si porti mai agl'incendj sotto qualunque pretesto si sia, sotto pena di sospensione al Sacerdote, che contravvenisse; ed al Rituale della Chiesa d'Argentina pubblicato dalla buona memoria del Cardinale di Rohan, e stampato l'anno 1742. ove *alla pag.* 83. sono registrate le seguenti parole: *Prohibitum est insuper*, parlasi del Sagramento dell'Altare, *ne ad extinguenda incendia deferatur, & quidem sub pœna suspensionis, a Ministris deferentibus ipso facto incurrenda. Scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum. Qui dixit mari -- usque huc venies .... & hic confringes tumentes fluctus tuos -- potest & impetum ignis refrænare. Quandoque autem, sicut potens, sic & justus, mala quædam permittit; & quia, num facile sit placabilis, ignoramus, vitandum illud omne, quod & quorumdam Christianorum fidem infirmare posset, & nostrorum honorem Mysteriorum malignis infidelium, aut hæreticorum irrisionibus exponere.* Chi domanda a Dio cose temporali, le dee domandare temendo, ed in tutto dee rimettersi alla di lui volontà: *Quando petitis temporalia, cum modo petite, cum timore petite, illi committite, ut, si prosint, det, si scit obesse, non det. Quid autem obsit, quid prosit, medicus novit, non ægrotus*: dice Santo Agostino *nel Serm.* 354. *altre volte* 53. *de verbis Domini al cap.* 7. Succedendo le disgrazie, gli uomini pur troppo non pregano Dio, come dovrebbe pregarsi: pregano per esserne liberati, e ad altro non pensano: ed essendo per altro pieni di pietà, e di divozione verso il Sagramento dell'Altare, vedendolo dopo le preci estrarre dal Tabernacolo, vedendolo portare alla porta della Chiesa; vedendo darsi con esso dal Sacerdote la Benedi-

Si recano altri decreti precisamente decisivi del caso dell'incendio, e che stabiliscono ciò che deve farsi.

ducia quadam, certaque spe, ad exitum jam pertigisse calamitates suas, &, si id haud fiat, sicuti ex justo Dei judicio pluries reipsa non contingit, magnum exinde subest periculum, ne labefactetur vel tepescat fervens illa devotio erga Augustissimum Altaris Sacramentum; misso interea facto altero periculo irrisionum ab incredulis. Atque hæ profecto animadversiones fecerunt, ut a solertissimis Episcopis statueretur, ne Pyxis e Tabernaculo educatur, ne exportetur ab Ecclesia, neve cum ea in Ecclesia, vel extra Ecclesiam, ad tempestates, aut incendia benedicatur.

Cur vetita ad incendii benedictio cum Eucharistia?

§. 15. Haud absimilis est obsessorum exorcizandorum species; in Rituali siquidem permittuntur Sanctorum Reliquiæ, opportunis adhibitis cautelis, eorum capitibus pectoribusque imponi. *Reliquiæ quoque Sanctorum, ubi haberi possint, decenter ac tuto colligatæ & coopertæ, ad pectus, vel ad caput obsessi reverenter admoveantur.* Non tamen licet ad caput eorum, vel pectus, sacram admovere Eucharistiam, ob irreverentiæ periculum; *Sanctissima verò Eucharistia super caput obsessi, aut aliter ejus corpori non admoveatur, ob irreverentiæ periculum.* Etsi in vita Sancti Bernardi, in Chronicis Belgicis Molineti, & in Catalogo Belgico Bernardi a Lucemburgo *litt. G.* haud desiderentur exempla Sanctorum Virorum, qui tale quidpiam præstitere, atque ita ab Obsessis Dæmones ejecerunt: facta enim hæc, sicut prædiximus, iis accensenda sunt exemplis, quæ admiratione quidem, non vero imitatione prosequi debeas.

Interdictum hoc afficit quoque casum obsessi exorcizandi.

§. 16. Cæteris quibusque Auctoribus Joannes Baptista Thiers eruditiùs, doctiùsque de hac quæstione disseruit, illamque diremit juxta ea, quæ hactenus dicta sunt, in suo Tractatu *de Sanctissimo Sacramento 2. part. Cap. 12.*, & quidquid ibi latius attulit, legitur ab ipso summatim resumptum in suo Tractatu *de superstitionibus tom. 2. cap. 13.* Opus Thiers *de Expositione Sacramenti*: valde commendatum, probatumque fuit pio, ac docto Cardinali Bonæ, uti nosse licet ex ejus Epistola 321. in tomo hoc ipso anno 1755. cuso, *pag.* 246. Laudatus Cardinalis in ea epistola inquit, præclarum se de illo opere feciisse judicium, cum sermonem de eo habuisset cum Patre Luca Dacherio, indeque subdit: *Librum optimum esse, & pium, & ab omnibus viris doctis ac eruditis approbatum. Omnes autem mirantur, quod argumentum per se sterile, & hactenus intentatum, tanta ubertate tractaveris, ut nihil ei desit, nihil ultra desiderari possit. Audivi rumorem propter illum a quibusdam Parisiis excitatum fuisse, sed protinus sedatum, cum nihil in eo censuræ obnoxium sit.* Tanti Cardinalis sententiæ ipsi subscribimus, sed quoad præsentem quæstionem erudite adeo discussam a Thiers, putamus, deesse nonnulla, quæ nisi congrua aliqua interpretatione solvantur, concidit Thiers assumptio, atque etiam nonnihil concuti possunt, quæ hactenus constituta sunt.

Quisnam eruditius & rectius de quæstione hac disseruerit.

§. 17. Hoc maximè Thiers expendit, cum in tot Synodis actum sit ac constitutum, quidquid agi oportet, dum aliquod tempestatis, incendiique accidit infortunium, ne unam reperiri quidem suadentem, vel permittentem Benedictionem Sacramento adhibito: Præterea, ex tot Ritualibus in Sacrarum Functionum normam impressis, nullum penitus adinveniri consentiens, ut tempestatibus, incendiisque, Sacramento adhibito, benedicatur; etsi cæteroquin similia non

Quæritur, an verum, quod Thiers asserit, nullam reperiri Synodum, nec Rituale, ubi de hujusmodi benedictione agatur?

zione verso quella parte, donde vengono i turbini e le procelle, o verso quella, in cui arde l'incendio, si riempiono di una fiducia, di una sicura speranza, che sia giunto il termine delle loro disavventure: e, se ciò non succede, come per giusti giudizj di Dio tante volte non succede, si apre il campo ad un grave pericolo, che si scemi, o s'intepidisca il fervore verso l'Augustissimo Sagramento dell'Altare; passando intanto sotto silenzio l'altro pericolo delle irrisioni de'miscredenti: riflessioni, che sono state la cagione, per cui fu stabilito dai vigilantissimi Vescovi, che non si estragga dal Tabernacolo la Pissìde, che non si porti fuori di Chiesa, nè con essa, o in Chiesa, o fuori di Chiesa, si dia la Benedizione sopra le tempeste, o gl'incendj.

Perchè sia proibito di benedire l'incendio coll'Eucaristia.

§. 15. Simile è il caso degli ossessi, che si esorcizzano; permettendosi nel Rituale, che sopra i loro petti, e le loro teste, colle dovute cautele, si mettano le Reliquie de' Santi: *Reliquiæ quoque Sanctorum, ubi haberi possint, decenter ac tuto colligatæ & coopertæ, ad pectus vel ad caput obsessi reverenter admoveantur*: ma non si può accostare al capo o al petto dell'ossesso l'Eucaristia, pe'l pericolo dell'irriverenza: *Sanctissima vero Eucharistia super caput obsessi, aut aliter, ejus corpori non admoveatur, ob irreverentiæ periculum*: ancorchè nella Vita di S. Bernardo, nelle Cronache Belgiche del Molinet, nel Catalogo Belgico di Bernardo di Lucemburgo *littera G.*; non manchino esempj d'uomini Santi che l'hanno fatto, ed in questo modo hanno cacciato i demonj dagli ossessi; dovendo questi casi annoverarsi, come si è detto, fra gli esempj ammirabili, e non imitabili.

Sotto la stessa legge proibitiva, è compreso anche il caso d'esorcizare qualche Ossesso.

§. 16. Chi fra gli Autori ha con maggior erudizione e sapere discorso del punto presente, risolvendolo coerentemente ad detto sin ora, è stato Gio. Battista Thiers nel suo Trattato *del Santissimo Sagramento nella 2. part. al cap. 12.* e quanto ivi con ampiezza ha detto, si ritrova da esso compendiosamente riassunto nel suo Trattato *delle superstizioni al tom. 2. cap. 13.* L'Opera del Thiers *dell'Esposizione del Sagramento* fu molto lodata ed approvata dal pio e dotto Cardinale Bona, come si vede *nella sua lettera* 321. nel tomo stampato quest'anno medesimo 1755. *alla pag.* 246. Dice il Cardinale nella Lettera, d'aver già dato il suo giudizio favorevole del Libro, avendone parlato col Padre Luca d'Achery, e poi soggiugne: *Librum optimum esse, & pium, & ab omnibus viris doctis ac eruditis approbatum. Omnes autem mirantur, quod argumentum per se sterile, & hactenus intentatum, tanta ubertate tractaveris, ut nihil ei desit, nihil ultra desiderari possit. Audivi rumorem propter illum a quibusdam Parisiis excitatum fuisse, sed protinus sedatum, cum nihil in eo censuræ obnoxium sit.* Noi ci sottoscriviamo al sentimento di un così gran Cardinale; ma in ciò che appartiene alla questione presente trattata con tanta erudizione dal Thiers, crediamo mancare alcune cose, alle quali se non si dà uno sfogo competente, cade l'assunto del Thiers, ed anche in parte può crollare quanto sin ad ora si è detto.

Chi sia stato quello, che con più erudizione e fondamento abbia scritto su questa materia.

§. 17. Considera il Thiers, che, essendosi in tanti Sinodi trattato di quanto dee farsi, quando succede la disgrazia di qualche tempesta, o di qualche incendio, neppur uno vi sia, che insinui, o permetta la Benedizione col Venerabile; inoltre, che in tanti Rituali stampati per regola delle Funzioni, neppur uno se ne ritrovi, in cui si ammetta il benedire le tempeste, e gl'incendi col Sagramento; ancorchè non manchino simili Rituali, e monumenti

Se sia vera l'asserzione del Thiers non trovarsi alcun Sinodo, nè Rituale, che tratti di tal benedizione.

desint Ritualia, & monumenta Benedictionum, quæ, adhibitis Sanctorum Reliquiis, vel Crucis imaginibus, impertiantur: & ex tanto omnium silentio validum elicit argumentum adversus ritum benedicendi, adhibito Sacramento, tempestatibus, incendiisve. At si forte nonnulla extarent Ritualia, quibus hoc plane suaderetur, ingens concuteretur ædificium, omniaque disrupta corruerent.

Sacerdotale Romanum P. Alberti Castellani & Rituale Cardinalis Sanctorii hanc benedictionem probant.

§. 18. In Sacerdotali Romano *pag. 227. a tergo, sub tit. de Benedictione adversus tempestates*, sequentia verba adnotata reperiuntur: *Si expediens visum fuerit, Sacerdos accipiat reverenter Corpus Domini in vase debito, & Ecclesiæ exiens, nubes in modum Crucis cum dicto vase signet.* Et in Rituali Cardinalis Sanctorii *pag. 709. sub tit. de Exorcismis contra ingruentes aereas tempestates* hæc adscripta leguntur verba: *Postea, si expedire visum fuerit, Sacerdos accipiat reverenter & cum luminaribus Corpus Domini in calice, aut alio vase debito, & Ecclesiam exiens, nubes in modum Crucis cum dicto vase signet.* Auctor Sacerdotalis Romani fuit Pater Albertus Castellani Ordinis Prædicatorum, qui multo labore illud elucubravit, dicavitque Leoni X. Pontifici Maximo. Et antequam typis traderetur, examinatum emendatumque fuit jussu Pii IV. Pontificis, veluti cognoscere est *Tom. II. Scriptorum Ordinis Prædicatorum P. Jacobi Echard pag. 48.* Alterum Rituale auctorem habuit Cardinalem Sanctorium, S. Severinæ nuncupatum, teste Ciacconio *in ejus Vita Tom. III. pag. 1044.* De hoc autem Rituali Cardinalis Sanctorii perhonorifica fit mentio in Brevi Summi Pontificis Pauli V. incipiente *Apostolicæ Sedis* dato quarto Idus Julii 1614., impressoque ad frontem Ritualis Romani ab eodem Paulo Pontifice evulgati; in eo quippe refertur, Cardinales ad novi Ritualis editionem designatos, vetera expendisse Ritualia, præsertim vero illud, *quod vir singulari pietate, zelo, & doctrina, bonæ memoriæ Julius Antonius S. R. E. Cardinalis Sanctæ Severinæ nuncupatus, longo studio, multaque industria & labore plenissimum composuerat.*

delle Benedizioni da farsi o colle Reliquie de' Santi, o colle Immagini della Croce: E da tanto universale silenzio ricava un forte argomento contra il rito di benedire col Sagramento le tempeste, o gl'incendj. Ma, se per avventura si ritrovassero Rituali, che ciò insinuassero, crollerebbe la gran fabbrica, ed il tutto caderebbe a terra.

Il Sacerdotale Romano del P. Castellani, e il Rituale del Cardinale Santorio approvano detta benedizione.

§. 18. Nel Sacerdotale Romano *alla pag. 227. a tergo, sotto il titolo della Benedizione contra le tempeste*, si ritrovano registrate le seguenti parole: *Si expediens visum fuerit, Sacerdos accipiat reverenter Corpus Domini in vase debito, & Ecclesiâ exiens, nubes in modum Crucis cum dicto Vase signet.* E nel Rituale del Cardinale Santorio *alla pag. 709.* nel Titolo degli Esorcismi *contra ingruentes aëreas tempestates*, sono registrate queste altre parole: *Postea, si expedire visum fuerit, Sacerdos accipiat reverenter & cum luminaribus Corpus Domini in Calice, aut alio Vase debito, & Ecclesiam exiens, nubes in modum Crucis cum dicto Vase signet.* Autore del Sacerdotale Romano fu il Padre Alberto Castellano dell'Ordine de' Predicatori, che con molta fatica lo compose, e lo dedicò al Sommo Pontefice Leone X.: E prima che fosse stampato, fu esaminato, e corretto per ordine del Pontefice Pio IV., come può vedersi *nel Tom. II. degli Scrittori dell'Ordine de' Predicatori* del P. Giacomo Echard *alla pag. 48.* Autore dell'altro Rituale il Cardinale Santorio detto di Santa Severina, come attesta il Ciacconio *nella di Lui Vita al Tom. III. pag. 1044.*, e di questo Rituale del Cardinale Santorio si parla con gran rispetto nel Breve del Sommo Pontefice Paolo V., che incomincia *Apostolicæ Sedis*, e che fu spedito sotto il giorno 12. di Luglio 1614., e che è stampato in testa al Rituale Romano pubblicato dallo stesso Pontefice Paolo, dicendosi in esso, che i Cardinali deputati per l'edizione del nuovo Rituale, considerarono gli antichi Rituali, e specialmente quello, *quod vir singulari pietate, zelo, & doctrina, bonæ memoriæ Julius Antonius S. R. E. Cardinalis Sanctæ Severinæ nuncupatus, longo studio, multaque industria & labore plenissimum composuerat.*

Publica tamen auctoritate numquam fuerunt eadem opera approbata. Et primo id probatur quoad Sacerdotale Romanum.

§. 19. His tamen nihil facessentibus, stat Thiertis Assertio: præindicata quippe duo Opera publicæ auctoritatis pondere destituuntur. Nos nihil detractum volumus egregio Operi Patris Alberti Castellani, sed asserimus, esse privati Auctoris Opus, nullumque extare argumentum, quo illud a Pio IV. Pontifice approbatum demonstretur. Neque id temere aut nulla ratione affirmamus. Agitur in eo Opere de Baptismi forma sub conditione, ac recensentur peculiares factorum circumstantiæ, quando, in hujusmodi Sacramento administrando, forma sub conditione uti licet; a Sacramento autem Pœnitentiæ universim hæc forma sub conditione rejicitur: *Secus in Sacramento Pœnitentiæ, quod non licet.* Theologi illi, qui in Sacramento Pœnitentiæ ministrando locum esse negant formæ sub conditione, auctoritate utuntur Sacerdotalis Romani a præfato Religioso compositi, venditantes illud Pontificia auctoritate roboratum. At cæteri, quibus forma sub conditione in Pœnitentiæ Sacramento probatur, fidenter respondent, neque anteacto tempore fuisse unquam demonstratum, nec demonstrari nunc posse, enunciatum Opus fuisse ab aliquo ex Summis Pontificibus approbatum, quod & ipsi expressimus in Nostro Opere *de Synodo Diœcesana lib. 7. cap. 15. Tom. II. & seq. novissimæ editionis Romanæ*, jam jam absolutæ & quamprimum evulgandæ. Prætermittenda nec est consideratio illa, si nimirum Opus Patris Castellani approbatum fuisset a Pio IV. Pontifice, Sanctum

Tali opere non sono mai state autorizzate: e ciò in primo luogo si prova in quanto al Sacerdotale Romano.

§. 19. Ciò non obstante resta nel suo vigore l'assertiva del Thiers, mancando alle accennate due Opere il peso della pubblica autorità. Noi non leviamo il pregio alla bell'Opera del P. Alberto Castellano; ma diciamo, che è un'Opera di un'autore privato; e che non v'è prova veruna, che fosse approvata dal Pontefice Pio IV. Nè questa è una nostra capricciosa invenzione. Si tratta nella detta Opera della forma condizionata del Battesimo, e si assegnano le circostanze, nelle quali è luogo alla forma condizionata nel detto Sagramento; ed universalmente si esclude la forma condizionata nel Sagramento della Penitenza: *Secus in Sacramento Pœnitentiæ, quod non licet.* I Teologi, che escludono la forma condizionata nel Sagramento della Penitenza, si prevalgono dell'autorità del Sacerdotale Romano del predetto Religioso, dandolo per approvato dal Sommo Pontefice. Ma gli altri, che ammettono la condizionata nel Sagramento della Penitenza, francamente rispondono, non essere mai stato provato, nè potersi provare, che l'Opera predetta sia stata approvata da verun Sommo Pontefice; come anche da Noi è stato riferito nella Nostra Opera *de Synodo Diœcesana al lib. 7. cap. 15. num. 2. e seg. dell'ultima edizione Romana*, che ormai si può dir terminata, e che quanto prima sarà pubblicata. Non potendosi tralasciare la riflessione, che se l'Opera del Padre Castellano fosse stata approvata dal Pontefice Pio IV., non avrebbe S. Carlo Borromeo,

Carolum Borromæum Pontificis Nepotem, totoque ejus Pontificatu in Ecclesiasticis negotiis maximè versatum, haud fuisse permissurum, ut in sua Diœcesana Synodo, suaque itidem in Synodo Provinciali postea coactis, statueretur, quod noscitur reipsa statutum, quodque omnimode adversatur iis, quæ in præfato Opere Patris Castellani tradita leguntur.

Historica narratio de Rituali Cardinalis Sanctorii.

§. 20. Hinc ad Rituale Cardinalis Sanctorii gradum facimus. Celebris Præsul Fontanini, qui paucos librorum peritia sibi pares habuit, in appendice ad Catalogum librorum bonæ memoriæ Cardinalis Imperiali, *littera S.* hæc adnotata reliquit: *Opus rarissimum, sine principio, & fine, impressum sub Paulo V.*, & jure quidem: egregii quippe hujusce operis impressa folia delitescebant in angulo Vaticanæ Bibliothecæ, quorum notitia ad Viros Sacrorum Rituum studiosos delata, impetrarunt hi, ut simul colligerentur, quò eorum exemplum sibi sumere liceret. Tunc vero factum, ut multi ejusdem sibi exemplum comparaverint, quod in suis Bibliothecis condiderunt, cum ante id temporis pauca essent, atque rariora exempla: neque enim alia eousque comperta erant exempla, quàm quæ extabant, & nunc etiam extant, unum in Bibliotheca Monasterii S. Crucis in Hierusalem, duo autem in Bibliotheca Collegii Romani, quorum alterum fuit Venerabilis Cardinalis Bellarmini, alterum Præsulis Coccini Rotæ Auditoris. Uti prænotatum est, asserit Præsul Fontanini, Rituale Cardinalis Santorii principio destitui, & fine; idque omnino verum, quemadmodum videre est in exemplis mox supra indicatis. Testatur, illud sub Paulo V. impressum, at non meminit, quod illum latuerit fortasse, suppressum fuisse jussu ejusdem Pontificis, dum adhuc sub prælo esset, quemadmodum ab eodem Præsule Coccino sua manu adnotatum legitur in præfato Rituali, in Collegio Romano, uti prædictum est, asservato: *Hoc Opus, dum adhuc sub prælo esset, suppressum fuit Romæ tempore Pauli V., ideoque caret principio, medio, & fine.* Et licet in ejusdem Ritualis exemplis novissime evulgatis, ac distributis, initium reperiatur ac finis, facile tamen deprehenditur, & initium, & finem ipsis fuisse, quamvis fortasse parum considerate, superadditum, ne per manus abiret mutilum exemplum, nec caput habens nec pedes.

Plura ei superaddita sub initium.

§. 21. Id vero comprobatur ex titulo, sive inscriptione præfatis recentibus exemplaribus præposita; constat quippe his verbis: *Rituale Sacramentorum Romanum, Gregorii XIII. Pontificis Maximi jussu editum, Romæ* 1584. in quo facti veritas primum desideratur, cum de imprimendo Rituali Cardinalis Sanctorii cogitatum fuerit tantummodo sub Pontificatu Pauli V., uti mox supra dictum est, nec cusum illud fuerit superstite Auctore, qui e vivis excessit sub annum 1601., Clemente VIII. Pontifice, sed ab ejusdem hæredibus sub Pontificatu Pauli V., quemadmodum mox infra constabit.

Et ad finem.

§. 22. In prædictis exemplaribus & finis quoque conspicitur; *pagina quippe* 712., hæc leguntur verba: *Ritualis Romani Finis.* Qui autem id sibi sumpsit, ut extrema suppleret, mediam partem satis non inspexit, ubi non minus in ipsis, quam in cæteris quibuscumque exemplis desiderantur paginæ, *quæ a pag.* 252. *ad pag.* 257. *subsequuntur.* Vetum, quanticunque sit hæc animadversio, sermonem omnem colligentes ad finem, facili negotio detegitur recens superadditio nonnullorum foliorum, ch' era di lui nipote, e che nel tempo del di lui Pontificato aveva avuta tutta l' ingerenza negli affari Ecclesiastici, permesso, che nel suo Sinodo Diocesano, ed in un suo Concilio Provinciale tenuti dopo il predetto tempo, si stabilisse quanto fu stabilito, e che è in tutto e per tutto contrario a quanto si legge nell'Opera predetta del Castellano.

Notizie Istoriche intorno al Rituale del Cardinal Santorio.

§. 20. Facendo poi passaggio al Rituale del Cardinale Santorio, il celebre Monsignor Fontanini, Uomo, che ha avuti pochi pari nella cognizione de' Libri, nell' appendice al Catalogo de' Libri del fu Cardinale Imperiali, *alla lettera S*, così lasciò scritto, trattando del detto Rituale: *Opus rarissimum, sine principio & fine, impressum sub Paulo V.* e scrisse molto bene; imperocchè i fogli di questa bell' Opera stampati, erano sepolti in un' angolo della Biblioteca Vaticana, ed avendone avuta notizia alcuni uomini studiosi de' Sacri Riti, essi ottennero, che se ne facesse l' unione, per averne un esemplare; ed allora fu, che molti procurarono d' averne uno da mettere nella sua Libreria, mentre prima del detto tempo pochi e rari erano gli esemplari, non essendovi fino a quel tempo stata altra notizia, che di un esemplare, ch' era, ed è nella Biblioteca del Monastero di S. Croce in Gerusalemme, e di due altri esemplari, che erano e sono nella Biblioteca del Collegio Romano, uno de' quali fu del Venerabile Cardinale Bellarmino, e l' altro di Monsignor Coccino Uditore di Rota. Come si è veduto, Monsignor Fontanini dice, che il Rituale del Cardinale Santorio è senza principio, e fine; e ciò è sussistente, come si può vedere negli esemplari poc' anzi indicati. Attesta, che fu stampato sotto Paolo V., ma non fa menzione, perchè forse non ne avrà avuta notizia, che, mentre si stampava, fu soppresso per ordine dello stesso Pontefice, come si trova notato di mano di Monsignor Coccino nel predetto Rituale, esistente, come si è detto, nel Collegio Romano: *Hoc Opus, dum adhuc sub prælo esset, suppressum fuit Romæ tempore Pauli V., ideoque caret principio, medio, & fine.* E sebbene negli ultimi esemplari dello stesso Rituale, come sopra, pubblicati e distribuiti, si vede, esservi il principio ed il fine; vi vuol poco però a comprendere, che vi fu fatto l' aggiunta del principio e del fine (ma forse senza tutte le dovute avvertenze) per non lasciar correre un esemplare mutilo, e senza principio, e fine.

Vi sono state fatte varie aggiunte sul principio.

§. 21. La prova di quest' assunto si desume dal Titolo, o sia Frontispizio de' predetti ultimi esemplari, essendo esso concepito colle seguenti parole: *Rituale Sacramentorum Romanum, Gregorii XIII. Pontificis Maximi jussu editum, Romæ* 1584., il che non sussiste in fatto, essendosi pensato alla stampa del Rituale del Cardinale Santorio nel Pontificato di Paolo V., come poc' anzi si è detto, e non essendo stata fatta la stampa nel tempo, che vivea l' Autore, che morì l' anno 1601. nel Pontificato di Clemente VIII., ma bensì da' suoi eredi nel Pontificato di Paolo V., come or ora vedrassi.

Ed al fine.

§. 22. Ne' predetti esemplari si ritrova pure il fine, leggendosi *alla pag.* 712. *Ritualis Romani Finis.* Nè chi si prese il pensiero di supplire ciò, che mancava, ebbe l'avvertenza d'osservare il mezzo, mancando in essi, come in tutti gli altri precedenti, le pagine intermedie fra *la pag.* 252. e *la pag.* 257. Ma, ciocchè siasi di questa riflessione, restringendo il discorso al fine, vi vuol poco a comprendere la recente aggiunta di alcuni fogli, che non solo si desume dalla carta, e dall'inchiostro, ma dal

quæ non ſolum ex charta & atramento evincitur, ſed ex ipſo paginarum numero; poſtrema quippe exemplaria ad paginam pertingunt 712., cum cæteroquin duo vetera exempla, alterum nempe Cardinalis Bellarmini, & alterum in Bibliotheca S. Crucis in Hieruſalem aſſervatum, paginam 604. non prætergrediantur, atque etiam alterum Præſulis Coccini pag. 708. compleatur. Ritus itaque Benedictionis cum Sanctiſſimo Sacramento nonniſi in poſtremis exemplaribus reperitur, cum legatur ipſe ad paginam 709., & cæteroquin vetera inter exemplaria nullum paginam 708. prætergrediatur.

numero delle pagine; arrivando gli ultimi eſemplari *alla pag.* 712, quando i due eſemplari antichi, cioè quello ch'era del Cardinale Bellarmino, e l'altro della Biblioteca di S. Croce in Geruſalemme, terminano *alla pag.* 604., e quando l'altro di Monſignor Coccino termina *alla pag.* 708. in tal maniera, che la Benedizione col Venerabile non ſi ritrova in verun'altro eſemplare, che negli ultimi, leggendoſi eſſa *alla pag.* 709. e non eſſendovi fra gli antichi eſemplari verun'eſemplare, che paſſi la pagina 708.

Quare dum adhuc ſub prælo eſſet, ſuppreſſum?

§. 23. Ad abſolutiſſimam notitiam eorum omnium, quæ Rituale reſpiciunt Cardinalis Sanctorii, nil ſupereſt aliud, quàm inquirere cauſam, cur fuerit, Paulo V. Pontifice, ſudante prælo ſuppreſſum. Huic autem inveſtigationi videntur poſſe cumulate ſatis facere ea ipſa, quæ charactere Venerabilis Cardinalis Bellarmini adnotata reperiuntur in exemplo Rituali Cardinalis Sanctorii, quo Bellarminus utebatur, quodque, uti ſæpius monuimus, extat in Bibliotheca Collegii Romani. *Hic Liber confectus eſt a Cardinali Sanctæ Severinæ longo tempore, & magno labore, & ſi quidem ſub nomine prædicti Cardinalis fuiſſet impreſſus, dempto illo verbo Romani* (quod verbum etſi non extaret in libri fronte, tunc non impreſſa; aderat illa tamen in prima Operis pagina: *Ritualis Romani Liber primus*) *potuiſſet libere communicari cum omnibus: ſed non placuit iis, ad quos pertinebat, ut cum nomine Romani publicaretur; & non placuit hæredi Cardinalis, ut ſine nomine Romani exiret. Ea cauſa eſt, cur hic Liber lucem non aſpiciat, & imperfectus ac mutilus extet in privatis Bibliothecis.*

§. 23. Per compimento di tutto ciò, che riſguarda il Rituale del Cardinale Santorio, altro non reſta, che l'indagare il motivo, per cui ne fu ſoppreſſa la ſtampa nel tempo del Pontificato di Paolo V. Ed a queſta indagine ſembra poterſi pienamente ſoddisfare con ciò, che ſi ritrova ſcritto di carattere del Venerabile Cardinale Bellarmino nell'eſemplare del Rituale del Cardinale Santorio, di cui eſſo prevalevaſi, e che, come più volte ſi è detto, è della Biblioteca del Collegio Romano: *Hic Liber confectus eſt a Cardinali Sanctæ Severinæ longo tempore & magno labore, & ſi quidem ſub nomine prædicti Cardinalis fuiſſet impreſſus, dempto illo verbo Romani* (quale parola benchè non ſi trovaſſe nel frontespizio, che non fu allora ſtampato, ritrovavaſi però nella prima pagina dell'Opera: *Ritualis Romani Liber primus*) *potuiſſet libere communicari cum omnibus: ſed non placuit iis, ad quos pertinebat, ut cum nomine Romani publicaretur; & non placuit hæredi Cardinalis, ut ſine nomine Romani exiret. Ea cauſa eſt, cur hic Liber lucem non aſpiciat, & imperfectus ac mutilus extet in privatis Bibliothecis.*

Perche foſſe ſoppreſſo fra le ſtampe.

Commendatione tamen dignum, licet auctoritate legis deſtitutum.

§. 24. Eſt itaque Opus Cardinalis Sanctorii omni commendatione dignum, optimoque jure ſibi vindicat laudes, quæ de eo, tum in adnotatione Cardinalis Bellarmini, tum & in præmemorato Brevi Pauli V. leguntur. Noſque ipſi auctoris laborem, & eruditionem ſæpius admirati, non prætermiſimus eo uti, debitamque laudem in noſtris evulgatis Operibus ipſi tribuere. At, ex ſuperius allatis notitiis, fieri nullo modo poteſt, ut ipſi vis legis concedatur, exiſtimeturque veluti opus a Summis Pontificibus approbatum, & tanquam Rituale Romanum; titulus enim hic ſolummodo convenit Rituali Pauli V. Pontificis, ad Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos per ipſum directo, *ut in poſterum, tanquam Eccleſiæ Romanæ Filii, ejuſdem Eccleſiæ omnium Matris & Magiſtræ auctoritate conſtituto Rituali in Sacris functionibus utantur, & in re tanti momenti, quæ Catholica Eccleſia, & ab ea probatus uſus antiquitatis ſtatuit, inviolate obſervent:* uti legitur in illius Brevi anni 1614., quo Rituale Romanum confirmat, & in quo licet adnotatæ legantur preces recitandæ *ad repellendam tempeſtatem*, ſiatque mentio ſonitus æris campani, ſigni Crucis, atque aſperſionis aquæ benedictæ; nullum tamen omnino ſit verbum de Benedictione, adhibito Sacramento impertienda.

§. 24. L'Opera dunque del Cardinale Santorio merita ogni lode, e giuſtiſſimi ſono gli encomj, che di eſſa ſi leggono non meno nella nota del Cardinale Bellarmino, che nel Breve di Paolo V. di ſopra memorato; e Noi avendo avuta occaſione d'ammirare più volte la fatica e l'erudizione dell'Autore, non abbiamo laſciato di prevalercene, e di rendergli nelle Noſtre Stampe la dovuta giuſtizia. Ma, ſtanti le notizie poc'anzi eſpoſte, reſta impoſſibile il poter dare ad eſſa la forza di legge, e qualificarla come Opera approvata dai Sommi Pontefici, e come un Rituale Romano; competendo unicamente queſto titolo a quello del Pontefice Paolo V., che traſmiſe ai Patriarchi, Arcivescovi, e Veſcovi, *ut in poſterum, tanquam Eccleſiæ Romanæ Filii, ejuſdem Eccleſiæ omnium Matris & Magiſtræ auctoritate conſtituto Rituali in Sacris functionibus utantur, & in re tanti momenti, quæ Catholica Eccleſia, & ab ea probatus uſus antiquitatis ſtatuit, inviolate obſervent:* come ſi legge nel di lui Breve del 1614. in cui conferma il Rituale Romano, e nel quale ſebbene ſono inſerite le preci da dirſi *ad repellendam tempeſtatem*, e ſi fa menzione del ſuono delle campane, e del Segno della Croce, e dell'aſperſione coll'acqua benedetta, nulla però ſi dice della Benedizione col Venerabile.

Contuttociò merita lode, benchè non abbia forza di legge.

Rituale Romanũ a Paulo V. editum, quid de propoſita quæſtione conſtituat.

Il vero Rituale Romano ſtampato per ordine di Paulo V. coſa ſtabiliſca del caſo preſente.

Collatio operum Card. Sanctorii, & P. Caſtellani, cum Synodis S. Caroli.

§. 25. Denique in una libræ lance ſtatuatur opus Cardinalis Sanctorii, quod, quanticunque tandem ſint reliquæ exceptiones omnes, nunquam dici poterit Pontificia auctoritate roboratum, illique in novam oneris acceſſionem ſuperaddatur alterum Opus Patris Caſtellani, nunquam & ipſum approbationem illam Pontificiam conſequutum; in altera vero lance ponantur Synodi Sancti Caroli Borromæi, quamvis illæ, ſi vim legis conſideres, in Diœceſi, totaque Provincia Mediolanenſi ſolummodo obtineant; hæcque omnia ſi quiſpiam ponderet, conſpiciet illico propendere illam Synodorum lan-

§. 25. Finalmente ſi metta da una parte della bilancia l'Opera del Cardinale Santorio, che, ciocchè ſiaſi di tutte le altre eccezioni, non potrà mai dirſi, che ſia ſtata riveſtita col manto dell'autorità Pontificia; e ſe le metta per ſopraccarico l'altra Opera del Padre Caſtellano, che nemmeno ha avuta mai la detta approvazione; e nell'altra parte della bilancia ſi mettano i Sinodi di San Carlo, ancorchè la loro forza, in linea di legge, ſia riſtretta alla Diocesi e Provincia di Milano: e chi peſa, vedrà, prevalere quella parte della bilancia, in cui ſono i Sinodi predetti; e dovendo prender parti-

Paragone dell' opere del Cardinal Santorio, e del Padre Caſtellano, colli Sinodi di San Carlo.

lancem, quumque, aliquo hujusmodi casu sese offerente, deliberandum erit, obstrictum se noscet, vi quidem directiva, amplecti quidquid fuit a Sancto Carolo præfatis in Synodis constitutum. Non indigent profecto præfatæ Synodi, ut quidquam illis adjiciatur, at si quæ fieri vellet accessio, in promptu illa quidem esset, & facillime comparanda ex aliis Synodis, & Ritualibus aliarum Diœcesium, in quibus ex norma in S. Caroli Synodis tradita, statutum cernitur, ut cum incendii periculum subest, aperiatur Tabernaculum, Sacramentum relinquatur obtectum, religiosa fiat precum recitatio, nec extrahatur Sacramentum, ac proinde nè cum eodem ad incendia, tempestatesque benedicatur.

Alla Synodus Italica, Auctorumque Sententiæ, quibus proposita assertio roboratur.

§. 26. Supra allatæ sunt Synodorum, Auctorumque transalpinorum auctoritates, nunc alias superaddemus ex Italis nostris desumptas. Injuriam sibi faceret is, cui incomperta esset tum eximia virtus Præsulis Gratiani olim Ameriæ Episcopi, tum ejusdem celebris Synodus habita anno 1595., *in cujus capite* 109. ita legitur. *Ad arcendas pluvias, aut tempestates, procellasque, quæ forte impendere videbuntur, nemo Sacerdos Pyxidem ipsam cum Sacramento efferat, sed tantum Tabernaculum, patefacto ostio, adaperiat, & in conspectu Sacramenti, genibus ad terram datis, Litanias, aliasque precationes ejus rei causa institutas, pie sancteque cum populo, qui aderit, aut cum Clericis, aut etiam solus peragat, Divinamque benignitatem, ut mala, quæ peccata nostra merentur, misericordiâ suâ avertat, religiose precetur.* Perspecta quoque est præstantia in rebus ad Ritus spectantibus Patris Bartholomæi Gavanti, qui composuit *Euchiridion*, seu *Manuale Episcoporum* ad Sacras functiones rite dirigendas; in hoc autem *verbo Eucharistia num.* 14. hæc scripta reliquit: *Non adhibeatur contra grandinem, puta in valvis Ecclesiæ, benedicendo aërem.* Nec missum faciemus Clericatum, utcumque cæteris recentiorem, non exiguam tamen laudem consecutum; in ejus quippe *decisione* 60. de Eucharistia *num.* 11. hæc leguntur: *At ad benedicendum aërem contra grandinem, prohibitum est, Sacram Eucharistiam exponere in valvis Ecclesiæ.*

Aggiunta di un altro Sinodo Italiano, ed autorità di Dottori in conferma della stabilita sentenza.

§. 26. Di sopra si sono riferite le autorità de' Sinodi, e degli Autori Oltramontani; ora aggiungeremo quelle de' nostri Italiani. Farebbe gran torto a se stesso, chi non avesse cognizione del merito di Monsignor Graziani già Vescovo di Amelia, e del suo celebre Sinodo tenuto l'anno 1595. *nel di cui cap.* 109. così si legge: *Ad arcendas pluvias, aut tempestates, procellasque, quæ forte impendere videbuntur, nemo Sacerdos Pyxidem ipsam cum Sacramento efferat, sed tantum Tabernaculum, patefacto ostio, adaperiat, & in conspectu Sacramenti, genibus ad terram datis, Litanias, aliasque precationes ejus rei causa institutas, pie sancteque cum populo, qui aderit, aut cum Clericis, aut etiam solus, peragat: Divinamque benignitatem, ut mala, quæ peccata nostra merentur, misericordia sua avertat, religiose precetur.* Notorio pure è il merito, nella materia de' Sacri Riti, del Padre Bartolommeo Gavanto, che compose l'*Enchiridion*, o sia *Manuale de' Vescovi*, per ben regolare le sacre funzioni; ed in questo, *alla parola Eucharistia, al num.* 14. così lasciò scritto: *Non adhibeatur contra grandinem, puta in valvis Ecclesiæ, benedicendo aërem.* Nè tralasceremo il Clericato, che benche più recente degli altri, ha avuto il suo gran pregio, leggendosi *nella decis. 60. de Eucharistia num.* 11. quanto siegue: *At ad benedicendum aërem contra grandinem, prohibitum est, Sacram Eucharistiam exponere in valvis Ecclesiæ.*

Iterata commendatio Eminentissimi Vicarii, ac monita.

§. 27. His Litteris finem imponimus, tum quia aliis obruimur curis, tum & quia æstivis caloribus afficimur. Prudens nobis probatur Fraternitatis tuæ agendi ratio, dum nihil graviter egisti in pium illum Sacerdotem, qui extra Januam Ecclesiæ S. Nicolai in Carcere Benedictionem super Populo, & ad incendium est impertitus; valde enim huic casui congruere nobis videntur verba S. Bernardi *Serm.* 40., *super Cantica*, ubi hæc scripta reliquit: *Etiamsi perperam actum quid deprehendas, nec sic judices proximum; magis autem excusa. Excusa intentionem, si opus non potes: puta ignorantiam, puta subreptionem, puta casum.* Verum cum haud justum æquumve sit, ut, quæ sunt minus recte gesta, conniventiâ invalescant, iteratisque actibus quamdam veluti legitimæ spectabilisque consuetudinis speciem obtineant, non solum tibi curæ erit, hanc nostram Epistolam in Cancellaria tua custodiri, verùm etiam Edictum, interpositâ auctoritate nostra propones, in certam normam eorum, quæ, excitato incendio aliquo, præstanda sunt, ut Deo supplicetur juxta Ritum S. Romanæ Ecclesiæ: Edictumque ipsum, veluti ad amussim, exiges ad ea, quæ a Sancto Carolo noscuntur constituta, quæque fuerunt a nobis in his Nostris Litteris fusius exposita. Teque, Ven. Frater Noster, ex animo amplectentes, Apostolicam Benedictionem tibi peramanter impertimur.

Datum 27. Julii 1755. Pont. 15.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die XXVII. Julii MDCCLV. Pontificatus nostri Anno XV.

Iterata lode dell'Eminentissimo Vicario, ed ordini opportuni.

§. 27. Terminiamo la presente lettera, non meno perchè siamo oppressi da altre faccende, ma perchè siamo anche tormentati dal caldo. Approviamo la sua prudente condotta nel non aver fatto verun risentimento contra quel buon Sacerdote, che fuori della porta della Chiesa di San Niccola in Carcere diede la Benedizione sopra il popolo e sopra l'incendio, sembrandoci molto adattabile le parole di San Bernardo *nel Serm.* 40. *super Cantica*, ove così lasciò scritto: *Etiamsi perperam actum quid deprehendas, nec sic judices proximum; magis autem excusa. Excusa intentionem, si opus non potes: puta ignorantiam, puta subreptionem, puta casum.* Ma non essendo poi del dovere, che le cose che non sono ben fatte, colla connivenza prendano piede, e colla frequenza degli atti prendano una patina di legittima e venerabile osservanza, non solo avrà la bontà di far conservare questa Nostra Lettera nella sua Cancelleria, ma altresì di pubblicare, anche colla nostra autorità, un' Editto regolativo di quanto dee farsi nel caso degl'incendj, per pregare Iddio, secondo i Riti della Santa Romana Chiesa; conformandosi nell' Editto in tutto e per tutto a quanto si vede stabilito da San Carlo, ed è stato da Noi diffusamente esposto in questa Nostra Lettera. Ed abbracciandola, con pienezza di cuore le diamo l'Apostolica Benedizione.

Dat. 27 di Luglio 1755 del Pontificato 15.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die XXVII. Julii MDCCLV. Pontificatus Nostri Anno XV.

Quod

LII. Quod Episcopis Vicariis Apostolicis Indiarum Orientalium injunctum fuit, ut si Episcopum Coadjutorem, vel Vicarium generalem non haberent, hunc sibi adscisserent, cui ampliſſimæ tribuebantur facultates in casu obitus Vicarii Apostolici, id cæteris etiam Vicariis Apostolicis nunc imperatur: Salva tamen electione Vicarii Capitularis, ubi vel Canonici, vel Parochi eam peragere consueverunt; in iis vero locis, ubi vel non adsunt, vel convenire nequeunt, constitutus jam ab Episcopo Vicarius generalis, ipse, eodem defuncto, Vicarius etiam Capitularis habeatur.

Venerabilibus Fratribus, ac dilectis Filiis, Metropolitanis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Apostolicis Vicariis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, ac dilecti Filii, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium. Hæ litteræ relatæ fuerunt superius Const. X. pag. 29.

QUAM ex sublimi hac Sacrosancti Apostolatus specula, in qua per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam plane immerentes præsidemus, pro injecta Nobis gravissima omnium Ecclesiarum solicitudine, impositaque omnium animarum JESU CHRISTI Sanguine redemtarum procuratione, alias, nempe die vigesima sexta mensis Januarii anno MDCCLIII. inivimus apostolicæ providentiæ rationem pro Indiis Orientalibus; eamdem quoque, Venerabiles Fratres, ac dilecti Filii, in iis partibus, in quibus vos constituti ac deputati, Apostolicum ministerium vestrum, non sine magnis assiduisque laboribus & incommodis, laudabiliter obire pergitis, haud patimur desiderari, quemadmodum immensa Supremi Pastorum Principis JESU CHRISTI caritas maximopere urget, ut eo alacrius omnem operam studiumque nostrum ad hoc conferamus, quò longius a Nobis regiones illas abesse non ignoramus.

Provida earumdem dispositio recensetur.

§. 1. Quoniam autem non sine gravissima Pontificii animi nostri molestia tunc acceperamus, aliquem scilicet ex Indiarum Orientalium Apostolicis Vicariis Episcopali titulo & charactere insignitum, sed sine Coadjutore cum futura successione, viam universæ carnis ingressum, ad repositam in Cœlis coronam Apostolicis laboribus partam evolasse, ac neminem, qui Ordinariam pro defuncto Vicario Apostolico jurisdictionem exerceret, repertum aut deputatum fuisse; Eapropter omnibus & singulis Vicariis Apostolicis hujusmodi injunximus & mandavimus, ut qui neque Episcopum Coadjutorem cum futura successione, neque Vicarium ex Clero sive seculari, sive regulari Generalem haberent, statim atque ad unumquemque eorum aliarum nostrarum in simili forma Brevis desuper expeditarum Litterarum certa notitia perveniisset, deputarent Vicarium ex Clero sive seculari sive regulari, habilem tamen, atque idoneum, qui eveniente cujusvis Apostolici Vicarii sine Coadjutore cum futura successione obitu, tamquam Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis Delegatus, teneretur assumere & obire regimen, & gubernium Apostolici Vicariatus, usque ad captam ejusdem Apostolici Vicariatus hujusmodi possessionem a novo Vicario Apostolico, quem eadem hæc Sancta Sedes constituisset, aut usque ad quamcumque aliam ab ipsa Sancta Sede ineundam ordinationem. Porro Vicario Generali hujusmodi per Apostolicum quemcumque Vicarium sibi, ut præmittebatur, deputando, Nos laudatarum nostrarum Litterarum tenore, Apostolica auctoritate, concessimus & tribuimus omnes & singulas facultates perpetuis futuris temporibus valituras, quæ Vicariis Capitularibus cujusvis Cathedralis Ecclesiæ, Sede vacante, inesse & de jure competere dignoscuntur. Præterea eidem Vicario Generali, post tamen Apostolici Vicarii obitum, concessimus & impertiti fuimus usum & exercitum earum facultatum, quibus utebatur & gaudebat, dum viveret, defunctus Apostolicus Vicarius Episcopus; iis dumtaxat exceptis, quæ requirunt Ordinem, & Characterem Episcopalem, vel non sine Sacrorum Oleorum usu exercentur. Quandocumque vero necessitas urgeret, sæpedicto Vicario Generali potestatem etiam indulsimus & dedimus, consecrandi Calices, Patenas, & Altaria portatilia, cum Sacris Oleis omnino ab Episcopo benedictis.

Ampliatur. que ad reliquas quascunque regiones.

§. 2. Porro, cum, sicut pariter accepimus, easdem omnino occasiones, eosdemque prorsus casus, in istis, in quibus munus vobis demandatum adimplere contenditis, regionibus accidere, atque insimul reperiri aliquibus in locis nonnullos Apostolicos Vicarios haud Episcopali titulo, & charactere insignitos, sed per Apostolicas dumtaxat Litteras sive sub Plumbo, sive in simili forma Brevis expeditas, pro Vicarii Apostolici hujusmodi officio defungendo destinatos, propter quorum obitum eadem quoque momenta urgere possunt; Eapropter easdem provisiones, & facultates, ut supra expressas, & pro Indiis Orientalibus initas, & concessas, sub iisdem modo, & forma, & non aliter, extendimus ad omnes istarum regionum Apostolicos Vicarios sive titulo, & charactere Episcopali insignitos, sive Sacerdotali dumtaxat dignitate præditos; atque hisce quidem Sacerdotibus, ita ut præmittitur, Apostolicis Vicariis, pariter injungimus & mandamus, ut unusquisque, memor resolutionis suæ, teneatur deputare Pro-Vicarium, habilem tamen atque idoneum, qui post cujusque obitum assumere debeat regimen Vicariatus Apostolici, atque in ejusdem Vicariatus munere permanere, & cum usu earum tantummodo facultatum, quibus utebatur, fruebatur, & gaudebat defunctus Vicarius, adlaborare debeat, donec & quousque novus Apostolicus Vicarius ab Apostolica hac Sancta Sede designatus, ipsius Vicariatus possessionem & regimen adierit.

Vicarii Capitularis electio ubinam, & quomodo celebranda?

§. 3. Præterea cum compertum, exploratumque nuper fuerit, in Hibernia, Albania, Macedonia, Servia, Bulgaria, Insulis Maris Egæi, Perside, Mesopotamia (quemadmodum alibi fortasse reperiatur) reperiri aliquos Venerabiles Fratres Archiepiscopos, & Episcopos locorum Ordinarios, & Residentiales, quorum aliquot quidem Capitulum Canonicorum habent, aliquot vero ejusmodi Canonicorum Capitulo destituuntur; idcirco, tenore & auctoritate paribus, statuimus, præscribimus, & mandamus, ut, eveniente cujuslibet Antistitis hujusmodi obitu, statim procedatur ad electionem Vicarii Capitularis, juxta morem, usum, & consuetudinem hactenus servatam: nimirum ubi Canonicorum Capitulum fuerit, vel a Canonicis dumtaxat, si ita in more jam positum, servatumque fuit, vel a Canonicis una cum aliis Ecclesiasticis Viris, quos in casibus hujusmodi semper interviisse, & suffragium suum in ea electione tulisse constat. Quando autem Capitulum Canonicorum non habeatur, ii Parochi sive soli, sive cum aliis Ecclesiasticis Viris, juxta modum itidem, usum, & consuetudinem de præterito servatam, ad Vicarii Capitularis electionem habendam accedant. Sed in hisce electionibus Vicariorum Capitularium quorumcumque volumus, præcipimus, & mandamus, ut omnino serventur Constitutio-

tutiones Concilii Tridentini, præsertim in Sessione vigesimaquarta capite decimosexto.

Et quando Vicarius Generalis, decedente Episcopo, sit habendus Vicarius Capitularis.

§. 4. Insuper volumus & mandamus, ut in iis locis, in quibus Venerabiles Fratres Antistites Ordinarii eorumdem locorum Residentiales, neque Capitulum Canonicorum, neque Parochos in suis Civitatibus, & Diœcesibus habent, sed dumtaxat Sacerdotes aliquot, & Missionarii reperiuntur, per terras, & oppida dispersi, ita ut, cum quemlibet Antistitem ejusmodi mori contingat, insimul convenire minime valeant, tunc Vicarius Generalis jam a defuncto Antistite constitutus, ipso facto intelligatur, sit, & habeatur Vicarius Capitularis, cum supra expressis facultatibus ad Vicarios Capitulares de jure spectantibus, exerceatque munus Vicarii Capitularis hujusmodi, donec, & quousque novus Antistes ab eadem Apostolica hac Sancta Sede designatus illuc advenerit, ac regimen susceperit. Verum probe intelligentes, haud facile in iisdem locis reperiri Ecclesiasticos Viros, qui sive Doctores, sive Licentiati in Jure Canonico in aliqua Studiorum Universitate fuerint, quemadmodum pro Vicariatus cujuslibet sive Capitularis, sive Generalis munere obeundo requiritur; Nos earumdem partium calamitates commiserantes, tenore & auctoritate paribus, quemcumque in Vicarium Capitularem; ut præmittitur, in casibus antedictis eligendum, dummodo ad gubernium, & regimen habilis, & idoneus fuerit, nunc pro tunc talem esse, & haberi volumus, & declaramus, perinde ac si Doctor, sive Licentiatus in Jure Canonico fuerit.

Confirmantur superius statuta.

§. 5. Decernentes easdem præsentes Literas, & in eis contenta quæcumque, semper firma, valida & efficacia existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus & per omnia pleniſſime suffragari, sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & eorumdem Cardinalium Congregationes, & quosvis alios quacumque præeminentia & potestate fungentes, & functuros, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariis.

§. 6. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, & quibuscumque aliis Decretis in genere, vel in specie, aut aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum vos, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, iisdem quoque, quibus Indiarum Orientalium Apostolicos Vicarios prosequuti fuimus, Apostolicis verbis, & adhortationibus prosequimur. Itaque ex Apostolicæ providentiæ, auctoritatisque nostræ ratione, maxime ad procurandam salutem animarum consentanea, a Nobis susceptа, atque unicuique vestrûm præcepta animadvertite, quanta sit Apostolici muneris unicuique vestrûm injuncta cura, atque eapropter satagite, ut per assiduos labores, vigilantiam pastoralem, sollicitudinemque contendatis, ne quispiam Christi fidelium vobis commissorum, & de quibus ratio supremo Pastorum Principi æterno Judici reddenda est, pereat; sed potius ut omnes æternam salutem consequantur, & vobis merces vestris meritis debita a justo remuneratore Deo tribuatur. Nos interim cælestis præsidii auspicem Apostolicam Benedictionem in populos etiam vestrarum Diœcesum, vel Provinciarum redundaturam Vobis, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, peramanter impertimur.

Hortatio ad quoscumque Missionarios.

§. 7. Volumus autem, ut earumdem præsentium Litterarum transumtis, seu exemplis etiam impressis, & a Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum Præfecto, & Secretario pro tempore existentibus subscriptis, & sigillo ejusdem Congregationis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Exemplorum fides.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die VIII. Augusti MDCCLV. Pontificatus Nostri Anno Decimoquinto.

Dat. 8. Augusti 1755. Pont. XV.

Cajetanus Amatus.

LIII.

Pontificium Decretum super nullitate Matrimonii Violantis Josephæ Henriquez de Almada, & Ludovici Francisci de Assis Sanches de Baena editum, Apostolica auctoritate per Litteras in forma Brevis expeditas roboratur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Pro Matrimonii validitate primum fuit a Congregatione Concilii pronunciatum.

FTsi Matrimonialis Causa jamdudum inter dilectam in Christo filiam Violantem Josepham Henriquez de Almada puellam Nobilem Lisbonensem, ac dilectum filium Ludovicum Franciscum de Assis Sanches de Baena Ordinis Jesu Christi Commendatarium, super validitate, vel nullitate Matrimonii invicem, ut asserebatur, contracti vertens, non semel, sed iterum atque iterum in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum proposita, ac secundum allata, & probata rationum momenta, pro validitate fuerat resoluta, atque per Apostolicas Nostras in simili forma Brevis literas confirmata; tamen in eadem Congregatione Cardinalium die 13. currentis mensis Septembris, & anni 1755. maturiori examine, ob nova adducta documenta iterum expensa, & discussa, ita decisa fuit, quod nimirum Matrimonium hujusmodi irritum, ac nullum esset, ac foret, atque adeo dissolvendum: ea præsertim ratione, quod super impedimento duplicis quarti gradus consanguinitatis inter unam, & alterum intercedente, haud satis, atque idoneè derogatum fuisset in Dispensatione impertita per Apostolicas in forma Brevis literas die 12. mensis Septembris anno 1750. datas.

Sed deinde pro Matrimonii nullitate capta resolutio.

§. 2. Quoniam autem hujusmodi resolutio a memorata Congregatione Cardinalium super nullitate dicti Matrimonii prolata, haud satis, & sufficiens est, ut Contrahentes omnimoda libertate gaudeant, transeundi scilicet, ut dicitur, ad secunda vota; cum juxta Constitutionem Nostram, tamquam regulam, & normam in Causis Matrimonialibus rite sancteque expediendis decidendisque præscriptam, atque aliàs editam, & propositam, resolutio antedicta per aliam uniformem resolutionem confirmari, atque iterum in laudata Congregatione Cardinalium necessario sæpedicta Causa reproponi debeat;

Non hinc tamen integrũ erat partibus ad secunda vota transire, obstante Constitutione Põtificis, qua cavetur in hujusmodi causis captam resolutionẽ per aliam uniformẽ confirmandam esse.

Ex peculiaribus tamen causis Decretum edidit Pontifex, quo confirmata fuit resolutio Congregationis pro nullitate Matrimonii, & permissum partibus ad secunda vota transire.

Hinc est, quod Nos seriò considerantes non minus nova Partium dispendia, quàm temporis jacturam in hac Matrimoniali Causa, a tot annis agitata, satis, superque inopportunam, ac pernicioſam, de consilio etiam ejusdem Congregationis, postquam libellos, scripturasque pro utraque parte allatas, necnon Acta omnia hoc in gravissimo negotio confecta accurate expendimus, & examinavimus, tandem die 27. currentis mensis Septembris decretum hac super re edidimus, per quod sententiæ laudatæ Congregationis Concilii consentientes, declaravimus, ac statuimus, Matrimonium antedictum inter Violantem Josepham, & Ludovicum Franciscum Nobiles Lisbonenses contractum, esse, ac fore irritum, & nullum, necnon unam, & alterum in ea quidem omnimoda libertate esse, ac fore, ad alia vota, quoties vero aliud non obstet canonicum impedimentum, libere, & licite transeundi: Quod sane decretum dilecto Filio Magistro Josepho Alexandro Furietto ejusdem Congregationis Concilii Secretario tradendum mandavimus, ut inter Acta sæpedictæ Congregationis reponatur, ac servetur.

Apostolica auctoritate per has litteras præfatum Decretum roboratur.

§. 3. Antedictum itaque Decretum nostrum, quò firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolica etiam auctoritate tenore præsentium confirmamus, illudque inviolabili Apostolicæ firmitatis robore communimus. Decernentes, Decretum præfatum, & præsentes nostras Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, dictisque Violanti Josephæ, & Ludovico Francisco in omnibus, & per omnia plenissime suffragari debere; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & eorumdem Cardinalium Congregationes, necnon Apostolicæ Sedis Nuntios, & quosvis alios quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Eorumdem firmitati consulitur, sublata aliter judicandi potestate.

Derogatio contrariis.

§. 4. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, & quibuscumque aliis Decretis in genere, vel in specie, aut aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Exemplorum fides.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 30. Septembris 1755. Pontificatus nostri Anno Decimosexto.

Loco † Annuli Piscatoris.

Cajetanus Amatus.

Pontificii Decreti tenor.

Orta controversia super validitate Matrimonii: tum quia non fuit initum coram proprio Parocho, tum quia a Muliere fuit re integra revocatum mandatum ad contrahendū.

CUM super Matrimonio, prævia dispensatione super impedimento quarti gradus consanguinitatis a fel. rec. Clemente PP. XII. concessa, in Civitate Zamorensi contracto inter Violantem Josepham Enriquez de Almada, & Aloysium Franciscum Assis Sanchez de Baena, & numquam carnali copula consummato, contentio exorta fuerit, tum quia Violantes asserebat, illud non fuisse contractum coram proprio contrahentium Parocho, tum quia comprobare nitebatur, a se re integra fuisse revocatum Mandatum, quod Procuratori dederat, ut matrimonium contraheret; controversiæ definitio a Nobis commissa fuit Congregationi Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum: & cum ipsi post nonnulla responsa, aperiendæ veritati maximopere conducentia, binas tandem ediderint resolutiones Matrimonii validitati faventes, petente prædicto Aloysio Francisco, juxta morem fuerunt eædem confirmatæ per nostras Literas Apostolicas in forma Brevis expeditas *die* 8. *Julii* 1750. Judicium favorabile validitati Matrimonii bis latum, &, uti supradictum est, a Nobis confirmatum, completum, & terminatum dici poterat, ad tramites Constitutionis a Nobis editæ super ordine, & forma causarum Matrimonialium, quæ incipit: *Dei Miseratione*, & quæ est *trigesimatertia in nostro Bullario Tom. I.*

A Congregatione Concilii validum judicatum, & Apostolicis litteris hujusmodi judicū approbatum.

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 48.

§. 2. Sed aliter res se habuit, instaurata videlicet controversia contra validitatem Matrimonii, non ex quo contractum fuisset coram Parocho illegitimo, aut post revocatum Procuræ Mandatum, sed ex alio disparato capite, uti mox exponetur. Violantes, & Aloysius Franciscus non erant conjuncti tantum tertio, & quarto consanguinitatis gradibus, sed erant conjuncti duplicibus tertio, & quarta gradibus a duplici latere provenientibus: dispensatio autem concessa a Nostro Prædecessore Clemente PP. XII. quartum tantummodo, & ad summum tertium gradum comprehendebat, nec se extendebat ad duplicem tertium, & quartum gradum. Cumque, instante Aloysio Francisco, fuerint a Nobis expeditæ Literæ Apostolicæ in forma Brevis *die* 12. *Septembris* 1750., quarum ope duplicitatis gradus impedimentum sublatum dici poterat, sed sanatoriæ gratiæ concessio eo sub obtentu facta sit, quod Violantes tunc esset ignara novi impedimenti duplicitatis gradus, inter ipsam, & Aloysium intercedentis, & Violantes provinciam assumpserit comprobandi, quod tempore concessionis gratiæ, & expeditionis Brevis sanatorii, ipsa erat conscia novi impedimenti, jusque suum perfecte cognoverat; ex his instaurata est controversia contra validitatem Matrimonii, non ex quo contractum fuisset coram Parocho non proprio contrahentium, vel ex quo initum fuisset post revocatum procuræ mandatum, uti supra dictum est; sed ex alio disparato capite, seu fundamento, quod videlicet contractum fuisset, vigente impedimento dirimente, per Apostolicas Literas nullatenus sublato.

Instaurata controversia ex alio capite nullitatis, nimirum quod impetrata a Clemente XII. dispensatio gradus non comprehenderet quibus invicem contrahentes erant conjuncti.

§. 3. Delata ad Nos novæ prætensionis notitia, ejus definitio eidem memoratæ Congregationi Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum fuit a Nobis commissa, ea tamen adjecta conditione, ut de validitate, aut nullitate Matrimonii cognoscerent, habita tantum ratione sufficientiæ, aut insufficientiæ derogationis obtentæ super impedimento gradus, nec ulla habita consideratione aliarum rationum, ob quas præcedenter, & in præteritis causæ propositionibus, promota fuerat instantia pro nullitate Matrimonii. Ad tramites impositæ legis examen assumptum est, adhibitisque opportunis diligentiis, communibus tandem suffragiis edita est resolutio contra validitatem, & pro nullitate Matrimonii; Defensore Matrimonii ad tramites Nostræ Constitutionis constituto, suo munere, de more, egregie tum voce, tum scriptis functo; exhibito tantum in postrema Causæ propositione ab Aloysio Francisco supplici libello, in quo se, & jura sui Matrimonii judicio Congregationis submittere professus est.

Delata iterū quæstio ad Congregationem Concilii, ea tamen lege, ut de nova solummodo controversia cognosceret.

Pro nullitate Matrimonii prodiit responsum.

Altera superacedere debuisset resolutio præcedenti conformis, juxta legem a Pontifice traditâ in sua Constitutione.

§. 4. Unica resolutio favens nullitati Matrimonii, juxta memoratam Nostram Constitutionem, non sufficit, ut judicium absolutum dici possit, cum altera resolutio præcedenti conformis accedere debeat. Pro totius ergo negotii finali absolutione, necessarium fuisset, ut Causa iterum in Congregatione proponeretur, & alia ederetur resolutio præcedenti conformis: sed, cum id fieri nullatenus posset absque novis expensis, & longioris temporis mora, maximopere inopportuna in causa Matrimoniali a longo tempore introducta; non obstante gravi ætate, in qua sumus constituti, neque pariter obstantibus molestis negotiis, quibus quotidie vexamur, & opprimimur, inhærentes etiam insinuationi prædictorum Cardinalium, qui in Congregatione uniformibus suffragiis censuerant Matrimonium fuisse nullum, quique expediens futurum esse dixerunt, ut posthabita nova propositione in Congregatione, Nos ipsi rem totam perpenderemus; laborem assumpsimus scripturas Congregationi exhibitas perlegendi, & omnia, & singula, quæ a scribentibus fuerant deducta, ponderandi, ut, quatenus judicium Nostrum conforme fuisset resolutioni Congregationis, superabundanter dici possent adimpleta, quæ a Nobis in Constitutione Nostra statuta sunt, & quatenus difforme fuisset, nulla amplius supereesset de validitate Matrimonii dubitatio.

Ex peculiaribus tamen circumstantiis controversiæ cognitionem ipse Pontifex assumpsit.

Tria quæstionis capita exponuntur.

§. 5. Tria sunt, de quibus actum est in Causæ discussione. Primum est, an pro validitate Matrimonii necessaria fuerit dispensatio a Nobis concessa, permittens, ut non obstante impedimento duplicis gradus, Matrimonium contrahi posset, vel potiùs sufficiens fuisset præcedens dispensatio a Nostro Prædecessore concessa, quæ impedimentum sustulit tertii, & quarti gradus. Secundum, an dispensatio a Nobis concessa, eo sub præsupposito facta sit, quod tempore concessionis Violantes ignoraret impedimentum duplicitatis gradus. Tertium, an tempore expeditionis novi Brevis, Violantes ignoraret, seu potius conscia esset impedimenti duplicitatis gradus. Ex horum quippe dubiorum resolutione, prout uno, vel altero modo fieri contingat, judicium pendet validitatis, aut invaliditatis Matrimonii contracti.

Primum, an fuerit necessaria nova dispensatio super impedimento duplicitatis gradus, cum quæ a Clemente XII. concessa fuit, impedimentum sustulerit tertii solummodo & quarti gradus?

Secundum, an nova dispensatio data fuerit, ex quo mulier ignoraverit impedimentū duplicitatis gradus.

Tertium, an revera illud mulier, tempore expeditionis novi Brevis, ignoraverit.

§. 6. Ducto autem initio a primi examine puncti, cum in Tribunalibus, & communiori calculo a scribentibus ea opinio recepta sit, quæ pro validitate dispensationis, & consequenter Matrimonii, quod dependenter ab ea contrahitur, requirit, ut conjunctio proveniens ex duplicitate gradus exponatur, & quod eidem derogetur, seu quod, ea minimè obstante, permittatur, ut conjuncti duplici consanguinitatis gradu Matrimonium inter se contrahere possint; suo marte sequitur, pro validitate Matrimonii fuisse necessariam novi Brevis expeditionem, per quam impedimentum duplicis consanguinitatis gradus de medio tolleretur, nec sufficere potuisse primum Breve derogans impedimento quarti, seu tertii, & quarti gradus. Hoc quippe Breve sufficiens fuisset, si Violantes, & Aloysius Franciscus fuissent conjuncti simplici tertio, & quarto gradu, juxtà Constitutionem sanctæ memoriæ Pii Quinti *la XIII. Bullarii Tom. II.**, ubi, excepto casu, quod vir, & mulier primum consanguinitatis, seu affinitatis gradum attingerent, in quo protestatus est, se nolle dispensare, quoad reliquos gradus decrevit, pro validitate dispensationis satis esse expressionem remotioris gradus, obtentis postea super propinquiore litteris declaratoriis. Juxtà quoque communem Doctorum sententiam in Tribunalibus receptam, illicitum tantum est, sed non invalidum Matrimonium, quod contrahitur ope dispensationis obtentæ super quarto gradu, nullà tertii gradus factâ mentione, & antequam litteræ declaratoriæ præscriptæ a S. Pio V. fuerint obtentæ: prout, dum in minoribus Secretarii Concilii munere fungeremur, fusè a Nobis comprobatum est, & a Congregatione admissum in discussione Causæ *Lucerien. Nullitatis Matrimonii*, quæ fuit proposita, & resoluta *die* 18. *Martii* 1722., uti videri potest *Tom.* 2. *Thesauri Resolutionum* prædictæ Congregationis, ubi noster discursus unà cum Resolutione typis editus est. Sed, cum prædicta omnia sibi vindicent locum in simplici impedimento tertii, & quarti gradus, & non in impedimento duplicis consanguinitatis gradus; nemo est, qui non videat, pro validitate Matrimonii, de quo nunc agitur, nullatenus fuisse sufficientem Dispensationem a Nostro Prædecessore concessam, quæ tertii, & quarti gradus impedimentum sustulit, sed aliam pro dictâ validitate fuisse necessariam, cujus ope duplex ex duplicitate gradus impedimentum derivans de medio tolleretur.

* In hac Editione Tom. II. pag. 205.

Constitutio S. Pii V. loquitur in casu conjunctionis tertii & quarti gradus, pro validitate dispensationis decernens, ut remotior gradus exprimatur, super propinquiore vero expediantur litteræ declaratoriæ.

Passim Doctores validum judicat, quamvis illicitum, Matrimonium initum ope dispensationis super quarto gradu, reticito tertio, neque expeditis litteris declaratoriis.

Nunc vero res est, non de tertio & quarto, sed de duplici consanguinitatis gradu.

§. 7. Admissâ necessitate expeditionis novi Brevis, & admissâ primi insufficientiâ pro validitate Matrimonii, sequitur, ut videatur, an secundi Brevis facta fuerit concessio eo sub præsupposito, quod tunc Violantes ignoraret impedimentum duplicitatis gradus. At, si Aloysius Franciscus exorans pro concessione novi Brevis, ut remanere posset in Matrimonio, non obstante impedimento duplicitatis gradus, exposuit, se timere, ne scandala orirentur, si hujus novi impedimenti notitia ad Violantem deveniret; si cohærenter ad hæc facta fuit concessio Brevis, exclusâ necessitate novi consensus a Violante præstandi, vel quod ipsa de novo impedimento certior fieret, ut ex lecturâ Brevis plane dignoscitur; ex his evidenter desumitur, novæ gratiæ concessionem emanasse eo sub præsupposito, quod Violantes tempore concessionis ignoraret impedimentum descendens ex duplicitate gradus: & eò fortiùs, cum in eodem Brevi legatur, gratiam debere in suo robore permanere, si post ejus concessionem notitia impedimenti ad Violantem devenisset, quæ circumstantia evidenter evincit, comprobatque, gratiam fuisse eo sub præsupposito concessam. Porrò gratia concessa importat dispensationem in radice Matrimonii, quæ a Romanis Pontificibus concedi consuevit, urgente magnâ causâ, & quando agitur de impedimento Matrimonii, ortum habente, non a Jure Divino, aut naturali, sed a jure Ecclesiastico, & per eam non fit, ut Matrimonium nulliter contractum, non ita fuerit contractum, sed effectus de medio tolluntur, qui ob hujusmodi Matrimonii nullitatem, ante indultam dispensationem, atque etiam in ipso Matrimonii contrahendi actu, producti fuerunt: de quibus omnibus a Nobis fuse actum est, dum in minoribus Secretarii Congregationis Concilii munere fungeremur in Causa *Pragen. Matrimonii*, quæ fuit proposita, *die* 13. *Junii* 1720., 16. *Januarii* 1723., 28. *Augusti ejusdem anni*, & tandem resoluta die 18. *sequentis Septembris*, uti videri potest *tom.* 1. *&* 2. *Thesauri Resolutionum* dictæ Congregationis, ubi typis edita inveniuntur ea omnia, quæ tunc a Nobis deducta fuerunt. Cumque solius Romani Pontificis sit, non solùm dispensationes in radice Matrimonii indulgere, sed etiam conditiones statuere pro validitate gratiæ adimplendas; in ea, de qua nunc agitur, ea quodammodo statuta dici potest conditio, quod, tempore concessionis, Violantes novum impedimentum ignoraret, ne ipsâ contradicente, & obnitente, prout contigisset, si impedimentum sciviſſet, concessa dispensatio diceretur: in hoc quippe rerum themate factum est, atque concessum, quidquid fieri, aut concedi poterat, ut Matrimonium, cujus validitas fuerat approbata, persisteret; nec mulieri sublata est facultas impugnandi ex novo capite validitatem, si novi impedimenti notitiam, tempore

Ex ipso Brevi patet novā dispensationem ideo fuisse concessam, quia putatum, mulierem ignorasse impedimentum.

Gratia ex secundo Brevi concessa dispensationem importat in radice Matrimonii, cujus ope nulliter contracti Matrimonii effectus de medio tolluntur.

Solius Romani Pontificis est eam cōcedere, & conditiones quascumque præscribere.

In casu, de quo agitur, statuta conditio dici potest, quod mulierem tēpore concessionis novū impedimentum lateret.

concessionis gratiæ, novæque dispensationis, habuisset, nullâ habitâ consideratione notitiæ supervenientis post concessionem Brevis; ea quippe superveniens superveniret post sublatum ope novæ dispensationis duplicitatis gradus impedimentum.

Tertium caput expenditur: & probatur, mulierem sciviſſe novum impedimentum tempore concessionis gratiæ.

§. 8. Post hæc nihil aliud remanet, quàm, ut videatur, an tempore concessionis gratiæ Violantes haberet notitiam novi impedimenti: Cumque ex documentis, & testibus quacumque exceptione majoribus demonstratum sit, quod Violantes impedimenti notitiam, ante concessionem, & tempore concessionis gratiæ, habuerat, & habebat, & omnia parabat necessaria pro instauranda controversia super nullitate Matrimonii in vim novi impedimenti, cui in primo Brevi non fuerat derogatum; nedum approbamus Congregationis Concilii judicium ultimo loco prolatum pro nullitate Matrimonii, sed hoc nostro Decreto inter acta Congregationis Concilii asservando, & per Literas Apostolicas in forma Brevis etiam corroborando, dicimus, & pronunciamus, Matrimonium contractum inter Violantem Josepham Enriquez de Almada, & Aloysium Franciscum Sanchez de Baena, nullitatis vitio laborare, & quatenus aliud Canonicum non obstet impedimentum, posse utrumque ad alia vota transire.

Judicium itaque Congregationis pro nullitate Matrimonii approbatur, & transitus ad secunda vota permittitur.

Datum apud S. Mariam Majorem die 27. Septembris 1755.

Datum 27. Septembris 1755.

BENEDICTUS PP. XIV.

LIV.

Quæ, & qualis conveniat exemptio ab Archiepiscopi Neapolitani jurisdictione, Hospitali S. Angeli a Nido nuncupat., ejusdemque Ecclesiæ, & personis, decernitur & declaratur.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

Præclarum semper fuit, ac laudabile, opportuno consilio adversus ea occurrere, quæ Divinum cultum imminuere, bonumque publicum perturbare videntur, eas præsertim controversias Apostolica auctoritate dirimendo, quæ animorum dissensionem in rebus Ecclesiasticis foventes, mutuam caritatem labefactant, & quasi fontes sunt aliorum innumerabilium malorum. Quamobrem sæpe Nos Prædecessorum Nostrorum exemplis inhærentes, quamquam gravissimis aliis curis, quæ ab Apostolico ministerio disjungi nequeunt, assidue implicati sumus, haud tamen prætermisimus causas dissensionum hujusmodi ad Nos avocare, illas diligenter examinare, nostrisque oculis perscrutari, ac cognoscere. Quos quidem conatus, laboresque Nostros, qui veræ solidæque pacis auctor est Deus, pro sua in Nos immensa benignitate approbare & benedicere dignatus est; nam inter illas, vel Ecclesias, vel personas, ad quas Decreta Nostra direximus, inseratam ante concordiam, non sine magno Nostro, ipsarumque partium gaudio, vidimus plenissime restitutam.

Procœmium. Pontificis studium in componendis inter Personas Ecclesiasticas controversiis.

§. 2. Porrò ejusmodi conditionis ac naturæ, cum adhuc in minoribus versaremur, eam controversiam existimavimus, quæ sæpius excitata est inter Deputatos Sedilis, quod a Nido appellant, & Archiepiscopos pro tempore Ecclesiæ Neapolitanæ; eo quod in varios diversosque sensus distraherentur tum Litteræ quædam Apostolicæ felicis recordationis Prædecessoris Nostri Martini Papæ V. die 24. Aprilis anno 1426., seu veriori tempore, datæ & bonæ memoriæ Raynaldum S. R. E. Cardinalem Brancaccium nuncupatum, quum hic Hospitale S. Angeli a Nido in Civitate Neapolis tunc temporis pene dirutum a fundamentis restituere, novaque dote, ex bonis sibi a Deo collatis, ditare proposuisset: tum nonnulla pro ipsius Hospitalis administratione non ita multo post ab eodem Cardinali Apostolica auctoritate statuta die 11. Martii 1427. tum demum aliud Apostolicum Breve similis recordationis Prædecessoris pariter Nostri Pauli Papæ III. expeditum ex officio Cardinalis Pœnitentiarii. Itaque quum dissensiones istæ nec longi temporis diuturnitate molliri, nec decretis seu resolutionibus Ven. Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum extingui potuerint; quin potius novissimis temporibus magis magisque visæ fuerint recrudescere, eo quod reperta dicebantur vetusta quædam documenta, quæ vel incognita prius erant, vel non satis probata; propterea, quum primum Dilectum Filium Nostrum Antoninum S. R. E. Presbyterum Cardinalem Serſalium nuncupatum, modernum rx concessione & dispensatione Apostolica Neapolitanæ Archiepiscopalis Ecclesiæ Præsulem, & coram, & per litteras, proclivem propensumque deprehendimus ad ea probanda, atque amplectenda, quæ a Nobis in gravi hoc negocio decernerentur, & ex corde cupere, ut finis aliquando tot litibus imponeretur, quas Archiepiscopi Prædecessores non alio sustinuerant animo, nisi ut ipsis vitio verti non posset, quod jura Ecclesiæ suæ indefensa reliquissent: hæc omnia statim Carissimo in Christo Filio Nostro Carolo utriusque Siciliæ Regi Illustri denunciavimus, qui non modo propositum Nostrum commendavit, sed etiam pietate, qua præditus est, maxima, studioque Religionis incensus, magnopere Nos impulit, ut illud quamprimum executioni mandaremus.

Vetustissimæ controversiæ inter Archiepiscopos Neapolitanos, & Deputatos Sedilis a Nido.

Frustra ad easdem eradicandas hactenus adlaboratum.

§. 3. Quare Causam & litem, quæ inter Cardinalem Archiepiscopum ex una parte, & ab alia inter Sacristam seu Rectorem Hospitalis & Ecclesiæ SS. Angeli & Andreæ a Nido, ac illius Gubernatores in Urbe Neapolis (cujus quidem litis verum statum hìc pro expresso haberi volumus) cum omnibus & singulis incidentibus, & emergentibus, annexis, & connexis, rebusque aliis tam deductis, quàm non deductis, a quocumque Judice, Tribunali, & Congregatione, & præsertim a prælaudata Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ad Nos ipsos avocantes, eamque omnino supprimentes, & extinguentes; motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione Nostra, ac de plenitudine Apostolicæ Auctoritatis declaramus atque decernimus, virtute dictarum litterarum in limine fundationis, seu reædificationis concessarum a Martino V. Prædecessore Nostro, ad supplicationem dicti Raynaldi Cardinalis Brancacci, nec non aliarum Pauli III. similiter Prædecessoris, dictorumque Statutorum, sive Ordinationum ejusdem Cardinalis Brancacci;

Has omnes ad se avocat, supprimitque Pontifex.

§. 4. In primis Hospitale S. Angeli a Nido, ejusque Ecclesiam exteriorem, nec non Oratorium, seu Cappellam interiorem, bona, redditus, jura, & pertinentias cujusvis generis universas, fuisse, & esse pleno jure exempta a quocumque dominio, visitatione, potestate, & jurisdictione tam Ordinaria, quàm delegata Archiepiscopi pro tempore Civitatis Neapolis, nobisque, & S. Sedi Apostolicæ immediate subjecta.

Per opportunas Litterarum Apostolicarum & Statutorum Hospitalishic subjectas declarationes.

Exemptio Hospitalis, ejusdemque Ecclesiæ, Oratorii, bonorum &c. ab Ordinaria & Delegata Archiepiscopi jurisdictione.

§. 5. Rursus & secundo loco: Ad Universitatem Nobilium memorati Sedilis a Nido spectare

Duumvirorum Electio, eorumque in administrandis redditibus & auctoritas.

& pertinere jus eligendi quolibet anno duos ex eorum gremio Nobiles Viros, quorum unus sit semper de Domo de Brancaccis; hisque duobus, ut præfertur, electis, competere jus, & potestatem omnes fructus, redditus, & proventus, obventiones, & legata ad dictum Hospitale, Ecclesiam, & Cappellam quovis modo pertinentia, & quæ pertinebunt inposterum exigendi, petendi, recipiendi, & de receptis quietandi, necnon recepta pro commodo, & utilitate dictorum Hospitalis, Ecclesiæ, & Cappellæ, ac Ministrorum illis inservientium expendendi, & dispensandi, prout ipsis videbitur expedire, & necesse erit, in quocumque judicio agendi, experiendi, respondendi, & prosequendi.

Eorum est eligere Sacristam, seu Rectorem Hospitalis.

§. 6. Prædictos duos Nobiles, ut supra electos, & in posterum eligendos habere insuper jus & potestatem deputandi atque eligendi in Sacristam, seu Rectorem Hospitalis, & Ecclesiæ, unum Clericum, seu Presbyterum ad nutum, & voluntatem ipsorum quandocumque amovibilem, qui tamen tempore ipso deputationis hujusmodi, sit, ac reperiatur ab Ordinario suo rite, & canonice ordinatus, confuetisque litteris testimonialibus super vita, & honestate, ab ipso suo Ordinario debite ac de recenti munitus.

Necnon viginti quatuor tantum Clericos, seu Presbyteros eidem inservientes.

§. 7. Item dictos duos Nobiles habere jus, & potestatem eligendi, ultra memoratum Sacristam, seu Rectorem, alios viginti quatuor, sed non ultra, Clericos, vel etiam Presbyteros, pro servitio ipsius Hospitalis, ejusque Ecclesiæ, & Oratorii, nec non pro cura, & custodia Bibliothecæ, ad ipsorum nutum & voluntatem quandocumque similiter amovibiles: dummodo tamen sint, & unusquisque eorum sit ab Ordinario suo, & supra rite, & canonice ordinatus, ejusque litteris testimonialibus de recenti munitus, & quatenus eligantur Presbyteri, dummodo isti, & unusquisque eorum habeant a Curia Archiepiscopali licentiam, quæ nondum expiraverit, celebrandi in Civitate, & Diœcesi.

Itidéque & decimo sexto Ministros Laicos, omnes ad nutum amovibiles.

§. 8. Habere etiam dictos duos Nobiles jus, & potestatem eligendi ad eorum nutum, & voluntatem quandocumque amovibiles, & cum assignatione congrui Salarii sexdecim, & non ultra, Ministros Laicos, pro servitio Infirmorum, curaque & custodia Hospitalis, Ecclesiæ, & Bibliothecæ, prout ipsi duo Nobiles, & Sacrista, seu Rector ordinaverint.

Duumvirorum exemptio a quacumque jurisdictione Archiepiscoporum quoad gestam administrationē.

§. 9. Præterea dictos duos Nobiles esse, & intelligendos esse, quoad administrationem ipsis incumbentem, liberos totaliter & exemptos a quacumque visitatione, correctione, & jurisdictione tam Ordinaria, quàm delegata Archiepiscopi; ita ut ipsi Archiepiscopo neque de bonis, & redditibus Hospitalis per eos administratis, neque de legatis Hospitali relictis, aut in posterum relinquendis, etiam cum onere Missarum, rationem ullam reddere vel exhibere teneantur; sed solum finito anno, teneantur de receptis, & expositis, ac gestis, & administratis, rationem & computum suis successoribus reddere, ac eis, quod superest, assignare; & si aliquid mali gesserint, aut administraverint, vel aliqua inter eos discordia orta fuerit, declaramus atque decernimus, spectare ad Universitatem Nobilium dicti Sedilis, vel ad quinque Nobiles per illam deputandos jus & potestatem eos coercendi, & compellendi ad debitam satisfactionem absque ulla ingerentia Archiepiscopi, salva dumtaxat, ut infra, auctoritate Sedis Apostolicæ.

Similis exemptio Sacristæ seu Rectoris actu inservientis.

§. 10. Item declaramus, atque decernimus Sacristam, seu Rectorem Hospitalis a duobus Nobilibus, ut supra, electum, toto tempore, quo in hujusmodi Officio permanserit, esse, atque intelligendum esse totaliter exemptum a quacumque visitatione, & jurisdictione tam Ordinaria, quàm Delegata Archiepiscopi, Nobisque, & Sedi Apostolicæ immediate subjectum.

Itidemque & 24. Clericorum, seu Sacerdotum, aliorumque 16. Ministrorum.

§. 11. Item esse similiter exemptos a quacumque visitatione, & jurisdictione tam Ordinaria, quàm Delegata Archiepiscopi, prædictos vigintiquatuor Clericos, seu etiam Presbyteros, nec non dictos alios sexdecim Ministros Laicos, qui memoratis duobus Nobilibus, ut supra, electi fuerint pro servitio Ecclesiæ, Hospitalis, & Bibliothecæ pro toto tempore, quo unusquisque ipsorum in Officio sibi assignato permanserit; ita quod Archiepiscopus ratione delicti, vel contractus, aut rei, de qua agitur, ubicumque committatur delictum, ineatur contractus, aut res ipsa consistat, nullam possit in eorum personas, & bona jurisdictionem, potestatem, visitationem, seu dominium, nec jure Ordinario, nec jure delegato, exercere, vel ab ipsis computum, seu rationem exigere.

Præfati Clerici, seu Presbyteri, Laicique Ministri quandonam expressa exemptione gaudere incipiant.

§. 12. Utque hac in parte omnis in posterum, circa numerum, & personas exemptorum, turbarum occasio præventive submoveatur, Sacristæ seu Rectori Hospitalis pro tempore existenti districte injungimus, ut Syllabum seu Rotulum diligenter conficere, & quoties propter mutationem personarum opus fuerit, renovare itidem teneatur, in quo scripta sint nomina, & cognomina singulorum vigintiquatuor Ecclesiasticorum, & sexdecim Laicorum prædictorum, ipsumque Rotulum propria manu subscriptum, & sigillo Hospitalis munitum Nuntio Apostolico Neapoli residenti, ut cum pro notitia ad Archiepiscopum transmittere possit, tradere, & consignare debeat: ita ut nemo ex prædictis Ecclesiasticis, & Laicis utcumque electis, & deputatis a dictis duobus Nobilibus, exemptione aliqua, nisi post hujusmodi consignationem gaudere, & multo minus aliquis sive Clericus, sive Presbyter, qui intra præfixum numerum dictorum vigintiquatuor, in Rotulo, ut supra, consignato, descriptus non reperiatur, exemptionem aliquam allegare possit, vel intuitu alicujus Cappellaniæ, vel ex quo pro sua devotione, aut recepta etiam consueta eleemosyna, vel denique ex alio quovis titulo, seu prætextu, ad Ecclesiam exteriorem Hospitalis, sive ad Oratorium, & Cappellam interiorem, accesserit, aut accedat pro celebrandis inibi Missis, aut aliis Divinis Officiis peragendis. Hos enim omnes, tamquam nullo pacto exemptos, volumus, atque decernimus, ut ne quidem ad celebrandas Missas in Ecclesia, seu Oratorio admittantur, nisi exhibita Sacristæ seu Rectori consueta licentia Curiæ Archiepiscopalis celebrandi in Civitate & Diœcesi, quæ nondum expiraverit.

Itidem omnes Rectoris jurisdictioni subjiciuntur.

§. 13. Declaramus itidem, atque decernimus, Rectorem, seu Sacristam Hospitalis a duobus Nobilibus, ut supra, electum, toto tempore, quo in hujusmodi Officio duraverit, habere potestatem & jurisdictionem super dictos vigintiquatuor Clericos, seu Presbyteros, nec non super dictos sexdecim Laicos Ecclesiæ, Hospitali, & Bibliothecæ addictos, eisque respective inservientes, postquam tamen in Rotulo, ut supra, consignato descripti fuerint, & non prius; ipsosque corrigendi, puniendi, excommunicandi, & omnem jurisdictionem Ecclesiasticam in eos exercendi, quotiescumque contingat, ipsos in delictum, seu crimen aliquod incidere.

Rectoris aliorumque Sacerdotum facultas in audiendis Confessioni-

§. 14. Item declaramus, atque decernimus Sacristam, seu Rectorem, & alios viginti quatuor Ecclesiasticos in Rotulo descriptos, si Presbyteri fuerint, posse suas invicem, atque Infirmorum

bus, cæteriſque Sacramentis miniſtrandis.

ibidem decumbentium, nec non etiam dictorum ſexdecim Miniſtrorum Laicorum Sacramentales Confeſſiones audire, & Sacram Euchariſtiam, atque Oleum Sanctum in ipſo Hoſpitali, & reſpectivè in ejus Oratorio, vel Eccleſia eiſdem miniſtrare, atque alia facere, quæ circa hæc neceſſaria fuerint, & opportuna: dummodo tamen ab Archiepiſcopo approbati fuerint, vel generaliter ad Confeſſiones audiendas in Civitate, & Diœceſi, vel etiam in genere pro Hoſpitalibus; & dummodo inſuper Oleum Sanctum Infirmorum per eos quotannis accipiatur, conſueto ritu, & tempore, ab Eccleſia Cathedrali Metropolitana, quemadmodum illud accipiunt, & accipere tenentur Regulares, & cæteri exempti.

Accedere non tenentur ad Proceſſiones ab Archiepiſcopo quocunque jure indictas.

§. 15. Item Rectorem ſeu Sacriſtam præfatum, nec non dictos alios vigintiquatuor Clericos ſeu Presbyteros, Hoſpitali, ut ſupra, addictos, non teneri accedere neque ad Synodum, neque ad publicas & generales Proceſſiones, aut alias quaſvis functiones Eccleſiaſticas, ab Archiepiſcopis pro tempore jure Ordinario, ſive etiam Delegato indicendas; & quatenus ipſi Proceſſionem aliquam facere velint, poſſe eas facere, dummodo faciant tempore diverſo ab illis indictis ab Archiepiſcopo, eaſque ducant prope muros Eccleſiæ, exterioris dumtaxat. In ea vero Proceſſione, quam Sacriſta, & Presbyteri Hoſpitalis facere ſolent die Feſto S. Candidæ, ad effectum accipiendi illius Imaginem ſive ſtatuam ab Eccleſia Metropolitana, declaramus atque decernimus teneri eos obſervare Ordinem & formam, quam cæteri omnes obſervant, quando ob eamdem cauſam accipiendi ſtatuas ſuorum Patronorum accedunt ad ipſam Eccleſiam Metropolitanam.

Suas ipſi Proceſſiones an, & quomodo ducere debeant.

Indulgentias publicare, dimiſſorias concedere, aliaque id genus attentare prohibentur.

§. 16. Item declaramus, atque decernimus, Sacriſtæ, ſeu Rectori Hoſpitalis nullo pacto licere, & multo minus alicui ex dictis vigintiquatuor Eccleſiaſticis, Indulgentias, ſeu Jubilæum publicare, aut litteras dimiſſorias ad Ordines alicui, etiam ex ipſis vigintiquatuor, concedere, aut publicare Monitoria pro rebus ſubtractis, aut deperditis, aut reos extrahere ab eorum Eccleſia, & Hoſpitali, aut veſtibus, vel inſignibus Prælatitiis inter ipſam Eccleſiam, & Hoſpitale, & multo minus extra illa, uti, & generaliter nullam aliam ſibi aſſumere facultatem, præter eas, quæ in hiſce noſtris litteris exprimuntur.

Rectoris facultas exercitia ſpiritualia exhibendi.

§. 17. Eidem tamen Sacriſtæ, ſeu Rectori de benignitate Apoſtolica concedimus, ut per ſe, vel per alium exercitia ſpiritualia ſemel in anno, ſed clauſis januis intra Eccleſiam ſive Oratorium Hoſpitalis, iis dumtaxat, qui exemptione, ut ſupra, gaudere debent, libere, & licitè præbere poſſit, cum ſcientia tamen, atque intelligentia Nuntii Apoſtolici Neapoli reſidentis: alio vero quovis tempore, caſu, & occaſione, nolumus omnino, quod intra Eccleſiam, Oratorium, aut Hoſpitale prædictum, ſive publice, ſive privatim conciones habeantur, aut quod non exempti ad prædicta exercitia ſpiritualia ullo unquam tempore admittantur, non obtenta prius, & qualibet vice licentia in ſcriptis ab Archiepiſcopo.

Limitata facultas exponendi ſemel in menſe Sanctiſſimum Sacramentum irrequiſito Archiepiſcopo.

§. 18. Ad hæc eidem Hoſpitali de Apoſtolica benignitate ſimiliter concedimus, ut ſemel in quolibet menſe, ideſt prima die Dominica horis Veſpertinis, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in ejus Eccleſia exteriori, abſque alia Archiepiſcopi licentia publicæ adorationi exponi poſſit, ſervatis tamen legibus, & regulis ab Archiepiſcopo præſcriptis pro expoſitionibus hujuſmodi rite peragendis in aliis Civitatis Eccleſiis; & quatenus alio quocumque die, præter diem, ut ſupra, præſtitutum, Sanctiſſimum Sacramentum exponi velit, eo caſu licentia in ſcriptis ab Archiepiſcopo qualibet vice obtineri debeat.

§. 19. Ulterius declaramus, atque decernimus exemptionem, qua ſupra fruuntur, & gaudent, fruique & gaudere debent vigore dictarum litterarum Apoſtolicarum Martini V., & Pauli III. nec non Ordinationum, ſeu Statutorum præfati Cardinalis Brancacci, Hoſpitale, ejuſque Eccleſia exterior, & Cappella interior, duo Nobiles Deputati, Sacriſta ſeu Rector, nec non alii vigintiquatuor Clerici, ſeu Presbyteri, & ſexdecim Miniſtri laici in Rotulo, ut præfertur, deſcribendi a quacumque juriſdictione tam ordinaria, quam delegata, viſitatione, poteſtate, & dominio Archiepiſcopi, intelligendam ſemper eſſe, ſalva reverentia eidem Archiepiſcopo de jure debita ab omnibus, & quibuſcumque exemptis, non ſolum extra, ſed etiam intra ipſum Hoſpitale, ejuſque Eccleſiam, atque Oratorium.

Juſtiſſima præſervatio reverentiæ & obſequii, Archiepiſcopo ab omnibus, etiam exemptis, ubique exhibendi.

§. 20. Ac tandem declaramus, atque decernimus dictam exemptionem, & reſpective juriſdictionem, quam ſuperiùs competere diximus Sacriſtæ, ſeu Rectori in dictos vigintiquatuor Clericos, ſeu Presbyteros, & alios ſexdecim Laicos, puniendi, excommunicandi, & corrigendi; necnon facultatem eidem Sacriſtæ, dictiſque aliis Presbyteris attributam, excipiendi Confeſſiones Sacramentales ipſorum Exemptorum, atque infirmorum in dicto Hoſpitali decumbentium, prout etiam adminiſtrandi iiſdem Infirmis alia Sacramenta Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, & Extremæ Unctionis, ac prædendi, ut ſupra, ſemel in anno januis clauſis Exercitia Spiritualia, atque exponendi ſemel in menſe prælaudatum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum, intelligi ſemper debere, ſalva in omnibus noſtra, & Sedis Apoſtolicæ auctoritate, cui, vigore ipſarum litterarum Martini, & Pauli Prædeceſſorum noſtrorum, atque Ordinationum Cardinalis Brancacci, Hoſpitale ipſum cum ſuis perſonis, & bonis immediatè ſubjectum eſt. Volumus propterea, ut Nuntio Apoſtolico in Civitate Neapolis reſidente, tamquam ſpeciali Delegato ejuſdem Sanctæ Sedis, quandocumque liceat, & quoties ei opportunum videbitur, ipſum Hoſpitale, Oratorium, & Eccleſiam, ejuſque Sacriſtam, ſeu Rectorem, alioſque tam Clericos, vel Presbyteros, quam Laicos a juriſdictione Archiepiſcopi tam ordinaria, quam delegata, ut præfertur, exemptos, in iis, quæ reſpiciunt divinum cultum, morum, vitæque honeſtatem, & adminiſtrationem prædictorum Sacramentorum, ac doctrinæ in Exercitiis Spiritualibus exponendæ puritatem, & generaliter quoad omnia ſpiritualia, viſitare corrigere, & punire, & in eos quoſcumque juriſdictionis actus exercere, quos nomine S. Sedis exercet, atque exercere poteſt, ac debet in alios hujuſmodi, qui in limine fundationis a poteſtate & juriſdictione ſuorum Ordinariorum exempti fuerunt, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjecti. Et hæc omnia cum expreſſa declaratione quod ea, quæ pro bono pacis, & ad extinguendas tot lites, quæ non ſine magna Civitatis perturbatione hactenus exarſerant, huic Hoſpitali S. Angeli a Nido, ut præfertur conceſſa, & declarata fuerunt, ab aliis Civitatis Hoſpitalibus nullo pacto in exemplum trahi poſſint.

Recenſitæ omnes perſonæ ut ſupra exemptæ declarantur immediate ſubjectæ S. Sedis auctoritati & juriſdictioni.

Quæ exiſtenti pro tempore Apoſtolico Nuncio in Civitate Neapolis delegatur exercenda.

§. 21. Decernentes quoque has Noſtras litteras & in eis contenta, & decreta hujuſmodi etiam ex eo quod quicumque in præmiſſis, vel illorum aliquo quomodolibet intereſſe habentes, vel habere prætendentes ad hoc vocati & auditi non fuerint, aut ex quibuſvis aliis cauſis, occaſionibus, vel prætextibus, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis Noſtræ, vel quovis alio defectu notari vel impugnari, aut aliàs infringi, ſuſpendi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus unquam poſſe: eaſque omnino ſub quibuſvis contrariis Conſtitutionibus, revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus gene-

Ampliſſimæ clauſulæ & decreta in præmiſſorum firmitatem.

ralibus,

ralibus, vel ſpecialibus, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac aliàs quandocumque, & quibuſvis de cauſis pro tempore factis, & faciendis minime comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, ac de novo conceſſas, ſemperque & perpetuo validas, firmas, & efficaces eſſe & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum, perpetuo & inviolabiliter obſervari debere.

Aliter judicandi adempta facultas.

§. 22. Sicque, & non aliàs per quoſcumque Judices, Ordinarios, & Delegatos quavis auctoritate, & poteſtate fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuntios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Efficaciſſima contrariorum derogatio.

§. 23. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, Noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, etiam de jure quæſito non tollendo, & prædictis Martini V., & Pauli III., aliiſque Apoſtolicis quorumcumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum, ac in Synodalibus, Provincialibus, & univerſalibus Conciliis editis, generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus & Ordinationibus, nec non quibuſvis prædictæ Concilii Tridentini Interpretum, & aliarum ejuſdem S. R. E. Cardinalium Congregationum decretis, ſeu reſolutionibus, Apoſtolica etiam auctoritate confirmatis, ac quibuſvis actibus in contrarium præmiſſorum omnium, aut ſingulorum antiquitus, aut nuper factis, & iteratis, ſeu pluries & ſæpe repetitis, nec non dicti Hoſpitalis, illiuſque Eccleſiæ, & Domus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; præmiſſis quoque, aliiſque privilegiis, indultis, & litteris Apoſtolicis, eiſdem Hoſpitali, & Eccleſiæ, ac Domui, illiuſque Gubernatoribus, ſeu Deputatis prædictis, per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores prædictos, & Sedem Apoſtolicam, vel alios quoſcumque, quacumque dignitate ac auctoritate fulgentes ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis decretis in genere vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, conceſſis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſervata inſerti forent; præſentibus pro ſufficienter expreſſis & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad effectum validitatis, & executionis, ac obſervantiæ omnium & ſingulorum præmiſſorum, hac vice tantum harum ſerie derogamus: illaſque & illa juxta omnia & ſingula præmiſſa modificamus, limitamus, & reducimus; cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Sanctio pœnalis.

§. 24. Nulli ergo omnino Hominum liceat paginam hanc Noſtræ avocationis, ſuſpenſionis, extinctionis, declarationis, conceſſionis, decreti, derogationis, modificationis, limitationis, & reductionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quinquageſimo quinto, quarto nonas Octobris, Pontificatus Noſtri Anno Sextodecimo.

Dat. 4 Oct. 1755. Pont. 16.

J. Card. Pro-Datar.

D. Card. Paſſioneus.

VISA

De Curia J. C. Boſchi.

Loco † Plumbi.

L. Eugenius.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

LV.

Celebratio trium Miſſarum Natalitio Chriſti die præcipuus Latinæ Eccleſiæ Ritus demonſtratur: ideoque univerſim ab Orientalibus, præſertim vero ab Armenis Ligurno in Portu commorantibus, non uſurpandus.

Ven. Fratri Nicolao Lercari Archiepiſcopo Rhodien. Congregationis Propagandæ Fidei Secretario.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Conſcribendæ Epiſtolæ occaſio recenſetur.

IN ſuperiori ante proximum ad Nos habito acceſſu, retuliſti, Te, in ſuſpicionem adductum, Sacerdotes Armenos Ligurno in Portu commorantes Sacro Natali Domini die tres unumquemque Miſſas in nationis ſuæ templo celebrare, non prætermiſiſſe opportunas ad Piſanum Archiepiſcopum dare litteras, ut certior fieres, num res, prout ferebatur, ſe haberet, & ſi ita quidem, ex quo tempore invaluerit uſus, tria deſignato die offerendi Sacrificia; tibique fuiſſe a memorato Præſule reſcriptum, offerri ab Armenis Sacerdotibus in Ligurnenſi ſuæ gentis Eccleſia

La Celebrazione delle tre Meſſe nel giorno di Natale ſi prova Rito privativo della Chieſa Latina, e perciò da non poterſi uſare generalmente dagli Orientali, ed in particolare dagli Armeni dimoranti in Livorno.

Ven. Fratri Nicolao Lercari Archiepiſcopo Rhodien. Congregationis Propagandæ Fidei Secretario.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Racconto del fatto, che diede occaſione di ſcrivere la preſente lettera.

NELLA penultima udienza, che Noi le dammo, Ella ci eſpoſe; che avendo avuto qualche barlume, che i Sacerdoti Armeni, che ſono in Livorno, nella loro Chieſa nazionale nel dì del Santo Natale celebravano le tre Meſſe; non aveva tralaſciato di ſcrivere a Monſignor Arciveſcovo di Piſa, per ſapere, ſe il fatto era vero; e da quanto tempo in qua, eſſendo vero, ſi foſſe introdotto l'uſo della celebrazione delle tre Meſſe nel giorno predetto; e che dal Prelato l'era ſtato riſpoſto, celebrarſi dai Sacerdoti Armeni nella loro Chieſa nazionale in Livorno le

cleſia tres Miſſas Natalitio Chriſti die, idque in uſu primum ea in Eccleſia fuiſſe poſitum a duobus Miſſionariis Parochis ſub annum 1725., exindeque ſemper rem eodem modo tranſactam; ac inſuper ejus gentis homines referre, multos per Orientem Sacerdotes Armenos Catholicos, ejuſdemque Ritus Miſſionarios Sancto Natalis Chriſti die tres Miſſas ſingulos celebrare; a quibus porro omnibus, noſtra ipſe expetebas juſſa, de relinquenda, vel interdicenda trium Sacrorum oblatione, ab Armenis Sacerdotibus, Natalitio Chriſti die, Ligurni in gentis ſuæ Eccleſia, fieri ſolita.

tre Meſſe nel giorno di Natale; eſſerſi ciò incominciato a praticare da due Miſſionari Parochi nella detta Chieſa nell'anno 1725., ed eſſerſi ſempre da quel tempo in qua continuato nello ſteſſo modo; riferire altresì i nazionali, che nell'Oriente molti Sacerdoti Armeni Cattolici, e Miſſionarj dello ſteſſo Rito nel dì del Santo Natale celebrano le tre Meſſe; conchiudendo poi eſſa il diſcorſo col richiedere i Noſtri ordini ſopra o il laſciar correre, o il proibire la celebrazione delle tre Meſſe, che ſi fa dai Sacerdoti Armeni nel dì di Natale nella loro Chieſa nazionale in Livorno.

Latinæ Eccleſiæ Ritus eſt præcipuus, ut ſinguli Sacerdotes tres Miſſas offerant Natalitio Chriſti die.

§. 2. Pervetuſtus eſt, atque univerſim in Latinam Eccleſiam receptus Ritus trini Sacrificii per unumquemque Sacerdotem Natalitio Chriſti die offerendi; verum apud Orientalem Eccleſiam nullum extat præfati Ritus veſtigium; ne verbum quippe de eo in Liturgiis Græco-Arabicis Melchitarum, nec in Syriacis, Chaldeiſque, neque etiam in reliquis Cophtorum, Armenorum, Græcorum, atque Ruthenorum, qui Græcos ſibi ritus adſcivere. Patres Baſiliani Cryptæ Ferratæ, etſi Latinos aliquot Ritus amplexi ſint, tres tamen Miſſas Natalis Domini die nec in memorato Monaſterio, nec alibi celebrare conſueverunt. Et in ipſa Provinciali Synodo habita ſub annum 1736. in Monte Libano, cui præfuit Joſeph Simonius Aſſemanus Præſul, qui juſſu Clementis XII. Prædeceſſoris noſtri eo profectus, impoſito ſibi muneri cumulate ſatisfecit, hæc leguntur *cap. 13. de ſacroſancto Miſſæ Sacrificio : Privilegium autem, quod Latini Presbyteri habent in Natali Domini ter Miſſas celebrandi, ad noſtros Sacerdotes nullatenus extendendum eſſe decernimus, & ſtatuimus : non quod morem illum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ omnium Eccleſiarum matris, ac magiſtræ condemnemus : abſit hoc a nobis, qui filii illius obſequentiſſimi ſumus; ſed quia veterem noſtrum ritum ſervari volumus.*

§. 2. Il Rito della celebrazione delle tre Meſſe, che ſi fa da ogni Sacerdote nel giorno del Santo Natale, è antico, ed univerſale nella Chieſa Latina: ma nella Chieſa Orientale non v'è veſtigio del predetto Rito: non facendoſene parola nelle Liturgie Greco-Arabe de' Melchiti, nè in quelle de' Siri, o Caldei, nè in quelle de' Copti, degli Armeni, e de' Greci, e de' Ruteni, che hanno adottato il Rito Greco. I Padri Baſiliani di Grotta Ferrata, benchè in molti capi abbiano adottato alcuni Riti Latini, non celebrano però nè nel detto Monaſtero, nè in altro le tre Meſſe nel giorno di Natale. E nel Sinodo Provinciale tenuto l'anno 1736. nel Monte Libano ſotto il Patriarca Antiocheno colla preſidenza di Monſignor Giuſeppe Simonio Aſſemani, che per ordine del Noſtro Predeceſſore Clemente XII., eſſendoſi portato colà, adempì lodevolmente il ſuo miniſtero, così ſi legge *al cap. 13. de ſacroſancto Miſſæ Sacrificio : Privilegium autem, quod Latini Presbyteri habent in Natali Domini ter Miſſas celebrandi, ad Noſtros Sacerdotes nullatenus extendendum eſſe decernimus, & ſtatuimus : non quod morem illum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ omnium Eccleſiarum matris, ac magiſtræ condemnemus : abſit hoc a nobis, qui filii illius obſequentiſſimi ſumus; ſed quia veterem noſtrum Ritum ſervari volumus.*

L'uſo di celebrarſi tre Meſſe nel giorno di Natale da ciaſcun Sacerdote è Rito privativo della Chieſa Latina.

Ideoque Orientalis Eccleſia eo uti non poteſt.

§. 3. Hæc Synodus prævio opportuno examine, fuit a Nobis confirmata, veluti noſſe licet ex Conſtitutione Noſtra in Bullarium Noſtrum illata. Cumque ex memorata Synodo, æque ac ex præindicatis Liturgiis Orientalibus innoteſcat, offerri quidem in Occidentali Eccleſia trinum Natali Chriſti die Sacrificium, non item vero in Orientali Eccleſia, jam locus ſit regulæ latius per Nos firmatæ in Noſtris Encyclicis Litteris datis octavo Kalendas Auguſti anni 1755. ad Miſſionarios per Orientem, præloque Congregationis Propagandæ Fidei impreſſis, non eſſe ſcilicet permiſcendos ritus; ſuum a Latina, ſuum itidem ab Orientali Eccleſia ritum ſervari oportere : hoc quippe eſt Sacris Canonibus ſancitum, Conſtitutionibus Apoſtolicis cautum, ac Sanctæ Sedis perpetuo ſyſtemate, præfatis literis late demonſtrato, firmatum.

§. 3. Fu queſto Concilio, dopo il dovuto eſame, confermato da Noi, come può vederſi nella noſtra Coſtituzione inſerita nel noſtro Bollario. E ricavandoſi non meno dal detto Concilio, che dall'allegate Liturgie Orientali, celebrarſi nella Chieſa Occidentale le tre Meſſe nel giorno di Natale, e non celebrarſi nella Chieſa Orientale, reſta aperta la ſtrada alla maſſima da Noi diffuſamente comprovata nella Noſtra Lettera Circolare ai Miſſionari d'Oriente ſcritta ſotto il giorno 26. di Luglio del preſente anno 1755., e ſtampata nella Stamperia della Congregazione di Propaganda, che non ſi confonda un Rito coll'altro, che la Chieſa Latina oſſervi il ſuo Rito, e la Chieſa Orientale il proprio: eſſendo ciò preſcritto dai Sagri Canoni, e dalle Apoſtoliche Coſtituzioni, e ſtabilito nel ſiſtema della Santa Sede, ampiamente dimoſtrato nella Lettera predetta.

E perciò non può uſarſi dalla Chieſa Orientale.

Vide ſuperius eaſdem Encyclicas literas Conſtit. L. pag. 151. & ſeq.

Si veda queſta lettera Circolare di ſopra Conſt. L. pag. 151. & ſeq.

Diluitur objectum deſumptum ex mutua Orientalem inter, & Latinam Eccleſiam nonnullorum Rituum participatione.

§. 4. Et ſi unquam excipi contingeret, iiſdem in Litteris in exemplum per Nos adduci Latinos quoſdam Ritus ab Orientalibus, & viciſſim Græcos quoſdam Ritus a Latinis cooptatos, parata ſuppetit reſponſio, eſtque ejuſmodi, id factum, vel conſectarium fuiſſe immemorialis conſuetudinis ſecumferentis famam conceſſi Apoſtolici privilegii; vel inductum ex privilegio Apoſtolico vero, conceptoque; quarum quidem rerum, quod ad præſentem quæſtionem attinet, nec ſpecies ulla, quin potius perſpicua ex adverſo perſtat probatio. Cum enim Edeſſenus Archiepiſcopus Armeni Ritus, Romæ degens facultatem ſibi expetiiſſet, celebrandi tres Miſſas Natalitio Chriſti die, utque facultas ejuſmodi ad reliquos etiam Sacerdotes Romæ

§. 4. E quando mai ſi diceſſe, che nella ſteſſa Lettera ſono allegati da Noi alcuni eſempj di Riti Latini adottati dagli Orientali, e di alcuni Riti Greci adottati dai Latini, la riſpoſta è in pronto, ed è, ciò eſſerſi fatto o in ſequela d'una immemorabile conſuetudine, che porta ſeco la fama della conceſſione d'un privilegio Apoſtolico, o in ſequela d'un vero effettivo Apoſtolico privilegio: delle quali coſe nel caſo, ch'è in queſtione, non v'è apparenza, anzi piuttoſto v'è chiara pruova in contrario: imperocchè avendo Monſignor Arciveſcovo di Edeſſa di Rito Armeno, che ſtava in Roma, pregato per avere la licenza di celebrare le tre Meſſe nel giorno di Natale, e che queſta licenza s'eſtendeſſe anche agli altri Sacerdoti Armeni,

Riſpoſta all'objetto d'eſſerſi tra Latini ed Orientali fatta vicendevole comunione di alcuni Riti.

commorantes protenderetur; propositis hujusmodi precibus in Congregatione Sacræ Inquisitionis coram Consultoribus decimo tertio Kalendas Martii 1710., relatisque iterum in Congregatione de more habita in Palatio Apostolico tertio Kalendas Martii, negativum redditum fuit responsum; quamvis is, cui demandata fuit provincia scribendi ea de re, scriptoque suam proferendi sententiam, in partem affirmativam se præstiterit procliviorem, quemadmodum deprehendimus ex scriptis negotium illud attingentibus, quæ ex ædibus Sacræ Inquisitionis afferri ad Nos voluimus; & hoc fuit quidem dubium tunc propositum: *An dicto Archiepiscopo concedendum sit Indultum celebrandi tres Missas in die Nativitatis Domini more Latinorum, hocque extendendum ad omnes Presbyteros Armeni Ritus in Urbe commorantes*: hoc vero rescriptum: *Quoad petitum Indultum celebrandi tres Missas in die Natalis Domini more Latinorum, respondendum esse negative.*

che erano in Roma; propostasi l'istanza nella Congregazione del S. Officio fra i Consultori ai 17. di Febbrajo 1710., e ripropostasi nella Congregazione tenuta secondo il solito in Palazzo nel giorno 27. di Febbrajo, la risposta fu negativa: ancorchè chi ebbe l'incombenza di scrivere, e di dire il suo voto in carta, fosse stato molto proclive alla parte affermativa: come abbiamo riconosciuto, essendoci fatte portare dal S. Officio le scritture appartenenti al caso: ed ecco il Dubbio proposto: *An dicto Archiepiscopo concedendum sit Indultum celebrandi tres Missas in die Nativitatis Domini more Latinorum, hocque extendendum ad omnes Presbyteros Armeni Ritus in Urbe commorantes*: ed ecco la risposta: *Quoad petitum Indultum celebrandi tres Missas in die Natalis Domini more Latinorum, respondendum esse negative.*

Alia peculiaris ratio adversus Armenos Liburni cómorantes.

§. 5. Prætereundæ nec sunt, quæ in præfatis Litteris Nostris §. 45. a Nobis afferuntur. Cautum fuerat jam inde ab anno 1674., ut Armeni Liburno in Portu domicilium habentes, quippe una nobiscum viventes, in Paschatis, ceterisque Festis diebus celebrandis, ad Gregorianum emendatum Kalendarium se conformarent. Tot tantasque turbas commoverunt præfati Armeni, ut habita sub annum 1699. iterata Congregatione decretum fuerit, ut usus veteris Kalendarii Armenis Liburnensibus relinqueretur, quousque ad novum recipiendum sese accommodassent, & quousque Apostolica Sedes aliud edixisset. Est itaque Liburnensibus Armenis sua pro ratione voluntas, respuunt Latinum Ritum, usum scilicet Kalendarii emendati, quamvis nobis intermixti vivant, sitque illud justitiæ consonum: cumque porro Latinum Ritum ter offerendi Sacrificium Natali Christi die sibi indebitum exposcant, facile captu est, haud decere, ut sui voti compotes fiant.

Altromotivo particolare contrario agli Armeni di Livorno.

§. 5. Nè dee tralasciarsi quanto da Noi vien riferito nella predetta Nostra Lettera Circolare al §. 45. Era stato ordinato fino dall' anno 1674., che gli Armeni, che hanno domicilio in Livorno, avvegnachè viventi con Noi, dovessero conformarsi al Calendario Gregoriano corretto, nella celebrazione della Pasqua, e delle altre Feste. Furono tanti e tanti i rumori, che dai predetti Armeni si eccitarono, che essendosi tenuta nell' anno 1699. una nuova Congregazione, fu risoluto, che si lasciasse correre l'uso dell' antico Calendario rispetto agli Armeni, che erano in Livorno, finchè si fossero disposti ad accettare il nuovo, e finchè la Santa Sede non avesse ordinato diversamente. Vogliono dunque gli Armeni, che sono in Livorno, quello che vogliono. Non vogliono il Rito Latino, cioè l'uso del Calendario corretto, benchè vivano fra noi, e benchè ciò sia giusto: e volendo poi il Rito Latino nelle tre Messe di Natale, che non gli tocca, non vi vuol molto a comprendere, che non è di dovere, che siano esauditi.

Altera objectio desumpta ex oblatione trini Sacrificii a Sacerdotibus Armenis peragi solita etiam per Orientem.

§. 6. Reliquum illud est, quod asseritur in Litteris Pisani Archiepiscopi, Armenæ nimirum nationis homines Liburno in Portu commorantes asseverare, memoratas tres Missas a multis per Orientem Armenis Sacerdotibus Catholicis, ejusdemque Ritus Missionariis celebrari; idque Nobis verisimile videtur, at nihil inde in rem præsentem. Beatus Bartholomæus Bononiensis ex Fratrum Prædicatorum familia, fuit à Joanne XXII. Pontifice in Armeniam ablegatus sub ann. 1318., & ab ipso Maragensis Episcopus inauguratus, exindeque translatus ad Naxivanum Archiepiscopatum. Quo ipso tempore præfatus Beatus Bartholomæus celebri illa Missione fungebatur, aderat in Armenia Isaias quidam Schismaticus trecentis septuaginta discipulis præpositus. Mens ipsi inerat recta, & motus fama sanctitatis B. Bartholomæi, edoctusque ab ipso Catholicæ Fidei veritatem, se ei socium adjunxit, suis omnibus discipulis secum adductis: tuncque contigit, ut institueretur Congregatio Fratrum unitorum, assumpto ab iis omnibus habitu Dominicani instituti, emissaque Professione vitæ Regularis sub Regula Sancti Augustini, & Fratrum Prædicatorum Constitutionibus. Videre est omnia in Opere Patris Galani *de consensione Armenæ Ecclesiæ cum Romana part. 1. pag. 508. & seq.* atque elucubratius *tom. 2. historiæ virorum illustrium Dominicani Ordinis*, Auctore Patre Touron *lib. 1 pag. 108. & seq.* Isthæc Congregatio subjecta fuit Magistro Generali Dominicæ Familiæ ab Innocentio VI. sub annum 1356., uti colligere est ex ejus Litteris in Dominicanum Bullarium relatis *pag.* 148., & in generalibus totius Ordinis

Seconda objezione fondata sull' uso di celebrarsi anche in Oriente da' Sacerdoti Armeni le dette tre Messe.

Con una opportuna osservazione istorica si prova probabilmente erroneo nella sua origine un tal' uso.

§. 6. Resta quello, che si dice nella Lettera di Monsignor Arcivescovo di Pisa, che i nazionali, che sono in Livorno, attestano, celebrarsi in Oriente le tre Messe da molti Sacerdoti Armeni Cattolici, e da' Missionarj del loro Rito: e ciò da Noi si crede verisimile, ma non giova all' intento. Il Beato Bartolomeo da Bologna Domenicano, detto comunemente l'Apostolo degli Armeni, fu spedito nell' Armenia nel 1318. dal Pontefice Giovanni XXII., e fu da esso creato Vescovo di Maraga, e poi trasportato all' Arcivescovado di Naxivan. Nel tempo della celebre Missione del detto Beato Bartolomeo eravi in Armenia un certo Isaia scismatico, che aveva sotto di se trecento settanta discepoli. Era esso di buona intenzione, e mosso dalla fama della santità del Beato Bartolomeo, ed illuminato da esso della verità della Fede Cattolica, s'unì con lui, conducendo seco tutti i suoi discepoli: ed allora fu, che si formò la Congregazione de' Frati uniti, avendo tutti preso l'Abito di S. Domenico, e fatta Professione di vivere in vera Religione, seguitando la Regola di S. Agostino, e le Costituzioni de' Frati Predicatori. Il tutto si vede nell'Opera del Padre Galano *nella Conciliazione della Chiesa Armena colla Romana part. 1. pag. 508. e seg.*, e con maggior felicità *nel tom. 2. della Storia degli Uomini Illustri dell' Ordine Domenicano* del Padre Touron *al lib. 1. pag. 108. e seg.* Fu questa Congregazione sottoposta al Generale de' Domenicani dal Pontefice Innocenzo VI. l'anno 1356., come si raccoglie dalla di lui Lettera nel Bollario Domenicano *al tom. 2. pag.* 248., e nel Capitolo Generale tenuto l'anno 1583. questa nuova Congregazione incominciò a prendere il rango

Comitiis habitis anno 1583. nova hæc Congregatio ad Regularis Povinciæ gradus jura, & honores attolli cœpit. Cum autem Isaiæ discipuli unam noscerent Armenam Linguam, præterea nullam, & plenam ceteroquin cum Dominicanæ Familiæ Religiosis unionem constituerent, necesse fuit, quemadmodum referunt præcitati Historici, ut Regulæ, Statuta, Breviarium, & Missale Ordinis in Linguam verterentur Armenam. Comperimus autem temporibus nobis proximis instetisse Patres Armenæ Provinciæ Ordinis Prædicatorum, quo sibi liceret, typis mandare sua Breviaria, ac Missalia, e Latino in Armenum idioma translata; annuitque precibus Congregatio Romanæ universalis Inquisitionis habita octavo Idus Septembris 1713., deputatis emendatoribus, sive præli typici præsidibus, ut ad opportunas regulas exigerentur omnia, liceretque exinde tuto sibi polliceri, nullos in novam editionem errores irrepere, quod satis superque in hujusmodi casibus aliàs contigisse constiterat; probavitque omnia Summus Pontifex in Congregatione, proximo die, septimo videlicet Idus Septembris ejusdemmet anni habita.

di Provincia. Non intendendo i Discepoli d'Isaia altro, che la lingua Armena, e facendo l'unione coi Frati Domenicani; fu d'uopo tradurre in lingua Armena le Regole, gli Statuti, il Breviario, ed il Messale dell'Ordine, come raccontano i sopradetti Istorici. Ne' tempi a Noi vicini ritroviamo avere i Padri dell'Ordine de' Predicatori della Provincia Armena pregato di poter far stampare i loro Breviarj, e Messali tradotti dal Latino nell'idioma Armeno; e la Congregazione del S. Officio tenuta ai 6. di Settembre 1713. ammise l'istanza, deputando i correttori, o siano presidenti alla stampa, acciò il tutto si facesse colle dovute regole, e colla sicurezza, che nella nuova edizione non corressero errori, come altre volte in simili occasioni era pur troppo accaduto: ed il tutto fu confermato dal Sommo Pontefice nella Congregazione tenuta nel giorno seguente 7. di Settembre dell'anno medesimo.

Ideoque ex ea nihil conficiei.

§. 7. Cum itaque Dominicanum Missale in Armenam Linguam versum fuerit, cumque in Missali Dominicano tres reperiantur adnotatæ Missæ Natalitio Christi die celebrari solitæ, videtur admodum simile vero, Sacerdotes quosdam Armenos, & Missionarios, videntes tres Missas a Patribus Dominicanis celebrari Natalitio Christi die, cœpisse & ipsos tria Sacrificia offerre, Dominicano Missali utentes in Armenam Linguam reddito: quoties autem ita se res habeat, quod verosimilius est, quisque sanæ mentis homo facile animadvertet, haud subsistere fundamentum, in oblatione trini Sacrificii a nonnullis Armenis per Orientem peragi solita, constitutum, nec eo juvari ullatenus posse Armenos Liburno in Portu commorantes; eo quod tres Missæ in Missali Dominicano adnotatæ, semper Latini Ritus esse censeantur, etsi in Armenam Linguam versæ; nec liceat Armenis pro arbitrio Latinos Ritus usurpare. Simillimum Nobis suppetit exemplum ex Missa Latina Patrum Dominicanæ Familiæ in Græcam Linguam versa juxta indultum a Bonifacio IX. datum Maximo Constantinopolitano Dominicanæ Familiæ viro, relatumque *tom.* 2. Bullarii Dominicani *pag.* 370. Ea quippe Dominicani Fratres quidem, nullatenus autem Græci, in Sacrificio offerendo uti possunt.

§. 7. Essendosi dunque fatta la traduzione del Messale Domenicano in lingua Armena, ed essendovi nel Messale Domenicano le tre Messe nel giorno di Natale; pare assai verisimile, che alcuni Sacerdoti Armeni, e Missionarj, vedendo che le tre Messe si celebravano nel dì di Natale dai Padri Domenicani, le abbiano ancor essi incominciate a celebrare, prevalendosi del Messale Domenicano tradotto in Armeno: e quando questo sia, come è molto verisimile, il fondamento della celebrazione delle tre Messe, che si fa da alcuni Armeni in Oriente; ogni uomo di buon senno facilmente ne conoscerà l'insussistenza, e ch'esso non può in veruna maniera giovare agli Armeni, che sono in Livorno: appartenendo sempre le tre Messe, che sono nel Messale Domenicano, benchè tradotte in lingua Armena, al Rito Latino; e non potendo gli Armeni prevalersi a loro capriccio del Rito Latino. Simile è l'esempio della Messa Latina de' Padri Domenicani tradotta in lingua Greca, giusta la concessione fatta da Bonifazio IX. a Massimo di Costantinopoli Domenicano, che è *nel tom.* 2. del Bollario Domenicano *pag.* 370.; celebrandosi essa dai Domenicani, e non potendosi celebrare dai Greci.

E perciò inutile per l'intento.

Similimo allato exemplo res confirmatur.

Si conferma l'assunto con un esempio del tutto simile.

Monita ad Sacretarium.

§. 8. Hæc itaque sunt, quæ Nobis, quamvis male a podagra habitis, licuit colligere. Curæ tibi erit, Venerabilis Frater, deferre omnia ad Congregationem de Propaganda Fide; & si mandatum ab ea tibi fuerit, quod facillimum, ut ad Pisanum Archiepiscopum rescribas, opportunum fortasse erit, hujus ad te Nostræ Epistolæ exemplum eidem reddendum curare. Interea Apostolicam tibi Benedictionem impertimur.

§. 8. Ed ecco quanto abbiamo potuto raccorre, non ostante l'essere malamente trattati dalla podagra. Sarà sua cura il notificare il tutto alla Congregazione di Propaganda; e ricevendo da essa gli ordini, come si può credere, di rescrivere a Monsignor Arcivescovo di Pisa, caderebbe forse in acconcio di fargli capitare una copia di questa Lettera, che scriviamo a Lei: alla quale intanto diamo l'Apostolica Benedizione.

Ordini pel Secretario.

Dat. 29. Decembr. 1755. Pont. XVI.

Datum apud S. Mariam Majorem die 29. Decembris 1755. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

Datum apud S. Mariam Majorem die 29. Decembris 1755. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

Data 29. Decembre 1755. o decimo sesto del Pontificato.

DECRE-

LVI.

DECRETUM

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

BENEDICTI PAPÆ XIV.

In Causa Neapolitana Beatificationis, & Canonizationis Ven. Servi Dei PAULI BURALIS S. R. E. Cardinalis de Aretio nuncupati.

Dubium in Congregatione Rituum propositum.

CONgregatio Generalis Sacrorum Rituum habita fuit coram Nobis die 27. præteriti mensis Januarii, & in Causa Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Servi Dei Pauli Buralis S. R. E. Cardinalis de Aretio nuncupati propositum fuit dubium sequentibus verbis conceptum: *An constet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, & Charitate, & Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque annexis in gradu heroico in casu, &c.*

Omnia primum à Pontifice ante Congregationem sunt diligenter expensa.

§. 2. Congregationi interfuimus, nec ad eam imparati accessimus; accessimus enim post perlectas Scripturas & Informationes tum Postulatorum, tum Fidei Promotoris, post lecta Consultorum Congregationis suffragia Nobis præcedenter juxta morem in scriptis exhibita, post auditas Advocatorum Causæ verbales informationes. In ipsa Congregatione propriis auribus audivimus sententias Dilectorum Filiorum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationi Sacrorum Rituum adscriptorum, quas super prædicto dubio oretenus protulerunt; sed nullum à Nobis editum fuit responsum, ut, secundis adhibitis curis, porrectisque Deo Optimo Maximo jugibus precibus, opportuniori tempore Nostram ederemus super proposito dubio sententiam.

Sed responsū in aliud tempus rejectum.

Validitas processuum auctoritate ordinaria confectorum in hac causa, haud levi ejus detrimento, numquam examinata.

§. 3. Dum in minoribus Promotoris Fidei munere fungebamur, animadvertimus, plures in Causa Venerabilis Servi Dei Pauli Buralis confectos fuisse Processus auctoritate ordinaria, & Apostolica, nec umquam fuisse examinatam, multoque minus approbatam validitatem Processuum auctoritate Ordinaria confectorum, Cajetani videlicet, Placentini, & Neapolitani, ex quo non exiguum integritati, & valori probationum damnum derivabat; Testes enim in Dictis Processibus examinati, qui attento eorum numero, fide ipsorum dictis debita, adminiculis, quibus eorum attestationes erant roboratæ, consonantia cum Testibus examinatis, in Processibus Apostolicis, probationis gradum attingere potuissent, si validitas Processuum, in quibus fuerunt examinati, fuisset discussa & approbata; Cessantibus discussione & approbatione validitatis, solius adminiculi vim & robur poterant obtinere, juxta Congregationis praxim, de qua in Nostro Opere *de Canonizatione Sanctorum lib. 2. cap. 5.* Sed, cum in toto Causæ decursu nulla de validitate Processuum promota fuisset indago, necessarium esse existimavimus sedulo inspicere, an validi re vera essent memorati Processus auctoritate ordinaria confecti, & an omissio examinis involuntariæ quodammodo negligentiæ esset adscribenda, vel potius derivasse dicenda esset ex metu, quod eorum validitas approbari non posset.

Eam ipse Pontifex ad examen revocavit, & decretum pro validitate tulit.

§. 4. Ut id autem in aperto tandem poneretur, prædictos Processus ad Nos afferri mandavimus, & quamvis longa, quinquagenaria videlicet, & ultra, in examine Causarum Beatificationis, & Canonizationis experientia, potuissemus Nobis ipsis blandiri de Nostrarum virium sufficientia in examine validitatis prædictorum Processuum, advocari nihilominus fecimus Dilectum Filium Benedictum Veteranum Sacræ Consistorialis Aulæ Advocatum, diligentissimum Fidei Promotorem a Nobis constitutum, cui prædictos Processus consignavimus, & ipsius sententia tum voce, tum scriptis Nobis expositā, communicato cum ipso consilio, Decretum edidimus die 1. currentis mensis Februarii, Secretario Congregationis Sacrorum Rituum consignatum, in quo constare decrevimus de validitate Processuum Cajetani, Placentini, & Neapolitani, Ordinaria auctoritate confectorum in Causa Venerabilis Servi Dei Pauli Buralis S. R. E. Cardinalis de Aretio nuncupati.

Aliis adhibitis quoque diligentiis, supra relato dubio deinde responsum datum.

§. 5. Aliæ præterea post Congregationem habitam die 27. præteriti mensis Januarii adhibitæ sunt scrupulosæ diligentiæ, ne in re tanti momenti aliquid prætermissum dici posset, quod videri & examinari potuisset. Deum Optimum Maximum jugibus precibus obsecravimus, ut Nobis præsto esse, & mentem Nostram illustrare dignaretur: post quæ, inhærentes unanimibus suffragiis Cardinalium, qui Congregationi Sacrorum Rituum habitæ die 27. præteriti mensis Januarii interfuerunt, proposito in ea dubio sic respondemus, auditoque Sacro, perceptaque Eucharistica Communione, cum præ impedimento podagræ Missam celebrare non potuerimus, sic respondendum decernimus, *Ita constare de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, & Charitate, & Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, ac Temperantia, earumque annexis in gradu heroico, ut tuto procedi possit ad ulteriora, ad discussionem videlicet quatuor Miraculorum.*

In omni, quem retinuit, vitæ statu Ven. Paulus Buralis omnes virtutes in gradu heroico exercuit.

§. 6. Venerabilis Dei Servus Paulus Buralis vixit in statu seculari usque ad annum quadragesimum sextum suæ ætatis. Nomen deinde dedit Congregationi Clericorum Regularium, qui Theatini nuncupantur, & in dicta Congregatione permansit spatio annorum undecim. Ad dignitatem Episcopalem deinde evectus, præfuit primum Ecclesiæ Placentinæ, & Collegio Cardinalium S. R. E. adscriptus, translatus deinde fuit ad regimen Archiepiscopalis Ecclesiæ Neapolitanæ, quæ omnia spatio fere decem annorum implevit; ponderatisque sedulo omnibus, quæ in unoquoque prædictorum statuum ab eo gesta sunt, constat, ipsum in gradu heroico eas omnes Virtutes frequentibus actibus exercuisse; quæ unicuique prædictorum statuum erant proportionatæ & propriæ, cum eximia semper charitate erga Deum & proximum, spectabili humilitate, & eximia undequaque prudentia.

Non tamen omnia testibus de visu comprobantur.

§. 7. At, cum ea omnia, quæ pertinent ad statum secularem, & sic ad longum vitæ ipsius cursum, & pleraque alia, quæ statum Regularem respiciunt, in quo non modicum suæ ætatis cursum perfecit, non sint probata Testibus de visu, sed Testibus aut de auditu a videntibus, aut de auditu auditus, & ea tantum, quæ statum Episcopalem, & Cardinalitiam respiciunt dignitatem, sufficienti numero Testium de visu innixa sint, locus factus est Decreto a Nobis edito die 23. Aprilis 1741. & impresso in Nostro Opere *de Canonizatione Sanctorum lib. 3. cap. 3. num. 25.*, in quo statutum est, ut in Causis etiam procedentibus per viam non Cultus, si Virtutes probatæ sint per Testes de auditu, & sic per probationes subsidiarias, dilatâ, prout in casu, absque culpa & dolo Postulatorum, confectione Processuum longe post obitum Dei Servi; si de validitate Processuum post dictum tempus confectorum abunde constet, prout in casu; si, Testium numero, & qualitate, cæterisque attentis adminiculis, moralis, prout in casu, consurgat certitudo, quæ, si non impossibile, imprudens saltem judicium reddat de opposito: proposito de Virtutibus dubio nullatenus respondeatur *Constare*, deficiente

Atque hinc propterea proposito de virtutibus dubio congrua ratione responsum.

videlicet

videlicet probatione directa per Teſtes de viſu, ſed reſpondeatur, *Ita conſtare, ut tuto procedi poſſit ad diſcuſſionem quatuor Miraculorum*, auctо videlicet Miraculorum numero, a duobus, quæ olim ſufficiebant pro obtinenda Beatificatione, ad alia duo, & ſic ad quatuor Miracula, ut quod ex humano defuit Teſtimonio, Divino compenſetur.

Præſens Decretum manu Noſtra ſubſcriptum, Noſtroque Sigillo munitum, Secretario Congregationis Sacrorum Rituum conſignamus, inter Acta ejuſdem Congregationis aſſervandum.

Dat. 8. Februarii 1756. Pont. XVI.

Datum hac die 8. Februarii 1756.

BENEDICTUS PP. XIV.

D. F. Card. Tamburinus Præf.

Loco † Sigilli.

M. Mareſuſcus S. R. C. Secr.

LVII.

Excitantur omnes Græci Ritus Orientales, ut nova Euchologii editione utantur; narratur quoque quid pro ea perficienda factum fuerit; & quæ eidem novæ editionis Euchologio præpoſita ſunt Monita, latius explicantur.

EPISTOLA PRIMA.

Ad Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſque Ritus Græci Eccleſiaſticos, Sæculares & Regulares, gratiam & communionem Sedis Apoſtolicæ habentes.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Procemium, a cõteſtatione paternæ charitatis, & Paſtoralis ſollicitudinis in Græcam, aliaſque Orientales nationes.

EX quo primum tempore Apoſtolicam B. Petri Sedem conſcendimus, uſque in præſentem diem, aſſidua Nobis videmur edidiſſe argumenta paternæ prorſus charitatis, qua dilectos Nobis in Chriſto Eccleſiaſticos, Laicoſque Orientales Nobis conſentientes, ſive, uti vocant, *Unitos*, & a ſchiſmatis labe immunes, complectimur; nihilque intactum reliquiſſe, quo ii, qui in ſchiſmate ſunt, ejuratis erroribus, Catholicæ unitati conſocientur. Nolumus hìc quæcumque in hunc finem egimus, commemorare: quum & referta ſint Regeſta Congregationis de Propaganda Fide Decretis noſtris hac de re conditis; & Apoſtolicas Litteras, atque Conſtitutiones pro Orientalium rebus a Nobis editas, in Bullarii noſtri Voluminibus unuſquiſque percurrere valeat. Illud Nobis propoſitum nunc eſt, ut Vos, Venerabiles Fratres, Dilectoſque Filios, certiores faciamus, abſolutum jam eſſe opus Correctionis Græci Euchologii, idque jam Typis ejuſdem Congregationis de Propaganda Fide impreſſum fuiſſe, poſt diuturnum rerum omnium examen, accuratiſſima caſtigatione emendatum; ideoque vos hortemur, ut hoc potiſſimum in ſacris actionibus adhibeatis, ſepoſitis aliis, quæ variis erroribus ſatis ſuperque infecta deprehenduntur. Quod quidem haud mirum videri debet: Id enim incommodi facillime accidit, quoties in pluribus ac ſæpe iteratis unius Operis editionibus, ab iis, qui præſunt, aliquid omittitur exactiſſimæ illius diligentiæ, quæ neceſſaria eſt, ne aliqua, aut per fraudem, aut per inſcitiam, identidem inſerantur, aut adjiciantur, quæ in primævis puriſque editionibus non erant; quæque deinde reſecanda quum ſint, aut aliquo modo temperanda, tractu temporis cauſam præbent inſtituendis correctionibus, noviſque repurgatis editionibus; quemadmodum in ipſa quoque Occidentali Eccleſia, quantumvis præ Orientali minoribus periculis expoſita ſit, eveniſſe dignoſcitur: quocirca Romani ſæpe Pontifices coacti ſunt opportune conſulere, ut Miſſalia, Ritualia, Breviaria, & Martyrologia emendarentur, & caſtigata noviter ederentur. Verum quod attinet ad correctionem veſtri Euchologii, quod, ut optime noſtis, nihil aliud eſt, quàm collectio Eccleſiaſticarum precum, atque benedictionum, ideoque, ut Goarius explicat, Eccleſiæ veſtræ Rituale, ſeu Manuale, aut Sacerdotale, & Pontificale commode appellari poſſet; duo potiſſimum his noſtris Litteris agenda ſuſcepimus: hiſtoriam nimirum exponere correctionis, novæque editionis, quæ nuper perfecta fuit; & Monita quædam latius explicare, quæ in ipſius Euchologii veſtibulo opportune præpoſita ſunt; dilato in aliud tempus conſilio aperiendi vobis, ſi Deus vitam & vires Nobis largietur, res alias complures ad Euchologium ipſum pertinentes, quæ nec ſatis recte præſentibus Litteris nimis in longum protrahendis inſererentur, & immodicum Nobis afferrent laborem, ætati Noſtræ prorſus alienum, nec apte conciliandum cum reliquis magni momenti curis, quæ nunc præſertim Nos in Apoſtolici Miniſterii noſtri procuratione circumſtant, & a quibus Nos modo expedire non poſſumus.

Græcum Euchologium quid?

Summa eorum, quæ hac Epiſtola continentur.

§. 2. Philippus IV. Hiſpaniarum Rex Catholicus is fuit, qui ſub annum 1631. habito ad Apoſtolicam Sedem recurſu, expoſuit, delatum ſibi eſſe a Græcis Unitis ditionis ſuæ Terras incolentibus, editum fuiſſe a Græcis ſchiſmaticis Euchologium pluribus erroribus vitiatum, ſimulque rogavit, ut abſurdis, quæ inde manare poſſent, opportunis remediis occurreretur. Summus autem Pontifex Urbanus VIII. ſtatim egregio operi manum admovit, deputata ad Euchologii correctionem peculiari Congregatione, cui & ipſe primum nonnullos S. R. E. Cardinales, Romanæque Curiæ Prælatos, atque Theologos magni nominis, adſcripſit; & alios per Orbem tunc maxime Eccleſiaſticæ eruditionis laude præſtantes viros, eidem Congregationi adſcribendos, Romam accivit. Inter hos vocatus fuit Dionyſius Petavius Presbyter Societatis Jeſu in Gallis degens, qui tamen juſtiſſima affectæ ætatis excuſatione uſus fuit, ne tantum iter arriperet; & Joannes Morinus Gallicani Oratorii Presbyter, qui & ad Urbem acceſſit, & pluribus ſeſſionibus interfuit, in quibus multa ſcitu digna protulit, ad rem recte inſtituendam dirigendamque opportuna, de quibus alibi ſermonem habebimus.

Euchologii correctio, quando, quibuſque de cauſis primum inſtituta.

§. 3. Summum profecto ſtudium ac diligentiam in demandatum ſibi opus contulerunt ii, qui Congregationem ab Urbano Pontifice deputatam conſtituebant; eorumque curas atque labores innuit Leo Allatius, quum de Græco Euchologio ſermonem habens, ita ſcripſit: *De libro plura poſſem referre, & examinare: verumtamen, cum ſub cenſura, ac judicio acerrimorum virorum ſtet, ſententiam de eo veram, & judicium infallibile expecto.* Et quidem duo ſupra octoginta ſeſſiones inter eos habitæ fuerunt, ut olim teſtatus eſt Cardinalis Franciſcus Barberinus ſenior, in Congregatione de Propaganda Fide, quæ die 23. Januarii anni 1645. coacta fuit coram Innocentio Papa X., paulo poſt obitum illius Deceſſoris Urbani, ejuſdem Cardinalis Patrui. Non ideo tamen abſoluta fuit Euchologii emendatio, nec nova editio confici potuit.

Quantoque ſtudio ſub Urbano VIII. & Innocentio X. PP. curata fuerit.

Pontificis conſilium in Encyclicis hiſce Litteris conſcribendis.

§. 4. Sub-

Opus sequentibus temporibus intermissum, summo studio Pontifex instauravit.

§. 4. Subsequentium Pontificum tempore propositum opus nunquam omnino fuit desertum, sed parum lenteque promotum; dum novis, ut assolet, negotiis supervenientibus, incœptorum antea exitus & finis retardatur. Quum autem Deo Optimo Maximo visum fuerit Nos, licet immerentes, ad Summum Pontificatum evehere, inter primas, quas libenter assumpsimus, curas, hæc fuit, de correctione librorum Orientalis Ecclesiæ, præsertim vero Euchologii Græcorum. Quare, ut optatam Nobis metam aliquando contingere liceret, hæc, quæ sequuntur, mandata per Nos tempestive edita, & executioni diligenter tradita fuerunt. Primum itaque collecta, & in ordinem digesta sunt Acta Congregationum, quæ sub Urbano VIII., & Successoribus Pontificibus habitæ fuerant, ut comperta fieret captarum resolutionum sententia, quantumvis illæ Pontificia confirmatione roboratæ non fuissent; neque enim unquam ad Summos Pontifices facta apparebat earum relatio, sed in opportuniora tempora, justis fortasse de causis, dilata. Deinde quum jam omnes è vivis excessissent, quicumque olim adscripti fuerant prædictæ Congregationi, ad Euchologii correctionem institutæ, Nos alios S. R. E. Cardinales, & Consultores ad gravissimum opus urgendum deputavimus; e Cardinalibus nimirum bo. me. Antonium Xaverium Gentili, Philippum Monti, Joachimum Besozzi, & Aloysium Lucini, respective nuncupatos, qui omnes jam ex hac vita migrarunt; Congregationis autem Præfectum constituimus Dilectum Filium Nostrum Fortunatum Presbyterum Card. Tamburini nuncupatum, qui sospes vivit; Consultores vero designavimus Dilectos Filios Fr. Josephum Augustinum Orsi Ord. Prædic. Palatii Nostri Apostolici Magistrum, Leonardum Siderer Societ. Jesu Presbyterum, Dominicum Vitali Monachum Ordinis Sancti Basilii, Thomam Sergium e Piis Operariis Sacerdotem, & Dominicum Teoli Presbyterum Romanum, quorum aliqui superstites sunt, alii supremum diem obierunt; denique ejusdem Congregationis Secretarium elegimus Dilectum Filium Magistrum Nicolaum Antonellum Prælatum Nostrum Domesticum. His omnibus præscriptum fuit, ut certis recurrentibus diebus inter se convenientes, de rebus eorum cognitioni delegatis tractarent; id quod per integrum decennium exactissime præstitum fuit. Quum autem olim controversia fuisset de methodo in examine rerum servanda; censentibus nonnullis, ut ante omnia de Sacramentorum formis inquireretur; aliis vero suadentibus, ut secernerentur ea, quæ ad simplicium Presbyterorum officium pertinent, ab iis, quæ sunt Episcoporum propria: Nos hujusmodi controversiam de medio sustulimus, jubendo, ut Euchologii revisio, & correctio, a prima illius pagina ad subsequentes gradatim produceretur, eodem ordine, quo Euchologium ipsum conflatum, impressumque conspicitur. Denique præfato Congregationis Secretario id oneris imposuimus, ut ante singulas sessiones, folium efformaret, non modo cuilibet ex Cardinalibus, & Consultoribus, qui conventuri erant, sed Nobis etiam, qui omnibus de rebus in Congregatione discutiendis certiores fieri volebamus, opportune tradendum; quo in folio, indicatis proponendarum quæstionum capitibus, adnotaretur primo quidquid super illis expensum, atque conclusum fuerat in Congregationibus habitis sub Prædecessoribus Pontificibus, quatenus in anteactis Congregationibus de ipsis agi contigisset; deinde ea, quæ circa hujusmodi quæstiones in Theologorum libris conscripta, & in Ecclesiasticis monumentis relata haberentur.

Congregationem ex spectabilibus Viris restituit, quorum nomina recensentur.

Sapientissimam statuit totius rei agendæ, & perficiendæ rationem.

Peculiaris cura in conferendis veteribus Euchologiis, adhibita a Congregationis Secretario.

§. 5. De veteribus Euchologiis, uti par erat, inspiciendis, conferendisque, minime necesse fuit eumdem Secretarium monere; quem porro invenimus & Græcæ Linguæ peritum, & sacra eruditione, doctrinaque præstantem, paratumque ad magnos quoslibet perferendos labores in Apostolicæ Sedis obsequium & utilitatem; quemadmodum sæpe aliàs, rebus ita expostentibus, ac etiam editis plurimo studio voluminibus, demonstravit. Notum cuique est, P. Jacobum Goarium Ordinis Prædicatorum, natione Gallum, octo ipsos annos in Orientalibus Regionibus commoratum, ubi omnia attente exploravit, Romam deinde venisse sub anno 1640., diuturnisque collationibus habitis cum insignibus doctrina viris, & rerum Græcarum peritissimis, Leone Allatio Romanæ Curiæ Præsule, Basilio Falasca Ordinis Sancti Basilii Procuratore Generali, Georgio Coresio, & Pantaleone Ligaridio, ut etiam de eo refert P. Echardus *De Scriptoribus Ordinis Prædicatorum Tom. 2. pag. 574.*, in Galliam denique reversum, in lucem edidisse Euchologium Græcum, una cum Latina illius versione. Pro cujus Operis majori perfectione, quum doctus ac diligens Vir plures manuscriptos Codices, & Libros Typis impressos, qui in ipsius Procœmio ad Lectorem recensentur, inspicere & perpendere non omisisset, variantes lectiones ubique adjecit, & opportunas, doctasque adnotationes huc illuc inseruit. Opus illud primò prodiit Parisiis anno Domini 1647., deinde Venetiis anno 1730. recusum fuit.

De Euchologio edito a P. Goario, deque hujus peritia Græcorum Rituum.

§. 6. Norunt etiam eruditi Viri, complura Mss. exempla Euchologii Græci in Bibliotheca Vaticana asservari: præterea extare in Barberina Bibliotheca celebre *Euchologium Barberinum S. Marci*, sic dictum, propterea quod è Cœnobio S. Marci Florentiæ ad prædictam Bibliothecam olim transiatum fuit; illudque antiquissimum esse, ac decem sæculorum ætatem superare; quum Leo Allatius testatum reliquerit, a peritissimis sui temporis viris, jam tunc nongentis annis vetustius fuisse habitum: *Omnium autem antiquitatem superat Codex Barberinus in charta pergamena quadratis litteris accuratissime descriptus, ante nongentos, & plures annos, sententia eorum, qui in hisce rebus judicandis primi habentur, conscriptus.* Illud quoque eruditis incompertum esse non potest, in Archivo Monasterii Cryptæ Ferratæ pretiosum asservari Codicem, *Euchologium Patriarchale* nuncupatum, quem magnus Cardinalis Bessarion, primus illius Monasterii Abbas Commendatarius, ejusdem Abbatiæ Monachis testamento legavit; quum ipse eum dono habuisset a præclaræ memoriæ Cardinale Juliano Cæsarino; huic autem donatus fuisset in Concilio Florentino a Sacerdote Georgio Varj Cretense, quemadmodum testatur Arcudius; quapropter hujusmodi Codex a Cardinali Bessarione plurimi semper habitus fuerat. Omnes hi, quos innuimus, Euchologii Codices inspecti, explorati, collatique invicem fuerunt, tum a Præsule Secretario, tum ab aliis Congregationi adscriptis idioma Græcum callentibus, quo rectius tutiusque dirigeretur nova Euchologii editio; neque porrò Nostris hortationibus, aut monitis ad id opus fuit, quum ipsi sua sponte hujusmodi curam susceperint, ac summa diligentia subierint.

Plures Euchologii Codices in Vaticana Bibl. asservati.

Euchologium Barberinum; ejus denominatio, & antiquitas.

Euchologium Cryptæ Ferratæ unde habitum, & cujus auctoritatis habeatur.

§. 7. Neque similiter necesse habuimus doctis Cardinalibus, & Consultoribus Congregationem efformantibus in memoriam revocare sapientes illas animadversiones, quæ leguntur tum apud laudatum Joannem Morinum, in Præfatione illius Operis *De Sacris Ordinibus*, tum apud Lucam Holstenium *Dissertatione I. de Sacramento Confirmationis*, tum denique apud Auctorem *Vindiciarum P. le Brun*, in his, quæ scripsit de Forma Sacramenti Eucharistiæ; quasque præ oculis omnino habere debet, quicumque vult de Græcorum Ritibus rectum judicium ferre. Injusta quippe & fallax, Ecclesiæque

Ampliores curæ, & labores, per Secretarium, cæteroscque Congregationi adscriptos adhibentur.

paci atque unitati contraria est, eorum judicandi ratio, qui Latinorum tantummodo Rituum notitiam habentes, nec aliud scientes, præter ea, quæ tradiderunt nonnulli ex nostris Scriptoribus, nostrarum quidem rerum periti, sed Græcarum consuetudinum rudes, ejusque rationis ignari, quam semper cum ipsis sequuta est Apostolica Romana Sedes, non dubitarunt in sacris Græcorum Ritibus ea omnia damnare, quæcumque Latino Ritui conformia & consentanea non reperiebant. Hæc, inquam, præfatis Cardinalibus & Consultoribus ad Euchologii correctionem delectis minime commemorare oportuit, quum ipsi jam hujusmodi agendi & judicandi normam sibi proposuerint, eamque reipsa plenissime sequuti sint; quemadmodum etiam revera factum fuisse agnovimus a Cardinalibus & Prælatis, qui sub Urbano VIII. in Congregationibus hac de re habitis sententiam dixerunt. Quæ autem a Nobis demandata fuisse superius innuimus, ea undequaque impleta fuerunt; nec satis dici potest, quàm assidua diligentia & labore omnes Congregationem constituentes operi conficiendo incubuerint. Prædictus vero Secretarius, non solum ante singulas inter eos habendas sessiones, injuncta sibi folia docte & sapienter elucubravit, Nobisque exhibuit; verum etiam, post habitas sessiones hujusmodi, Congregatorum sententias, atque resolutiones Nobis referre non omisit; Nos autem omnibus perlectis, & mature pensatis, easdem, prout in Domino expedire visum est, approbavimus & confirmavimus. Et hac quidem servata methodo, absoluta est Euchologii correctio, & nova ejusdem editio elapso anno 1754. typis Congregationis de Propaganda Fide impressa est. Hæc habebamus, Ven. Fratres, Delecti Filii, quæ ad vestram notitiam deduceremus, ut vobis compertum esset, quantum studii, laboris, ac diligentiæ adhibitum fuerit, ut Euchologii vestri editio correctissima in lucem prodiret.

Studium quoque suum adjungit Pontifex Euchologii correctio absoluta.

Quatuor Monita Euchologio præposita, de quibus singulatim dicendum.

§. 8. Porro sub initium novissimæ hujus editionis quatuor posita sunt Monita, de quibus in hac Epistola, juxta id, quod superius constitutum Nobis esse diximus, operæ pretium facturos nos esse existimamus, si ea vobis breviter indicemus, quæ in iisdem statuendis præ oculis habita fuerunt.

Primum bipartitum Monitum: de commemoratione Rom. Pontificis, necnon Episcopi, & Patriarchæ in Missa facienda.

§. 9. Primum itaque Monitum his verbis conceptum legitur: *Sciendum est, quod Sacerdotes, qui Euchologio sunt usuri, nosse debent Ecclesiasticos Sanctorum Patrum Canones, & Catholicæ Ecclesiæ Constitutiones, ne divina administrantes Sacramenta, aliaque peragentes Officia, errare comperiantur. Cum igitur in sacra Liturgia commemorationes fieri soleant, oportet primum quidem Romani Pontificis commemorationem agi, deinde proprii Episcopi, & Patriarchæ, dummodo Catholici sint. Quod si alter eorum, vel ambo sunt schismatici, sive hæretici, eorum commemoratio nequaquam fiat.* Quod sane consentaneum omnino est iis, quæ decreta fuerunt in Congregatione habita die prima Maji anni 1746., quæque approbatione nostra confirmata fuerunt. Dubium in ea Congregatione propositum fuit sequens: *Num in precibus, quæ a Sacerdote, & Diacono in Prothesi recitantur, ponendum sit Nomen Summi Pontificis, tum etiam in cæteris precibus: videlicet, pro Summo Pontifice N.* Redditum autem fuit Dubio Responsum hujusmodi: *In Institutione initio Euchologii adscribenda, admoneantur Sacerdotes Græci, ut commemorationem faciant Summi Pontificis, & eorum Episcopi, seu Archiepiscopi, si sit cum Ecclesia Catholica Romana unitus, & insuper ponatur alia Rubrica in margine Liturgiæ, quæ eos remittat ad Institutionem.* Visum est enim hoc pacto supplere debere, quæ in ipso Euchologii Textu desiderantur.

Dubium in Congregatione discussum; & Decretum hac de re editum.

§. 10. De commemoratione Romani Pontificis in Sacrificio Missæ, deque hujus disciplinæ vetustate, Nos ipsi fuse disseruimus in Nostro Tractatu *De Sacrificio Missæ Sect. 1. num. 219.*, sed post ejus Libri editionem, idem argumentum, congestis pluribus haud sane communibus monumentis, tractavit Dominicus Georgius, noster, dum viveret, intimus Sacellanus, *De Liturgia Romani Pontificis Tom. 3. cap. 3. num. 14.* ubi hæc habet: *Solemne semper fuit in Ecclesia Catholica, ut Romani Pontificis nomen inter sacra Mysteria recitaretur;* deinde *num. 22.* ita subdit: *De Romani Pontificis nomine ad unum omnia vetustissima monumenta concordant, & exemplaria sacri Canonis antiquissima.* Et quidem hujusmodi commemorationem in Missa habitam fuisse ostendunt Liturgia Ambrosiana, Missa Mozarabica, Missa Latina, quam Flaccus Illyricus Lutheranus vetusto è Codice exscriptam protulit; item antiquissima Liturgia, quæ legitur in vetustiori Codice Sacramentorum Ecclesiæ Romanæ, quam Ven. Cardinalis Thomasius in lucem edidit; omnes denique Sacri Missæ Canones, sive impressi, sive manuscripti; quemadmodum fuse demonstrat memoratus Præsul Nicolaus Antonellus, in sua copiosa, ac erudita Dissertatione, quam pro injuncto sibi munere Secretarii præfatæ Congregationis ad Euchologii correctionem deputatæ, conscripsit, & Typis cudendam curavit, tunc quum a Cardinalibus, & Consultoribus ea de re disceptari cœpit; quam etiam recusam legere est in Appendice ad antiquum Missale Monasticum Lateranense, *Tom. 1. Collectionis Liturgicæ* a P. Emanuele de Azevedo adornatæ.

De prima Moniti parte, scilicet de Commemor. Rom. Pontificis.

Monumenta, ex quibus vetustissimus in Latina Ecclesia probatur hujus commemorationis Ritus.

§. 11. Hactenus enunciata Monumenta ad Latinam Ecclesiam pertinent. Quod autem spectat ad Græcam Ecclesiam, Cardinalis Bona *Rer. Liturgicar. lib. 2. cap. 11. num. 3.* ignotum esse ait, an ea prioribus sæculis in Sacrificio Missæ Romani Pontificis mentionem fecerit: *An vero primis sæculis Græcia Orthodoxa mentionem fecerit Romani Pontificis, non liquet.* Porro Isaacus Habertus, *in Observationibus ad Pontificale Græcorum part. 8. observat. 12.*, faretur se inter prioris ævi monumenta nullum invenire, ex quo constet, in Orientali Ecclesia, infra Missarum actionem, Romani Pontificis memoriam fieri consuevisse: *Vellem factum, & laudarem; sed factum non lego: factum quidem laudarem.* Quum autem in quibusdam antiquis exemplis Liturgiæ Sancti Joannis Chrysostomi sequentia verba legantur: *Nicolai Sanctissimi Universalis Papæ longa sint tempora;* credibile esse ait, temporibus S. Nicolai I. Pontificis Maximi, videlicet circa ann. Christi DCCCLVIII., Patriarchæ nomini adjectum fuisse nomen Romani Pontificis. At vero laudatus Antonellus in citata Dissertatione contendit, multo ante Epocham ab Haberto indicatam, in Ecclesia Græca Romani Pontificis commemorationem in Missa fieri consuevisse; idque evincit tum aliis multis monumentis, tum eo potissimum facto, quod refert Nicephorus *in Historia Ecclesiastica l. 16. cap. 17.*, & testimonio nititur antiquioris atque gravioris Historici, Basilii Cilicis. Acacius nimirum Constantinopolitanus Episcopus, Eutychianæ hæresis fautor, Zenoni Imperatori auctor fuerat, ut infaustum illud publicaret edictum, *Henoticon* appellatum, quo irrita fiebat Sacri Chalcedonensis Concilii definitio adversus hæresim Eutychetis. Quod cum Sanctissimus Pontifex Felix III. dissimulare non potuerit, ideoque Acacium communione privaverit, ausus est hic anno Domini CCCCLXXXIV., novo & inaudito ad eam diem temeritatis excessu, Felicis Romani Pontificis nomen è Sacris Diptychis abradere: Quam ob rem damnata deinde fuit Acacii memoria, ejusque damnationi acquievit Ecclesia

An idem primis sæculis in Græca Ecclesia viguerit, disputatur.

Egregium factum, quo cõprobatur affirmativa sententia.

Græca,

Græca, sub Hormisda Pontifice, & Justino Imperatore; id quod a duobus Hormisdæ Prædecessoribus, Anastasio II., & Symmacho, obtineri nequiverat. Erat igitur in magna Constantinopolitana Ecclesia, (cujus exemplum procul dubio sequutæ erunt inferiores aliæ Orientis Ecclesiæ), erat, inquam, in Sacris Diptychis Romani Pontificis nomen, ideoque dicendum est, pro eo nominatim oratum fuisse inter Missarum solemnia. Quod si Acacius hujusmodi nomen primus abrasisse dicitur, ejusque factum ideo etiam improbatum specialiter fuit, quod, sine præcedenti alterius cujusque exemplo, rem perpetrasset novam, & eo usque inauditam, quamvis anteactis temporibus inter Romanos Pontifices, & Regiæ Urbis Episcopos, offensiones ac dissensiones non desuissent; hinc satis superque evincitur, multo ante Acacii tempora, ideoque prioribus sæculis, Romani Pontificis nomen Sacris Græcorum Diptychis inscriptum fuisse, & in Missarum actione pro eo preces fieri consuevisse.

Commemoratio ista hæc, quid vi sua importet.

§. 12. Sed quidquid sit de hoc controverso Ecclesiasticæ eruditionis capite, Nobis satis est affirmare posse, commemorationem Romani Pontificis in Missa, susasque pro eodem in Sacrificio preces, censeri, & esse declarativum quoddam signum, quo idem Pontifex tamquam Ecclesiæ Caput, Vicarius Christi, & Beati Petri Successor agnoscitur, ac professio fit animi & voluntatis Catholicæ unitati firmiter adhærentis; ut etiam recte advertit Christianus Lupus, super Conciliis scribens *Tom. 4. Editionis Bruxell. pag. 422. Hæc commemoratio est suprema & honoratissima Communionis species.* Neque id tantummodo probatur auctoritate Ivonis Flaviniacensis *in Chronico pag. 228.* ubi ita legitur: *Noverit se a communione totius Orbis separari, quicumque nomen Apostolici, pro qualicumque dissensione, in Canone non recitaverit;* aut vulgati Alcuini, qui *lib. 1. de Divinis Officiis cap. 12.* ita scripsit: *Constat, ab universi Orbis communione separatos esse, sicut Beatus Pelagius docet, qui qualibet dissensione, inter Sacra Mysteria Apostolici Pontificis memoriam secundum consuetudinem non frequentant*, sed graviore sententia Pelagii II. Summi Pontificis, qui sexto Ecclesiæ sæculo Apostolicam Cathedram tenuit, quique in suis litteris, relatis in Labbeana Conciliorum Collectione *Tom. 5. col. 794. & seq., & col. 810.* ita ad rem nostram scriptum reliquit. *Divisionem vestram a generali Ecclesia, quam tolerabiliter ferre non possum, vehementer stupeo; cum enim beatissimus Augustinus, Dominicæ sententiæ memor, quæ fundamentum Ecclesiæ in Apostolicis Sedibus collocavit, in schismate esse dicat, quicumque se a Præsulum earumdem Sedium auctoritate, vel communione suspenderit, nec aliam manifestet esse Ecclesiam, nisi quæ in Pontificalibus Apostolicarum Sedium est solidata radicibus, quomodo vos ab universi Orbis communione separatos esse non creditis, si mei inter Sacra Mysteria, secundum consuetudinem, nominis memoriam retinetis, in quo, licet indigno, Apostolicæ Sedis, per successionem Episcopatus, præsenti tempore videtis consistere firmitatem?* Quibus Pelagii litteris usus est quoque magnus Lugdunensis Archiepiscopus Sanctus Agobardus in suo Tractatu *De comparatione utriusque regiminis*, qui impressus habetur *in Magna Bibliotheca Patrum, impressionis Lugdunensis Tom. 14. pag. 315. num. 21.*, & a Balutio recusus fuit, inter alia ejusdem Sancti Opera *Tom. 2. pag. 49.*

Eadem occasione schismatis intermissa, & in tractanda unione, semper ante alia quæque conventa.

§. 13. Satis præterea Nobis est, hoc tuto asserere posse, quocumque demum tempore in Ecclesia Græca recepta fuerit disciplina orandi nominatim pro Romano Pontifice in Missa, eam certe in Græcis Ecclesiis viguisse pluribus sæculis ante conflatum schisma, nec nisi post funestam divisionem fuisse intermissam. Extat epistola Petri Antiocheni Patriarchæ, qui vivebat anno Christi 1053. ad Michaëlem Cærularium, insignem schismatis Photiani instauratorem, quam Græce & Latine edidit Joannes Baptista Cotelerius *Tom. 2. Monument. Eccles. Græc.* Michaël dixerat, se mirari, quod Antiochenus ipse Petrus, necnon Alexandrinus, & Hierosolymitanus Antistites, Roman. Pontificem in sacris Diptychis referrent; quemadmodum desumitur *ex cit. Tom. 2. num. 9. pag. 140.* Sed fanatici hominis audaciam Petrus acerrime perstrinxit, ostendens, ad suam usque ætatem, tum Antiochiæ, tum Constantinopoli non fuisse intermissam Romani Pontificis commemorationem: *Ad hæc ego quoque testis sum omni exceptione major, aliique mecum plures eorum, qui in Ecclesia præcellunt, quod sub beatæ memoriæ Patriarcha Antiochiæ Domno Johanne, Papa Romæ, ipsq etiam Joannes nominatus, in sacris Diptychis referretur. Constantinopolim præterea ante hos annos quadraginta quinque ingressus, reperi, sub sanctæ memoriæ Patriarcha Domno Sergio, prædictum Papam in sacra Missa cum aliis Patriarchis referri.* Additur, nunquam agi cœptum de unione instauranda, nisi ea in antecessum admissa conditio fuerit, ut Sacræ Liturgiæ inseretetur Romani Pontificis commemoratio; neque vero conventam unionem pro impleta habitam fuisse, nisi præindicata initialis conditio reipsa executioni fuerit demandata. Ex quibus omnibus manifeste eruitur consensio Ecclesiarum Latinæ & Græcæ, in agnoscendo & statuendo, ineste in præfata commemoratione protestationem subjectionis debitæ Romano Pontifici, tamquam Ecclesiæ Capiti, ac voluntatis permanendi in unitate Ecclesiæ, ut supra diximus; contra vero, per hujusmodi commemorationis omissionem, declarari animum schismati pertinaciter adhærentem.

Probatur assertio iteratis exemplis instauratæ unionis, rebusque gestis sub Michaële Palæologo.

§. 14. Quum Michaël Palæologus Constantinopolitanus Imperator, anno 1263. & sequenti, studium suum declarasset redeundi, una cum Græcis sibi subjectis, in unitatem atque concordiam cum Ecclesia Romana, Urbanus IV. Prædecessor Noster hanc conditionem diserte proposuit, teste Niceta *lib. 5. cap. 2. Ut in sacris Officiis è Diptychis Papæ nomen cum quatuor Patriarchis memoraretur.* Cumque subinde hujusmodi unionis tractatio ab eodem Michaële Imperatore, & Patriarcha Joanne Vecco, resumpta fuisset, ac de ea serio actum fuerit in Concilio Generali Lugduni habito anno Domini MCCLXXIV., Beatus Gregorius X. Pont. Max., assentientibus Patribus in Concilio congregatis, ante omnia nonnullas proposuit conditiones, quæ nisi acceptarentur, nullus Unioni tractandæ ac perficiendæ locus reliquus foret; quarum prima fuit: *Ut inter sacras Hymnodias Papa cum aliis quatuor Patriarchis in Diptycha relatus memoraretur*; ut apud eumdem Nicetam habetur, *loco citato.* Eam vero conditionem a Græcis acceptatam fuisse, & exequendo impletam, testatur Pachymeres *lib. 5. cap. 22. Ex hoc Legatorum adventu pacem factam referentium, duo consecuta sunt, vi prius conventorum; exauctoratio Patriarchæ, & Papæ in sacro commemoratio publica.*

Impia Andronici intermedii Imperatoris attentata.

§. 15. Michaëli Palæologo successor in Imperio fuit Andronicus Filius, damnato schismati adeo perdite adhærens, ut, quoniam Pater unioni Ecclesiæ Græcæ cum Latina ineundæ operam contulerat, illius Corpus extra locum sacrum sepeliri permiserit. Et quia, donec Ecclesiæ Constantinopolitanæ præsideret Catholicus Patriarcha Joannes Vecco, minime sperabat Imperator, destinatam sibi schismatis instaurationem ad exitum perduci posse, Josephum quemdam hæretica labe infectum in Patriarchalem Sedem intrusit. Exinde res in pejus ruere cœpe-

cœperunt, nec amplius obtineri potuit sincera Ecclesiarum reconciliatio, donec coacto Ferrariæ Generali Concilio, quod deinde Florentiam translatum fuit, rebusque inter Latinos Græcosque Patres mature discussis, anno demum MCCCCXXXIX. dejectus fuit divisionis paries, qui unam ab altera Ecclesia tam diu sejunctam tenuerat. Utque omnibus testata fieret unionis peractæ veritas, Joannes Palæologus Græcorum Imperator jussit, in sacris Diptychis reponi nomen Romani Pontificis; uti testatur vel ipse schismaticus scriptor Sylvester Sguropulus *in Historia Concilii Florentini sess.* 10. *c.* 12. Cumque subinde unionis constitutæ Decretum ad Philotheum Alexandrinum Patriarcham transmissum fuerit, non prætermisit hic, in sua responsione ad Eugenium IV. Pontificem data, testari, a se quoque statutum fuisse, ut in Sacrificio Missæ, Romani Pontificis commemoratio, antequam aliorum Patriarcharum, fieri deberet: *Unde cum nostris Ægyptiis Pontificibus, & cæteris Clericis nostris statuimus, ut ubique, in omnibus Christi Ecclesiis, inter Missarum solemnia, præ cæteris Patriarchis, memoriam Tuæ Beatitudinis faciamus, sicuti in Sacris Canonibus cautum est*; quemadmodum videre est in Actis Concilii Florentini a Cardinale Justiniano collectis *part.* 2. *collect.* 22. *pag.* 323.

Tertia denique ex pactis conventis inter Constantinum Imperatorem, & Nicolaum V. Pontificem.

§. 16. Post Joannem Palæologum in Græcia imperavit Constantinus, qui quum ad Nicolaum V. Legatos misisset, qui sibi periclitanti opem implorarent, hoc simul profiteri non omisit, se omni conatu daturum operam, ut concordia Florentiæ constituta optatam sortiretur executionem; ideoque effecturum, ut Pontificis Romani nomen sacris Diptychis restitueretur, uti testatur Ducas in Historia Byzantina: *Imperator suppetias rogatum Romam jam antea miserat, ut etiam Concordia Florentiæ reconciliata restabiliretur, inque magnæ Ecclesiæ Liturgiis Papæ nomen è sacris Diptychis recitaretur.* Pontifex autem promptum se atque paratum exhibuit ad afferendam illi pro viribus opem; simulque ipsum hotari, & urgere non destitit, ut Decretum Unionis in Concilio Florentino peractæ promulgaret, efficeretque, ut nomen Romani Pontificis *recitetur in Diptychis, & pro ipso nominatim expresse ab universa Græcorum oretur Ecclesia, sicut ii, qui Deo placuere, & Constantinopolitani Patriarchæ, & Imperatores hactenus servavere*; ut habetur in Annalibus Raynaldi, *ad Annum Christi* 1451. *n.* 2.

Græci Orientales Catholici hujusce commemorationis habendæ legem agnoscunt, & in iteratis Synodis evulgant.

§. 17. Hæc sunt, quæ pertinent ad priorem partem primi Moniti, ubi agitur de obligatione Celebrantium, orandi pro Papa in Sacrificio Missæ; nec aliud præterea addendum videtur, nisi quod ante hujusmodi Monitum, Catholici Episcopi Græci Orientales, in suis Synodis, hoc ipsum statuere non omiserunt; & Nos ipsi pro Italo-Græcis opportuna Decreta edere non prætermisimus. Anno Domini MDCCXX. Zamosciæ habita fuit Synodus Provincialis, de mandato fel. record. Prædecessoris Nostri Clementis Papæ XI., ac præsidente in ea Hieronymo Grimaldo tunc Archiepiscopo Edesseno, & Apostolicæ Sedis Nuntio in Regno Poloniæ, deinde vero a recol. mem. Decessore Nostro Clemente Papa XII. ad Cardinalatus honorem assumpto. In hujus itaque Synodi Decretis, quæ etiam a piæ memoriæ Benedicto Papa XIII. similiter Prædecessore Nostro, maturo præmisso examine, confirmata fuerunt, sub Titulo *de Fide Catholica*, sequentia leguntur verba: *Eadem de causa*, nimirum ad removendam omnem schismatis suspicionem, *& ad demonstrandam sinceram Membrorum cum Capite conjunctionem, censuit etiam, ac præcepit, sub pœnis arbitrio Ordinarii infligendis, ut ubicumque in sacris Diptychis commemoratio Romani Pontificis facienda erit, præsertim vero tempore Sacrificii Missæ, in translatione Oblatorum, fiat claris & expressis verbis, quibus alter quam Romanus universalis Episcopus designari non possit.* Consentiunt Patres Concilii Libanensis anno MDCCXXXVI. congregati, sub præsidentia Dilecti Filii Magistri Josephi Simonii Assemani Romanæ Curiæ Præsulis, & Ablegati Apostolici; in cujus pariter Concilii Decretis, sub Titulo *de Symbolo Fidei, ejusque professione, num.* 12. hæc occurrunt verba: *Sanctissimi Romani Pontificis commemorationem, tam in Missis, quàm in Divinis Officiis, ante Reverendissimi Domini Patriarchæ nomen, uti hactenus consuevimus, celebrare non omittamus.* Et hoc etiam Concilium, post accuratissimum rerum omnium examen, Apostolica auctoritatè a Nobismetipsis confirmatum extitit, ut videre licet in Nostra Constitutione, quæ incipit *Singularis*: *Tom. I. Bullarii Nostri, n. XXXI.* * Petrus Arcudius in suo Opere *de Concordia Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis lib.* 3. *cap.* 39., monitum adscripsit pro Latinis Episcopis, in quorum Diœcesibus commorantur Græci, ut eos adigere studeant ad faciendam in Missa commemorationem Romani Pontificis; ne qua reliqua sit suspicio propensionis erga schisma: *Episcopi Latini omnino curare debent, ut sibi subditi Parochi Græci in unione Catholica sint, & Summum Pastorem agnoscant, juxtaque veterem morem, pro illo solemniter deprecentur*, in Sacrificio Missæ, de quo nempe eo in loco agit. Consentanee autem ad hoc æquissimum monitum, in nostra Constitutione pro Italo Græcis emanata, cui initium: *Etsi Pastoralis*, quæque est 57. *in Bullarii Nostri Tom. I.* * §. 9. *num.* 4. ita cautum fuit: *Deinde Summi Romani Pontificis, ac Ordinarii loci, in Missis, atque Divinis Officiis, commemoratio fiat.*

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 45.

Eamdem Italo-Græcis indixit Pontifex.

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 94.

§. 18. Sequitur pars altera ejusdem primi Moniti, in qua, uti superius notatum fuit, injungitur Sacerdoti Græco, ut infra Missam, postquam oraverit pro Pontifice Romano, oret pro proprio Episcopo, oret etiam pro suo Patriarcha, si tamen Catholici sint; nam si eorum alter, vel uterque schismaticus esset, aut hæreticus, de illo, aut illis commemorationem facere non deberet.

Secunda Moniti pars, de Commemoratione Episcopi & Patriarchæ, habenda, vel omittenda.

§. 19. In Latina Ecclesia nulla se se offerre solet difficultas, quoad commemorationem faciendam illius Episcopi, in cujus Diœcesi Sacerdos Missarum sacra facit. Hac de re Nos ipsi egimus in nostro Opere *de Sacrificio Missæ sect.* 1. *num.* 220. *Latinæ editionis*; ibique demonstravimus, debere eum, qui in Diœcesi aliqua Missam celebrat, Episcopi Diœcesani loci mentionem facere, non vero alterius, in cujus Diœcesi ipse ordinatus fuerit, seu cujus Ordinariæ Jurisdictioni subjectus sit; neque vero licitum esse Regularibus, proprii Superioris Generalis, aut aliis Sacerdotibus alicui Prælato inferiori Territorium separatum habenti subjectis, hujusmodi Prælati commemorationem facere in Missa; quum is honor deferendus tantummodo sit ei Superiori, seu Præsuli, qui Episcopali auctoritate, & ordine est insignitus. Auctores vero, qui hæc omnia tradunt, & probant, ibidem a Nobis allati fuerunt. Quare nihil aliud hìc adjiciemus, nisi quod præcitatus Dominicus Georgius, qui post editum nostrum illud opus, suum prælo dedit Tractatum *de Liturgia Romani Pontificis*, pluribus antiquis perlustratis Codicibus, hæc adnotata reliquit, *dicti Operis Tom.* 3. *cap.* 3. *n.* 23. *pag.* 52. *Omnia ferme vetustissima exemplaria Sacri Canonis Missæ, post Romanum Pontificem, nomen Antistitis designant, quod quidem nomen Florus, & antiquiores Expositores Missæ, quos in appendice damus, commemorant.*

Latinæ Ecclesiæ disciplina quoad Commemorationem Episcopi

§. 20. Utque adhuc a Latina disciplina non discedamus, hoc etiam adnotabimus, Episcopum

Episcopus celebrans qua formula pro se oret in Missa.

pum Missam celebrantem, pro semetipso orare, se *indignum servum* compellando; quod consentaneum est his, quæ leguntur *lib. 8. Constitutionum, quæ Apostolicæ dicuntur, inter Opera Patrum Apostolicorum a Cotelerio edita Tom. 1. pag.* 407. ubi is, qui sacrum facit, postquam pro aliis oravit, pro se ipso deprecatur his verbis: *Adhuc rogamus Te pro nullius pretii homine, qui Tibi offero &c.* Præterea sciendum est, in Urbe Roma solius Romani Pontificis commemorationem fieri, eo quod ipse non modo sit Summus Pontifex, sed etiam specialiter Romanæ Urbis Episcopus; ipsum vero Pontificem, dum Missam celebrat, pro se etiam orare, ad eum plane modum, quo Episcopus quilibet celebrans pro se ipso Deum orat. *Postulasti* (verba sunt Innocentii III. in Epistola non adhuc edita, sed in Regestis Vaticanis asservata, *lib. 9. num.* 33., qua respondet Episcopo Aurienſi, sciscitanti quomodo Pontifex Missam celebrans de se ipso mentionem faciat:) *Postulasti præterea doceri, quibus verbis Pontifex Romanus utatur in eo loco Canonis Missæ, in quo Sacerdos inferior dicit, una cum Papa Nostro; cum idem pro se tunc videatur orare, ac supra se Antistitem non habere: ad quod devotioni tuæ taliter respondemus, quod Nos ibi dicimus: una mecum indigno famulo tuo.* Denique notandum est, a Latinis Sacerdotibus, commemorationem Archiepiscopi, uti Metropolitani, in Canone nomine fieri; ut etiam notat accuratus P. Merati *in suis Commentariis ad Gavantum part. 2. tit. 8. num. 5.*, & quidem etiamsi vacet Sedes Episcopalis: *Si vero Episcopus Ordinarius loci, in quo celebratur, sit vita functus, prædicta verba omittuntur;* nimirum de eo non fit commemoratio: *sed advertendum est, loco Episcopi, non posse nominari Vicarium Capitularem, quia licet, sede vacante, Ordinarius sit illius loci, non tamen est Episcopus illius Diœcesis. Rursus neque nominari potest Archiepiscopus, aut Patriarcha Provinciæ, intra quam continetur Episcopatus Episcopi defuncti, licet in eo habeat aliquam jurisdictionem; quia Archiepiscopus, aut Patriarcha, non dicitur Ordinarius in Diœcesibus Suffraganeorum.*

Romæ solius Pontificis fit mentio, & quare.

Pontifex celebrans, quomodo pro se oret.

Archiepiscopi nunquam fit mentio a Latinis in Missa.

§. 21. Nunc autem converso ad Græcos sermone, si quidem de Italo-Græcis agatur, hi omnimodæ subjiciuntur jurisdictioni Episcopi Latini, in cujus Diœcesi suum constituerunt domicilium, juxta Constitutionem LXXIV. Prædecessoris Nostri Pii Papæ IV., quæ incipit *Romanus Pontifex*, *Bullar. Roman. Tom. II.**, de qua Nos fuse differuimus in nostro Tractatu *De Synodo Diœcesana lib. 2. cap. 12. novissimæ editionis Romanæ.* Itaque hujusmodi Presbyteri Italo-Græci, in Sacrificio offerendo, Latinam disciplinam sequi tenentur, commemorationem scilicet facientes Romani Pontificis, & Episcopi loci, nunquam vero Orientalium Episcoporum, aut Patriarcharum, quantumvis Catholici sint, quum hi nulla fruantur jurisdictione in Italia, & Insulis adjacentibus; ut etiam statutum est in præfata Constitutione nostra: *Etsi Pastoralis §. 9. num. 4. Bullarii Nostri Tom. I.* * *Const.* 57. Sane in Dictato Sancti Gregorii VII. Rom. Pont. *Can.* 10. hæc verba leguntur: *Quod Papæ solius nomen in Ecclesia recitetur.* Et quidem Dictatum hoc Conciliorum Collectionibus insertum reperitur, nimirum Regiæ Parisiensi, *Tom. 26.*, Labbeanæ vero *Tom. 10.*; atque alteri ab Harduino conflatæ *Tom. 6. part. 1.* Non tamen ignoramus vigentem inter eruditos controversiam, sitne Dictatum illud genuinum opus S. Pontificis, an potius suppositium; adeo quidem ut P. Mabillonius in suo Tractatu *De Studiis Monasticis*, quæstionem hanc recensuerit inter graviores, quibus enodandis Ecclesiasticæ Historiæ Professores occupari possunt. Verum hoc etiam posito, Dictatum esse genuinum opus S. Gregorii VII., vera ac germana citati Canonis sententia haud quidem est, ut in Ecclesia Latina Episcopi Diœcesani nomen a Missæ Canone sit removendum, sed ut eidem minime inserantur nomina Orientalium Patriarcharum, qui scilicet tunc temporis hac conditione consensuros se dicebant, ut Romani Pontificis nomen in Liturgia reponeretur, ac per universas Orientis Ecclesias pro eo preces fierent, si viciſſim Pontifex consensiſſet, ut ipsorum nomina a Sacerdotibus Latinis Ecclesiæ Romanæ, aliarumque Ecclesiarum Romani Patriarchatus, in Canone Missæ recitarentur. Quæ quidem conditio jure optimo rejecta fuit, prout sapienter observat Christianus Lupus *ad Concilia part. 4. pag.* 437. *editionis Bruxellen.* *A schismate recessurus Michaël* (de Michaële Cærulario Constantinopolitano Patriarcha loquitur) *petiit nomen suum inscribi Romanis tabulis, sponditque Pontificis nomen omnium suarum Ecclesiarum tabulis reddendum. Sed Leo* (Romanum Pontificem innuit S. Leonem IX.) *noluit annuere: mutua enim Patriarchalium nominum recitatio viguit in solis æqualibus, & consororibus, Orientalium Patriarcharum Sedibus, nunquam in Romana. Hæc enim Orientalium non tantum soror, sed etiam caput est & mater, ideoque nullius, nisi sui solius Episcopi, nomen unquam recitavit.* Et sequenti *pag.* 438. ita prosequitur: *Orientalium Patriarcharum nomina nunquam recitavit Romana, imo nec ulla Latina Ecclesia.*

Italo-Græci, quoad commemorationes in Missa, Latinam disciplinam servare debent.

* In hac Editione pag. 112.

§. 22. Hæc pertinent ad Italo-Græcos. Verum quod spectat ad cæteros Græcos, & Orientales, Monitum istud Euchologio præpositum, de quo nunc agimus, nequaquam iis prohibet suorum Metropolitarum, & Patriarcharum mentionem facere in Missa; sed cavet tantummodo, ne id fiat, quatenus illi schismatici sint, aut hæretici. Constat antiquum esse morem in Ecclesia Græca, ut in Missarum precibus Patriarcharum nomina commemorentur. Theodorus Balsamon in iis, quæ scripsit *de Patriarcharum juribus*, hæc habet: *Statutum est, ut in quavis Ecclesia Dei, sive ad Euphratem, sive ad Tygrim, sive ad ipsum pertingat Oceanum, conjunctim Patriarcharum nomina referantur.* Goarius *in notis ad Rituale Græcorum pag.* 63. hoc refert, veluti usu receptum, videlicet in Græca Liturgia, Sacerdotem orare pro omnibus Episcopis, & pro Metropolitano. Meratus autem *in notis ad Gavantum Tom. 1. part. 1. pag.* 539. *Romanæ editionis*, postquam illud posuit, quod supra retulimus, in Ecclesia Latina Archiepiscopi commemorationem non fieri in Missa, vacante licet Ecclesia suffraganea, ita subdit: *Hoc tamen non observatur a Græcis, aliisque Orientalibus, qui Patriarcham nominant, & Metropolitam.* Neque id ipsum in sæpe indicato Monito iisdem indefinite prohibetur, sed tunc solummodo, quum Metropolitæ, aut Patriarchæ, schismatici sunt, vel hæretici; juxta regulas jampridem receptas atque statutas, antequam Euchologii correctioni manus admoveretur. Sane in Congregatione Sancti Officii anno 1673., quum de hoc disciplinæ capite actum fuerit, decretum prodiit tenoris sequentis: *In Congregatione Generali Sancti Officii die 7. Junii* 1673. *Utrum in Missa possit nominare Sacerdos in Oppido Liburni Patriarcham Armenorum, pro ipso orando, qui est schismaticus; quod instanter petunt sibi concedi, ut per hoc natio magis, & majori erga Latinos alliciatur affectu; Sacra Congregatio respondit, non posse, & omnino prohibeatur. In eadem Congregatione 20. Junii* 1674. *lectis litteris R. P. D. Nuntii Florentiæ, datis die 10. Aprilis* 1674. *scriptis Sacræ Congregationi de Propaganda, & ab eadem remissis ad Sacram Congregationem Sancti Officii, decretum fuit, quod*

Græcis Orientalibus licitum est pro Metropolita, & Patriarcha orare in Missa.

Modo ne sint hæretici vel schismatici.

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 94.

Dictatum S. Gregorii VII. genuinum-ne sit, an suppositium, in quæstione est.

Traditur legitimus ejus loci sensus, ubi solius Papæ nomen in Ecclesia recitari jubet.

reſcribatur eidem Nuntio, ut quoad permiſſionem orandi in Liturgia pro Patriarcha Armenorum, Sacra Congregatio ſtetit in decretis emanatis anno 1673., videlicet, non poſſe, & omnino prohibeatur.

Aliud ſimilis cautionis decretum.

§. 23. Conſonat aliud plane ſimile Decretum Congregationis ſuper correctione editionis Miſſalis Cophtorum habitæ anno 1732.; ubi inter alia propoſita Dubia, hoc fuit: *An, & quomodo emendanda ſint verba, quibus Sacerdos commemorationem facit de Patriarcha, Epiſcopo &c.* Reſponſum autem datum fuit hujuſmodi: *Initio Miſſalis ponatur Rubrica, in qua admoneatur, & inſtruatur Sacerdos de iis, quæ ſpectant ad celebrationem Miſſæ, & inter illas Rubrica ſpecialis de commemoratione Romani Pontificis, necnon Patriarchæ, & Epiſcopi, ſi ſint uniti Romanæ Eccleſiæ; ſin minus, eorum commemoratio omittatur; quæ Rubrica proprio loco repetatur.* Porro hæretici, atque ſchiſmatici excommunicationis majoris cenſuræ ſubjecti ſunt, ex lege *Can. de Liguribus, 23. quæſt. 5., & Can. Nulli, 5. diſt. 19.* Sacri autem Eccleſiæ Canones pro excommunicatis orari publice vetant; uti cautum legitur *in cap. A Nobis, 2. & in cap. Sacris, de Sent. Excomm.* Et quamvis id non obſtet, quominus pro eorum converſione orare liceat, hoc tamen ita præſtari non debet, ut eorum nomina in ſolemni Sacrificii prece pronuncientur; quod plene congruit veteri diſciplinæ, de qua Eſtius *in 4. Sententiar. Diſt. 12. §. 15.* Satis eſt in eum finem, mente animoque Deum Optimum Maximum rogare, ut aberrantes ad viam ſalutis, & ad Sanctæ Matris Eccleſiæ ſinum reducere dignetur; quemadmodum pergit Sylvius *in 3. part. D. Thomæ Tom. IV. quæſt. 83. art. 1. quæſt. 9.* Atque hæc eſt ipſiuſmet Sancti Thomæ doctrina *in 4. Sent. diſt. 18. quæſt. 2. art. 1. in reſponſione ad primum: Pro Excommunicatis orari poteſt, quamvis non inter orationes, quæ pro membris Eccleſiæ fiunt.* Neque ut huic Chriſtianæ charitatis officio ſatisfiat, neceſſe eſt intervertere leges Eccleſiæ, quæ a Fidelium ſibi obſequentium catalogo excludit eorum nomina, qui ſe ab illius unitate, & obedientia ſeparârunt; quæque, dum prohibet, ne pro his publice oretur, eorum certe commemorationem ab Officio Miſſæ, quæ publicum eſt Sacrificium, excludit. Quapropter Ven. Card. Bellarminus *Controverſiarum Tom. III. lib. 6. de Miſſa cap. 6.* optime ad rem noſtram ſcribit: *Aliquis petet, utrum liceat hoc tempore Sacrificium offerre pro Hæreticorum, ſive Infidelium aliquorum converſione. Ratio dubitandi eſt, quia tota Liturgia Latinæ Eccleſiæ, quæ nunc eſt in uſu, refertur ad Fideles, ut patet ex precibus oblationis, tum extra, tum intra Canonem. Reſpondeo: Exiſtimo id licere, modo nihil addatur ad Miſſam, ſed ſolum per intentionem Sacerdotis applicetur Sacrificium converſioni Infidelium, ſeu Hæreticorum: id enim faciunt Viri pii, & docti, quos reprehendere non poſſumus, nec extat expreſſa Eccleſiæ prohibitio.*

Ratio hujuſmodi ſanctionis.

De alio Græcorum Ritu, orandi in Miſſa pro Imperatore, Rege, ejuſque Palatio, & Exercitu.

§. 24. Nullum quidem verbum in hoc primo Monito fit de commemoratione, ſeu prece, inter Miſſarum actionem habenda, pro Imperatore, Rege, univerſoque ejus Palatio, & Exercitu. Sed quum id plurimum connexionis habeat cum cæteris rebus in eodem primo Monito enunciatis, haud inopportunum exiſtimamus ea, quæ ſequuntur, adjicere.

Quid in Congregationibus ſuper Euchologii correctione habitis definitum fuerit.

§. 25. In omnibus Euchologiis, ſive impreſſis, ſive manuſcriptis, quæ anteriora ſunt correctione a Leontio peracta, adſcriptæ leguntur preces habendæ pro Imperatore, Rege, ejuſque Palatio, & Exercitu. Quum autem in Congregatione ſuper correctione Euchologii habita die prima Maji anno 1746. propoſitum fuerit Dubium, an hujuſmodi preces tolli deberent, reſcriptum fuit, Nobis ſubinde approbantibus, *relinquendas eas eſſe in Canone, ſeu Liturgia.* Sed quoniam Græci eaſdem olim preces in Protheſi quoque faciebant, ſubinde vero eas ſuſtulerant, additum fuit: *Non autem habendas eſſe in Protheſi, ſeu præparatione.* Superfluum namque viſum eſt hujuſmodi preces fieri in Protheſi, dum ipſæ jam fiunt in Canone, ſeu Liturgia. Atque ad hunc plane modum exacta res eſt in nova Euchologii editione ſeu correctione.

Commemoratio Imperatoris, Regumque in Miſſa, an, & a quo tempore fiat in Latina Eccleſia.

§. 26. De commemoratione Imperatoris, ſeu Regis, cujus temporali ditioni Regio ſubjecta eſt, quatenus in Canone Miſſæ quibuſdam in locis fieri ſolet, Nos ipſi jam differuimus in noſtro Tractatu *de Sacrificio Miſſæ Sect. 1. num. 221.* Et quidem Cardinalis Bona *Rer. Liturgicar. lib. 2. cap. 11. num. 4.* teſtatur, in multis Latinis Eccleſiis nomen Regis in Canone commemorari. Præterea Martene *de antiquis Eccleſiæ Ritibus l. 1. cap. 4. art. 8. num. 9.* poſt allata monumenta ad id opportuna, ita concludit: *Ex conſtanti Eccleſiæ traditione ab Apoſtolis accepta, certiſſimum eſt, pro Regibus & Principibus inter Sacra Myſteria ſemper oratum fuiſſe.* Ubi ſatis patet, Auctorem ad ea ſe referre, quæ ſcripſit Apoſtolus *in Epiſtola 1. ad Timoth. cap. 2.*, mandans, orationes & obſecrationes fieri pro Regibus, & omnibus, qui in ſublimitate ſunt; necnon ad ea, quæ leguntur *in Conſtitutionibus quæ Apoſtolicæ dicuntur*, in editione Patrum Apoſtolicorum a Cotelerio adornata *Tom. I.*, ubi *lib. 8. cap. 12.* hæc habentur: *Adhuc rogamus te, Domine, pro Rege, & pro iis, qui in ſublimitate ſunt, & pro cuncto exercitu, ut res noſtræ in felicitate verſentur;* deinde *ſeq. cap. 13.* iterum legitur: *Pro Regibus, & in ſublimi poteſtate conſtitutis, oremus, ut res noſtræ pacificæ ſint.* Videri etiam hac de re poteſt Georgius *in præcit. Tom. III. de Liturgia Rom. Pont. lib. 4. cap. 3. num. 24.* Quidquid autem ſit de controverſia illa, quæ inter Balutium, & Lupum agitata fuit, de tempore nimirum, quo primum Imperatoris nomini ſubrogatum fuerit nomen Regis in terris dominio Regum ſubjectis, quam quidem quæſtionem fuſiori calamo tractat citatus Lupus *in Can. 10. Dictatus S. Gregorii VII.*; illud ſatis compertum eſt, commemorationem Regum fieri in Eccleſia Latina per eas regiones, in quibus hujuſmodi conſuetudo dudum recepta eſt, aut Apoſtolicæ Sedis conceſſio id permiſit; ut advertit Meratus *ad Gavantum cit. Tom. I. part. 1. pag. 539. num. 6. juxta editionem Romanam.*

Quænam nunc ſervetur conſuetudo.

Apud Orientales nationes univerſim receptus uſus orandi in Miſſa pro Rege.

§. 27. At apud Orientales nationes communis dici poteſt hæc diſciplina, memoriam faciendi Regis in ſacra Liturgia; uti videre licet in Liturgiis Armenorum, Cophtorum, Æthiopum, atque Syrorum. Si quis autem quæreret, qua ratione id tolerari poſſit, ubi certò conſtet, Reges illos, pro quibus orant, & quorum commemorationem in Liturgia faciunt, infideles eſſe; huic Ven. Card. Bellarminus reſponderet (uti reipſa reſpondit in ſuperius citato *cap. 6.*) nequaquam vetitum eſſe *ex natura rei*, ut ajunt Theologi, orare in Miſſa etiam pro Infidelibus; quandoquidem Sacrificium Crucis pro omnibus oblatum fuit. Et ſane Divus Thomas *in 4. Sentent. diſt. 12. quæſt. 2. art. 2. quæſt. 2. ad quartum*, docet, quod quamvis Sanctus Auguſtinus in libro *de origine Animæ* ſcripſerit, Sacrificium pro iis tantum offerri, qui ſunt membra Chriſti, hæc tamen ſententia ita accipi debet, ut eos omnes complectatur, qui vel jam Chriſti membra ſunt, vel tales evadere poſſunt. Quare idem Cardinalis ſubdit, rem totam ex interdicto Eccleſiæ eſſe dimetiendam: *Certum eſt, ex natura rei, ſi nulla ſit prohibitio Eccleſiæ, licere offerre pro hujuſmodi hominibus*, de Infidelibus loquitur: Cum-

Explicatur, quomodo id ipſis licere, permittique poſſit.

que

que hujusmodi prohibitio extet quoad excommunicatos, adeoque quoad hæreticos, & schismaticos, non verò quoad infideles, qui excommunicatione non ligantur; hoc satis esse ait, ut de his commemoratio fieri possit in Missa, atque etiam pro his Sacrificium offerri; juxta manifestam hac de re traditionem, & Constitutionem Apostolicam: *Sed quæret aliquis, utrum, si Rex infidelis est, ut in Græcia, ubi Turca dominatur, & in India, & in Japonia, apud Sinas, ubi Ethnici regnant, liceat Sacerdotibus, qui ibi sunt, expresse offerre pro Rege. Respondeo: Existimo licere, modo Rex ille non sit excommunicatus, ut sunt Reges hæretici, sed Paganus sive Ethnicus. Nam hæc traditio, immo & constitutio, Apostolica est, ut paulò ante ostendimus. Neque extat, quod sciam, ulla Ecclesiæ manifesta prohibitio.* Ad hæc non inutiliter subjiciendus occurrit textus Tertulliani *ad Scapulam cap. 2.* ubi sic legitur: *Sacrificamus pro salute Imperatoris, sed Deo nostro, & ipsius; sed quomodo præcepit Deus, pura prece; non enim eget Deus, conditor universitatis, honoris, aut sanguinis alicujus.*

Solidior Responsio, ex declarata Orantium mente desumpta.

§. 28. Verum, relictis in sua probabilitate hujusmodi assertionibus, nihil illis opus fuit, ad hoc, ut Imperatoris, & Regum commemoratio in Græci Euchologii textu relinqueretur. Innotuit siquidem, Græcos Catholicos interrogatos, num in præfatis commemorationibus habendis, hoc animo essent, ut preces offerrent pro Turcis, quos dominos temporales patiuntur, ex quo suis propriis Principibus orbati fuerunt; respondisse, se hoc semper propositum animo habere, ut pro Orthodoxis Regibus, & Christianis Principibus orent. Ita testatur Goarius *in notis ad Euchologium pag. 38.*, ubi ait, interrogationi Græcis Catholicis a se propositæ, an preces illas pronunciando, pro Turcis Deum deprecari intenderent, constanter ab iis fuisse responsum: *Solos ut piissimos, & a Deo custoditos Reges Principes nostros Christianos profiteri, & quos dominio expostulant, fide jam & religione rectores dominosque in Ecclesiis prædicare, & pro eis solis imprætermisse, etiam libris editis preces supprimentibus, orare velle.*

Secundum Monitum; de differentia inter Introitum, quo Oblata, & illum, quo Præsanctificata Dona deferuntur.

§. 29. Sequitur nunc secundum Monitum ex his, quæ novæ editioni Græci Euchologii præfixa fuerunt, in hæc verba conceptum: *Ad hæc, in eadem Divina & Sacra Liturgia Sacerdos Deo gloriam canens accedit ad dona, eaque decenter ac religiose supra caput tollens, ad Altare defert, circumducens & procedens per Templum, dum interim populus summa cum reverentia & devotione inclinat caput, & procidit; supplicans, memoriam sui fieri in ea donorum circumductione: Sed, quia nonnulli Fidelium procidentium, circumlata dona tamquam Corpus & Sanguinem Christi adorant, atque existimant; ab introitu fortasse Præsanctificatorum decepti, quando scilicet præsanctificatus Panis defertur, ignorantes differentiam, quæ inter hanc & illam delationem intercedit; idcirco oportet, in hoc operam suam studiumque impendere, ut cunctos Fideles accurate doceat, admoneatque de illa, quæ inter utramque donorum delationem intercedit, differentia; cum alia quidem dona nondum sint immolata & perfecta, alia vero Dei verbo confecta, & sanctificata; & hæc religiosissime debeant coli & adorari, cum sub specie ac symbolis panis & vini Corpus & Sanguinem Christi contineant; secus vero, antequam consecrentur, & perficiantur.*

Quot sint Introitus, eorumque distinctio, ac varius Ritus.

§. 30. Jam illud recte nostis, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, duos in vestra Liturgia esse Ingressus, Minorem alterum, alterum Majorem nuncupatum. Minor est ille, quo sacri Evangelii Codex infertur; Major autem ille est, quo sacra Dona, nimirum Panis & Vinum, non adhuc consecrata, a parvo Altari, seu Mensa, quæ *Prothesis* dicitur, super quam præparata fuerant, Supplicationis ordine instructo, ad sacrum Altare deferuntur. Itaque in secundo Capite hujus Moniti, non quidem agitur de Minori Ingressu, sed de Majori; in quo nimirum Ritus hujusmodi observatur, ut Panis in Patena obtectus velo supra caput deferatur vel a Diacono, vel a Sacerdote; a Diacono scilicet, quando solemne Missæ Officium celebratur cum assistentia & ministerio Diaconi; tunc enim hic sinistra manu Patenam cum pane supra caput sustinet, dextera vero Sacerdotem thurificat, qui Calicem cum vino utraque manu gestat; si vero Sacerdos sine Diacono celebret, tunc a Lectore thus adoletur, Sacerdos autem Patenam cum pane supra caput suum sinistra manu sustinet, dextera autem sacrum Calicem ad pectus defert. Ad hunc igitur Majorem ingressum contingit, ut populus inclinetur, seu, pro vario regionum more, in terram procumbat, ac fronte humum feriat, perinde ac si sub speciebus panis & vini, licet nondum consecrati, Corpus & Sanguis Christi Domini contineretur. *Populus passim, in Græcia quidem valde demisse se inclinat, neque enim genua flectere vult, ne imitari videatur Latinos, quamvis extra diem Dominicum; in Russia vero prosternit se, terram fronte percutit, ac veluti præsentem in ea oblatione Cælorum Regem alloquitur, & adorat.* Verba sunt Petri Arcudii *De Concordia Eccles. Occid. & Orient. lib. 3. cap. 19.*

Introitus Major hujus Moniti objectum.

Adstantis populi demissa nimis obsequia; ex quibus suborta quæstio inferius proponenda.

§. 31. Christianus Lupus *part. 3. suorum Operum super Conciliis Edit. Bruxel. pag. 760.* ritum describit Majoris Ingressus, quando Patriarcha, aut Metropolitanus Missam celebrant, Magistri *in Vocabulario Ecclesiastico*, verbo, *Prothesis*, singillatim describit quæcumque fiebant ab Imperatore, sacræ Synaxi adstante, eo die, quo Imperii coronam assumebat. Goarius *in notis ad Liturgiam Sancti Joannis Chrysostomi num. 110.*, totam actionem Ingressus Majoris accuratissime exponit. Idemque fit a Cardinali Bona *Rer. Liturgicar. lib. 2. cap. 9. num. 4.* Quæcumque vero ea occasione a Græcis fiunt, eadem similiter aguntur ab Armenis, Cophtis, Æthiopibus, ac Syris Jacobitis, ut videri potest apud le Brun *in Explanatione Missæ Tom. III.*, apud Chardon *in Historia Sacramentorum Tom. II. cap. 2.*, & Renaudot *Tom. I. in notis ad Liturgiam Cophtorum.* Quin etiam in hac Romana Urbe, in Festo Sancti Athanasii, videre est Græcos in sua Ecclesia ea omnia facientes, quæ supra recensuimus: *Et ita etiamnum hodie faciunt Græci, in Festo, ac in Romana Basilica S. Athanasii*, ait Lupus *loco citato.*

Functionem Majoris Introitus plures descripserunt, prout a plerisque Orientalibus peragitur.

Idem Ritus a Græcis Romæ servatur.

§. 32. Perspectum quoque vobis est, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, juxta Ritum vestrum, diebus Jejunii Quadragesimalis, solam tantummodo Præsanctificatorum Missam apud vos celebrari, exceptis Sabbatis, & Dominicis diebus, necnon Festo Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis, si in Quadragesimam inciderit: ad normam Canonis Trullani LII. his verbis concepti. *In omnibus sanctæ Quadragesimæ jejunii diebus, præterquam Sabbato, & Dominica, & Sancto Annunciationis die, fiat sacrum præsanctificatorum Ministerium.* Nostis etiam, Sacerdotem, qui Missam celebrat in Quadragesima, diebus, quibus hoc fieri conceditur, Sabbato scilicet, & Dominico die, unam quidem hostiam consecrare, & consummare, alteram vero consecratam seponere; quam quidem in tot particulas dividit, quot numerantur subsequentes dies, quibus celebranda est Præsanctificatorum Missa, in qua nimirum & seipsum, & alios, si qui sint communicantes, Eucharistico Pane superioribus diebus consecrato communicat; quemadmodum recte omnia persequitur Leo

Præsanctificatorum Missa quibus diebus, quoque ritu a Græcis celebretur.

Allatius in Prolegomenis ad Gabrielem Naudæum *de Missa Præsanctificatorum pag. 1531. num. 1. Quilibet Sacerdos venturæ hebdomadis dies, quibus celebraturus est, digitis ipse suis numerat; inde tot particulas Panis in oblatione abscindit, quot Missas dicturus est; eas, cum particula eo die absumenda, consecrat, & consecratas, Sanguineque Dominico intinctas, uti moris est, conservat in Pyxide, ex qua postmodum celebraturus, tempore opportuno, cochleari, aliis ibi ad alium usum relictis, haurit, & in disco reponit, & ad Altare majus advectam consumit.*

Ejus occasione Panis Eucharisticus per Ecclesiã certa solemnitate defertur.

§. 33. Hac item occasione per Ecclesiam solemni Ritu proceditur, Diacono sacram Pyxidem, in qua Sacramentum sub specie Panis continetur, supra caput deferente, Sacerdote autem manibus gestante Calicem cum vino aqua mixto, non quidem consecrato, sed tantum benedicto: Et quoniam non semper a Sacerdote Missa cum assistentia Diaconi celebratur, si solus Sacerdos celebret, ipse siniſtra manu defert Pyxidem capiti impositam, dextera autem Calicem sustinet; atque ita a parvo Altari ad Aram majorem progreditur; uti testatur Arcudius *in citato Opere lib. 3. cap. 58. Solent Græci in Præsanctificatis Liturgiis, ante quam incipiant Sacrum, reponere Sacramentum contentum in Patena super parvum Altare propositionis, & infundere vinum in Calicem sine ullis precibus. Deinde circa medium sacrum, Sacerdos, si solus celebrat, Patena imposita capiti, & Calice manu dextera apprehenso, transfert ad majus Altare &c. Si vero Sacerdos hujusmodi sacra peragit administrante Diacono, solet Patenam cum Sacramento Diacono tradere, qui eam imponens capiti defert. Ipse autem, accepto Calice, exit, & Diaconum sequitur.* Tunc vero non omittit populus genua flectere, pectus tundere, aliisque idoneis actibus Consecratum Panem à Sacerdote, vel a Diacono, ut supra diximus, delatum, uti par est, adorare. Quum autem hinc factum esse dicatur, ut similia præstentur a populo, dum in functione majoris Ingressus, Panis & Vinum non adhuc consecrata, sed postmodum consecranda, supplicationis ritu per Ecclesiam deferuntur; hoc illud est, quod negocium faceſſit, quodque locum præbuit difficultatibus adversus Ingressum majorem excitatis. Nicolaus Cabasilas *in Expositione Liturgiæ cap. 24.* ita scripsit: *Si qui autem sunt, qui, Sacerdote cum donis ingrediente, humi procumbunt, & tamquam Corpus & Sanguinem Christi, dona, quæ deferuntur, adorant & alloquuntur; ab ingressu præsanctificatorum donorum decepti sunt, ignorantes differentiam hujus, & illius Sacrificii: hoc enim in ipso Ingressu non sanctificata habet dona, & nondum perfecta: illud autem perfecta, & sanctificata, & Corpus & Sanguinem Christi.* Et post eum, Arcudius ita prosequitur *in eodem citato Opere lib. 3. cap. 19. Itaque Populus ignorans discrimen hujus, & illius Liturgiæ, similiter se gerit in ordinariis, atque in præsanctificatis. Quocirca & graviter errat, quippe in præsanctificatis verum Corpus Sacerdos in Patena defert, meritoque Populus humi procumbit, atque adorat: in aliis vero Sacrificiis, dum hæc oblatio fit ante consecrationem, longius se gerat, oportet.* Idem Arcudius in subsequentibus ejusdem libri capitibus, refellit Gabrielem Archiepiscopum Philadelphiæ, qui plura scripserat ad vindicandum hujusmodi Ritum. Quin etiam Goarius, *prænllegato loco*, necessarium duxit, ad eumdem Ritum tuendum, opportunas quasdam rationes afferre. In recentiori editione Operis inscripti *Perpetuitas Fidei Catholicæ de Sacramento Eucharistiæ, adversus Claudium vindicata pag. 68.* hoc scriptum legitur: tantum abesse, ut Græci Sacramentum Eucharistiæ non adorent, ut potius sese purgare teneantur, ostendentes, quomodo recti limites non excedant, nec iisdem adorationis actibus prosequantur panem & vinum nondum consecrata, quibus ea post consecrationem venerantur. Pater le Brun non dubitavit afferere, talem esse Ritum, ut aliquo modo reformari mereatur. Tournefort *Tom. 2. p. 411. & seq.* quum se propriis oculis vidisse referat Armenos functionem hanc peragentes, cum aliqua indignatione de ea loquitur. Chardon *loco superius notato*, ea affert, quæ scripserunt Tournefortius, & Pater le Brun; deinde quæstionis punctum indecisum relinquit. Itaque Patres Concilii Zamosciæ habiti anno 1720. *Decreto, de celebratione Missarum §. 4.* non dubitarunt interdicere, ne qua fiat genuflexio, aut capitis inclinatio, dum Panis, Vinumque nondum consecrata a parvo Altari ad Majorem Aram transferuntur. *Prohibet Synodus, ne fiant genuflexiones, seu capitis inclinationes, dum transfertur panis oblationis a minori ad majus Altare, pro Consecratione, tempore Offertorii; præcipitque Parochis, ut Populum hac de re moneant, ne periculo idololatriæ exponatur.* Illud enim Patres fortasse præ oculis habuerunt, quod in sacro Textu refertur *lib. 4. Regum, cap. 18.*, de Ezechia Rege Juda, qui serpentem æneum a Moyse conflatum fregit, propterea quod Filii Israel usque in eum diem thus illi adoleverant.

Procumbens Populus Sacramentum adorat.

Similiter externis actibus Panem, & Vinum veneratur in majori Introitu.

Hujusmodi venerationis actus ad Majorem Introitum, alii damnant: defendunt alii.

Ab ipsis Orientalibus Synodali sanctione prohibentur.

§. 34. Hæc sunt, quæ nobis licuit colligere ex libris Auctorum, qui de hoc Ritu tractarunt. Nunc autem ea subjiciemus, quæ circa eumdem Ritum animadversa & constituta fuerunt, tum in Congregationibus sub Urbano VIII. coactis, tum in iis, quæ nostris temporibus habitæ sunt, & quarum Decreta Nos ipsi subinde approbavimus.

Æquitas Congregationis judicium ea de re.

§. 35. Primum itaque illud prudenter animadversum fuit, functionem hanc majoris Ingressus omnino tollere, atque interdicere, (quod cæteroquin, ut dici solet, falcem ad radicem misisset) rem fore Ecclesiæ Græcæ permolestam, nec consentaneam institutis Ecclesiæ Latinæ, quæ Græcos Ritus in Ecclesia Græca, quantum potuit, servare semper studuit: idque eo vel maxime, quod antiqua est hujusmodi cæremonia; quæque in ea servatur solemnitas, ita explicari consuevit, ut triumphalem referat ingressum Christi, quum ex Bethania Jerusalem venit; quemadmodum scripsit Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, hac ipsa de re agens: *Tunc enim plurima turba, & Hebræorum pueri, tamquam Regi, & mortis victori, sensibiliter hymnum referebant, spiritualiter autem Angeli cum Cherubim ter sanctum persolvebant hymnum*: deinde subjungens, per minorem Ingressum significari humilem adventum Filii Dei in hunc mundum.

Excluditur temperamentum tollendi functionem Majoris Introitus, atque ita & memoratos obsequii actus.

§. 36. Secundo loco animadversum fuit discrimen, quod intercedit inter ea, quæ canuntur in translatione Præsanctificatorum, atque ea, quæ Clerus concinit in Processione majoris Ingressus. Hic enim dicitur: *Ut Regem universorum excepturi*; quæ verbo non Regem præsentem indicant, sed postea venturum. In illa autem, omisso hymno Cherubico, sequentia verba ingeminantur: *Ecce Sacrificium mysticum & consummatum.* Adeo ut unusquisque, modica etiam intelligentia præditus, inter unam, & alteram functionem discernere valeat, dum in translatione Præsanctificatorum, Jesus Christus sub Panis speciebus præsens exhibetur; in cæremonia vero majoris ingressus, idem Dominus indicatur, non veluti præsens sub speciebus Panis & Vini, sed ut proxime adfuturus, postquam nimirum consecrationis verba a Sacerdote prolata erunt.

Differentia eorum, quæ in diversis functionibus decantantur, Populo admittit errandi periculum.

§. 37. Tertio perpensum fuit, quod si Græci in rebus sacris edocti, perspectum habent, sub Panis & Vini speciebus, dum major ingressus

Aliæ observationes vindicantes memoratos actus ab omni

ducitur,

nota cultus illegitimi. Prima; Recta agentium fides.

ducitur, nondum existere Corpus & Sanguinem Domini; iidemque norunt, quod ignorare non possunt, Latriæ cultum soli Deo deberi; nemo jure suspicari poterit, hanc illis esse mentem, ut per exteriores venerationis actus, quos ad ingressum Oblatorum exercent, Latriæ cultum erga species non adhuc consecratas exhibeant; quum eædem exterioris obsequii significationes aliquando erga Creatorem, aliquando vero erga res creatas exhiberi soleant; (quemadmodum in Scripturis Sanctis legitur, Abrahamum Angelos adorasse, & Jacob non semel coram fratre Esau procubuisse, & Nathan Prophetam idem in conspectu David præstitisse); quumque adoratio Latreutica non unice in actibus externis consistat, sed præsertim in interna affectione animi, qua hujusmodi actus eliciuntur. Præterea si Græci in Missa Præsanctificatorum, iisdem exterioris adorationis actibus prosequuntur Panem, qui consecratus est, simulque Vinum in Calice contentum, quod consecratum non esse constat; nec ideo iis objicitur, quod in prædicta Missa Præsanctificatorum, pari Latriæ cultu adorent Panem consecratum, & Vinum mere benedictum; quia scilicet extrinsecæ actiones ab interno animi sensu diriguntur, ita ut pro varia mentis intentione, unus idemque actus, nunc quidem Latriæ adorationem, nunc autem minoris obsequii significationem importet; ex hoc ipso satis evincitur, quod quamvis etiam Græci, dum major procedit Ingressus, in conspectu Panis, & Vini, quæ nondum consecrata circumferuntur, eosdem ederent externos adorationis actus, qui erga Eucharisticum Panem, & consecratum Calicem exhiberi solent; non ideo jure affirmari posset, communem panem, vinumque non consecratum, Latriæ cultu ab iis adorari: quum omnia metiri oporteat ex interiori animi sensu, cujus ea vis est, ut eosdem externos actus post Consecrationem quidem dirigere possit ad eliciendam adorationem Latreuticam erga Eucharisticum Panem & Vinum; eosdemque, ante Consecrationem, ad solemnem Oblatorum Ingressum exercendo, Latriæ cultum ab illis excludere valeat. Ita ad rem nostram appositе differit Leo Allatius *in suo Tractatu de Missa Præsanctificatorum num. 8. Cultus hic non dicitur Latria, quæ soli Deo debetur, sed qualem veneratio creaturarum exposcit: Gestus enim exterioris reverentiæ, capitis scilicet detectio, manuum oscula, in modum supplicantium complicatio, extensio, elevatio, & similia, nec non in genua procumbere, & prosternere se in terram, non solum adorationi Dei, sed creaturarum etiam attribuitur, nec in eo error committitur, dummodo Deum Creatorem a creatura, & creaturam excellentiorem a minus excellente, mente distinguamus. Per externos ergo corporis gestus, cultus Deo exhibitus in adoratione, non ob naturam ejusmodi actuum, sed ob intentionem, qua usurpantur, cum aliàs ex sola natura sint indifferentes, latria infertur. Interior enim voluntas atque intentio conciliandi per hos externos actus existimationem divinam, facit, ut sint materia cultus divini, atque adeo ut per illos adoratio Dei exterior exerceatur, Divinum cultum tribuens.* Sanctus Thomas 2. 2. *quæst.* 84. *art.* 2. *in Respons. ad secundum* ita docet: *Adoratio principaliter quidem in interiore Dei reverentia consistit, secundario autem in quibusdam corporalibus humilitatis signis; sicut genuflectimus, nostram infirmitatem designantes in comparatione ad Deum; prosternimus autem nos, quasi professentes, nos nihil esse ex nobis.* Cujus doctrinam explicans Sylvius *ad citat. art.* 2. hæc subdit: *Docet, adorationem principaliter in interiore Dei reverentia consistere, secundario verò in quibusdam signis corporalibus. Quod adeo verum est, ut inter signa corporalia nullum fere sit obsequium, seu officium, quo non tantum Deo, sed etiam creaturæ cultus exhiberi queat; ac proinde ex intentione colentis desumi debeat cultus externi distinctio. Nam si ei sit animus, de eo, quem per externum obsequium honorat, excitare opinionem Deo soli convenientem, atque illum honorare, ut summum, tunc ejusmodi officium pertinebit ad cultum Divinum: si autem sit intentio eum venerari ut creaturam excellentem, Deoque amicam, pertinebit ad cultum Duliæ, vel Hyperduliæ. Dixi, fere; nam de Sacrificio etiam externo, quod soli Deo possit offerri, non est dubium.* Itaque Sylvius unicum exterius signum, quod necessario Latriæ cultum importet, externum Sacrificium esse afferit, quod soli Deo offerri certissimum est, sicut etiam fuse demonstrat idem Divus Thomas 2. 2. *quæst.* 85. *art.* 2. Quapropter in Actibus Apostolorum legimus, Laodicenos, quum Paulum, & Barnabam Deos esse autumassent, statim de offerendo iis Sacrificio cogitasse. Eamdem omnino doctrinam tradit Suarez *in 3. part. Divi Thomæ Tom.* 1. *quæst.* 25. *art.* 2. *disp.* 61. *sect.* 4., ut ex sequentibus illius verbis deprehenditur: *Actus exteriores non sunt ita ex se determinati, quin tam ad venerandum Deum, quàm ad honorandam Creaturam exerci possint &c. Quo fit, ut distinctio Latriæ soli Deo debitæ, ab adoratione Creaturæ, in his externis actibus, potissimum ex interiori intentione pendeat.* Et quamvis idem paulo inferius subjiciat, exteriorem actum, non solum ob internam agentis voluntatem, adorationis Divinæ naturam induere, sed talem quoque evadere, ac dici posse, si hujusmodi significatio exteriori illi actui tributa sit ab eo, qui tali potestate & auctoritate polleat: *Attendenda est, præter intentionem internam, publica impositio; nam si hæc signa, sufficienti auctoritate & potestate, ad significandum Deum, & cultum, sunt imposita, solum ad Divinum cultum usurpari possunt, &, si creaturis communicetur talis cultus, erit idololatria saltem exterior, si non ex animo, neque ex falsa æstimatione fiat.* Hæc tamen doctrina ad id, de quo nunc agimus, aptari non potest; quum nullibi reperiatur, auctoritate publica statutum fuisse, ut exteriores illi actus, qui supra descripti sunt, quique a Græcis fiunt, dum major Ingressus per Ecclesiam procedit, pro actibus & signis cultus Latriæ haberi debeant.

Altera; Indoles actus per se indifferentis.

Tertia; Latriæ cultum non actus, sed affectus facit.

Sacrificium externum Creaturæ offerri nunquam licet.

Alii actus externi Latriam per se non significant, nisi legitima auctoritas eos ad id destinarit.

§. 38. Quarto demum, quum in Congregatione super correctione Euchologii habita die 5. Septembris 1745. proposita fuerit quæstio, an abolendus, seu emendandus foret Ritus Ingressus majoris, de quo hucusque sermonem habuimus, omnibus mature discussis atque perpensis, constitutum denique fuit, nihil esse innovandum; idque subinde approbatione nostra firmatum extitit. Nec alia profecto fuit sententia Congregationum, quæ sub Urbano VIII. hanc ipsam quæstionem examinarunt. Placuit tamen consilium prudenter exhibitum, ut monerentur Episcopi, aliique animarum curam gerentes, & quorum ea est inspectio, ut rudem populum docere non prætermittant, quod dum sacra Dona a Prothesi ad Aram majorem solemni ritu transferuntur, quum ea nondum sint consecrata, sub eorum speciebus nequaquam existit Corpus, & Sanguis Domini nostri Jesu Christi, prout futurum erit post peractam Consecrationem; ideoque exteriores illi venerationis actus, qui erga præfata Dona nondum consecrata exhibentur, non ea ratione peraguntur, ut cultus Latriæ soli Deo debitus iisdem præstetur, sed ut inferioris speciei cultus exerceatur, cujus objectum est, futura transubstantiatio eorumdem Donorum in Corpus & Sanguinem Domini. Non absimilii methodo usi sunt Tridentini Concilii Patres, quum actum fuit de veneratione cultuque Sacrarum Imaginum; decernentes

Congregationis conclusio: *Nihil esse innovandum*: a Pontifice approbatur.

Prudens tamen cautio superaddita, ad quodcumque periculum removendum.

Cautionis norma desumpta est a Concilii Tridentini Decreto de Sacris Imaginibus.

nimirum,

nimirum, ut nihil immutata hac in re antiqua Ecclesiæ disciplina, omnes esset Episcoporum, aliorumque, quibus docendi munus est demandatum, Christianam Plebem erudire de omnibus, quæ circa hujusmodi cultum tenenda, & servanda sunt, uti videre est in prædicti Concilii *sess.* 25. *Decreto de invocatione, & veneratione, & Reliquiis Sanctorum, & Sacris Imaginibus.* Quodque ad rem nostram proprius spectat, Goarius *loco superius citato* consilium similiter dedit, ut minime abrogaretur Ritus Majoris Ingressus, sed, ut populus opportunis documentis instrueretur: *erudienda est certe rusticæ plebis illius fides; devotio nunquam extinguenda, aut cultus ille externus omnino comprimendus.* Similiter Pater Philippus de Carboneano *in Appendice ad Tract. P. Antoine de Eucharistia* §. 3. ita concludit: *Nihil ergo in hoc est reprehendendum; sed Gens illa rudis instruenda, ne Dona illa, ut Christi Corpus, & Sanguinem venerentur.* Quod quidem si a vobis, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, præstabitur, quemadmodum facturos vos esse confidimus, eam a vobis procul amovebitis accusationem, qua Arcudius *de Concordia lib.* 3. *cap.* 19. Episcopos Græcos sui temporis reprehendit, dicens, Populum quidem tunc in summa ignorantia versatum fuisse; sed Episcopos facile potuisse idoneis instructionibus illius cæcitati remedium afferre, nisi ob humanos respectus, ab hujusmodi onere implendo abstinuissent: *Possent autem, ac deberent Græcorum Antistites diligenter monere populum, & utique concordes multum proficerent; sed quoniam vel & ipsi laborant eodem morbo, & ex ignorantia in eodem errore versantur, vel si verum nonnulli vident, timent pauci plurimos, timent terrenam perdere gloriam, & humanos favores, verentur, ne, instar Hæreticorum, nomen ipsorum a vulgo conculcetur; propterea ipsimet, saltem externa specie cæterorum errorem egregie imitantur, altoque silentio omnia prætereunt, ac dissimulant; ita cæci cæcos ducunt, & omnes in foveam cadunt.*

Alia functio, quæ ad Prothesim, & proxime ad Majorem Introitum habetur, nimirum oblatio Panis consecrandi in plures partes divisi.

§. 39. Porro Sacerdos celebrans, sacris indutus vestibus, antequam sacra Dona a minore Mensa, seu Prothesi, ad majus Altare transferantur, ad illam accedit, & Panem consecrandum dividit in plures partes. Pars major offertur, ut Deo Optimo Maximo debitus præstetur cultus, in memoriam Salvatoris Nostri Jesu Christi. Reliquæ minores partes, quæ *Merides* appellantur, Omnipotenti Deo similiter offeruntur; sed earum una in honorem gloriosæ Virginis Dei Genitricis Mariæ, altera in honorem Sancti Joannis Baptistæ, Sanctorum Apostolorum, aliorumque Sanctorum, quorum nomina a Sacerdote enunciantur; alia vero pro salute vivorum, quorum etiam nomina ab eo recensentur; alia pro Defunctis, qui pariter nominatim commemorantur; alia in honorem illius Sancti, cujus Festus dies celebratur; relicta cæteroquin Sacerdoti facultate offerendi specialiter Sacrificium pro illo, aut illis, quos ipse maluerit. Ritus hujusmodi divisionis Panis in plures partes, prout a Nobis descriptus est, jam dudum viguisse probatur ex Typico Irenes Augustæ, edito a Patre Montfaucon *Tom.* 1. *Analect. Græcor. cap.* 34. Si vero Episcopus, aut Presbyter primi Celebrantis personam sustinens, cum aliis Sacerdotibus concelebret, & Diaconi quoque in officio ministrantes assistant, non modo quilibet Sacerdos, sed unusquisque etiam ex Diaconis, Hostiam unam majorem offert, simulque minores particulas, seu *Merides*; ex quibus, si quæ demum supersunt a Celebrante, seu Celebrantibus non consummatæ, eæ distribuuntur adstantibus, qui Eucharisticæ Communionis participes fieri petunt. Hæc omnia exacte describunt, & narrant Card. Bona *Rer. Liturgicar. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 7. Arcudius *lib.* 3. *de Concordia cap.* 9., & Goarius *ad rituale Græcorum, in notis ad Liturgiam Sancti Joannis Chrysost. pag.* 98. *& seq.*

Hostiarum oblatio ad Prothesim, non solum a Sacerdotibus, sed etiam a Diaconis fieri solet.

De Hostiarum divisione in Concilio Florentino vindicata: nulla nunc quæstio inter Catholicos.

§. 40. Nulla inter Catholicos extitit controversia circa Ritum majoris Hostiæ, aliarumque minorum, quæ *Merides* appellantur. Quum enim de eo instituta fuisset quæstio in Oecumenica Florentina Synodo, adnotatum est in Actis, Archiepiscopum Mitylensem propositis interrogationibus cumulate satisfeciisse. Et quamvis ibi relatus non sit illius responsionum tenor; non aliter tamen interrogationibus satisfeciisse censendus est, quàm ostendendo antiquitatem hujusmodi Ritus per plura sæcula in Orientali Ecclesia observati, cujus ea est significatio, ut diversos innuat fines, ob quos Sacrificium offertur. *Puto dixerit, hanc esse antiquam Orientalis Ecclesiæ consuetudinem, qua utitur illa Ecclesia ad declarandos varios fines Sacrificii:* sunt ipsa Arcudii verba *præfato lib.* 3. *cap.* 9. Porro nullam diximus super hoc Ritu viguisse controversiam inter Catholicos; è Schismaticis enim, constat, Simeonem Archiepiscopum Thessalonicensem, in suo Tractatu *de Sacramentis*, addubitare se ostendisse de consecratione Particularum. Sed quàm irrationabile fuerit illius dubium, unusquisque facile deprehendere potest: Quum enim Sacerdos ad sacrum Altare Consecrationis formam non minus proferat super majore portione, quàm super minoribus particulis; quumque & illius intentio ad omnium consecrationem æque dirigatur, & earum omnium materia ad sacramentalem transmutationem idonea sit; si portio major consecrationem recipit, profecto consecrari quoque oportet minores illas particulas, quæ, uti jam diximus, *Merides* appellantur.

Temerarium dubium de portionum minorum consecratione a Schismatico excitatum.

§. 41. Controversia quidem fuit inter Catholicos circa Oblationem, quam a Diaconis fieri superius innuimus. Arcudius *lib.* 3. *cap.* 17., demonstrandum sumit, id illis per sacros Canones licitum omnino non esse. Goarius *ad Euchologium pag.* 72. testatur, Oblationem Diaconalem in magna Constantinopolitana Ecclesia usu receptam non fuisse. Nec defuerunt, qui contenderent, expungenda esse ab Euchologio verba, quæ pertinent ad Oblationem Diaconalem, utpote a Schismaticis adjecta. Contra vero Cardinalis Bona *Rer. Liturgic. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 7., nullum esse Canonem tuetur, qui hujuscemodi Ritui obsistat, quum sacri Canones eam quidem Oblationem excludant, quam Diaconus ad sacrum Altare facere præsumeret, non autem eam, quam ad Prothesim peragit, quippe quæ nihil aliud est, quàm præparatio ad aliam a Sacerdote perficiendam in sacro Altari. Ad hæc idem Cardinalis ostendit, antiquum esse Ritum oblationis Diaconalis, & a pluribus sæculis in Ecclesia Græca observatum; cumque de eo disputatum fuerit etiam in Florentino Concilio, satisfactum fuisse Patribus ibi adunatis, per responsiones ab Archiepiscopo Mitylenensi datas. Similiter Berlendis *Tractatu de Oblationibus impress. Venetiis anno* 1743. §. 5. *pag.* 143. inter functiones Diaconorum, admittit Ritum Oblationis ad Prothesim, interdicto eisdem jure offerendi ad Altare, quod solis Sacerdotibus competit: *Illud offerendi Diacono munus attributum, intelligi de prima Particularum oblatione, dum super mensam, Prothesim vocatam, adhuc adsunt; non vero de aliis duabus oblationibus, quæ a Sacerdote inter Liturgiam fiunt.*

Controversia vigens de Oblatione Diaconali, ac diffidētes de ea Scriptorum sententiæ.

§. 42. Sanctus Ambrosius virtutem Sancti Laurentii prædicans, qui, Diaconus quum esset, una cum Sancto Sixto Pontifice ad martyrium duci exoptabat, sic eum loquentem

Dispensatio, seu *Conservatio* Corporis Christi, in nonnullis veteribus mo-

inducit:

numentis Diaconi tributa, quid importet.

inducit: *Experire utrum idoneum Ministrum elegeris, cui commisisti Dominici Sanguinis dispensationem.* Scimus quidem nonnullos Codices, pro verbo *dispensationem*, hoc aliud habere: *consecrationem*: At consecratio hoc loco nihil aliud significat, quàm ministerium, sive assistentiam Sacerdoti consecranti præstitam: *Nobis Diaconis consecratio illius salutaris Hostiæ committitur, non ut conficiamus, sed ut conficientibus humiliter assistamus*; ait Petrus Blesensis *in sua Epistola* 123. Nec absimilis est explicatio Petri Cantoris apud Menardum *in notis & observationibus ad librum Sacramentorum S. Gregorii pag.* 287. Subdiaconis enim vetitum semper fuit, Eucharistiam populo ministrare, sive sub specie Panis, sive sub specie Vini; juxta Canonem Laodicenum XXV., & in eum notas Balsamonis, Zonaræ, & Aristeni: uti videre est apud Beveregium *Tom.* 1. *pag.* 464. Non sic autem Diaconis, quibus olim specialiter demandata erat sola Dominici Sanguinis distributio, quæ deinde, ob enatos quosdam abusus, ipsis etiam adempta fuit: uti demonstrat Cotelerius *ad cap.* 13. *lib.* 8. *Constitutionum, quæ Apostolicæ dicuntur Tom.* 1.

Diaconalis Oblatio ad Prothesimintacta servatus, & quare?

§. 43. Jam vero in Congregationibus habitis tam sub Urbano VIII., quàm nostris hisce temporibus, minime prætermissum fuit examen propositæ quæstionis; utrum tollenda esset Oblatio, quæ a Diaconis fiebat ad Prothesim. In ea autem, quæ habita est die 3. *Januarii anni* 1745., rescriptum fuit, Nobis deinde approbantibus, *nihil esse innovandum.* Validiores enim atque firmiores visæ sunt rationes huic Ritui faventes, per Cardinalem Bonam allatæ, quam illæ, quas ad oppugnandum eumdem Ritum congessit Arcudius. Itaque in nova Euchologii editione intactus relictus est Oblationis Diaconalis Ritus. De qua licèt nulla mentio fiat in eo capite secundi Moniti, de quo hucusque egimus; Nos tamen hìc aliquid circa eam innuendum duximus; tum quia una est è sacris actionibus, quæ ad Prothesim fiunt, quæque præcedentis sermonis objectum fuerunt; tum quia nullam elabi finimus occasionem, qua Vobis, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, magis magisque testatum fiat, nequaquam infensam esse vestris Ritibus Romanam Ecclesiam, quin potius eam pro viribus id agere, ut inviolati serventur ii, qui errorem nullum, nihilque indecorum contineant.

Tertium Monitum: de Sacramento Extremæ Unctionis.

§. 44. Tertium modo se se offert Monitum, duabus partibus constans, & sequentibus verbis conceptum. *Præterea meminisse debent Sacerdotes, Sacramentum Sancti Olei, quod Eucheleon dicitur, a Christo esse institutum, tamquam cœlestem medicinam, non pro animæ tantum, sed etiam pro corporis salute: solis proinde infirmis administrandum, non autem bene valentibus; & in eo quidem tempore, in quo sibi constant, & sui compotes sunt; ut ita majorem Sacramenti gratiam recipiant, si cum Fide ac devota voluntate accedentes, Oleo Sancto ungantur. Item sciendum est, quod, quamvis Orientalis Ecclesiæ Pontifices in conficiendo Sacro Chrismate pluribus de more aromatibus utantur, necessaria tamen Sacramenti materia sunt oleum, & balsamum, quibus, secundum antiquum Ecclesiæ Orientalis morem, aliæ aromatum species rectè admiscentur, si juxta præscriptum adsint. Verum si earum quædam desint (dummodo oleum, & balsamum adsint,) tamquam non necessariæ ad Chrismatis materiam, rite omnino Sanctum Chrisma conficitur.*

Varia nomina, quibus Sacramentum illud a Latinis, Græcisque designatur.

§. 45. Sacramentum hoc, quod a Latinis *Extrema Unctio* dicitur, eodem plane nomine a Græcis appellatum legitur in Concilio Generali Lugdunensi secundo, ex Orientis, & Occidentis Præsulibus coacto, anno Domini 1274., cujus Acta leguntur in Collectione Harduini *Tom.* 7. *pag.* 695., quum scilicet Latini simul & Græci formulæ Fidei communibus sententiis probatæ subscripserunt. Dicitur etiam a Græcis Sacramentum hoc, Oleum consecratum, & sanctificatum precibus Sacerdotum, atque perfectio, seu consummatio Sacramenti Pœnitentiæ. In Euchologio Goarii *pag.* 346. *num.* 42. *& pag.* 349. *num.* 1. nominatur *Euchelæon*; idemque nomen a Scriptoribus sequioris ævi usurpatum legitur, uti videre est apud Georgium Pachymerem *lib.* 6. *Histor. Paleol. cap.* 32., ubi Possinus idem quoque notavit, *lib.* 1. *Glos. pag.* 386., apud Gabrielem Philadelphium *De Sacramento Euchelæi, & Tom.* 1. *Actorum Ecclesiæ Orientalis pag.* 348. Præterea nonnunquam, licet rarò, idem Sacramentum a Græcis nuncupatum invenitur *Heptapapadum*, quemadmodum legitur in Synodo Constantinopolitana, sub Patriarcha Joanne Vecco habita anno Domini MCCLXXVII. *in dicta Collectione Harduini Tom.* 7. *pag.* 758. *B.*, ubi idem Patriarcha, amplectens confessionem Fidei in Lugdunensi Concilio statutam, ita ad Romanum Pontificem Joannem XX., dictum XXI., scribit: *Extremam Unctionem etiam ipsam recipimus similiter cum aliis Sacramentis, quæ & a nobis celebrata, Heptapapadum nominatur*, idest Officium septem Sacerdotum, hoc quippe modo a Græcis Sacramentum istud ministratur.

Nonnulla de hoc Sacramento alibi videnda, indicantur.

§. 46. Nos hìc nihil dicemus de hujus Sacramenti institutione a Christo facta, aut de illius effectu; nihil de legibus circa illius ministrationem servandis, ut scilicet solis Fidelibus graviter ægrotantibus, non autem bene se habentibus, ministretur, neque tamen expectetur tempus illud, quo æger jam suæ mentis compos non est; nihil præterea de quibusdam Ritibus Ecclesiæ Græcæ, in qua videlicet Oleum Infirmorum, non solum ab Episcopo, ut apud Latinos, sed etiam a simplice Presbytero benedicitur, & Sacramentum Extremæ Unctionis, non ab uno tantum, sed a pluribus simul Sacerdotibus ministratur; quum de his omnibus plura tradiderimus in nostro Tractatu *de Synodo Diœcesana noviss. edit. lib.* 8. *a cap.* 1. *ad tot. cap.* 8. Sed ad illustrandam tantummodo priorem partem hujusce tertii Moniti, hoc adjiciemus, quòd quum & olim sub Urbano VIII., & superioribus Pontificatus nostri annis, disceptatum diu fuerit, an a Græco Euchologio delenda essent quædam verba, quæ innuere videntur, licitum esse, hoc Sacramentum etiam bene valentibus ministrare; in Consessu habito *die* 3. *Septembris anni* 1747. definitum fuit, deindequè a Nobis probatum, ut nihil in Textu immutaretur; sed quæ necessario servanda erant, adnotarentur in Monito, quod initio Euchologii præponeretur; id quod est factum per verba superius exscripta, monendo Græcos Sacerdotes, ne Sacramentum Extremæ Unctionis ministrent bene valentibus, sed iis duntaxat, qui gravi morbo laborant. Porro nihil necesse visum est Euchologii Textum hìc mutare; propterea quod, illius verbis undequaque perpensis, apparuit, rectum illis sensum, sanamque interpretationem tribui posse. Neque enim ibi dicitur, ut Sacramentum ministretur iis, qui bene valent, sed ut ii quoque inungantur, qui ad Ecclesiam se conferunt; id quod percommode intelligi potest de iis etiam, qui, licet gravi morbo affecti, possunt nihilominus ad Ecclesiam vel pedibus suis accedere, vel aliorum ope deferri; ibique, ut propriæ devotioni magis satisfaciant, Extremæ Unctionis Sacramentum sibi ministrari postulant; cujusmodi exempla in ipsa quoque Occidentali Ecclesia non desunt, uti videre licet apud Martene, *de antiquis Ecclesiæ Ritibus lib.* 2. *cap.* 7. *art.* 2. *num.* 7. *&* 8. Et penes Mabillonium *in Præfatione ad Sæculum primum, in Actis Sanctorum Ordinis Benedictini §.* 9. *num.* 101.

Græca Euchologii verba, de Sacramento ministrando iis, qui ad Ecclesiam veniunt, in quæstionem revocata.

Justa interpretatione explicantur, ac retinentur, adjecto præsenti Monito.

Subjectum capax Extremæ Unctionis, Christifidelis graviter ægrotans.

§. 47. Cohærentia sunt cum hac prima parte tertii Moniti, duo hæc, quæ advertenda subjicimus. Primum, quod quamvis Græcis diserte vetitum fuerit, Extremæ Unctionis Sacramentum aliis conferre, præterquam ægrotis, & quidem gravi morbo laborantibus; iisdem nihilominus interdictum non est, quominus Oleo lampadis, quod ad sanandas infirmitates in Ecclesia asservatur, inungant Energumenos, aliosve, qui vel devotionis gratia, vel ut aliquo incommodo liberentur, hujusmodi Unctionem petunt; quum Oleum in ea lampade asservatum, nequaquam ab Episcopo, aut Sacerdote consecratum sit, ad effectum utendi eo in Extremæ Unctionis administratione. Haud ignoramus, postulatum aliàs fuisse, ut Græcis permitteretur, Extremæ Unctionis Oleo extra gravis infirmitatis casum sese inungere, absque eo quod Sacramentalis forma a Sacerdote pronunciaretur; ea scilicet ratione allata, quod per solam applicationem Materiæ, Sacramentum minime conferretur, quum ad id necessaria omnino sit simultanea Formæ prolatio. Verum nec id receptum fuit, nec recipi ullo modo potest: quum minime liceat Sacramentum a Christo institutum in arbitrariam quamdam, licet piam, cæremoniam convertere; ut etiam recte observat Pater de Carboneano *in Appendice ad Tractatum P. Antoine de Extrema Unctione §. 4. pag. 661.*, & quamvis, pro eo quod pertinet ad Larinam Ecclesiam, Quintanaduenas *in Tract. 5. de Extrema Unctione, singular. 11.* asseruerit, licere Parochis mittere ad ægrotos, aliosque petentes, Oleum Sanctum Infirmorum, ad hoc ut eo in suis infirmitatibus se limitant; nihilominus si quis hoc facere attentaret, gravibus pœnis a Tribunali Ecclesiastico plecteretur, vel tamquam abutens Sacramento Ecclesiæ, vel tamquam suspectus non rectæ Fidei circa Sacramentum Extremæ Unctionis, ut opportune advertit Clericatus *de Sacramento Extremæ Unctionis decis. 70. num. 32.*

Inunctio benevalentis, Oleo lãpadis, ut apud Græcos in usu est, non prohibetur.

Non tamen licet Sacrum Oleum adhibere, quamvis non proferatur Sacramenti forma.

Absurda, ob quæ reprobata fuit hujusmodi unctio.

Multo minus Unctionem cum Sacro Oleo imponere sacramentaliter confessis, in satisfactionem sacramẽtalem.

§. 48. Alterum est, quod, stante prohibitione administrandi Sacramentum Extremæ Unctionis extra gravis morbi necessitatem, quum jam definitum sit, satisfactionem, seu pœnitentiam, quæ a Sacerdote Confessario sacramentaliter confessis imponitur, constare potissimum debere precibus, jejuniis, & eleemosinis (quemadmodum habetur in Decreto a fel. record. Eugenio PP. IV. pro Instructione Armenorum edito); minime licet, Pœnitenti confesso pro satisfactione, seu pœnitentia imponere, ut Extremæ Unctionis Oleo inungatur. Invecta sane olim fuit inter Orientales hujusmodi Unctio, veluti mere cæremonialis, uti deprehenditur ex Canone LXXIV., ex iis, qui in versione Arabica Nicæno Concilio tribuuntur, *in Collectione Harduini Tom. 1. p. 492.* ubi statutum legitur, ut si quis Fidelis cum infideli muliere impudice versatus fuerit, post diuturnam peractam pœnitentiam, Ecclesiæ reconcilietur *per Aquam benedictam, & Oleum Infirmorum.* Exinde vero, si fides habenda est Joanni Nathanaëli in responsione *de Moribus Græcorum*, & Francisco Richardo *de Expeditione sacra cap. 12.* abusus alter inductus fuit, ut pœnitentibus divitibus, pro Sacramentali Pœnitentia, hujusmodi sacra Unctio passim imponeretur, ex cujus satisfactionis usu, non exigua pecuniarum retributio colligebatur. Gravissimo huic absurdo occurrere non prætermisit fel. rec. Innocentius IV. Pontifex Maximus, dum in Epistola sua ad Tusculanum Episcopum ita scripsit *§. 6. Nulli per Sacerdotes, vel Confessarios, pro satisfactione Pœnitentiæ, Unctio aliqua solummodo injungatur.* Hoc idem statutum legitur in Synodo apud Nicosiam celebrata, *in dict. Collect. Harduini Tom. 7. pag. 1714.* Nosque etiam hujusmodi præceptum instauravimus in Constitutione Nostra: *Etsi Pastoralis §. 5. Bullarii nostri Tom. 1. num. LVII.* * Videatur etiam Thiers *de Superstit. lib. 8. cap. 6.* Porro Arcudius loquens de Græcis Presbyteris, qui Pœnitenti apud se confesso, sacram Unctionem pœnitentiæ loco imponebant, asserit eos, in ipsa unctione peragenda, Sacramentali forma uti consueviſse, idque gravibus sane verbis reprehendit; ut legitur in ejus Opere *de Concordia lib. 5. cap. 4. §. Ego præsentem.* Verum Goarius *in notis ad Euchologium pag. 350.* negat hanc Græcis mentem fuisse, ut in ejusmodi Unctione peragenda Sacramentum conferrent: *Non ita tamen, ut unctio precibus adjuncta ex opere operato animæ deleat infirmitates, sed, si quid possit, ex pœnitentis tantum devotione, aut ex Sacerdotis deprecantis charitate, ideſt ex opere operantis, illud valet producere.* Nihilominus præfatam qualemcumque consuetudinem ipsemet improbare non omittit; dum omnino curandum dicit, ut Græci hac in re ita se gerant, quemadmodum docet Sancta Romana Ecclesia omnium Christifidelium Mater, & Magistra; quum præsertim ex præfatæ unctionis usu plura, & gravia sequantur absurda, dum vel Sacramentum Extremæ Unctionis confertur bene valenti, adeoque ei, qui subjectum capax hujusmodi Sacramenti non est; vel Sacramenti materia & forma adhibetur, ut superius indicatum fuit, absque intentione ipsius Sacramenti conficiendi & ministrandi.

Sacrum Chrisma ex quibus apud Græcos conficiatur.

§. 49. Secunda pars tertii Moniti pertinet ad Sanctum Chrisma; quod quidem a Græcis conficitur non Oleo dumtaxat & Balsamo, sed admixtis etiam aliis aromatibus. In hac autem Moniti parte, unicuique videre licet, haud quidem interdictam esse hujusmodi aromatum permixtionem, sed illud dumtaxat tenendum doceri, in Oleo & Balsamo consistere materiam Sacramenti, adeoque, si aliquod deficiat ex aliis aromatibus admisceri solitis, nihil deesse, quod necessarium sit ad Sacrum Chrisma conficiendum.

Cæremonialis inunctio cum sacro Oleo, quando, & quibus casibus apud Orientales invecta.

Apud eos nulla mentio de impositione manuum in administrando Chrismatis Sacramento.

§. 50. Apud Græcos nihil præscriptum legitur de impositione manuum in administrando Chrismatis Sacramento. Morinus in suo Tractatu *de Confirmatione cap. 4.* ita scribit: *Ut Latini constantissime impositionem manuum unctioni conjunxerunt, sic Græci non minus constanter alterum ab altero separarunt, soloque Chrismate in administratione istius Sacramenti usi sunt; manuum enim impositionis non meminerunt nec recentia Euchologia, nec antiqua.* Hoc idem constanter asserit Goarius *in Euchologio pag. 299. num. 28.* Renaudotius *in Opere de Perpetuitate Tom. 5. lib. 2. cap. 12.* testatur, a pluribus retro sæculis, nullum in Ecclesia Græca reperiri vestigium impositionis manuum in conferendo Sacramento Confirmationis; suæque assertionis auctores laudat recentiores Græcos sacra eruditione præstantes, Simeonem Thessalonicensem, Gabrielem Philadelphium, Sirinum, aliosque. Modernus Scriptor Chardon *in Historia Sacramentorum lib. 1. cap. 1. de Confirmatione*, contendit quidem, prioribus sæculis in Ecclesia Græca adhibitam fuisse manuum impositionem in conferendo Chrismatis Sacramento, sed tamen ultro concedit, multis ab hinc sæculis, nullum illius superesse vestigium. Denique Dilectus Filius Joseph Augustinus Orsi Ord. Præd., nunc temporis Palatii nostri Apostolici Magister, in Dissertatione Historico-Theologica, quam olim edidit *de Chrismate Confirmatorio*, compluribus monumentis erudite congestis, demonstrat, materiam Sacramenti Confirmationis apud Græcos non esse manuum impositionem, sed sacrum Unguentum. Nec ideo dici potest, id quod a nonnullis temere affirmatum fuit, non adesse in Ecclesia Græca Sacramentum Confirmationis,

Nefas tamen est asserere, in Ecclesia Græca deficere Confirmationis Sacramẽtum.

propter-

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 94. An in ea Unctione perficienda prolata fuerit sacramentalis forma, confectumque Sacramentum?

propterea quod in ea impositio manuum deficiat: Alioquin id sequeretur, quod nemo sibi persuaserit, tot sæculorum decursu, in tam ampla Christiani Orbis parte, atque in Ecclesia non minus doctrina, quàm sanctitate illustri, defecisse Confirmationis Sacramentum; ut optime ad rem nostram pergit Goarius *loco cit. At vero tam amplam & spatiosam, tam eruditam, & Apostolicarum, Ecclesiasticarumque sanctionum tenacem Christiani Orbis portionem, adeo exquisitum Sacramentum respuisse, neglexisse, vel ignorasse, pauci, me quidem judice, dicere attentabunt.*

Theologorum quæstiones de ritu ab Apostolis servato in ministranda Confirmatione, deque ejusdem Sacramenti materia.

§. 51. Caput hoc injustæ atque inopportunæ dissensionis inter Latinam & Græcam Ecclesiam, originem traxit a controversiis, quæ inter nostrates Theologos agitari solent. Disputant hi, utrum Apostoli Sacramentum Confirmationis ministraverint per manuum impositionem, an etiam Sacro Chrismate adhibito; & quidem, ut assolet, nonnulli affirmant, quod alii negant. Disceptatur etiam inter eos, an sola manuum impositio sit materia hujus Sacramenti; nonnullis tuentibus, in ea dumtaxat consistere Sacramenti materiam; dum alii malunt in Sacro Chrismate statuere materiam remotam Sacramenti, proximam vero in illius applicatione, quæ fit cum signo Crucis ad Confirmandi frontem; juxta id, quod legitur in Decreto pro Armenorum instructione ab Eugenio IV. Pontifice edito: *Secundum Sacramentum est Confirmatio, cujus materia est Chrisma, confectum ex Oleo, quod nitorem significat conscientiæ, & balsamo, quod odorem significat bonæ famæ, per Episcopum benedicto.* Ubi etiam Pontifex loquens de manuum impositione, quæ ab Apostolis hoc Sacramentum ministrantibus fiebat, ita subdit: *loco autem illius manus impositionis, datur in Ecclesia Confirmatio.* Alii denique impositionem manuum, & Chrisma simul jungunt; dicentes, tam illam, quàm istud, materiam esse Sacramenti Confirmationis; sed illam æque, ac istud, materiam inadæquatam, quotiescumque seorsim considerentur; si autem simul jungantur, tunc, ajunt, in iisdem ita conjunctis materiam totalem Sacramenti consistere. Cæterum ipsam manuum impositionem, alii putant eam esse protensionem manuum, quam facit Episcopus versus Confirmandos, sub initium sacræ actionis, dum priores recitat preces; alii eamdem agnoscunt in ipso ungendi actu, quo Episcopus signat frontem illius, quem confirmat; cum nequeat alicujus frons unguento liniri, nisi manus eidem imponatur. Hæ sunt controversiæ, de quibus Theologi nostri disputant; & circa quas unicuique licet eam sequi partem, quæ magis ipsi placuerit. At nemini fas est asserere, in Ecclesia Græca non adesse Sacramentum Confirmationis. Si quis enim hanc opinionem tueretur, huic manifeste obstaret vetus Orientalis Disciplina, quam Apostolica Sedes optime perspectam habuit, nec unquam damnavit, aut improbavit, juxta quam in Græcorum Ritualibus libris nulla fit mentio de manuum impositione, tamquam materia adæquata, aut inadæquata Sacramenti Confirmationis. Quare ad evadendum hujus difficultatis labyrinthum, alio filo utendum est, quod quidem diligenter inquirenti non deerit; absque eo quod super propositione incerta, & nullibi definita, stabiliatur reprobatio alienæ opinionis & sententiæ, quæ defensoribus orthodoxis non caret.

Licet opinionem quamlibet sequi, dummodo non negetur, adesse in Græca Ecclesia Chrismatis Sacramentum.

§. 52. Quod itaque extra controversiam est, hoc dicatur; nimirum in Ecclesia Latina Confirmationis Sacramentum conferri, adhibito Sacro Chrismate, seu Oleo Olivarum, Balsamo commixto, & ab Episcopo benedicto, ductoque signo Crucis per Sacramenti Ministrum in fronte suscipientis, dum idem Minister Formæ verba pronuntiat. Et quidem pro iis Regionibus, in quibus vera Balsami species non reperitur, haud recusarunt Romani Pontifices indulgere, ut ad conficiendum Chrisma liceret uti certo quodam fragranti succo, seu liquore, qui communiter pro vero Balsamo accipitur, ut videre est in Constitutione 180. Sancti Pii V. *in Bullario novo Romæ edito Tom. 4. Part. 3.* *, per quam videlicet Constitutionem, Indiarum Episcopis ejusmodi Indultum conceditur; & in Constitutione 47. Sixti V. *eodem Bullar. eodemque Tom. 4. Part. 3.* *, ubi exposita veri Balsami penuria, ex eo potissimum proveniente, quod arbusta illa, ex quibus major illius copia educebatur, quæque olim in Palæstina, & maxime in Valle Jericho frequentia erant, a Turcis excisa, & radicitus extirpata fuerant; conceditur Archiepiscopis & Episcopis Lusitaniæ, ut in conficiendo Sacro Chrismate, adhibere possint Balsamum, ex Brasilia, aliisque novi Orbis, Indiarumve Regionibus allatum; eaque in re Pontifex suorum Prædecessorum Pii IV., & Gregorii XIII. exempla sequi se profitetur. Quorum sane Pontificum providentiam collaudat Morinus in suo opere posthumo *de Sacramento Confirmationis pag.* 35. In Ecclesia Græca similiter Confirmationis Sacramentum confertur, adhibito sacro Unguento, quod compositum est ex Oleo Olivarum, & Balsamo, ac insuper ex aliis fragrantium herbarum speciebus, quæ sunt numero vigintitres, adjecta quoque aliqua vini portione. Prædictas omnes herbas odoriferas accurate enumerat Habert *in librum Pontificalem Ecclesiæ Græcæ, observat. 5. ad Ritum Chrismatis*, & Pater Berti *Tom. 7. suæ Theologiæ lib. 32. cap. 5.*, qui tamen subdit, difficile admodum sibi videri, omnes illas herbas ab Haberto indicatas sacro Unguento a Græcis infundi, quum nonnullæ ex illis incognitæ sint, ita ut vix aliqua earum mentio extet in lexicis, & in libris Auctorum, qui de plantis herbisque tractarunt. Sed quidquid sit de his, quum antiquus sit usus commiscendi has herbas Oleo, & Balsamo, intactus relictus est ritus in Monito, de quo nunc agimus; admonitis tantummodo Græcis, ne aliud quidpiam ad materiam Sacramenti necessarium putent, præter Oleum & Balsamum; utque proinde validam agnoscant hujus Sacramenti ministrationem, quæ fiat cum Oleo & Balsamo ab Episcopo rite benedictis, etiamsi aliquæ forte defuerint ex illis herbis, quæ, juxta eorum ritum, in sacri Unguenti compositione admisceri solent. Sapienter etiam, & magna cum ratione, in Synodo Zamosciæ habita anno 1720. animadversum fuit a Patribus §. 2. *de Confirmatione*, quidquid herbarum Balsamo adjiciatur, cavendum esse, *ut maxima pars Chrismatis semper sit Oleum Balsamo mixtum.*

* In hac Editione Tom. II. Const. XII. pag. 20.

* In hac Editione Tom. II. Const. LXXIV pag. 669.

Quidque de ejusdem ministratione, & confectione in Ecclesia Græca.

Quæstionibus propositis, traditur quid tuto sentiendum, & tenendum sit, de Sacramento Confirmationis in Latina Ecclesia.

§. 53. Expensa jam secunda parte tertii Moniti, nonnulla hìc, appendicis loco, subnectemus, quæ nec inopportuna, nec a proposito aliena jure censeri poterunt, quum & ejusdem Sacramenti Confirmationis doctrinam respiciant, & ad Euchologii correctionem pertineant.

Appendix ad tertium Monitum.

§. 54. Forma Sacramenti Confirmationis in Græca Ecclesia, juxta communem receptamque sententiam, sequentibus verbis continetur: *Signaculum Doni Sancti Spiritus*; quæ verba pronunciantur ab eo, qui Sacramentum ministrat, dum suscipientis fronti cum sacro Unguento Crucis signum imprimit; uti colligitur ex Canone 7. Concilii Constantinopolitani I., *in Collectione Harduini Tom. 1. pag.* 811., utque ex illius Canonis verbis recte perpensis infert Bessarion Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis *in suo Opusculo de Eucharistia*, quod impressum habetur in Bibliotheca Patrum *edit. Lugdunen. Tom. 26. pag. 795.*

Forma Sacramenti Confirmationis apud Græcos *Signaculum Doni Sancti Spiritus.*

Secunda Oecumenica Synodus, verba, quæ sacrum Chrisma perficiunt, tradens in septimo Canone, ita inquit: Obsignantes, hoc est sacratissimo Chrismate eos chrismantes, dicimus: Signum Doni Spiritus Sancti: & hæc verba, secundum eos, Chrismatis Sacramentum perficiunt. Quamvis autem hæc Cardinalis assertio oppugnata fuerit a Lupo *in notis ad Canonem 95. Concilii Trullani*; vix tamen erit, ut Lupi sententia plures inveniat suffragatores, præ sententia Cardinalis Bessarionis, ut optime advertit Arcudius *lib. 2. cap. 7.*, ubi post relatum Bessarionis effatum, hæc subdit: *Hactenus Bessarion; quo certe, quæ fiunt in Ecclesia Orientali circa Sacramentorum administrationem, præstantius callere poterat nemo.* Arcudio consentit Goarius *in notis ad Euchologium pag. 301. num. 31.* Item Habert *in suis notis ad Pontificale Græcorum Observat. 4. n. 2.* Et, omissis aliis, qui facile cumulari possent, satis hic erit afferre, quæ habentur in Synodo Zamosciæ, ubi agitur de Sacramento Confirmationis: *Forma, quam probata, & schismate ipso antiquiora laudant Euchologia, hæc est: Signaculum Doni Spiritus Sancti, amen: eaque semel dumtaxat, simul cum ipsa Unctione proferri debet.*

Ex Decreto Sancti Methodii de reconciliandis Apostatis, & ex nonnullis Euchologiis, dubium ingeritur, de iteratione Sacramenti.

§. 55. Celebre est in Ecclesia Græca Decretum Sancti Methodii Patriarchæ Constantinopolitani, qui medio circiter nono sæculo floruit, ac semper in id maxime incubuit, ut aberrantes ad sanctæ unitatis gremium revocaret. In quo Decreto quum illud statutum reperiatur, ut, qui ab Ecclesia desciverunt, deindeque ad illius sinum revertuntur, sequenti ratione recipiantur: *Oratione completa, sacro unguento accepto, secundum baptizatorum consuetudinem, illum inungit, Crucis signo expresso in fronte, & oculis, & naribus, & ore, & duabus auribus, & manibus, & pectore, & scapulis, dicens: Signaculum Doni Spiritus Sancti:* Hinc oritur magni sane momenti difficultas, dum alterutrum dicendum videtur; aut scilicet ea verba: *Signaculum Doni Spiritus Sancti*, non esse in Ecclesia Græca formam Sacramenti Confirmationis; aut in eadem Ecclesia Græca Sacramentum hoc iteratò conferri iis, qui jam semel ipsum, & quidem valide, susceperunt, si deinde, post apostasiæ crimen, ad Ecclesiam reverti velint; quod sane contrarium est receptæ sententiæ, quæ pro inviolabili regula habetur, ut Sacramenta, quæ characterem imprimunt, iterari nequeant iis, qui semel valide ea susceperunt; juxta definitionem Tridentinæ Synodi *Sess. 7. de Sacramentis in genere Can. 9.* Nec quicquam prodest confugere ad supra citatum Canonem 7. Concilii Constantinopolitani I., quo statuitur, ut sacro Chrismate reconcilientur Ariani, Macedoniani, Novatiani, & Appollinaristæ, quum ab hæresi conversi ad Ecclesiam se se recipiunt. Hujus namque Canonis sanctio prænominatos tantummodo Hæreticos respicit, qui Sacramentum Confirmationis, aut nullo modo, aut invalide conferebant. At Sancti Methodii decretum generale est, eosque omnes complectitur, qui post defectionem ad Ecclesiæ sinum redire cupiunt. Quum autem in quibusdam Euchologiis, ubi de pœnitentium reconciliatione agitur, eadem legantur præscripta, quæ habentur in Decreto Sancti Methodii; sequitur, ut eadem difficultas, quæ circa Decretum hujusmodi offenditur, in præindicatis etiam Euchologiis occurrat.

Variæ de eo Decreto opiniones minus cutæ.

§. 56. Incredibile est quantopere se torqueant Scriptorum ingenia, ut propositæ difficultati satisfaciant. Sunt qui asserunt, Decretum illud nequaquam conditum fuisse a S. Methodio Patriarcha Constantinopolitano, qui, ut superius innuimus, floruit anno Christi DCCCXLII., sed ab alio quodam Methodio Patriarcha schismatico, qui Urbis Regiæ Sedem occupabat anno MCCXL. Sed quum Goarius *in notis ad ipsum Decretum*, quas addidit ad Calcem Euchologii a se illustrati, *pag. 698.* testetur se complura vidisse monumenta temporibus hujusce Methodii antiquiora, quæ illud ipsum Decretum Sancto Methodio Patriarchæ tribuunt; hoc satis est ad demonstrandam responsionis hujusce levitatem. Sunt alii, qui & admittunt, verba illa: *Signaculum Doni Spiritus Sancti*, esse formam Sacramenti Confirmationis; & agnoscunt, juxta Decretum S. Methodii, quoties Apostatæ conversi in unitatem Ecclesiæ recipiebantur, eadem verba proferri debuisse, dum pœnitentes sacro unguento ungebantur; sed tamen putant non ideo affirmrri posse, Sacramentum Confirmationis collatum fuisse iis, qui jam semel illud susceperant; quum ad collationem Sacramentorum necessaria sit intentio Ministri; in ea autem actione satis appareat non fuisse Ministri intentionem, ut Sacramentum conferret, sed ut Apostatam conversum Ecclesiæ reconciliaret. Hac responsione utitur Du Hamel *Theologiæ Tom. 6. edit. Paris. ann. 1695. pag. 383.* eamque innuunt quoque Goarius *in notis ad Eucholog. pag. 698. §. Verum potuisset*, Tournely *in Tractatu de Confirmatione, circa finem, ubi ad objecta respondet, pag. 612. & seq. juxta editionem Parisien.*, & Assemanus Junior *Codicis Liturgici Lib. 3. De Confirmatione pag. 63.* Verum aliis pluribus responsio hæc non probatur, & præsertim Juvenino *De Sacramentis Dissert. 3. de Confirmatione, quæst. 7. cap. 1. art. 1. §. 1.*, qui observat primo, nullum adduci Græcum monumentum, ex quo inferri possit, eum, qui Apostatam reconciliat, dum sacro Unguento illum ungit, & profert verba, quibus continetur forma Sacramenti Confirmationis, animum habere a collatione Sacramenti alienum: deinde, nequaquam recte agere, quin immo peccare Ministrum, qui Sacramenti materiam, & formam ei applicat, qui eidem suscipiendo idoneus non est; etiamsi Sacramentum ei conferre non intendat. Alii denique advertentes, priorum sæculorum monumenta testari, in Occidentali Ecclesia, reconciliatos aliquando fuisse Apostatas per manuum impositionem, fatentur quidem nunc temporis veritum esse Confirmationis Sacramentum iteratò conferre iis, quibus semel valide collatum fuerit; at olim non ita se rem habuisse ajunt; proindeque concludunt, non adeo mirum videri debere, si in Decreto Sancti Methodii, quod pertinet ad Orientalem Ecclesiam, præscribitur, ut Apostatæ reduces iterum Sacramento Chrismatis confirmentur, quantumvis aliàs id ipsum valide susceperint. At minime tutum est hoc etiam systema. Quum enim nonnulla ex indicatis monumentis diserte testentur, Apostatas receptos fuisse *sola manuum impositione*, si quis hanc ipsam putat fuisse collationem Sacramenti Confirmationis, hoc probare tenetur, sola manuum impositione, nullaque unctione adhibita, Sacramentum istud tunc temporis collatum fuisse. Si quis autem dixerit (quod aliquo etiam exemplo fulcire posset), una cum impositione manuum, sacram quoque Unctionem in hujusmodi pœnitentium reconciliatione adhibitam fuisse, illud nihilominus, ad evincendam iterationem Sacramenti, ostendendum illi supererit, an aliqua, & quænam verborum formula proferri soleret ab eo, qui & manus imponebat, & Chrismate ungebat. Marcus Rhemensis *in Tractatu de variis Capitibus Ecclesiæ, cap. 18.* plures recenset species impositionis manuum. Hoc ipsum accurate præstitit auctor Glossæ *in Can. Manus impositio, 1. quæst. 1.* Duo celebres viri, Sirmondus *in suo Antirhetico secundo, cap. 5.*, & Morinus *de Sacram. Confirm. cap. 12. pag. 56.*, & iterum

Applicatio materiæ Sacramenti, cū prolatione formæ, exclusa intentione conficiendi Sacramentum, nec præsumitur, nec licita est.

Impositio manuum, ubi non constat de Unctione, & prolatione Formæ, non probat collationem Sacramenti Confirmationis.

in Tract. de Pœnitentia lib. 9. cap. 9. & 10. existimant, impositionem manuum, de qua nunc loquimur, fuisse confirmatoriam. At Petrus Aurelius contendit, eamdem in reconciliandis hæreticis adhibitam, meram fuisse cæremoniam, non vero alicujus Sacramenti collationem. Et hanc quidem sententiam amplectuntur Lupus *in Can. 7. Constantinopolitanum Tom. 2. pag. 46. & seq.* Arcudius *lib. 2. cap. 18.* Suarez *in 3. part. Divi Thomæ Tom. 3. quæst. 72. disp. 34. sect. 1. §. Unde est tertia responsio*, & *disp. 36. art. 11. sect. 3. §. Ad rationem dubitandi.* Quapropter Wittasse *in sua Tract. de Sacram. Confirm.* post relata monumenta omnia, quæ alterutri opinioni favere possunt, denique *pag. 63.* utramque in sua probabilitate relinquit; eâdemque prudentia se gerit Auctor additionum ad Estium *in lib. 4. Sentent. dist. 5. §. 16. lit. B. pag.* 87.

Meliore responsione satisfit difficultati exortæ ex Decreto Sancti Methodii.

§. 57. Alia itaque ineunda est ratio, ut satisfiat prædictæ difficultati, quæ oritur ex Decreto S. Methodii, & ex his, quæ in aliquibus Euchologiis, cohærenter ad idem Decretum, adnotata reperiuntur. Et primum quidem, quod ad Decretum attinet, relatum idem legitur in Annalibus Ven. Cardinalis Baronii, *ad annum Christi* 842. sed diverso plane modo, ac ab aliis refertur, quàmque a Nobis superius conscriptum fuit. In eo enim, quod refert Baronius, minime præscriptum legitur, ut in Apostatæ reconciliatione proferantur verba: *Signaculum Doni Sancti Spiritus*, licet præscribatur Unctio cum sacro Unguento peragenda. Et quamvis adhuc legatur: *Chrismate ungantur, ut solent inungi, qui baptizantur;* nihilominus (omisso etiam, quod aliqui satis verisimiliter defendunt, hæc verba addititia esse, iisdemque admissis, tamquam authenticis) eorum naturalis germanusque sensus is semper erit, ut in reconciliatione Apostatæ ungantur eædem corporis partes, quæ inungi solent, quum post Baptisma Confirmatio ministratur. Cumque nihil adjiciatur de prolatione verborum: *Signaculum Doni Spiritus Sancti;* evanescit vis omnis propositæ difficultatis. Accedit insuper, quod quum Legati a S. Nicolao Papa I. in Bulgariam missi, Confirmationis Sacramentum iis contuliissent, quibus jam idem a Græcis Presbyteris ministratum fuerat; ob eam præcipue rationem, quod hujusmodi Presbyteri facultatem a Sede Apostolica non obtinuissent pro talis Sacramenti administratione; acerrimam adversus eos querelam instituit Photius in suis encyclicis litteris, hoc illis vitio vertens, quod Sacramentum Chrismatis contuliissent iis, qui jam semel confirmati fuerant. *Talem quis insaniam unquam audivit, quam isti mentecapti audere non dubitarunt, ut illos, qui semel Chrismate uncti sunt, iterum chrismarent, excelsa denique mysteria in nugas & derisum convertentes?* Ex hoc autem aperte evincitur, S. Methodium in suo Decreto minime statuisse, aut voluisse, ut Sacramentum Chrismatis iterato ministraretur iis, qui jam antea confirmati fuerant, si forte post apostasiæ crimen ad Ecclesiam redirent. Nam Photius, qui quadraginta circiter annis post mortem S. Methodii floruit, quique pravi sane animi, sed doctus & catus homo semper habitus fuit, non id Apostolicis Legatis adeo acriter objecisset, quod Sacramentum Chrismatis iteraffent, si Sanctus Methodius antea decreviisset, aut ea mente fuisset, ut Apostatæ ad Ecclesiam redeuntes idem Sacramentum iteratò susciperent; facile enim profexisset hoc sibi responsum a Legatis redditum iri, se nihil ultra citrave egisse, quàm quod Ecclesia Orientalis, ex Decreto S. Methodii, servare consueverat, dum aberrantes in unitatem recipiebat.

Verba ex Euchologiis allegata additicia probantur.

§. 58. Quod autem pertinet ad Euchologia, si in eorum aliquo præscriptum legitur, ut in pœnitentium reconciliatione adhibeatur sacra Unctio cum prolatione verborum: *Signaculum Doni Sancti Spiritus;* id utique tribuendum est interpolationi Schismaticorum, quibus a Theodoro Balsamone persuasum fuit, ut si quis Latinus ad Græcos commigraret, huic Sacramentum Confirmationis denuo conferendum esset; uti testatur Gregorius Protosyncellus in Apologia adversus Marcum Ephesium, *in Collectione Concil. Harduini Tom. 9. pag. 640.* At enunciatæ formulæ prolatio minime præscripta reperitur in quamplurimis manuscriptis Euchologiis, quæ inspexit & recognovit vir summa fide dignus Joannes Matthæus Cariophylus Cydonius; quemadmodum refert Arcudius *lib. 2. de Reformat. cap. 18.*; quodque magni æstimandum est, nihil ejusmodi legitur in celebri Euchologio Cryptæ Ferratæ. Quare in Congregationibus super correctione Euchologii habitis tam sub Urbano VIII., quàm nostris hisce temporibus, Nobis annuentibus, decretum fuit, ut in Euchologio, quod correctum typis edendum erat, Ritus reconciliationis pœnitentium ad eam plane formam exigeretur, qua descriptum legitur in Euchologio Cryptæ Ferratæ: id quod est factum. Quum enim in Congregatione habita die 7. Januarii 1748. propositum fuisset dubium, an corrigendus esset ritus reconciliandi Apostatas in unitatem Ecclesiæ redeuntes, ad formam in Decreto Methodii traditam; animadversum fuit, unctionem eorum, qui reconciliantur, ibi quidem faciendam præscribi eo modo, quo unguntur ii, qui baptizantur; sed ut in hujusmodi unctione peragenda proferri debeant verba: *Signaculum Doni Spiritus Sancti;* id in paucis solummodo, iisque recentibus, Euchologiis adscriptum reperiri. Itaque in alia Congregatione habita die 18. sequentis Mensis Februarii decretum fuit: *Corrigatur Euchologium impressum ad formam Euchologii Patriarchalis Cardinalis Bessarionis, nunc Cryptæ Ferratæ.* Factaque Nobis relatione, atque omnibus per Nos inspectis, librarisque, Decretum idem approbatione nostra roboratum fuit.

Pristinæ integritati restituuntur omnia.

Quartum Monitum: de quibusdam immunditiis, & precibus ad eas abstergendas in Euchologio appositis.

§. 59. Agendum nunc sequitur de quarto Moniti capite, quod est de peculiaribus quibusdam immunditiis, ad quas expurgandas, nonnullæ benedictiones & preces in Euchologio appositæ leguntur. En autem Moniti verba: *Denique sciendum, quod, si contigerit, immundum quid, aut contaminatum incidere in puteum, aut in aliud vas liquidi cujuscumque, sive etiam rem immundam tangi, aut manducari, sive in Ecclesia animal impurum gigni, aut mori, Sacerdotes quidem Orientalis Ecclesiæ, precibus & benedictionibus in Euchologio contentis, secundum Ecclesiæ suæ consuetudinem, utuntur, nullatenus tamen intendunt observare præcepta antiquæ Legis, quæ sunt per adventum Christi sublata, quemadmodum omnibus manifestum est.*

Oratio de cibis mundis & immundis, quæ in Euchologio legitur.

§. 60. In Euchologio, cujus correctioni adlaboratum est, prout etiam in celebri Euchologio Cryptæ Ferratæ, olim Cardinalis Bessarionis, & in aliis vetustissimis hujusmodi Codicibus, Oratio quædam legitur, in qua & commemoratur id, quod in Lege veteri statutum fuerat de differentia inter cibos mundos & immundos, deque immunditia legali, quam contrahebat quicumque, contra interdictum Legis, immundum quid comedisset; & simul adjicitur, non posse eum, qui cibos immundos ederit, pretiosum Corpus & Sanguinem Christi sine peccato suscipere. Id autem in causa fuit, ut discutiendum proponeretur, num ex prædicta, aliisque similibus Orationibus, seu ex his, quæ in hujusmodi precibus continentur & enunciantur, justa præberetur occasio suspicandi, ne forte observatio cæremoniarum legalium veteris Legis, una cum nova Lege & Evangelio, cumulari,

An retinêda, vel tollêda esset, addubitatum, & quare?

seu retineri vellet. Ut igitur deprehendatur, an suspicio hæc aliquo fundamento innitatur, sequentes propositiones strictim indigitabimus, ex quibus omnia illustrentur, & propria in luce collocentur.

Animadversiones ad rē rectè definiēdam necessariæ.

Distinctio ciborum, cæremoniale fuit veteris legis præceptum, per adventum Christi sublatum.

§. 61. Prima est: Cæremonias legis Mosaicæ per adventum Christi fuisse sublatas; & post promulgationem Evangelii, non posse amplius absque culpa servari. Quum itaque discrimen a lege veteri inductum inter cibos mundos, & immundos, ad cæremonialia præcepta pertineat; hoc satis est, ut asseri jure possit, nullum amplius superesse, aut statui debere discrimen inter cibos mundos & immundos. Quamvis enim beatissimi Apostoli, *Actor. cap.* 15. Fidelibus interdixerint, ne sanguine & suffocato vescerentur, juxta sententiam Jacobi in Concilio Jerosolymitano propositam in hæc verba: *Propter quod ego judico, non inquietari eos, qui ex Gentibus convertuntur ad Deum, sed scribere ad eos, ut abstineant se a contaminationibus simulacrorum, & fornicatione, & suffocatis, & sanguine;* hoc tamen constat ideo tunc sancitum fuisse, ut omnis dissidii occasio inter Judæos & Gentiles ad Christum conversos tolleretur; qua causa jamdudum sublata, ejus quoque effectus sublatus dici debet. *Item legalia veteris Testamenti, seu Mosaicæ Legis cæremonias, sacra, Sacrificia, & Sacramenta, Domino nostro Jesu Christo adveniente, cessasse, & post promulgatum Evangelium sine peccato observari non posse. Ejusdem etiam Legis veteris ciborum mundorum & immundorum differentiam, ad cæremonialia pertinere, quæ, surgente Evangelio, transierunt. Illam etiam Apostolorum prohibitionem ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, illi tempori congruisse, ut inter Judæos & Gentiles dissensionis materia tolleretur, cujus Apostolica prohibitionis causa cessante, etiam cessavit effectus.*

Consona allato principio Pontificum & Conciliorum Decreta.

§. 62. Præmissa verba desumpta sunt ex Professione Fidei Orthodoxæ, quam Orientales, ex præscripto Urbani Papæ VIII., emittere debent, quæque impressa fuit Typis Congregationis de Propaganda Fide anno 1642. Consonat iisdem doctrina Sancti Thomæ, quam is fuse tradit *in* 1. 2. *quæst.* 103. *art.* 4. *ad tertium.* Neque desunt antiquiora monumenta, quibus eadem doctrina firmatur. Siquidem Sanctus Gregorius II. in suo Capitulari, quo instructos in Bavariam ablegavit Marinianum Episcopum, & Georgium Presbyterum, *cap.* 7. ita loquitur: *Ut nihil in perceptione ciborum judicetur immundum, nisi quod fuerit idolis immolatum, quia, juxta quod magisterio Apostolico docetur, omnis creatura Dei bona. & nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.* Similiter Sanctus Nicolaus I. in responsis ad Consulta Bulgarorum *num.* 43. de animalibus mundis & immundis, hæc habet: *Quæ animalia seu volatilia liceat manducare, quantum existimo, Dominus evidenter ostendit, cum post diluvium animalia cuncta Noë tribuit, & Filiis ejus edenda .... Itaque omne animal, cujus cibus minime corpori nocivus esse probatur, & societas hoc in cibum admittit humana, comedi non prohibetur.* Itaque in Concilio Florentino, in Decreto pro Jacobitis edito, *in Collectione Labbeana Tom.* 13. *pag.* 1209. sequentia verba leguntur: *Sacrosancta Romana Ecclesia &c. firmiter credit, profitetur, & prædicat, omnem Creaturam Dei bonam, nihilque rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur; quia, juxta verbum Domini, non quod intrat in os coinquinat hominem; illamque Mosaicæ Legis ciborum mundorum & immundorum differentiam ad cæremonialia asserit pertinere, quæ, surgente Evangelio transierunt ..... Nullam itaque cibi naturam condemnandam esse denuntiat, quam societas admittit humana; nec inter animalia discernendum, per quemcumque sive virum, sive mulierem, & quocumque genere mortis intereant, quamvis pro salute corporis, pro virtutis exercitio, pro regulari & Ecclesiastica disciplina, possint & debeant multa non negata dimitti, quia, juxta Apostolum, omnia licent, sed non omnia expediunt.*

Potest tamen Ecclesia cæremōialia præcepta innovare, exceptis iis, quæ venturum Messiā referebant.

§. 63. Altera propositio est: Quamvis, promulgato Evangelio, cessarint cæremonialia præcepta veteris Legis, & nullum in lege nova extet præceptum, quo mundi ab immundis cibis secernantur, cujusmodi erat in Lege veteri; non minus tamen in potestate est Ecclesiæ Christi, justis concurrentibus rationibus, gravibusque de causis, ut obligationem redintegret observandi aliquod ex præceptis cæremonialibus, quæ erant in Lege veteri, licet in nova, ut innuimus, abrogata sint; dummodo præceptum non sit ex eorum numero, quæ in Lege veteri præcipue ordinata erant ad præfigurandum Messiam venturum; cujusmodi patet fuisse, exempli gratia, Circumcisionem, & animalium sacrificia, uti ad rem nostram advertit Vasquez *in* 1. 2. *Divi Thomæ Tom.* 2. *disput.* 182. *cap.* 9. §. *Ex quibus omnibus;* sed fit ex genere eorum, quæ ad externam disciplinam, & corporis munditiem pertinebant, in quorum classem profecto referenda veniunt, quæ de cibis mundis & immundis præscripta fuerant. Id autem assumptum non minus ex Occidentalis, quàm ex Orientalis Ecclesiæ disciplina, & quidem ex priorum sæculorum monumentis comprobatur.

Religiosæ priorū Christianorum observantiæ argumentum

§. 64. Celebris est calumnia in primævos illos Christifideles a Gentilibus conficta, quod scilicet Hominum, præsertim infantium, carnibus vescerentur, humanumque sanguinem biberent. Huic causam dedit religiosa, quæ tunc vigebat, Arcani disciplina, juxta quam servato inter Fideles secreto circa præsentiam realem Corporis Christi in Eucharistica mensa; ex qua iidem pascebantur, quum tamen subobscura quædam Mysterii notitia ad Gentilium aures perveniisset, hanc ipsi ansam arripuerunt, ut prædictam calumniam in Christianos excogitarent, & in vulgus spargerent; uti rectè demonstrat Scheleſtratus *in Dissertat. de Disciplina Arcani artic. unic. cap.* 4. §. 17. Æque tamen celebris est responsio, quam veteres illi Apologiarum pro Christianis Scriptores, absque secreti violatione, Gentilibus reddere consueverunt, dicentes, fieri nullo modo posse, ut Christi Discipuli humanas carnes ederent, & sanguinem biberent, quum satis compertum esset, eos ab animalium quoque sanguine, & a suffocatis animalibus abstinere. Hoc argumento utitur Tertullianus *Apologetici cap.* 9. Ex hac autem responsione manifestè evincitur, temporibus illis, nimirum prioribus Ecclesiæ sæculis, ciborum delectum apud Christianos aliqua ratione viguisse, eosque potissimum a sanguine & suffocato abstinuisse; ut sapienter observant Nicolaus le Nourry *Tom.* 2. *Apparatus in Biblioth. Patr., Dissert.* 4. *in Tertullianum cap.* 12. *art.* 2., & Pamelius *in dictum cap.* 9. *Tertulliani num.* 138. Neque vero Christiani illi existimabant vigentem adhuc esse ea de re Mosaicæ Legis sanctionem; neque porro ignorabant sublatum jam esse Apostolicum interdictum de abstinentia a sanguine & suffocato; nec alia demum de causa illicitas putabant hujusmodi escas; sed tamen ab iis abstinebant, ex consuetudine a Majoribus tradita, quam sequi & servare maxime conveniens arbitrabantur: *Mos itaque abstinendi a sanguine & suffocato in illis Ecclesiis tanta religione servatus est, quia consuetudinem illam a majoribus acceperant, quamvis usum sanguinis & suffocati absolute illicitum esse non censerent:* verba sunt Natalis

Ale-

Alexandri *Hiſtor. Eccleſiaſt. ſæcul.* I. *Diſſert.* 10.

Ad quod uſque tempus ea diſciplina viguerit in Latinis Eccleſiis.

§. 65. Aſſerit Calmet *in ſuis Commentar. ad Cap.* 15. *Actuum Apoſtol.* ad ea verba : *& ſuffocato & ſanguine*, in aliquibus Eccleſiis Latinis, per plura ſæcula, & quidem uſque ad decimum, & undecimum Æræ Chriſtianæ ſæculum, obſervatam fuiſſe diſtinctionem inter cibos mundos & immundos, ſervatamque abſtinentiam a ſanguine & ſuffocato. Et quamvis ipſe aſſertionem hanc ſuam nullis probationibus ibi confirmet, comprobari tamen facile poſſet a quolibet in monumentis Eccleſiaſticis parumper verſato. Etenim Caniſius in lucem edidit vetus Pœnitentiale Romanum, ſæculo octavo labente, vel nono ineunte, compoſitum : in quo *ſub Tit. de Suffocatis* ſtatuitur pœnitentia ab eo ſubeunda, qui ſuffocati animalis carnem ediderit; ſub Titulo autem *de Laceratis*, præſcribuntur pœnitentiæ & jejunia iis injungenda, qui vel piſcem comederint in piſcina mortuum, vel aquam biberint ex eo puteo, in quo demortuus mus, vel gallina reperti fuerint, niſi prius exhauſtus omnino fuerit ipſe puteus. Humbertus autem Cardinalis Silvæ Candidæ, qui Sancti Leonis Papæ IX. Legatus fuit, & quidem Conſtantinopoli cum Græcis acriter diſputavit, in ipſis diſputationibus hujuſmodi, aperte faſſus eſt, nullam hac de re diſſenſionem eſſe inter Latinos & Græcos; ſiquidem adhuc in aliquibus Latinis Eccleſiis obſervabatur, non ſecus ac apud Græcos, abſtinentia a ſanguine & ſuffocato : *Antiquam conſuetudinem, ſeu traditionem majorum noſtrorum diligenter retinentes, nos quoque hæc abominamur, adeo ut ſanguine, vel quocumque morticinio, aut aquis, ſeu quacumque negligentiâ humana præfocato, apud nos aliquando veſcentibus, abſque extremo periculo vitæ hujus, pœnitentia gravis imponatur.* Et alibi : *Nos ergo, quamvis a Domino, & ab Apoſtolis licentiam habeamus manducandi omnia, quæ nec noſtræ, nec fraternæ ſaluti officiunt, conſuetudine tamen provinciarum, & præceptis majorum noſtrorum hactenus detenti, devitamus comedere nonnulla, non quia mala, & immunda ſunt, ſed quia aut nobis aliquando non expediunt, aut longo uſu in naturam jam verſo abhorrent.*

Apud eoſdem Latinos nunc penitus obſoleta.

Viget tamen adhuc in Eccleſia Græca.

§. 66. Jam vero in Latinis Eccleſiis nullum amplius ſupereſt hujuſmodi abſtinentiæ veſtigium, ſi fidem habeamus Cornelio a Lapide *in Commentar. in Actus Apoſt. cap.* 15. *verbo : Et ſanguine.* Viget illa tamen vel nunc in Eccleſia Græca, quæ ſibi laudi duxit, Apoſtolicum præceptum de abſtinentia a ſanguine & ſuffocato, retinere & cuſtodire, quemadmodum notant præcitati Calmet, & a Lapide *in d. cap.* 15. *Actuum Apoſt.*, pergitque Chriſtianus Lupus in notis ad Can. 67. Concilii Trullani : *Græci etiam dudum poſtea in obſervantia iſtius Apoſtolicæ Legis manſerunt conſtantes;* retenta nimirum lege prædicti Canonis Trullani 67., in quo ita legitur : *Divina nobis Scriptura mandavit, a ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione abſtinere. Eos autem, qui propter lautum & delicatum ventrem, cujuſcumque animalis ſanguinem arte aliqua eſculentum condiunt ac inſtruunt, atque ita illo veſcuntur, convenienter punimus. Si quis ergo deinceps animalis ſanguinem quovis modo comedere aggrediatur, ſi ſit quidem Clericus deponatur; ſin autem laicus, ſegregetur* : Soli autem Armeni, quod quidem ſciamus, in acceptanda unione cum Eccleſia Romana, hujuſmodi Græcorum conſuetudinem ſe relinquere profeſſi ſunt. Licet enim Vartanes ſchiſmaticus iis perſuaſiſſet, ut a quibuſdam cibis abſtinerent, quos Lex Moſaica immundos pronunciavit, excepta ſolum carne ſuilla, quam eis a S. Gregorio Illuminatore, primo eorum Nationis Patriarcha, conceſſam fuiſſe aſſerebat; eoſdemque docuiſſet confringere vaſa Oleo, Vinoque plena, ſi forte muſca, vel aliud animalculum hujuſmodi in ea cecidiſſet; nihilominus in Collationibus habitis ad conciliandam adeo exoptatam unionem Eccleſiæ Armenæ cum Romana, ſtatutum fuit, ut ſequitur : *Patres Armeni tum Siſenſis, tum Adanenſis Concilii, cum Romana Eccleſia ſuam conciliantes, approbarunt Epiſtolam Dogmaticam Gregorii Armeniæ Patriarchæ ad Regem Haytonem, ubi Hebraica illa ciborum diſcretio his verbis refellebatur : cibos autem immundos, præcipue, qui ad pauperum manus obiter veniunt, omnes, ut inquit Paulus, in nomine Dei purificatos haberi jubemus, quos & orationibus benedici docuit Dominus Nierſes, nimirum Ghelajenſis, qui ſimiliter Armeniæ Doctor & Patriarcha fuerat.* Quæ omnia videri poſſunt apud Galanum *Tom. II. De conciliatione Eccleſiæ Armenæ cum Romana.*

Armeni hac in re Latinis plene conſentiunt.

Quomodo licita ſit Græcis diſtinctio ciborum, uſuſque precum ad abſtergendam immunditiam inde contractam.

§. 67. Tertia denique propoſitio ea eſt, quæ innuitur etiam in ipſo capite quarto Moniti, de quo nunc agimus : videlicet minime prohibitum intelligi Græcis Sacerdotibus uſum ullius ex precibus aut benedictionibus, quæ in eorum Euchologio continentur, quantumvis reſpiciant, pertineantque ad eas ipſas res, quæ in lege veteri ſubjectum erant cæremonialium præceptorum; dummodo quidquid ab iis fit, non eo animo fiat, ut veteris jam abolitæ Legis præceptis pareatur, ſed ut obſequium præſtetur vel novæ Eccleſiaſticæ Legi, vel canonicæ conſuetudini, diuturni & continui temporis obſervantia roboratæ. Lorinus *in cit. cap.* 15. *Actuum Apoſt. verſ.* 20. §. *Si abſtinent*, circa Græcorum morem abſtinendi a ſanguine, & ſuffocato, hæc advertit : *Si abſtinent hodie Græci a ſanguine, putantes hac ſe lege teneri, ſuperſtitioſi ſunt, quia neminem nunc ligat, & ejus obſervatio ſapit cæremonias veteris Legis : ſi vel quod naturaliter ab ejuſmodi cibo abhorreant, vel honeſta alia de cauſa, reprehendi non debent.* Goarius autem ad Euchologium Græcorum, *in variantibus lectionibus*, ubi eam Orationem expendit, quæ fit *pro iis, qui prohibita & immunda comederunt*, ſequentem ponit adnotationem : *Non Moſaicæ, ſed Eccleſiaſticæ Legis ſtudio, ab immundis deguſtandis ſibi cavent Orientales &c. Proindeque a Judaico ritu obſervando, dum Eccleſiæ obſervant traditiones, longe alienos ſe præſtant, quidquid in adverſum garriat, & falſo imputet Catumſyritus :* Cujus quidem audax aſſertio aliquid fundamenti haberet, ſi ad id, quod faciunt Græci, non tam præindicatis rationibus adducerentur, ſed potius adſtrictos ſe eſſe putarent ex falſa opinione vigentis adhuc Apoſtolici præcepti de abſtinentia a ſanguine, & ſuffocato, quam opinionem parum feliciter tueri nititur Guillelmus Beveregius *Tom. II. Codicis primitivæ Eccleſiæ, illuſtrati, & vindicati, cap.* 7. *num.* 5.

Temeraria Schiſmaticorum aſſertio in Latinam Eccleſiam, ejuſque refutatio.

Tentarunt quidem Schiſmatici Eccleſiam Latinam, veluti judaizantem, traducere, propterea quod in azymo conſecret, & Sabbata obſervet, Regumque Unctionem inter ſacros ritus retineat. At Leo Allatius in ſuo egregio Opere, *de perpetua conſenſione Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis, lib.* 3. *cap.* 14. temerariam hanc illorum aſſertionem refellit; ſpecialiter vero *ſub num.* 4. ita adverſus eos argumentatur : *Quia Judæi Sabbata ſervant, qui ſervat Sabbata, Judæum agit : ergo qui ſuffocata non manducat, Judæum agit, cum Judæi ex Lege prohibeantur illa comedere : ſed Græci ſuffocata non edunt; ergo Græci judaizant.* Deinde *num.* 9. ad rem noſtram recte concludit, minime poſſe abſolute & indiſtincte dici, quod is judaizet, qui in Eccleſia aliquid agit, & ſervat, conſentaneum & ſimile cæremoniis antiquæ legis. *Si quis ſub alium finem & commoditatem, etiam ex intentione cultus, & tanquam religioſas cæremonias, non tam-*

quam ſpiritu illius Legis, nec tamquam habentia in illa fundamentum, ſed vel ex proprio arbitrio, vel ex aliqua conſuetudine humana, vel ex præcepto & inſtitutione Eccleſiæ, obſervaret; neque peccaret, neque diceretur judaizare. Quare non ſemper quiſquis in Eccleſia aliquid agit, quod cum cæremoniis veteris Legis ſimilitudinem habet, ſtatim dicendus eſt judaizare.

Appendix ad quartum Monitum.

§. 68. Quoniam vero unicuique ex tribus prioribus Monitis, de quibus in hac noſtra Encyclica egimus, quamdam veluti appendicem addidimus; priuſquam ſcribendi finem faciamus, huic etiam quarto Monito ſuam appendicem ſubnectere volumus, quæ & ab ipſius Moniti ſubjecto, & a correcti Euchologii editione aliena non ſit.

Levitici Lex de Purificatione mulierum.

§. 69. In Lege Levitici, *cap.* 12., ſtatuitur, ut Mulier, quæ Maſculum peperierit, immunda ſit ſeptem diebus, deinde aliis triginta tribus diebus maneat *in ſanguine purificationis ſuæ;* ſi vero fœminam enixa fuerit, duabus hebdomadis immunda ſit, & ſexaginta ſex diebus maneat ſimiliter *in ſanguine purificationis ſuæ;* ita ut Sanctuarium ingredi nequeat, antequam elapſum ſit hujuſmodi tempus; quum autem primo Templum adierit, certam oblationem afferre debeat.

Non abſimilis Lex viguit quoque primitus ex Eccleſia.

§. 70. Hoc interdictum in Eccleſia per aliquod tempus viguiſſe, negari nequit; legitur enim in Canonibus Pœnitentialibus Theodori, quos refert Ivo *in ſuo Decreto*, quoſque commemorat Ven. Card. Baronius ad annum Chriſti 266. *Mulier, quæ intrat in Eccleſiam ante mundum ſanguinem poſt partum, ſi maſculum genuerit, triginta tres dies pœniteat; ſi fœminam, quinquaginta ſex. Si quæ autem præſumpſerit ante tempus præfinitum Eccleſiam intrare, tot dies pœniteat in pane & aqua, quot Eccleſia carere debuerat.* Sed neque negari poteſt, hujuſmodi prohibitionem labentibus temporibus in Eccleſia Latina abrogatam fuiſſe. *Si eadem hora, qua genuerit, actura gratias, intra Eccleſiam, nullo peccati pondere gravatur:* verba ſunt S. Gregori Papæ, relata etiam in Decreto Gratiani *Can.* 2. *diſt.* 5. Subdit autem Innocentius III. in Decretali: *Volens, De purificatione poſt partum*, (recitato prius eo Textu: *Lex per Moyſen data eſt; gratia, & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt*), Mulierem puerperam, quæ Religionis cauſa ab ingreſſu Eccleſiæ aliquamdiu abſtinere velit, non prohiberi; ingredientem non peccare: *Nulla proinde peccati mole gravantur, nec Eccleſiarum aditus eſt eis aliquatenus denegandus, ne pœnam in culpam convertere videamur. Si tamen ex veneratione voluerint aliquamdiu abſtinere, devotionem earum non credimus improbandam.* Cumque Beatiſſima Virgo Maria, quantumvis in præindicata Levitici Lege minime comprehenderetur, nihilominus eidem ſe ſe ſubjicere voluerit, dum, elapſo puerperii tempore, ſe ipſam, Divinumque Filium in Templo præſentavit; in hujus præclariſſimi facti memoriam inſtitutus fuit Ritus, qui deſcriptus legitur in Rituali Romano, Pauli V. Pontificis juſſu edito, juxta quem mulier prolem enixa, poſt puerperii terminum, ad Eccleſiam ſe confert, ubi præ foribus a Sacerdote excipitur, & aqua benedicta cum prece aſpergitur; deinde tenens extremam partem Stolæ ejuſdem Sacerdotis, pergit ad Altare, & coram eo genuflexa, orat, gratias agens Deo de beneficiis ſibi collatis. Verum hæc benedictio mulieris poſt partum, in Eccleſia Latina nullo jure præcipitur, eamque prætermittens mulier minime peccat, niſi forte id ageret per ſpretum atque contemptum; ut optime monet Quartus *in ſuo Opere de Benedictionibus Tit.* 3. *ſect.* 12. *dub.* 1.

Quæ tamen ſubinde abrogata fuit in Eccleſia Latina.

Quid nunc temporis apud Latinos hac in re ſervetur.

Severior Græcæ diſci-

§. 71. In Græca autem Eccleſia puerperii lex, tamquam de præcepto, religioſe cuſtoditur, nec mulier partum enixa permittitur ante præſtitutum tempus ad Eccleſiam accedere; quin etiam ſuperioribus ſeculis eo ſeveritatis pervenerat Græcorum diſciplina, ut menſtruatas mulieres ab Euchariſtica Communione repelleret, quantumvis in vitæ periculo verſarentur: Qua de re graviter reprehenſi fuerunt ab Humberto Cardinali Sylvæ Candidæ, ut videre eſt apud Cardinalem Baronium *ad annum Chriſti* 1054. Et quamvis ſubinde temperatus fuerit hujuſmodi rigor, excluſis a ſacra menſa mulieribus menſtruatis tunc ſolum, quum nullo vitæ periculo premerentur; quod conſentaneum viſum eſt Epiſtolæ Canonicæ Dionyſii Alexandrini, & Novellæ 13. Leonis Sapientis Imperatoris; peropportune tamen huc revocanda venit animadverſio prædicti Cardinalis Baronii *ad annum Chriſti* 266. *nu.* 11., ubi obſervat, Dionyſium in citata Epiſtola opinionem ſuam tantummodo expoſuiſſe, ut eam aliorum judicio, & Baſilidis præſertim, cenſuræ ſubjiceret: *Ego, non ut Doctor, hæc ſcripſi, ſed, ut cum omni ſimplicitate convenit diſſerere, meam ſententiam in communi ederem, quam tu cum examinaveris ſæpiſſime, quod juſtum meliuſque apparuerit, vel etiam an ſic de eis haberi exiſtimes, reſcribe.* At ex adverſo, nimis perſpicua eſt ratio per Sanctum Gregorium Magnum adducta in ſua Epiſtola, cujus partem Gratianus inſeruit *Can.* 4. *diſt.* 5. *Naturæ ſuperfluitas in culpam non valet imputari, & per hoc quod invita patitur, juſtum non eſt, ut ingreſſu Eccleſiæ privetur.* Quod autem pertinet ad Euchatiſticam Communionem, non quidem improbat Sanctus Doctor, ſi mulier ab illa ex reverentia ſe abſtineat; ſed ſi nihilominus eo etiam tempore communicet, aperte declarat, ſe eam non damnare: *Si autem ex veneratione magna percipere non præſumit, laudanda eſt; ſed ſi percipiat, non judicanda: bonarum quippe mentium eſt, etiam ibi aliquo modo culpas ſuas agnoſcere, ubi culpa non eſt.* Itaque Græcorum diſciplina hac in parte nequaquam probatur Theophilo Rainaudo *Tom. XVI. illius Operum*, in eo quod inſcribitur *Heteroclita Spiritualia, impreſſ. Lugdun. pag.* 33. *num.* 28. Ac ipſe etiam Goarius, perpetuus cæteroquin Græcorum Rituum fautor & defenſor, *in notis ad Euchologium pag.* 270. ultro fatetur, in nimium rigorem vergere, & præter omnem regulam invectam eſſe Legem, quæ menſtruatas mulieres a ſacra Menſa repellit: *Mitius tamen cum impuris mulieribus agendum, & naturæ imbecillitas non ſpontaneo ſe onere levantis; quidquid in adverſum objectent, & obtrectent Græci &c.*, poſt quæ verba præmiſſam affert auctoritatem Sancti Gregorii, ex citata ipſius Epiſtola deſumptam.

§. 72. Sed quidquid ſit de mulieribus menſtruatis, tam quoad earum ingreſſum in Eccleſiam, quàm circa permittendam ipſis Dominici Corporis participationem; ſermonem nunc referentes ad eas, quæ a partu recentes ſunt, quamvis puerperii obſervatio in Eccleſia Latina, ut jam dictum eſt, non præcipiendi modo illis præſcripta ſit, ſed mere conſulendo propoſita; in Græca tamen Eccleſia viget præceptum, ut ab ingreſſu Eccleſiæ abſtineant, donec certus dierum numerus elapſus ſit: *Obedientiam illam ex debito requirunt Græci; Latini nonniſi ex reverentiæ obſervantia*: ita Goarius loco citato, *pag.* 269. In Euchologio autem leguntur preces per Sacerdotem ea occaſione recitandæ; ſicut etiam in eodem Euchologio deſcribitur univerſus ritus, quo puerperii cæremonia completur.

§. 73. Itaque in Congregationibus pro Euchologii correctione habitis tam ſub Urbano VIII., quàm noſtri Pontificatus tempore, de hac materia diligentiſſime actum, quæſitumque fuit. Nemo ſane extitit, qui expungendum propoſuerit

plina de Puerperis, menſtruatiſque mulieribus.

Vim coactivi præcepti habet Lex de puerperis, apud Græcos.

Iterata hujuſce diſciplinæ diſcuſſio, & nonnullorum de ea judicium.

ex Euchologio puerperii ritum; fuit tamen, qui fuggefferit, ut tolleretur præfinitio termini quadraginta dierum; utque aliæ preces fubrogarentur in locum illius Orationis, quæ in Euchologio legitur, quæque nimium alludere videbatur ad immunditiam legalem, ob quam Judæi mulieres fuas, quadraginta diebus poft partum, ab omni commercio fegregabant, & a Templo excludebant; quum præfertim ibi minus proprie fupplicari Deo videatur in hunc modum: *Ab omni peccato, & ab omni forde perpurga &c. fordes corporis ejus, & maculas animæ ablue in quadraginta dierum curfu.*

Solidior probataque aliorum fententia, ejuf. que fundamenta.

§. 74. Verum quum alii fapienter animadverterint, poffe utique in nova Lege fervari aliquem ex cæremonialibus Ritibus antiquæ Legis, dummodo id non fiat tamquam in vim ipfius Legis antiquæ, quæ evacuata eft; fed morem gerendo aut legitimæ confuetudini, aut novo præcepto, ab eo edito, cui legislativa fimul, & coërcitiva poteftas competere dignofcatur, uti profequitur Vafquez *cit. Tom. III. in 3. part. S. Thomæ, difput.* 210. *quæft.* 80. *art.* 7., fatis id vifum eft, ut nemo mirari jure poffit, fi puerperii obfervatio, Latinis mulieribus confilii modo propofita, Græcis pro Lege præfcripta inveniatur. Cumque præterea Græci non eadem ratione, qua olim Hebræi, puerperii ritum adimpleant; neque enim Sacerdoti oblationem Judaico more afferunt; quin potius eumdem Ritum fanctificaverint per appofitas preces, quibus Deus rogatur, ut mulieri peccata, fi quæ patraverit, dimittere dignetur, invocato in hunc ipfum finem Deiparæ Virginis patrocinio; idcirco in feffione habita inter eos, qui a Nobis, ut initio diximus, Euchologii correctioni præpofiti fuerant, die 8. Januarii 1747., concluíum fuit, nihil hac in parte innovari; Nofque fubinde hujufmodi refolutionem approbavimus. Pronum eft enim, fupra relatis Græcæ Orationis verbis rectum fenfum aptare, dicendo nimirum, Deum ibi rogari, ut & mulieris animam ab omni culpa penitus emundet, & corpus etiam illius liberet ab omni immunditia, non quidem legali, fed naturali, quatenus fpiritualem immunditiam fignificat; quum etiam externa corporis mundities pars fit cultus & venerationis debitæ erga Eccleíias, atque res facras; quapropter prioribus fæculis Eccleíias non ingrediebantur Fideles, nifi prius diligenter loti fuiffent; uti teftatur Sanctus Joannes Chryfoftomus; neque privatim facrorum Evangeliorum Codicem attingere audebant, quin antea manus laviffent.

§. 75. Hæc vobis exponenda cenfuimus, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, per has noftras Encyclicas Litteras, ut & caufas intelligatis, ob quas Apoftolica Sedes laboriofam hanc provinciam jamdudum fufcipiendam exiftimavit, ut Euchologii veftri correctioni manus apponeret; & Vobis compertum fit, qua diligentia, quo ftudio, & quàm æquâ prudentique ratione fufceptum opus peractum fuerit. Intacta relicta funt omnia, quæcumque reperta funt in iis Euchologiis, quæ & antiquitate, & auctoritate cæteris præftant: nihil ademptum, aut emendatum eft, nifi quod in recentiores quafdam editiones, nonnullorum ofcitantia, aut malitia, irrepfiffe apparuit: Omnia retenta fuerunt, quæcumque demum retineri poffe vifa funt, & benigna quævis interpretatio adhibita eft, ne Ritus veftet aliqua in re labefactari videretur. Ex quibus omnibus quum finceram noftram, & Apoftolicæ Sedis in vos charitatem teftatam vobis effe non dubitamus, tum etiam illud vos intellecturos confidimus, incredibili Nos ftudio, & follicitudine urgeri, ut & vos, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, in fancta Unione conftantes perfeveretis, & alii aberrantes, ad eamdem focietatem, & ad falutis viam aliquando per Dei gratiam revocentur. Veftrum erit in poftcrum correcta hac Euchologii editione uti, ac diligenter curare, ut, fi nova aliqua ejufdem editio fiat, ea ad normam hujus, quæ prodiit anno 1754. e Typis Congregationis de Propaganda Fide, omnibus numeris exigatur; quo intercluíus fit aditus erroribus omnibus, & abfurdis, quæ fuperioribus temporibus in alias quafdam editiones irrepferunt, eafque fœdarunt. Hoc denique a vobis petimus, ut Nos in ardua Eccleíiæ univerfæ procuratione laborantes, orationum veftrarum fubfidio juvetis; vobifque Apoftolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Pontificis cohortatio paterni amoris referta, ad Græcos, qui novo, correctoque Euchologio uti jubentur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 1. Martii 1756. Pontificatus Noftri Anno Decimofexto.

Dat. 1. Martii 1756. Pont. XVI.

LVIII. Facultas tribuitur Jacobo III. Magnæ Britanniæ Regi, ut S. Euchariftiam poffit fufcipere, de Spiritualis directoris fui confilio, etfi poft mediam præcedentem noctem jentaculum aliquod, fic expofcente valetudine, fumpferit.

Si concede la difpenfa alla Maeftà di Giacomo III. Re della Gran Bretagna di poterfi comunicare col configlio del fuo Padre Spirituale, ancorchè doppo la mezza notte precedente abbia prefo qualche riftoro per l'indigenza della fua compleffione.

Dilecto Filio Magiftro Ludovico de Valentibus Sancti Officii Aſſeſſori.

Dilecto Filio Magiftro Ludovico de Valentibus Sancti Officii Aſſeſſori.

BENEDICTUS PAPA XIV.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Dilecte Fili, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Pium Regis Britannici votum communionem fumendi etfi non jejunus.

QUADAM, de more, tibi impertita audientia, detuliſti ad Nos pium æque ac religioſum votum Cariſſimi in Chriſto Filii Noſtri Jacobi III. Magnæ Britanniæ Regis, liceret ut ſibi Euchariſticum ſumere Sacramentum, etſi de media nocte antevertente diem, quo ſacris myſteriis participem ſe fieri cupit, quandoque, ex ægra valetudine, cibum aliquem ſumere coga-

Pio defiderio del Re Britannico di poterſi comunicare, ancorchè non digiuno.

IN una delle ſolite udienze, che le diamo, Ella ci eſpoſe il divoto e pio deſiderio del Noſtro Re Britanico, di poter ricevere la Sacra Eucariſtia, ancorchè dopo la mezza notte precedente al giorno, in cui vuol comunicarſi, per le ſue indiſpoſizioni venga tal volta aſtretto a prendere qualche poco di riſtoro; eſibendoſi a non ricevere la Sacra Comunione nel modo

Jejunium naturale parvitatem materiæ non patitur.

tur, quò vires reficiat, atque id quidem haud se facere paratum esse, nisi sui Confessarii consilium & approbatio accesserit.

§. 2. Facilioris doctrinæ Theologus responderet, nulla Regem indigere dispensatione, cum res sit de exiguo cibo, necessitate cogente; non ex animi levitate sumpto, atque non minus in naturali jejunio, quàm in Ecclesiastico materiæ, ut inquiunt, parvitas indulgeatur. Verum opinio isthæc, etsi a Pasqualigo propugnata, falsa est; veluti pluribus demonstraat Suarez *in* 3. *part. Tom. III. quæst.* 80. *art.* 8. *disput.* 68. *sect.* 4. §. *Dico secundo.* Salmaticenses *Tom. I. Cursus Theologici Moralis tractat.* 4. *cap.* 7. *quæst.* 4. *num.* 66. Eamdemque refutavimus ipsi pro viribus ac facultate, in nostro Tractatu *de Sacrificio Missæ sect.* 2. *cap.* 4. §. 2. *Patavinæ editionis.* Alia itaque via insistendum; his, quæ sequuntur, præpositis.

Potuit Ecclesia, decuitque, ut naturale jejunium Cõmunioni præmittendum statueret.

§. 3. Primum, etsi peramabilis Redemptor noster sacra sui Corporis Communione participes fecerit Apostolos non jejunos; cum tamen peculiaribus quibusdam gravioribusque de causis id præstiterit, haud tamen ademit ipse Ecclesiæ suæ auctoritatem constituendi, pro reipsa constituit ne cui, Viatici, aliisque paucis exceptis casibus, videndis apud Theologos Morales, non jejuno, & quidem a media superiori nocte Communionem præcedente, Eucharisticum Sacramentum ministretur. Rem hanc tractat S. Augustinus *Epist.* 54. *alias* 118. *ad Januarium cap.* 6., ubi postquam retulit, Christum Discipulis non jejunis Corpus suum ministrasse: *Liquido apparet, quando primùm acceperunt Discipuli Corpus & Sanguinem Domini, non eos accepisse jejunos*: ita subdit: *Numquid tamen propterea calumniandum est universæ Ecclesiæ, quod a jejunis semper accipitur? Ex hoc enim placuit Spiritui Sancto, ut in honorem tanti Sacramenti in os Christiani, prius Dominicum Corpus intraret, quàm cæteri cibi.* Quod, post S. Augustinum, traditur quoque a Magistro Sententiarum *in* 4. *Sent. dist.* 8., & a S. Thoma 3. *part. quæst.* 80. *art.* 8. Suntque in hoc ipsum gravia, & momentosa verba Pontificis S. Nicolai I. *ad consulta Bulgarorum cap.* 65.

Ab hac jejunii lege solus Pontifex dispensare potest.

§. 4. Alterum, cum generali lege caveatur, ut non nisi jejuno universim sacra ministretur Communio, quam ipsam legem innuit quoque Synodus Constantiensis *sess.* 13., ubi hæc leguntur: *Hujusmodi Sacramentum non debet confici post cœnam, neque a Fidelibus recipi non jejunis, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis a jure, vel Ecclesia concesso, vel admisso* ut alicui expressis casibus non comprehenso liceat, etsi non jejuno, sacra participare mysteria, necesse erit, eumdem expressa dispensatione juvari, quæ porro dispensatio a nemine, præter Romanum Pontificem, potest indulgeri. Id solide tuetur Henaus *de Eucharistia disputat.* 14. *sect.* 3. *num.* 44. Et Suarez *citat. loco sect.* 5. §. *Nihilominus*, quæstionem versans, num possit Sacerdos etsi non jejunus Missam celebrare, ut ægro in vitæ discrimine constituto Sacram Eucharistiam ministret, pervalide oppugnat sententiam asserentium, id ipsi licere ex dispensatione Episcopi: *Non potest Episcopus dispensare, quia est præceptum universale totius Ecclesiæ, & nulla auctoritate, vel consuetudine constat, datam esse Episcopo facultatem dispensandi in illo. Per se autem non potest inferior in lege Superioris dispensare.* Firmissimam in hanc regulam consentit Cardinalis de Lugo, *de Eucharistia disp.* 15. *sect.* 2. *num.* 55. & hæc sunt ejus verba: *In hoc præcepto jejunii naturalis dispensare potest solus Papa. De facto autem neque ipse Papa dispensare solet*: Dignumque animadversione est

Il digiuno naturale non ammette parvità di materia.

predetto, che col consiglio, ed approvazione del suo Confessore.

§. 2. Un Teologo, como suol dirsi, della manica larga, risponderebbe, che Sua Maestà non ha bisogno di veruna dispensa; trattandosi d'un piccolo ristorativo, preso per bisogno, non per capriccio; ed ammettendosi non meno nel digiuno Ecclesiastico, che nel digiuno naturale, la parvità della materia. Ma quest'opinione, benchè sostenuta dal Pasqualigo, è falsa, come ampiamente comprovano il Suarez *in* 3. *part. tom.* 3. *quæst.* 80. *art.* 8. *disp.* 68. *sect.* 4. §. *Dico secundo*, i Salmaticensi *nel tom.* 1. *del loro Corso Teologico Morale tract.* 4. *cap.* 7. *quest.* 4. *num.* 66. e Noi stessi, quanto abbiamo potuto e saputo, l'abbiamo impugnata nel nostro Trattato *del Sacrifizio della Messa sez.* 2. *cap.* 4. §. 2. *dell' edizione di Padova.* E' d'uopo dunque il camminare per altra strada, premettendo le seguenti cose.

Potette la Chiesa, anzi fu convenièn-te, che ordinasse il digiuno naturale prima di Comunicarsi.

§. 3. La prima, che, benchè il nostro amabilissimo Redentore desse la Comunione agli Apostoli, che non erano a digiuno, avendo però ciò fatto per motivi particolari e rilevanti, non ha tolto alla sua Chiesa l'autorità di stabilire, come ha fatto, che, eccettuato il caso del Viatico, ed eccettuati altri pochi casi, che si possono vedere ne' Libri de' Teologi Morali, non si dia la Sacra Communione, se non a chi è digiuno, e digiuno dalla mezza notte antepassata, e precedente alla Comunione. L'argomento è trattato da S. Agostino *nell' epist.* 54. *altre volte* 118. *ad Januarium al cap.* 6., ove dopo aver esposto, che Cristo diede la Comunione ai Discepoli, che non eran digiuni: *Liquido apparet, quando primum acceperunt Discipuli Corpus & Sanguinem Domini, non eos accepisse jejunos*: così soggiunge: *Numquid tamen propterea calumniandum est universæ Ecclesiæ, quod a jejunis semper accipitur? Ex hoc enim placuit Spiritui Sancto, ut in honorem tanti Sacramenti in os Christiani prius Dominicum Corpus intraret, quàm cæteri cibi.* Il che, dopo S. Agostino, viene anche insegnato dal Maestro delle Sentenze *in* 4. *Sent. dist.* 8., e da S. Tommaso *nella* 3. *part. quest.* 80. *art.* 8. E gravi e sensate sono in questo proposito le parole del Pontefice S. Niccolò I. *ad consulta Bulgarorum cap.* 65.

Da simil legge il solo Papa può dispensare.

§. 4. La seconda, che, essendovi la legge universale, che non si dia la Communione ordinariamente, se non a chi è digiuno, legge anche indicata dal Concilio di Costanza *alla sess.* 13., ove così si legge: *Hujusmodi Sacramentum non debet confici post cœnam, neque a Fidelibus recipi non jejunis, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis, a jure, vel Ecclesia concesso, vel admisso*: acciò uno non compreso ne' casi espressi possa lecitamente ricevere la Comunione, benchè non sia a digiuno, è d'uopo, ch' esso sia munito d'una dispensa, qual dispensa non può darsi, che dal Romano Pontefice. Così fondatamente sostiene l'Henao *de Eucharistia disput.* 14. *sect.* 3. *num.* 44. Ed il Suarez *nel luogo citato sect.* 5. §. *Nihilominus*, trattando la questione, se possa un Sacerdote, benchè non digiuno, celebrare la Messa, per dare la Sacra Comunione ad un ammalato, che è in pericolo di morte, impugna con molto vigore l'opinione di quelli, che dicono poterlo fare colla dispensa del Vescovo: *Non potest Episcopus dispensare, quia est præceptum universale totius Ecclesiæ, & nulla auctoritate, vel consuetudine constat, datam esse Episcopo facultatem dispensandi in illo. Per se autem non potest inferior in lege superioris dispensare.* Concorda in questa massima il Cardinale de Lugo *de Eucharistia disput.* 15. *sect.* 2. *num.* 55. ed ecco le di lui parole: *In hoc præcepto jejunii naturalis dispensare potest solus Papa. De facto autem neque*

præpositum verbum *solet*, innuens, rariora esse similium dispensationum exempla, veluti scite expendit Tamburinus *in methodo expeditæ communionis cap.* 2. §. 8.

Dispensatio ejusmodi causâ prærequirit, & quam.

§. 5. Tertium, quandoquidem omnem dispensationem ex causa esse oportet, in proposita autem facti specie unica tantum viget ratio indulgendi pietati ac religioni Regis Britannici, Eucharistico Pane se frequenter reficientis, expendendum propterea est, an satis idonea hæc causa sit, numve afferri possint vetera similium dispensationum exempla; Nos enim difficiliores quidquam aggredimur novi, quod nulli Prædecessores Nostri præstiterint.

Aliqua exempla Communionis sumptæ a non jejunis.

§. 6. Ut facilior imploratæ dispensationi fiat locus, posset quisquam ad disciplinam confugere quarumdam Ecclesiarum Africæ, in quibus Christifideles feria sexta majoris Hebdomadæ cœnati Sacram sumebant Communionem, idque ex religioso cultu erga institutionem Sanctissimi Sacramenti, ut prædictum est, a Christo Jesu Apostolis, postquam comederant, distributi: *Nonnullos probabilis quædam ratio delectavit, ut uno certo die per annum, quo ipsam cœnam Dominus dedit, tanquam ad insigniorem commemorationem, post cibos offerri, & accipi liceat Corpus & Sanguinem Domini.* Verba sunt Sancti Augustini *in cit. Epistola ad Januarium cap.* 7. ad diu toleratam in Occidentalibus & Orientalibus Ecclesiis praxim, cum scilicet post Baptisma Communio ministrabatur infantibus, quibus matres vel nutrices, etiam ante sumptam Sacram Eucharistiam, eorum imbecillitatem commiserando, lac exhibere permittebantur; *ad epistolam* 125. Sancti Joannis Chrysostomi *ad Cyriacum Episcopum*, ubi Vir sanctus incusatus, quod Communionem pasto cuidam ministrasset, his respondet: *Quod si mihi obstinata mente id objicere pergunt, Paulum etiam de dignitatis gradu dejiciant, qui cœnatus universam domum baptizavit; Domino item ipsi auctoritatem abrogent, qui Apostolis post cœnam Communionem dedit*, ac denique ad celebre factum S. Udalrici Augustæ Episcopi, de quo in Chronica incerti Auctoris *ad annum* 978. hæc leguntur: *Iste Udalricus Episcopus fecit prandium cum Conrado Constantiensi Episcopo, & eodem die, facto prandio, celebravit Missam cum Clero, & populo. De hoc accusatus respondit: ego non comedi, sed charitas.*

Irrelevantia offenduntur, nonnulla quidemquia proscripta, vel obsoleta.

§. 7. In nostro Tractatu *de Synodo Diœcesana novissimæ editionis lib. 6. cap.* 8. *num.* 4. egimus de Communione in nonnullis Ecclesiis feria quinta in Cœna Domini ministrari solita etiam non jejunis, deque Eucharistia infantibus porrecta illico post Baptismum: verum monumenta ista viam nihilo faciliorem ad id, quod proposuimus, efficiunt. Invectum quippe usum communicandi post comestionem feria quinta majoris Hebdomadæ, proscripserunt subinde Patres Synodi tertiæ Carthaginensis, quorum decreto congruit omnino Canon 29. Concilii Trullani habiti anno 692., uti etiam videre est in eruditis adnotationibus P. Lupi *ad dictum Canonem Trullanum*, & apud Juenin *de Sacramentis dissert. 4. quæst. 8. artic. 2. §. 1. concluſ. 2.* Quod autem spectat ad Communionem pueris, statim post Baptismum, ministratam, jam a quadringentis & amplius annis is ritus in Occidentali Ecclesia obsolevit. Nonnulla quidem supersunt adhuc vestigia in Orientali Ecclesia; at & ipsa quoque pedetentim & antea, & nunc quoque temporis studuit ab eo deflectere, quemadmodum latius ostendimus in nostris encyclicis Literis ad Missionarios per Orientem §. 24. typis editis superiore anno 1755.

Vide has literas hìc etiã editas superiori p. 286. * * In hac Editione Tom. XIX. Const. L. pag. 151. & seqq.

ipse Papa dispensare solet: essendo degna di riflessione la predetta parola *solet*, che addita, esser rari i casi di simili dispense; come molto bene considera il Tamburino *in methodo expeditæ Communionis cap.* 2. §. 8.

Simil dispensa non si da senza causa, e quale debba essere.

§. 5. La terza, che, dovendo in ogni dispensa intervenire la causa, e non essendovi nel caso presente altra causa, che quella di soddisfare alla pietà e divozione della Maestà del Re Britannico, che con frequenza si ciba del Pane Eucaristico, è d'uopo l'esaminare, se questa sia causa sufficiente, e se vi siano esempj di simili dispense accordate; essendo Noi molto renitenti a far passi nuovi, e non fatti da' nostri Predecessori.

Essempj di casi, in cui fu permessa la Comunione a non digiuni.

§. 6. Per agevolare la strada alla richiesta dispensa, tal' uno potrebbe ricorrere alla pratica d'alcune Chiese dell'Affrica, nelle quali i Fedeli ricevevano la Sacra Comunione nel Giovedì Santo dopo aver mangiato, e ciò per divozione verso l'istituzione del Santissimo Sagramento, che, come si è detto, fu distribuito da Gesù Cristo agli Apostoli, che avevano mangiato: *Nonnullos probabilis quædam ratio delectavit, ut uno certo die per annum, quo ipsam Cœnam Dominus dedit, tamquam ad insigniorem commemorationem, post cibos offerri, & accipi liceat Corpus, & Sanguinem Domini*: sono parole di Sant'Agostino *nella citata lettera ad Januarium cap.* 7. alla tolleranza mantenuta nelle Chiese d'Occidente, e d'Oriente, Allor quando dopo il Battesimo davasi ai fanciulli la Sacra Comunione, ai quali, prima anche di ricevere la Sacra Eucaristia, compatendo la loro indigenza, si permetteva alle madri, e alle nutrici il dare il latte: *alla lettera* 125. di S. Giovanni Crisostomo *ad Cyriacum Episcopum*, ove il Santo accusato d'aver data la Comunione a chi prima aveva mangiato, risponde nel modo seguente: *Quod si mihi obstinata mente id objicere pergunt, Paulum etiam de dignitatis gradu dejiciant, qui cœnatus universam domum baptizavit; Domino item ipsi auctoritatem abrogent, qui Apostolis post cœnam Communionem dedit*: e finalmente al celebre fatto di S. Udalrico Vescovo d'Augusta, di cui si legge nella Cronaca di Autore incognito *all'anno* 978. quanto siegue: *Iste Udalricus Episcopus fecit prandium cum Conrado Constantiensi Episcopo, & eodem die, facto prandio, celebravit Missam cum Clero, & populo. De hoc accusatus respondit: ego non comedi, sed charitas.*

Si dimostrão irrilevanti alcuni, perchè o vietati o andati in disuso.

§. 7. Nel Nostro Trattato *de Synodo Diœcesana dell' ultima stampa al lib. 6. cap.* 8. *num.* 4. abbiamo discorso della Comunione, che in alcune Chiese davasi nel Giovedì Santo anche a quelli, che non erano a digiuno, e dell'Eucaristia, che amministravasi ai fanciulli immediatamente dopo il Battesimo: ma questi monumenti in nulla rendono più agevole la strada per arrivare alla meta. Imperocchè l'usanza di comunicarsi nel Giovedì Santo dopo aver mangiato, fu dipoi severamente proibita dai Padri del terzo Concilio Cartaginese, al decreto de' quali in tutto e per tutto è uniforme il Canone 29. del Concilio Trullano, tenuto l'anno 692., come anche può vedersi nelle note erudite del P. Lupo *sopra il detto Canone Trullano*, e nel Juenin *de Sacramentis dissert. 4. quæst. 8. art. 2. §. 1. concluſ. 2.* Ed in ciò che appartiene alla Comunione, che davasi ai fanciulli immediatamente dopo il Battesimo, già sono più di quattrocento anni, che questo rito non si pratica nella Chiesa Occidentale. Ne resta qualche vestigio nella Chiesa Orientale; ma questa pure a poco a poco se n'è andata, e se ne va ritirando, come abbiamo diffusamente dimostrato nella nostra Let-

Cætera vero quia apocrypha, vel sanioremhabentia interpretationem.

§. 8. Mox supra indicata Epistola S. Joannis Chrysostomi genuinum ejusdem opus agnoscitur a Lupo, Tillemontio, & Montfoconio; verum tamquam supposititia rejicitur multis haud levibus conjecturis ab erudito Patre Stiltingio, Bullandiani operis prosequutore in Acta S. Joannis Chrysostomi illustrata, editaque anno 1753., nobisque dicata, uti videre est §. 69. *num.* 1072. *& seq.*, ac præcipue *num.* 1081., At, ut ut Epistola genuinum opus S. Joannis Chrysostomi haberi vellet, Vir Sanctus haud probat, Communiorem ministrari cuiquam non jejuno, inficiatur se unquam eandem porrexisse pasto; profitetur, siquid ejusmodi attentasset, dignum se, qui de Episcoporum Catalogo, atque Fidelium Electorumque libro expungatur, subinde vero ex quodam orationis impetu superaddit ea, quæ superius allata sunt de Communione non jejunis a Christo exhibita; ita ille inquit: *Multa adversum me struxerunt, ajuntque me post epulas quibusdam Communionem impertisse. Hoc si feci, de Episcoporum libro nomen meum expungatur, nec in Orthodoxæ Fidei volumine scribatur, quoniam ecce, si quidquam ejusmodi perpetravi, Christus e regno suo me abjiciat*: hisque verbis cum addat Chrysostomus cætera superius expressa, facile intelligitur, hæc quemdam animi impetum importare, & argumentandi modum, quo utuntur plerique, qui post factum solide inficiatum, ultra progessi, non verentur ex falsa hypothesi illud concedere, pugnantes tamen nullatenus exinde confici, quæ adversarius inferre contendit. De S. Udalrico Episcopo nihil plane addemus; cum pura putaque fabella sit illud, quod quidam de eo comminiscuntur, uti innuit Christianus Lupus *in notis ad Can.* 29. *Trullanum*, & latius prosequitur recens eruditus Catalanus *in suis Commentariis ad eumdem Canonem.*

Alia nonnulla recentiora exempla Pontificiæ dispensationis.

§. 9. Itaque cum ea, quæ hucusque demonstrata est, via minus tuta reperiatur; aliam inire opus est, eritque hæc haud ita vetustis monumentis suffulta, propterea quod nititur proximiorum temporum concessionibus a Prædecessoribus Nostris emanatis. In secreto Vaticano Tabulario inter Brevia Prædecessoris Nostri Pii IV. *tom.* 18. *num.* 63. extat Breve ab eodem Pontifice ad preces Sebastiani Lusitaniæ Regis relaxatum, in quo Sacerdotibus per Indias enunciati Regis dominio subjectas commorantibus, qui vel ob contractam ægritudinem, vel cæli inclementiam, post noctem mediam, aliquem sumunt cibum, fit facultas successivo die Sacrum peragendi. Innocentius XIII. Pontifex per suas Apostolicas litteras in forma Brevis Romanorum Reginæ Elisabethæ Christinæ concessit facultatem sumendi Eucharistiam, etiam post aliquod degustatum cibum, quo die in Bohemiæ Reginam ungi solemniter, coronarique debebat; ita exposcente imbecilli ejusdem valetudine, quæ tam diuturnam functionem, nullo recreata cibo, perferre non potuisset. *Tecum, ut dictæ tuæ unctionis & coronationis die, necessarium jentaculum, antequam Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum suscipias, sumere libere & licite possis & valeas, harum serie dispensamus.* Simileque Indultum ab eodem Pontifice datum reperitur regnanti Regi Christianissimo, qui cum solemni Consecrationis suæ die Sacram Communionem sumere deberet, eaque tunc esset ætate, in qua nondum obfirmata valetudine uteretur, justum ingesserat timorem, ne nullo prægustato cibo, tam diuturnæ functioni non posset interesse. Perspectum denique est quid quotannis fiat Romæ in Pontificio Sacello nocte Nativitatis Domini: in eodem quippe celebratur

tera enciclica ai Missionarj d'Oriente *al §.* 24. stampata l'anno passato 1755.

§. 8. La lettera di S. Giovanni Crisostomo, poc' anzi nominata, è riconosciuta per genuina dal Lupo, dal Tillemont, dal Montfaucon; ma con molte sode congetture è rigettata come apocrifa dall' erudito Padre Stilting, Continuatore Bollandiano, negli Atti di S. Giovanni Crisostomo illustrati, e stampati nell' anno 1753., ed a Noi dedicati, come può vedersi *al §. 69. num.* 1072. *e seg.*, e particolarmente *al num.* 1081. Ma, quand' anche la lettera fosse genuina di San Giovanni Crisostomo, il Santo non approva, che si dia la Comunione anche a chi non è digiuno; nega di averla mai amministrata a chi aveva mangiato; si protesta, che, quando l' avesse fatto, meriterebbe d' essere scancellato dal numero de' Vescovi, e dal libro de' Fedeli, e degli Eletti; e poi per impeto di discorso aggiunge quanto di sopra si è esposto della Comunione data da Cristo a chi non era digiuno: ed ecco le di lui parole: *Multa adversum me struxerunt, ajuntque, me post epulas quibusdam Communionem impertiisse. Hoc si feci, de Episcoporum libro nomen meum expungatur, nec in Orthodoxæ Fidei volumine scribatur, quoniam ecce si quidquam ejusmodi perpetravi, Christus e regno suo me abjiciat:* ed a queste parole soggiugnendo il Santo le altre di sopra riferite, non vi vuol molto a comprendere, che queste sono uno sfogo, ed un modo di argomentare, del quale tanti si servono, che dopo aver fondatamente negato il fatto, s' avanzano a dire, che, quando per impossibile fosse vero, da esso non si può dedurre la conseguenza, che l' avversario ha preteso d' inferire. Nulla diremo di S. Udalrico Vescovo; essendo una pura favola quello, che tal' uno racconta di lui, come accenna Cristiano Lupo *nelle note al Can.* 29. *Trullano*, ed ampiamente prosiegue il moderno erudito Catalano *ne' suoi Commentarj sopra lo stesso Canone.*

Altri più recenti esempj di Pontificie dispense.

§. 9. Non essendo dunque sicura la strada indicata, fa di mestieri tentarne un' altra; e questa è la seguente, che è fondata sopra monumenti non tanto remoti, perchè fondata sopra varie concessioni fatte ne' tempi a Noi vicini dai Pontefici nostri Predecessori. Nell' Archivio segreto Vaticano fra i Brevi del Pontefice Pio IV. *al tom.* 18. *num.* 63. ritrovasi un Breve spedito dal detto Pontefice ad istanza di Sebastiano Re di Portogallo, in cui concede ai Sacerdoti delle Indie sottoposte al detto Re, che o per causa di propria infermità, o per l' intemperie dell' aria, prendono dopo la mezza notte qualche ristorativo, il celebrare nel giorno seguente la santa Messa. Il Pontefice Innocenzo XIII. in una sua Lettera Apostolica in forma di Breve concesse alla Regina de' Romani Elisabetta Cristina licenza di poter ricevere l' Eucaristia, ancor dopo che aveva mangiato, nel giorno, in cui doveva essere solennemente unta e coronata come Regina di Boemia; così esigendo la debolezza della sua complessione, che in una funzione così lunga, senza qualche preventivo ristoro, non avrebbe potuto resistere: *Tecum, ut dictæ tuæ unctionis & coronationis die necessarium jentaculum, antequam Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum suscipias, sumere libere & licite possis & valeas, harum serie dispensamus.* Ed una simile concessione si trova fatta dallo stesso Pontefice al presente Re Cristianissimo, che nel giorno della sua consecrazione dovendo ricevere la Santa Comunione, ed essendo allora in un' età, in cui ancora non aveva bene stabilita la complessione, aveva data occasione ad un giusto timore, che senza essersi prima cibato non avesse potuto assistere ad una così lunga funzione. Noto

Vedi questa lettera stampata qui sopra alla pag. 285. *

* In hac Editione Tom. XIX. Const. I. pag. 151. & seq.

Gli altri poi perchè apocrifi, o perchè ricevono altra più giusta interpretazione.

Missa ante mediam noctem, nec semper ab eo, qui præcedenti die ab omni cibo abstinuerit. Scripsere nonnulli, singulis annis concedi a Pontifice dispensationis litteras in forma Brevis; at id a veritate aberrat; Verum cum Pontifici perspectum sit, qua hora celebretur Missa; innotescat quoque haud semper esse jejunum, qui Sacrificium offert, nec tamen quidquam obloquatur, nec quidquam statuat, remque ita transigi sinat, locus fit tacitæ cuidam dispensationi, quæ tutam efficit conscientiam ejus, qui ea nocte Missam celebrat non jejunus; uti a Nobis fuit pluribus demonstratum in Nostro Tractatu *de Synodo Diœcesana nuperæ editionis lib. 6. cap. 8. num. 13. & seq.*

Hæc quoque nec casui omnino congruere, demonstratur.

§. 10. Exempla isthæc profecto propius ad casum nostrum accedunt, quàm cætera superius relata; verum nec plane rem præsentem attingunt: cum nunc differatur de Sacræ Communionis participatione, ex singulari religione ac pietate exoptata; proximè autem indicata exempla versentur circa Missæ celebrationem, vel sumptionem Eucharistiæ, quodammodo necessarias, & quæ prætermissæ admirationem induxissent, vel etiam offensionem. Facultatem fecit Pius IV., uti prænotatum est, Indiarum Sacerdotibus celebrandi Missam adhuc etiam post sumptum, evoluta jam media nocte, cibi aliquid vel potus; Verum cum per eas regiones haud ita frequens esset Presbyterorum numerus, Sacerdos quilibet Sacrum singulis diebus offerre tenebatur. *Quodque nonnulli Presbyteri, qui aut propriæ infirmitatis, aut aeris intemperiei occasione, quibusdam remediis comestibilibus, aut potabilibus nocte uti consueverunt, dubitant, si ipsos contingat post mediam noctem eisdem remediis uti, licere sibi Missam, ad cujus celebrationem ob penuriam aliorum Presbyterorum, in illis partibus quotidie tenentur, die sequenti celebrare.* Sunt hæ circumstantiæ casus ad Pontificem delati; quas idem in ipsa concessione repetens, ita subdit: *Si eos dictis remediis post mediam noctem uti contigerit, si urgentissima fuerit celebrandi necessitas, ac paululum inde dormierint, nihilominus die sequenti celebrare libere, & licitè valeant, auctoritate Apostolica &c. licentiam & facultatem concedimus, & impertimur.* Facile quisquam animadvertet, quod, cum debeant Reges, summique Principes, quo consecrantur die, Sacra Eucharistia refici, tum ut statutis regulis & Ritualium legibus satisfaciant, tum ut populis suo exemplo præluceant, si cum iis dispensatur, ut Sacramentum eo die sumant, licet quidpiam prius comederint, hanc tamen dispensationem minime pertinere ad privatam Communionem, ex privato devotionis affectu susceptam, sed ad publicam Eucharistiæ sumptionem, cujus neglectus admirationem secum tulisset ac scandalum; eodemque ferme modo obtinere dici potest, quod relatum est de eo, qui Nocte Natalis Domini in Pontificio Sacello sacrum facit; cum nimis urgeat, ne præindicata Nocte Sacra functio in Pontificia Capella omittatur, simulque haud ita facile sit adesse semper Cardinalem, qui, non obstante ætate, quam plerumque agunt prædicta dignitate decorati, potens sit protrahere naturale jejunium a media nocte superiore, ad alteram, in qua solemne intra memoratum Sacellum offert Sacrificium. Accedit insuper, in praxim omnino induci non posse, ut, media nocte transacta, constituatur initium Missæ, dum ipsi intersunt Cardinales, Archiepiscopi & Episcopi, qui sequente die, horaque congrua, ad reliquas Pontificii Sacelli functiones redire debent, quod finalmente è quanto ogni anno succede in Roma nella Cappella Pontificia nella Notte di Natale, celebrandosi nella medesima la Messa prima della mezza notte, e non celebrandosi sempre da chi nel giorno precedente si è astenuto dal mangiare. Alcuni hanno scritto, che ogni anno si fa la spedizione dal Papa d'un Breve di dispensa; ma ciò non è vero: ma sapendo il Papa l'ora, in cui si celebra la Messa, e sapendo, che chi la celebra, non ha sempre mantenuto il digiuno, e nulla di ciò parlando, e nulla sù ciò disponendo, e lasciando correre, subentra una certa tacita dispensa, che assicura la coscienza di chi celebra la Messa in quella Notte, dopo aver mangiato: come da Noi ampiamente si è dimostrato nel nostro Trattato *de Synodo Diœcesana dell' ultima stampa al lib. 6. cap. 8. num. 13. e seg.*

Si prova, che nepur questi sono pienamente adattabili al caso presente.

§. 10. Si accostano, è vero, questi esempj al caso nostro, assai più degli altri prima riferiti; ma non arrivano al segno, che da Noi si ricerca: discorrendosi ora d' una Comunione, che si fa per singolare pietà e divozione, ed avendo luogo gli esempj ultimamente indicati nella celebrazione della Messa, o ricevimento dell' Eucharistia, in una tal qual maniera necessarj, e che tralasciati, avrebbero cagionato ammirazione, o scandalo. Concesse, come si è veduto, Pio IV. ai Sacerdoti delle Indie il dire la Messa, ancor dopo aver preso qualche cibo, o aver bevuto dopo la mezza notte: ma, non essendovi in quelle parti gran numero di Preti, ogni Sacerdote era obbligato a celebrare ogni giorno la Messa: *Quodque nonnulli Presbyteri, qui aut propriæ infirmitatis, aut aeris intemperiei occasione, quibusdam remediis comestibilibus, aut potabilibus nocte uti consueverunt, dubitant, si ipsos contingat post mediam noctem eisdem remediis uti, licere sibi Missam, ad cujus celebrationem ob penuriam aliorum Presbyterorum in illis partibus quotidie tenentur, die sequenti celebrare:* Queste sono le circostanze del caso esposte al Papa: ed esso riassumendole nella concessione, così soggiugne: *Si eos dictis remediis post mediam noctem uti contigerit, si urgentissima fuerit celebrandi necessitas, ac paululum inde dormierint, nihilominus Missam die sequenti celebrare libere & licite valeant, auctoritate Apostolica &c. licentiam & facultatem concedimus & impartimur.* Facile poi sarà a ciascuno il considerare, che, dovendosi, per soddisfare non meno alle regole, e Rituali, che per edificazione de' popoli, ricevere la Sacra Eucharistia dai Re, e dai Potentati nel giorno della loro consacrazione, la dispensa Pontificia di poter in quel giorno communicarsi ancor dopo aver preso qualche poco di cibo, non risguarda una communione privata, che si faccia per privata divozione, ma un publico ricevimento dell' Eucharistia, che tralasciato, avrebbe recato ammirazione, e scandalo: ed in consimili circostanze può dirsi, che proceda quanto si è riferito in ordine a chi celebra la Messa nella Notte di Natale nella Cappella Pontificia; essendo troppo necessario, che in quella Notte non si tralasci nella Cappella del Papa la sacra funzione, e non essendo così facile il trovar sempre un Cardinale, che, non ostante l'età, in cui per lo più si ritrova chi è decorato dalla detta dignità, possa mantenere il digiuno naturale dalla mezza notte precedente alla' altra, in cui canta la Messa nella Cappella. Si aggiunge, che non è in veruna maniera pratticabile il cominciare la Messa dopo la mezza Notte, mentre vi assistono i Cardinali, gli Arcivescovi, e i Vescovi, che debbono nella mattina seguente tornare in ora competente alle altre funzioni della Cappella; il che

porro non præstant, nisi lecto jam privatis in Sacellis suis, oblatoque trino Sacrificio; quemadmodum a Nobis latius enarratum fuit in nostro Tractatu *de Synodo Diœcesana, designato loco.*

Exemplum affertur casui plane accommodatum.

§. 11. Unicum itaque exemplum privatæ Communionis ex devoto Religionis affectu sumptæ, in vim obtentæ a Summo Pontifice facultatis eamdem sumendi, adhuc etiam post refectionis aliquid degustatum, ita exposcentibus imbecillitate, indigentiaque corporeæ habitudinis, in Carolo V. Imperatore suppetit. Is secum ipse cogitavit, constituitque de Germanicis Provinciis cedendis, uti contigit, Ferdinando fratri, subinde etiam Imperatori, deque transferendis reliquis ditionibus, id quod etiam perfecit, in Philippum filium suum, Hispaniarum Regem ejus nominis II; tum se recepit in Monasterium S. Justi Monachorum S. Hieronymi situm in Extremadura, vitamque iniit eremiticam, adstans simul cum Monachis divinæ Psalmodiæ, Patrum volumina perlegens, res Divinas sæpe commemorans, sæpe Sacramentali confessione abstergens peccata, sacramque Communionem pio affectu frequentans, uti latius prosequitur Famianus Strada *de Bello Belgico decade prima, libro primo, sub titulo, Carolus V.* Cumque pius Imperator Eucharistiam jejunus sumere nequiret, eidem suasere Medici, ut nonnihil antea cibi degustaret. Ita aliquandiu se gessit; at cum resciviſſet, Apostolica opus esse dispensatione, ut liceret præfato modo ad Communionem accedere, recursum habuit ad Julium III. Pontificem, qui eidem, quod in præteritum gesserat, relaxavit, indulsitque, ut inposterum, etiam post sumptum exiguum aliquod jentaculum, posset Sacram participare Communionem.

Esempio del tutto simile al caso presente.

§. 11. L'unico esempio dunque di Comunione privata, fatta per divozione, dopo aver ottenuta dal Sommo Pontefice la licenza di poterla fare, anche dopo aver presa qualche piccola refezione, così esiggendo la fiacchezza ed il bisogno della complessione naturale, è quello dell'Imperadore Carlo V. Pensò questi, e risolvette di cedere, come fece, gli Stati d'Allemagna a Ferdinando suo fratello, che poscia ancora fu riconosciuto Imperadore, e di cedere gli altri Stati, come anche fece, a Filippo suo figlio, che fu Filippo II. Re di Spagna; ritirossi nel Convento di S. Giusto de' Girolamini nell'Estremadura, e si diede ad una vita eremitica, assistendo coi Monaci alla Divina Salmodia, leggendo i Volumi de' Padri, discorrendo spesso delle cose di Dio, confessandosi spesso, e ricevendo spesse volte con divozione la Sacra Eucharistia, come diffusamente racconta Famiano Strada *de Bello Belgico, nella prima decade, al primo libro, sotto il titolo Carolus V.* e non potendo il pio Imperadore riceverla a digiuno, fu consigliato dai Medici a prender prima qualche poco di cibo. Così per qualche tempo regolossi; ma avendo poi saputo, ch'era necessaria una dispensa Apostolica per poter ricevere la Comunione nel detto modo, ricorse al Pontefice Giulio III., che gli condonò quanto aveva fatto per lo passato, concedendogli, che in avvenire potesse comunicarsi, ancor dopo aver preso qualche piccolo ristoro.

Pontificii indulti tenor.

§. 12. Non censuimus in re tanta fidendum esse Auctorum assertioni, qui cursim innuunt datum Imperatori Carolo V. a Julio III. Prædecessore Nostro Indultum. Ex secretiori Vaticano Archivo afferri jussimus Pontificium Breve repertum *tom. 70. n. 152.* in quo Imperatoris preces sequentibus verbis referuntur: *Exponi nobis tua Majestas fecit, se nonnunquam, ratione suæ valetudinis ita suadente, & cogente, diebus, quibus Sacratissimam Eucharistiam sumere instituit, de medicorum consilio, modicum jentaculum ad necessariam substentationem ventriculi sumere ante consueviſſe, & nobis, ut tam de præterito veniam illi dare, quàm in futurum secum super eo dispensare auctoritate Apostolica vellemus, supplicavit.* Subsequitur in ipso Brevi Pontificia concessio, cujus en concepta verba: *Quare nos hujusmodi necessitatem tuam attendentes, & tuæ Majestatis pium sincerumque in Catholica Religione, & Sanctorum Patrum Constitutionibus tuendis, ac venerandis animum omnibus in rebus agnoscentes, te omni conscientiæ scrupulo, quod propter istiusmodi usum hactenus forsan contrahere potuisti, prorsus in Domino liberamus & absolvimus, atque ut imposterum eodem modo, post sumptum necessarium jentaculum, præfatum Sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum sumere possis, tecum, ab eodem Domino tradita nobis auctoritate, indulgencer dispensamus.*

Tenore del indulto Pontificio.

§. 12. Non abbiamo creduto di doverci fidare in una materia di tanto rilievo della sola asserzione degli Autori, che alla sfuggita toccano la concessione fatta da Giulio III. nostro Predecessore all'Imperadore Carlo V. Dal nostro segreto Archivio Vaticano abbiamo fatto estrarre il Breve di Giulio, che è *nel tom. 70. num. 152.*, in cui si espone la petizione dell'Imperadore colle seguenti parole: *Exponi Nobis tua Majestas fecit, se nonnunquam, ratione suæ valetudinis ita suadente, & cogente, diebus, quibus Sacratissimam Eucharistiam sumere instituit, de Medicorum consilio modicum jentaculum ad necessariam substentationem ventriculi sumere ante consueviſſe, & Nobis, ut tam de præterito veniam illi dare, quàm in futurum secum super eo dispensare auctoritate Apostolica vellemus, supplicavit.* Prosiegue nel Breve la concessione Pontificia, ed eccone le parole: *Quare Nos hujusmodi necessitatem tuam attendentes, & tuæ Majestatis pium sincerumque in Catholica Religione, & Sanctorum Patrum Constitutionibus tuendis, ac venerandis animum omnibus in rebus agnoscentes, te omni conscientiæ scrupulo, quod propter istiusmodi usum hactenus forsan contrahere potuisti, prorsus in Domino liberamus, & absolvimus; atque, ut in posterum eodem modo, post sumptum necessarium jentaculum, præfatum Sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum sumere possis, tecum, ab eodem Domino tradita Nobis auctoritate, indulgenter dispensamus.*

Utriusque casus circumstantiæ conferuntur, sibique respondere adinveniuntur.

§. 13. Quod Julius III. Prædecessor Noster præstitit erga Carolum V. Imperatorem, idipsum & Nos agere intendimus, quin & peragimus cum Jacobo III. Magnæ Britanniæ Rege. Perspecta Nobis esse non potest imbecillis valetudo Imperatoris Caroli V. a medicis contestata; scimus equidem, ipsum natum anno 1500., cumque datum fuerit Pontificium Breve sub annum 1554., eumdem, dum Breve obtinuit, non excessiſse 54. ætatis suæ annum. Quæ patitur Britannicus Rex Noster incommoda, sunt Nobis satis

Si confrontano le circostanze d'ambedue i casi, e si trovano uniformi.

§. 13. Quanto fece il nostro Predecessore Giulio III. verso l'Imperadore Carlo V., tanto Noi intendiamo di fare, e facciamo colla Maestà di Giacomo III. Re della Gran Bretagna. Non possiamo sapere la debolezza della complessione dell'Imperadore Carlo V., che fù attestata da Medici; sappiamo bensì, che nacque nel 1500. e che essendo stato spedito il Breve di Giulio nel 1554., esso non eccedeva l'anno 54., quando l'ottenne. Gl'incomodi del nostro Re Britanico ci sono pur troppo noti,

satis superque nota, scimusque etiam, eum agere 68. ætatis suæ annum. Ex animo credimus, quidquid scripsere Historici de pietate, ac religione Caroli V. At Historicis minime indigemus, ut perspecta Nobis fiat singularis Charissimi in Christo Filii Nostri Jacobi Regis integritas vitæ, pietas, & religio, quibus dum totam vivendi rationem moderatur, universæ fit Urbi exemplo; cum ipsi simus horum oculati testes. Tu itaque, qui ad Nos Regium desiderium attulisti, nuncius Nostro nomine eidem eris, Apostolica Nos, qua fungimur, auctoritate, ipsi facultatem indulgere, sacram sumendi Eucharistiam, consulto conscientiæ suæ Moderatore, etsi post evolutam superioris noctis partem dimidiam, valetudine ita exposcente, exiguum aliquod jentaculum deglutiverit. Brevia Prædecessorum Nostrorum Julii III. & Gregorii XIII. superius relata, & ad rem nostram spectantia, concludit Paterna monitio ad Principes, quibus concessa fuerunt, pro eorum valetudine tuenda, veluti Christianæ Reipublicæ apprime necessaria. Nos quoque, dum Epistolæ huic Nostræ finem facimus, idem præfecto Jacobo Regi in memoriam revocantes, quod a Prædecessoribus Nostris commemoratum legimus iis Principibus, quos hujusmodi facultate donabant, Tibi, Dilecte Fili, Apostolicam Benedictionem impertimur.

Unde optatū indultum conceditur.

Datum apud S. Mariam Majorem die 24. Martii 1756. Pontificatus Nostri Anno decimosexto.

Dat. 24. Martii 1756. Pont. XVI.

noti, e sappiamo, che ora è nell'anno 68. di sua vita. Con tutta buona fede crediamo quanto scrivono gli Storici della pietà e divozione di Carlo V., Ma Noi non abbiamo bisogno di Storici, per sapere l'illibato tenore di vita del nostro Re Giacomo, la pietà, la divozione, ed il pubblico edificante esempio, che dà a tutta Roma, vivendo come vive; essendone Noi testimonj di vista. Ella dunque, che ci ha espoſte le Regie premure, gli dica in nome nostro, che colla nostra Apostolica autorità, atteſe le cauſe poc' anzi espoſte, gli concediamo ben volentieri il poter comunicarsi, col consiglio del suo Padre Spirituale, ancorchè dopo la mezza notte precedente abbia preso qualche ristoro per l'indigenza della sua complessione. I Brevi de' nostri Predecessori Giulio III. ed Innocenzo XIII. di sopra riferiti, ed appartenenti alla presente materia, finiscono con una Paterna ammonizione ai Potentati, ai quali furono concessi, d'aver cura della propria sanità, come troppo necessaria alla Repubblica Cristiana. E mentre Noi siamo al fine di questa nostra lettera, ripetendo verso il nostro Re Giacomo quanto dai nostri Predecessori è stato detto verso gli altri Principi, a cui facevano simili concessioni, diamo a Lei l'Apostolica Benedizione.

Onde si accorda il desiderato indulto.

Datum apud S. Mariam Majorem die 24. Martii 1756. Pontificatus Nostri Anno decimosexto.

Dat. 24. Martii 1756. Pont. XVI.

LIX.

Definitur auctoritas tum Metropolitani Nationis Ruthenorum, tum Proto-Archimandritæ Ordinis S. Basilii Magni ejusdem Nationis, in Abbates, seu Archimandritas Monasteriorum ipsius Ordinis: Aliaque ad hujusmodi Abbates & Monachos Ruthenos pertinentia opportune statuuntur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Procœmium. Pontificiacura de Fidei puritate, ac disciplinæ integritate.

Super familiam Domini Cælestis Patris ordinatione constituti, ad omnes Nationes, & Gentes, quæ Catholica Societate continentur, sollicitudinis nostræ curas extendimus; quæque ad Religionis, ac Fidei puritatem, & Ecclesiasticæ Disciplinæ integritatem ubique servandam, pro diversa regionum opportunitate, magis proficua fore prospicimus, ea peculiari studio fovere, &, quantum in Nobis est, augere ac promovere non prætermittimus. Quapropter, quum satis compertum habeamus, Ordinem Monachorum Sancti Basilii Magni, apud inclytam Ruthenorum Nationem, jampridem Catholicæ Romanæ Ecclesiæ inviolabili unitatis fœdere junctam, spiritualibus Ecclesiarum, & Populorum utilitatibus eximiam operam, assiduosque labores, & antea semper impendisse, & adhuc laudabiliter impendere; officii nostri partes esse duximus, ad ea, per quæ Ordo ipse in proprio Instituto firmius consistere, ac etiam felicioribus in dies incrementis augescere valeat, animum nostrum intendere; comparatisque necessariis rerum notionibus, ac sæpius auditis tum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, tum aliorum Sedis Apostolicæ Ministrorum consiliis, complura decrevimus & constituimus, quæ ad prædicti Ordinis, ejusque Provinciarum, ac Monasteriorum perpetuam stabilitatem & ordinatam tranquillitatem, nec non ad definienda & asserenda ejusdem Superiorum jura, & Monachorum regimen ac disciplinam, magis opportuna fore, & in Domino salubriter expedire judicavimus.

Ordinis commendatio, nec non Pontificis sollicitudo de optimo illius regimine.

§. 1. Jam enim usque ab anno Domini 1744. pluribus præhabitis consultationibus, editæ a Nobis fuerunt Litteræ Apostolicæ, quibus initium est: *Inter plures*, impressæ deinde in Bullarii Nostri *Tom. 1. num. 98.** quibus potissimum unio Monasteriorum omnium prædicti Ordinis S. Basilii Ruthenorum, tam in Lithuania, quàm in Polonia seu Russia existentium, in unam Congregationem ex duabus Provinciis coalescentem, de qua unione inter ipsius Ordinis Archimandritas & Professores convenerat, per Nos approbata & confirmata fuit: Cumque superiore anno 1743. habitum fuisset in Civitate Dubnensi Generale ejusdem Ordinis Capitulum, sub præsidentia Ven. Fratris Athanasii totius Russiæ Metropolitani, assistente etiam in eo Ven. quoque Fratre Georgio Episcopo Zenopolitano, quem tunc existens Noster, & Apostolicæ Sedis Nuntius in Poloniæ Regno constitutus, ad id subdelegaverat; hujusmodi Capituli Generalis deliberationes atque decreta diligenter expensa, ac per supradictas Litteras Nostras partim approbata & confirmata, partim temperata, & reformata fueruut. Quum vero indecisa tunc temporis relicta fuerit quæstio, utrum Abbates, seu Archimandritæ Monasteriorum prædicti Ordinis, jurisdictioni Metropolitani, an potius Proto-Archimandritæ totius Congregationis, immediate subjecti esse deberent; propterea quod opportuna documenta ad eam quæstionem dirimendam nondum allata fuerant; exhibitâ Nobis postmodum hujusmodi documentorum serie, una cum copiosis allegationibus, quibus unaquæque ex contendentibus Partibus rationes & jura sua fuse deduxit; tandem die 23. Novembris elapsi anni 1755. coacta fuit coram Nobis nonnullorum Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregatio, cui etiam interesse voluimus Ven. Fratres, Albericum Archiepiscopum Nicænum Almæ Urbis Gubernatorem, qui Apostolici Nuntii munere in præfato Poloniæ Regno plures annos laudabiliter perfunctus est, ac prædictum Georgium olim Episcopum Zenopolitanum, nunc autem

Quanta in id præstiterit Pontifex.

Quæstio de subjectione Abbatum seu Archimādritarum hactenus indecisa.

* In hac Editione Tom. XVI. Constitut. XCVIII. pag. 198.

Sedulo præmisso examine definitur, aliaque opportuna superadduntur decreta.

Theodosiæ Archiepiscopum: Quorum omnium sententiis auditis, non solum definita fuit quæstio jamdudum pendens, utrum nimirum Abbates immediatæ Metropolitani, vel potius Proto-Archimandritæ jurisdictioni subesse debeant; opportuno quodam inito temperamento, quo & Regularis disciplinæ conservationi prospiciatur, & minime recedatur ab obsequio, ac dependentia, quam Ordo S. Basilii Magni Ruthenorum erga propriæ Nationis Metropolitanum innumeris atque solemnibus actibus semper professus est: Verum etiam alia condita fuerunt decreta, ad consulendum Animarum saluti, earumque spirituali curæ, & ad Divinum cultum promovendum, ut ex inferius afferendis perspectum fiet, maxime idonea.

Abbatum seu Archimandritarum subjectio.

§. 2. Primo itaque definitum atque decretum fuit, Abbates seu Archimandritas Monasteriorum præfatæ Congregationis, immediatæ jurisdictioni Proto-Archimandritæ pro tempore existentis subesse debere; ita tamen ut unusquisque eorum Institutionem quidem a Metropolitano, Installationem vero a Proto-Archimandrita suscipere teneatur; Obedientiæ autem juramentum in Metropolitani manibus præstent; cujus quidem juramenti formula ita concepta sit, ut relationem habeat ad omnia jura, constitutiones, & decreta ab Apostolica Sede emanata, & signanter ad ea, quæ in præcitatis, quarum initium est; *Inter plures*, & in præsentibus Nostris Litteris continentur.

Iisdem jus vocis activæ & passivæ in Capitulis tribuitur.

§. 3. Secundo statutum est, vt prædicti Abbates, seu Archimandritæ, in posterum tam in Provincialibus suarum respective Provinciarum, quàm etiam in Generalibus universæ Congregationis Capitulis, activi & passivi suffragii jure fruantur, servatis tamen, ac religiose impletis iis, quæ circa Vocalium numerum decreta fuerunt in sæpedicta Epistola: *Inter plures*; ita videlicet, ut in designato hujusmodi numero Abbates ipsi includantur.

Proto-Archimandritæ jus visitandi, & corrigendi asseritur.

§. 4. Tertio decretum fuit, Proto-Archimandritæ licitum fore, Abbates Regulares seu Archimandritas Monasteriorum præfatæ Congregationis visitare, atque etiam eos, in actu visitationis hujusmodi, quoties id exigat Monasteriorum utilitas, ab officio suspendere: reservato tamen suspensis jure appellandi in devolutivo ad Metropolitanum, tanquam Sedis Apostolicæ Delegatum; ac etiam appellandi in suspensivo ad eundem, si forte Proto-Archimandrita in præfata visitatione ad alias pœnas corporis afflictivas, aut infamiam irrogantes, contra prædictos Abbates processerit.

Extra Visitationē quomodo in causis gravioribus procedat.

§. 5. Quarto, si extra Visitationis actum Proto-Archimandrita procedere velit adversus dictos Abbates, in causis graviorum & personalium criminum, quæ, ex juris præscripto, depositionis pœna, vel alia corporis afflictiva, aut infamiam irrogante, punienda essent; decretum fuit, id aliter ab eo præstari non posse, quàm legitimo Processu efformato, & una cum Consultorio suo, collatis sententiis, statuendo quidquid in causa decernendum & pronunciandum existimaverit; Ab illius autem sententia, licitum & integrum fore appellationem etiam in suspensivo interponere ad prædictum Metropolitanum, tamquam Sedis Apostolicæ delegatum.

Ab illato per ipsum gravamine, quomodo sibi Monachi possint consulere.

§. 6. Quinto permissum fuit Monachis quibuscumque, si forte gravamen sibi aliquod a Proto-Archimandrita illatum fuisse contendant, recursum habere ad Metropolitanum, tamquam prædictæ Sedis Delegatum; salva tamen semper Apostolicæ Nunciaturæ, ejusdemque Sedis auctoritate.

Subsidiaria Monachorū cooptatio ad curam Animarum, vel

§. 7. His autem adjecta sunt alia Decreta, quæ Animarum Christifidelium salutem, eorumque spiritualem curam concernunt: quibus edi-

in Cathedrales quomodo peragenda.

cendis occasionem & causam id præbuit, quod Nobis & Apostolicæ Sedi innotuit, sæpe contingere, ut propter penuriam Sacerdotum Sæcularium Ritus Græco-Rutheni, necessario cogantur ejusdem Nationis Episcopi, Monachos prædicti Ordinis ad gerendam Animarum curam evocare; ac etiam aliquando nonnullos ex iis ad inserviendum Ecclesiis Cathedralibus arcessere, Quod itaque spectat ad Monachos Animarum regimini præponendos, decretum fuit, ut, quoties è Clero Sæculari Sacerdotes ad id muneris idonei revera deficiant, non omittant Episcopi rem cum Proto-Archimandrita communicare, & cum ipso agere, quo sibi eos Monachos concedi obtineant, qui in regimine & administratione Ecclesiarum, quibus cura imminet Animarum, defectum suppleant Sæcularium Sacerdotum; utque hujusmodi Monachi, in exercitio muneris sibi concrediti, Episcopis ipsis subjecti esse debeant, eisque rationem reddere de injuncti sibi officii administratione: Ita ut quicumque Regulares ad animarum curam, & Sacramentorum administrationem, ut supra, assumpti fuerint, in iis, quæ ad utrumque hujusmodi ministerium pertinent, immediatæ Episcoporum jurisdictioni, visitationi, & correctioni subesse debeant; nunquam vero animarum curam suscipere possint, nisi antea opportunam eorumdem Episcoporum approbationem obtinuerint, quàm quidem hi, prævio eorum examine circa idoneitatem, si id necessarium & expediens esse judicaverint, ipsis elargientur. Si autem aliquos ex Monachis ad inserviendum Ecclesiis Cathedralibus assumi contingat, hos etiam decretum fuit, in iis, quæ Ecclesiarum hujusmodi servitium, Divinumque cultum respiciunt, prædictorum Episcoporum jurisdictioni subesse debere.

Episcoporum in eos jurisdictio.

Iterata prædictorū confirmatio.

§. 8. Quas quidem omnes Resolutiones, ut supra, captas, Nos tunc approbavimus; & nunc iterum, prævia confirmatione supra citatæ Constitutionis Nostræ: *Inter plures*, quoad ea omnia, quæ iisdem resolutionibus hucusque relatis contraria non sunt, præsentium Litterarum Nostrarum tenore, eas approbamus & confirmamus, atque omnimodæ executioni mandari volumus & statuimus.

Novæ propositæ instantiæ definitio ob res incomertas ampliatur.

§. 9. Quum vero post præmissarum quæstionum examen, atque definitionem, expositum Nobis fuerit, nonnulla exstare Monasteria, gubernari olim solita per Abbates, qui inibi ad nominationem Chariſſimi in Christo Filii Nostri Poloniæ Regis, Magni Ducis Lithuaniæ pro tempore existentis, seu etiam aliorum inferiorum Patronorum, constituebantur; eaque nunc a Superioribus, & Monachis Provinciæ Lithuaniæ, in simplices Superioratus conversa fuisse; Nobisque proinde supplicatum fuerit, ut hujusmodi Monasteria in pristinam Abbatiarum dignitatem restitui, ac debita Patronatus jura super illis, tum Regiæ Majestati, tum aliis inferioribus Patronis, illæsa manere juberemus; providentes præterea, ut quoties hujusmodi Abbatias vacare contingat, earum administratio ad Metropolitanum deferatur, seu ad Ordinarium Loci, in cujus Diœcesis finibus Monasteria ipsa consistunt, donec legitima per Patronos præsentatio expleta fuerit; Nos, qui ex una parte certam, atque distinctam de præmissis scientiam non habemus, ex alia vero promptos atque paratos Nos esse profitemur ad jus suum unicuique reddendum; omnibus & singulis, qui in hujusmodi negotio jus aliquod sibi competere, seu quavis ratione id sua interesse putabunt, denunciamus, ad respective injungimus, ut fundamenta jurium, quæ super qualibet ex supradictis Abbatiis sibi afferunt, Nostro & Apostolicæ Sedis Nuntio distinctim exhibeant: eidem vero nunc & pro tempore existenti Apostolico Nun-

Atque interim opportuna colligi, trasmittique documenta præcipitur.

tio committimus, ut monumenta omnia, quæ tum ab iis, qui hujusmodi Monasteriorum Patronatum sibi vindicare intendant, tum ab aliis, qui eorumdem libertatem propugnare conentur, sibi fuerint exhibita, ad Nos, & Sedem Apostolicam transmittat, ut, omnibus visis atque perpensis, sive a Nobis, sive a Successoribus nostris Romanis Pontificibus, tam circa asserta nominandi seu præsentandi jura, quàm super vacantium hujusmodi Abbatiarum, & Monasteriorum administratione, prout justum fuerit, definiatur, & opportune provideatur.

Fides asseritur exemplis.

§. 10. Volumus autem, ut præsentium Litterarum exemplis, etiam typis impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique, in judicio & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. 30. Martii 1756. Pont. 16.

Datum apud S. Mariam Majorem die 30. Martii 1756. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

L X.

Spolia Prælatorum Neapolitani Regni, jam pridem ab Innocentio XII. Ecclesiis, quibus iidem præfuerunt, applicata, ut in designatos usus erogentur, novis superadditis cautionibus, providetur.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium. Assidua Pontificum cura in sublevandis Ecclesiarum indigentiis.

PASTORALIS sollicitudo, qua Prædecessores Nostri Romani Pontifices indigentium Ecclesiarum necessitatibus occurrere, easque, collatis etiam in id Apostolici Ærarii redditibus, sublevare pro viribus studuerunt, Nobis una cum reliquis supremi Pontificatus Officiis imposita, animum Nostrum impellit, ut providas leges in eum finem ab ipsis Prædecessoribus Nostris statutas, quæ temporum decursu, ob impedimenta postmodum objecta, & fraudes malitia hominum excogitatas, easque in pravam consuetudinem generaliter inolescentes, ad propositum utilitatis fructum inefficaces evasisse deprehenduntur, præsenti rerum conditioni attemperemus, noviisque superadditis sanctionibus ita roboremus, ut remotis obstaculis, opportunum earumdem Ecclesiarum decori ac dignitati subsidium per Apostolicæ Sedis largitatem allatum fuisse lætemur.

Innocentii XII. Constitutio de Spoliis Prælatorum Neapolitani Regni, ipsorum Ecclesiis applicandis.

§. 2. Aliàs siquidem fel. record. Prædecessor Noster Innocentius Papa XII. paterna miseratione confiderans inopiam complurium Ecclesiarum Archiepiscopalium, Episcopalium, aliarumque, quibus Prælati inferiores, seu Dignitates, jurisdictionem quasi Episcopalem, seu Ordinariorum jura habentes, præsunt, in Regno Neapolitano existentium, per suas litteras Apostolicas, incipientes *Inscrutabili*, datas apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ 1694. III. Kalendas Februarii Pontificatus sui anno III., jus illud, quod Cameræ Apostolicæ ex antiqua consuetudine, & in vim plurium Apostolicarum Constitutionum competebat, percipiendi videlicet, exigendi, & assequendi post obitum cujuslibet ex Archiepiscopis, Episcopis, & Prælatis inferioribus dicti Regni, quascumque pecunias, res, jura, & bona, etiam stabilia, per eos ex reditibus, fructibus, & proventibus suarum Ecclesiarum acquisita, Spolia nuncupata, nec non fructus naturales a solo separatos, & civiles ex præfatis reditibus tempore mortis exactos, & etiam inconsumptos, & in commixtos, ab eadem Camera Apostolica abdicavit, & separavit; volens ut successivis temporibus præmissa omnia & singula, ad antedictas Archiepiscopales, aliasque Cathedrales, & reliquas, quibus decedentes Archiepiscopi & Episcopi, seu Prælati inferiores præfuerunt, illisque non indigentibus, ad Parochiales Ecclesias eorum regimini commissas, omnino spectarent, & ad earum favorem, beneficium & utilitatem cedere, converti, ac erogari deberent; relicta decedentibus Præsulibus facultate designandi usus, in quos hujusmodi Spolia, pro utilitate & commodo earumdem Ecclesiarum, eroganda censerent; quod si ab ipsis præstitum non fuisset, id ipsum ab eorum Successoribus, cum suorum Capitulorum scientia & consilio, fieri permisit; quemadmodum latius videre est in illius citata Constitutione, per quam nihil aliud ex præmissarum Ecclesiarum reditibus, quàm fructus pendentes, seu inexactos, favore dictæ Cameræ Apostolicæ reservavit.

A Benedicto XIII. in favorem earumdem Ecclesiarum declaratur.

§. 3. Postmodum vero san. mem. Benedictus PP. XIII. similiter Prædecessor Noster, ad tollendas nonnullas controversias super hujusmodi Innocentianæ Constitutionis intelligentia & executione exortas, per similes suas Apostolicas litteras, quarum initium est: *Sacrosancti Apostolatus Officium*, editas anno 1724. v. Idus Julii, Pont. sui anno I., statuit & declaravit, eamdem Innocentii Constitutionem suum integrum & plenarium effectum ex tunc in posterum in præfato Regno Neapolitano sortiri, ac perpetuo obtinere debere, etiam in casibus, quibus memoratos Archiepiscopos, Episcopos, & inferiores Prælatos, extra fines Ecclesiarum, & Diœcesum, apud quas personalem residentiam facere tenebantur, obire contingeret; nolens videlicet, præfatas Archiepiscopales, aliasque Cathedrales, seu Abbatiales, aut Parochiales Ecclesias, quarum favor, utilitas, & beneficium memorato Innocentio Pontifici in primis propositum fuerat, detrimentum ullum vel damnum accipere, ex eo quod earum Præsules extra debitum residentiæ locum ex hac vita decederent; aliaque pro earumdem Ecclesiarum utilitate decrevit & sanxit, quæ in præfatis ipsius litteris latius continentur.

Iterata ejusdem Pontificis adversus pravas Innocentianæ Constitutionis interpretationes declaratio.

§. 4. Subinde autem, accepto quod aliqui, ad præmissas Innocentii, suasque Apostolicas Sanctiones eludendas, propositoque effectu fraudandas, humana suadente cupiditate, asserere non dubitabant, licitum sibi esse, de bonis & juribus ex reditibus Ecclesiarum suarum acquisitis, seu provenientibus, inter vivos disponere, eaque donare, seu aliter alienare & distrahere, reservatis sibi, quamdiu in humanis egissent, hujusmodi bonorum fructibus, seu usu, & commoditate earum rerum, quas donatione, vel alio contractu inter vivos nuncupato, a se abdicassent; idem Benedictus Prædecessor per alias suas litteras in forma Brevis incipientes: *Romanum decet Pontificem*, datas apud Sanctam Mariam Majorem die 12. Octobris MDCCXXVI. Pont. sui anno III., confirmatis iisdem Constitutionibus, ejusmodi pravam interpretationem, & corruptelam reprobavit, damnavit, ac de medio sustulit; cavens ne in praxim deduci posset, vel, si forsan deduci contingeret, ne quid detrimenti afferret Ecclesiis, quibus juxta Innocentianam, suamque præcedentem Constitutionem, bona ex præmissis reditibus acquisita, aut provenientia, applicari debuissent.

Una Pontificum meus, inopia Ecclesiarum sublevanda.

§. 5. Porrò perspicuum est, memoratos duos Prædecessores Nostros omni commendatione dignissimos, dum ab Apostolicæ Cameræ reditibus, & proventibus id separarunt, & abdicarunt, quo ipsa jam pridem pacifica possessione fruebatur, nil aliud spectasse, quàm ut prædi-

Amplioris in id ipsum Pontificiæ liberalitatis contestatio.

ctarum Ecclesiarum inopiæ & indigentiis consulerent. Et Nos quidem non solum relatas eorum Constitutiones plena, ut par erat, executione servavimus; sed illud præterea affirmare possumus, Nostrum pro tempore existentem Thesaurarium Generalem, qui singulis hebdomadis bis ad audientiam Nostram accedit, vix unquam ab ea recessisse, quin, exposita Nobis, ac sufficientibus documentis comprobata tenuitate atque inopia cujuslibet Ecclesiæ Archiepiscopalis, seu Episcopalis, atque adeo cujuslibet Ecclesiastici Beneficii, per Antistitis seu Rectoris obitum vacantis, Nostrum secum tulerit assensum, vel potius mandatum, ut ex inexactis, sive pendentibus, earum fructibus, ad Cameram Nostram Apostolicam indubie pertinentibus, non exiguam partem, seu pecuniarum summam, in earumdem Ecclesiarum utilitatem, & beneficium, erogandam, Nostro nomine relaxaret. Et tamen his omnibus præstitis, satis constat, Ecclesias pristina semper inopia sordescere, eademque indigentia laborare.

Querelæ adversus subcollectores Spoliorum Cameræ olim propositæ.

§. 6. Quo tempore in Regno Neapolitano colligendorum Spoliorum usus vigebat, atque hujusmodi Cameræ Apostolicæ jus exercebatur per Subcollectores, & Commissarios inibi constitutos, qui res & bona ex Ecclesiarum reditibus acquisita, & provenientia, pro eadem Camera capiebant; incusabantur hi, quod ad ipsius Cameræ jura in tuto collocanda, viventibus adhuc, licet ægrotantibus, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Prælatis, auferrent usum & commoditatem suarum rerum, etiam earum, quæ tunc maxime ipsis necessariæ erant. Quod utrum vere ab illis fieret, Nos ignoramus; hoc unum scientes, quod si quis talia attentasset, contra expressam mentem, & manifesta mandata Thesaurarii Generalis ejusdem Cameræ Apostolicæ se gessisset; ut ex Edictis & Ordinationibus ad recte moderandam hujusmodi Ministrorum Cameralium agendi rationem in hac ipsa Spoliorum materia, jam usque ab eo tempore promulgatis, & typis impressis, quilibet agnoscere poterit. Illud quidem compertum habemus, præfatum Innocentium Prædecessorem, in sua citata Constitutione *Inscrutabili*, qua Episcoporum & Præsulum Spolia Neapolitani Regni Ecclesiis addixit, diserte caviisse, ne hujusmodi Ecclesiarum Capitula & Canonici præfectos Antistites seu Prælatos viventes, quantumvis ægrotantes, & in extremis constitutos, suarum rerum commodo, usu, & possessione sub quocumque prætextu privare, neve illos, illisque inservientes quoquo modo perturbare, seu molestare præsumerent; & quidquid pro rerum hujusmodi descriptione & assecuratione, seu pro Ecclesiarum commodo & utilitate, agendum esset, id omne post eorumdem Antistitum & Prælatorum mortem exequendum decreviisse. Et nihilominus ex fide dignorum testimonio satis superque Nobis innotuit, hujusmodi interdictum, atque Decretum nequaquam servari; sed Ecclesiarum Capitula & Canonicos, aliosque, quibus jus est, pro ipsis Ecclesiis, & in earum commodum, memorata Spolia curare, viventibus adhuc Præsulibus, ab occupandis eorum rebus & bonis non abstinere, ac etiam eorum familiaribus negotium sæpe facessere.

Nunc contra Capitula, aliosque, quibus Spoliorum cura delegata, regerantur.

Nova ad hæc tollenda incommoda proviso.

§. 7. Cupientes igitur, quantum in Nobis est, hujusmodi abusus & incommoda removere, simulque Ecclesiarum jura, non minus ad Nostræ, quàm ad prædictorum Innocentii, & Benedicti Prædecessorum mentis executionem, congruis adhibitis cautionibus, sarta tecta servare; motu proprio, & certa scientia, per hanc Nostram perpetuo valituram Constitutionem, omnibus & singulis Archiepiscopalium, Episcopalium, aliarumque inferiorum Ecclesiarum in prædicto Regno Neapolitano existentium, tam scilicet earum, quæ libere per Nos & Romanum Pontificem pro tempore existentem, quàm quæ ad Regiam nominationem conferri solent, Capitulis, Canonicis, seu aliis, ad quos, pro sæpedictorum Spoliorum applicatione in Ecclesiarum commodum & favorem, earum nomine, advigilare spectat & pertinet, districte inhibemus, ne quidquam attentare, aut omnino moliri audeant, viventibus adhuc Ecclesiarum Præsulibus, quantumvis gravi morbo affectis, super rebus & bonis per eos acquisitis ex earumdem Ecclesiarum reditibus, etiam sub specie & obtentu illas & illa sequestrandi, aut assecurandi; neve ipsorum Antistitum & Prælatorum adhuc viventium domesticos, familiares, aliosque ipsis inservientes, quocumque similiter pretextu, vexare aut molestare præsumant: neque enim ferendum est, ut Sacri Pastores rerum suarum usu & commoditate priventur, vel alia ratione tunc animo perturbentur, quum maxime omnis generis subsidiis juvari opus habent, ut & ægritudinis dolores levius tolerare, &, si ita Deo placuerit, in pace Christi requiescere valeant.

Viventibus Præsulibus, Canonici, Capitula, aliique, quibus Spoliorum applicandorum cura, quidquam attentare prohibentur.

Ecclesiarum indemnitas Vicario Generali Præsulis ægrotantis demandatur.

§. 8. Quoniam vero ad id agendum, quod contra Innocentianæ Constitutionis Sanctionem fieri compertum est, ea ratio seu causa prætexi solet, quod caveri necesse sit, ne dum Præsul æger decumbit, occultentur illius res, atque disperdantur; quodque huic periculo non aliter occurri possit, quàm si res ipsæ, ægrotante Præsule, nec dum e vivis sublato, sequestrationi subjectæ in tuto collocentur; idcirco volumus, atque statuimus, ut quoties agatur de rebus, quæ disperdi facile, occultarique possint, Vicarius Generalis Præsulis ægrotantis hujusmodi res universas in uno pluribusque cubiculis concludat, seu easdem in consuetis cubiculis dispositas relinquens, cubicula ipsa clavibus obserata, Episcopali sigillo communiat, præsentibus duobus Sacerdotibus ejusdem Vicarii arbitrio eligendis, qui occlusionis & impressionis signi testes sint, adhibitoque Notario publico, qui super præmissis omnibus legale Instrumentum conficiat.

Demortui Præsulis Spolia quomodo, & a quibus describenda, & custodienda.

§. 9. Postquam vero Præsul ex hac vita migraverit, tunc claves obsignatorum cubiculorum a præfato Vicario Generali tradendæ erunt Vicario Capitulari, & Canonicis ad id a Capitulo deputatis, per actum solemnem coram iisdem Testibus explendum, & a Notario similiter litteris consignandum. Quo facto, onus erit hujusmodi Vicarii Capitularis, & Canonicorum, exactam rerum omnium descriptionem, sive Inventarium, sine mora incipere, & continenter usque ad finem urgere; eoque rite confecto, unum aut plures eligere Peritos, qui juxta artis suæ regulas, uniuscujusque rei in Inventario descriptæ pretium diffiniant, idque ipsum scripto mandantes, subscriptis proprio charactere nominibus testatum relinquant. Verum his omnibus absolutis, nequaquam licebit rem ullam in defuncti Spolio repertam vendere, aut alia ratione alienare, nisi postquam Ecclesiæ de novo Pastore, seu Rectore provisum fuerit, atque hic ejusdem Ecclesiæ possessionem adeptus erit; exceptis tantummodo iis rebus, quæ sine certo detrimento, aut diurno impendio servari non possent; quas nempe, prævio ejusdem Vicarii Capitularis decreto, pro justo pretio distrahere licebit; ea lege, ut pecunia exinde redacta, apud sacram Ædem, quatenus adsit, alioquin apud idoneum, probatumque Depositarium deponatur, cum cæteris deinde pecuniis unienda, quæ ex aliarum rerum venditione conficientur.

Quænam illico distrahi valeant.

§. 10. Reliquæ autem hujusmodi res, quarum distractio, atque venditio, ut præfertur,

Quæve sint, usque captam a novo Præsule possessionem, asservanda.

non

non prius fieri debebit, quàm novus Præsul Ecclesiæ possessionem apprehenderit, ita, uti superius præceptum est, descriptæ & æstimatæ, in uno aut pluribus Episcopalis Palatii cubiculis obseratis, & Vicarii Capitularis sigillo obsignatis, asservari debebunt, Notario claves apud se custodiente; qui eas tunc demum exhibere debebit, quum novus Præsul Ecclesiæ datus, illius possessione capta, hujusmodi cubicula coram se, vel legitimo Procuratore suo referari postulaverit; id quod similiter per actum solemnem ab eodem Notario rogandum, prævia signorum recognitione, ac præsentibus Vicario Capitulari & Canonicis præfatis, iisdemque accitis testibus, explendum erit.

Distractionis methodus, nec non applicationis retractæ exinde pecuniæ.

§. 11. Denique apertis hac ratione cubiculis, procedendum erit ad venditionem rerum in Defuncti Spolio repertarum, juxta pretium iisdem a Peritis constitutum; idque, ad formam in præcitatis Innocentii, & Benedicti Prædecessorum Constitutionibus præscriptam, pro necessitatibus, & restaurationibus Ecclesiarum Archiepiscopalium, Episcopalium, sive Abbatialium, hisce non indigentibus, in Parochialium Ecclesiarum beneficium, & utilitatem omnino erogandum erit; ea tamen lege, ut liceat Archiepiscopo, sive Episcopo, aut Prælato recens electo, res illas, quas sibi usui fore conspexerit, ex aliarum vendendarum cumulo seligere ac retinere, soluto tamen pretio, ut supra, per Peritos definito; quum nimis incongruum sit, ut novus Præsul ad Ecclesiæ gubernium accedens, exhaustam penitus domum inveniat, distractamque suppellectilem, & alia domesticis usibus necessaria, quæ ipse pro eodem pretio, quo aliis divendita sunt, sibi comparare potuisset.

Conciliaris sanctio, de redditione Rationum per Officiales Sede Vacante constitutos novo Præsuli exhibenda.

§. 12. Porro Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 6. de Reform.* statuit & decrevit, ut quilibet Episcopus ad vacantem Ecclesiam promotus, ab Oeconomo, Vicario, & aliis quibuscumque Officialibus & Administratoribus, a Capitulo, Sede vacante, constitutis, rationem exigat officiorum, jurisdictionis, & administrationis per eos gestæ; & si quid eos in officio seu administratione deliquisse comperit, in eosdem animadvertere possit; quantumvis autea ipsi Capitulo, vel deputatis ab eo, rationes reddiderint, & absolutionem seu liberationem ab iis obtinuerint. Huic itaque Conciliari Sanctioni inhærentes, Nos etiam cuilibet Antistiti aut Prælato ad prædicti Regni Ecclesias in posterum recens promoto, injungimus & mandamus, ut diligenter inquirat atque cognoscat, an a Vicario Capitulari, & aliis a Capitulo deputatis, quæcumque hac Nostra Constitutione statuta sunt, debitæ executioni mandata fuerint; & si quid forte in aliquam ejus partem commissum, omissumve deprehendet, delinquentes pro modo culpæ punire non prætermittat; illius præterea conscientiam onerantes, ut summa cura, & sollicitudine advigilet, quo pecunia ex Prædecessoris Spolio confecta, in Ecclesiarum, quibus addicta fuerit, indigentias sublevandas fideliter erogetur.

Ad Spoliorū Administratores protrahitur, novoque Præsuli, commendatur.

Præmissorum confirmatio.

§. 13. Atque ita per omnes Ecclesias præfati Regni, quæ in primodicti Innocentii Prædecessoris Constitutione comprehensæ fuerunt, ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus observari volumus & præcipimus: atque ad præsentis Nostræ Constitutionis formam, & non aliter, in omnibus & singulis præmissis, per quoscumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ejusdemque Apostolicæ Sedis Nuntios, & quosvis Sedis & Cameræ prædictarum Officiales atque Ministros, & alios quoscumque quavis auctoritate & potestate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, judicandum, definiendumque decernimus; ac irritum & inane, si secus super his, a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatur contrariis.

§. 14. Non obstantibus præmissis Innocentii, & Benedicti Prædecessorum, quatenus præsenti haud penitus congruant, aliisque Apostolicis, seu in Provincialibus Conciliis, aut Diœcesanis Synodis ejusdem Regni, editis Constitutionibus & Ordinationibus; nec non Ecclesiarum, & Capitulorum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, decretis, usibus, stylis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & exemptionibus, quavis etiam Apostolica auctoritate, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, ac etiam pluries approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores & formas pro sufficienter expressis, ac etiam insertis habentes, ad præmissorum effectum, plenissime derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Exemplorum auctoritas.

§. 15. Volumus autem, ut præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si originaliter exhibitæ forent aut ostensæ.

Sanctio.

§. 16. Nulli ergo omnino Hominum liceat paginam hanc Nostrarum prohibitionis, & interdicti, mandati, statuti, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Dat. 28. Aprilis 1756. Pont. 16.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo sexto, Quarto Kalendas Maii, Pontificatus Nostri Anno Sextodecimo.

J. Card. Pro-Datar. D. Card. Passionei.

Visa
De Curia J. C. Boschi.

Loco † Plumbi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

LXI. Demonstratur Congruentia ex Sacrorum Canonum præscripto iterum inaugurandi Bononiensem Metropolitanam Ecclesiam; munusque Consecrationis Pontificio nomine peragendæ Cardinali Archiepiscopo delegatur.

Dilecto Filio Nostro Vincentio Cardinali Malvetio Archiepiscopo Bononiensi.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Noster, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Proœmium a recensendis causis, quæ ad scribendi impulere.

JAM inde a primis annis, cum Bononiensem Ecclesiam Archiepiscopali munere suscepimus administrandam, rescientes, dedicatum non fuisse Altare extructum intra Cappellam Gentis Boncompagniæ, quam a fundamentis restituerat proximus Decessor Noster bonæ mem. Jacobus Card. Boncompagnius, atque pretiosis marmoribus, lectissimisque picturis elegantissime ornarat, nostri muneris esse censuimus, uti maxime decuit, memorati Altaris dedicationem peragere. Haud multos post annos, ex illius exemplo, quantulum quidem in nobis fuit, extructo per Nos intus Metropolitanam Divi Petri Ecclesiam amplo Sacello, in quo Eucharisticum Sacramentum perpetuo asservatur, eoque marmoribus, ære, ac insignibus picturis ornato, ejusdem quoque Sacelli Altare sacravimus, ea plane adhibita Ecclesiastica pompa, quæ, ut mox supra innuimus, ad inaugurandum Altare Cappellæ Boncompagniæ fuerat adhibita. Ea autem occasione Nostram evulgavimus Institutionem inter cæteras latinæ editionis 67. meminimusque in ea Nos asseruisse, rectum videri, congruumque, ut Metropolitana Sancti Petri Ecclesia, in qua præfatum utrumque Sacellum situm est, solemni ritu inauguraretur, Nosque sacræ peragendæ functioni obtulimus, quoties quædam superaccessissent conditiones, in præindicata Institutione nostra expressæ: Estque hoc illud, quo nunc impellimur has ad te dare litteras; ut tibi perspicua sit, ceterisque omnibus causa, quæ Nos adducit ad Ecclesiæ Consecrationem præcipiendam, mandantes tibi egregio Præsuli, Divini honoris, Ecclesiastique decoris studiosissimo, ut Nostro nomine functionem absolvas, quemadmodum inferius subjungetur.

Canonistarum sententia de consecranda Ecclesia, de cujus consecratione ambigitur.

§. 1. Ex his autem, propius, ut aiunt, ad rem accedendo, cumque Canonici juris Interpretes vulgo edoceant, eam oportere dicari Ecclesiam, de qua justa subsit dubitatio, an fuerit unquam solemni ritu dicata, illud primo inquirendum, an hujusmodi axioma, vel potius sententia, satis valido sit fundamento innixa; exindeque dispiciendum, num in hujusce casus hypothesi, possit merito addubitari, fuisse unquam nostram Divi Petri Metropolitanam Ecclesiam solemniter consecratam.

Conformis Glossæ Sententia ab Auctoribus passim recepta.

§. 2. Glossa Canonica, cujus non levis debet esse auctoritas, aperte docet, quoties de præexistenti consecratione ambigatur, Ecclesiam consecrari oportere. Id ita habet *in Can. Ecclesiæ, de Consecrat. dist.* 1. cujus en verba: *Docetur quibus casibus Ecclesiæ sunt reconsecrandæ: unus, quando dubitatur de Consecratione.* Quæ repetit quoque *in Cap. Proposuisti de Consecrat. Eccles.* cujus hæc sunt concepta verba: *Nota, quando Ecclesia debet consecrari: primo, si dubitatur, an sit consecrata.* Perfacile esset plurimos cumulare Doctores, qui nulla præmissa disquitione

Si dimostra conforme alla disposizione de' Canoni, che si venga ad una nuova consagrazione della Metropolitana di Bologna, e si deputa il Cardinale Arcivescovo a farne la funzione a nome di Sua Santità.

Dilecto Filio Nostro Vincentio Cardinali Malvetio Archiepiscopo Bononiensi.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Noster, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Esordio dalla esposizione dei motivi, che han dato impulso a scrivere.

NE' primi anni del nostro governo della Chiesa di Bologna in qualità d' Arcivescovo, non essendo stato consecrato l' Altare della Cappella della Famiglia Boncompagni, riedificata, e nobilmente adornata con ricchi marmi e nobili pitture dal nostro immediato degno Predecessore Cardinale Giacomo Boncompagni, ci credemmo obbligati a fare, come facemmo con tutta l' Ecclesiastica decenza, la Consecrazione del predetto Altare. Ed alcuni anni dopo, seguitando il di lui esempio, per quanto comportarono le nostre deboli forze, avendo Noi con marmi, bronzi, e ragguardevoli pitture fatta la gran Cappella, che è nella stessa Metropolitana di S. Pietro, nella quale si conserva fissamente il Venerabile, facemmo altresì la Consecrazione dell' Altare della detta Cappella con tutta quella pompa Ecclesiastica, con cui fù fatta la Consecrazione dell' Altare della Cappella Boncompagni, come poc' anzi si è accennato. Ed avendo nella detta congiuntura pubblicata una nostra Notificazione, che è la LXVII. nell' edizione Latina, ci ricordiamo d' avere in essa detto, che sembrava ben fatto e conveniente il fare la Consecrazione della Chiesa Metropolitana di S. Pietro, in cui sono le dette due Cappelle, e ci esibimmo ancora di farla, quando fossero sopraggiunte alcune circostanze espresse nella sopradetta Notificazione. E questo è quello, che ora ci muove a scriverle questa nostra lettera; acciò a Lei, ed a tutti gli altri sia nota la cagione, che ci muove ad ordinare la Consecrazione della Chiesa, incaricando alla sua degna Persona, che è tutta zelo per l' onore di Dio, e pe'l decoro Ecclesiastico, il farla in nome nostro, come abbasso diraffi.

Opinione dei Canonisti quanto alla Consecrazione della Chiesa, di cui v'è dubio se sia mai stata consecrata.

§. 1. E dopo ciò, entrando come suol dirsi in materia, ed insegnando comunemente gl'Interpreti del Diritto Canonico, che si consagri quella Chiesa, della quale ragionevolmente si può dubitare, se sia stata mai consecrata, deesi in primo luogo vedere, se l' affioma, o sia la sentenza, sia ben appoggiata, ed abbia il suo stabile fondamento; ed in secondo luogo deesi vedere, se nel caso presente si possa ragionevolmente dubitare, che la nostra Chiesa Metropolitana di S. Pietro sia stata mai consecrata.

Sentenza della Chiesa favorevole alla Consecrazione abbracciata dagli Autori.

§. 2. La Chiesa Canonica, la di cui autorità deve avere il suo peso, chiaramente insegna, che, dubitandosi della Consecrazione, la Chiesa si consagri. Così essa insegna *nel Can. Ecclesiæ, de Consecrat. dist.* 1. ed ecco le di lei parole: *Docetur, quibus casibus Ecclesiæ sunt reconsecrandæ: unus, quando dubitatur de Consecratione.* Il che anche ripete *nel Cap. Proposuisti, de Consecrat. Eccles.* ed ecco le di lei parole: *Nota, quando Ecclesia debet consecrari: primò si dubitatur, an sit consecrata.* Sarebbe assai facile il cumulare Autori, che senza verun esame

Glos- si fan-

Glossam sectantur, quique Ecclesiæ consecrationem comparantes cum Baptismate ministrando venientibus ad S. Romanæ Ecclesiæ gremium, tradunt, quemadmodum ubi jure ambigitur an quisquam fuerit Baptismalibus aquis ablutus, sacro ipso lavacro *sub conditione* abstergitur; ita, dum justa subest de Sacrarum ædium consecratione dubitatio, eandem esse *sub conditione* peragendam. Verum si ex his scisitari contingeret, cuinam textui Canonico, vel publicæ auctoritatis monumento fidentiores istæ ipsorum assertiones innitantur, perfacile esset, haud exiguis eosdem difficultatibus implicari.

Allatorum in id Canonum auctoritas quanta sit.

§. 3. Perspectus est Nobis textus *in Can. Solemnitates, de Consecrat. dist.* 1. ubi hæc leguntur: *De Ecclesiarum Consecratione quoties dubitatur, & nec certa scriptura, nec certi testes existunt, a quibus Consecratio sciatur, absque ulla dubitatione scitote eas esse consecrandas: nec talis trepidatio facit iterationem; quoniam non monstratur esse iteratum, quod nescitur factum*: nec etiam alterum ignoramus textum *in Can. Ecclesiæ, de Consecrat. eadem dist.* 1. *Ecclesiæ, vel Altaria, quæ ambigua sunt de Consecratione, consecrentur*: novimusque hos plane esse Canonicos textus a præfatis Auctoribus in medium productos. At si Canon *Solemnitates* nihil plane est aliud, quàm indubie apocrypha Epistola Felicis Pontificis, sique Canon *Ecclesiæ* Meldensi Synodo tribuitur, in Meldensi autem Synodo idem ille desideratur; nullo negotio intelligitur, relatam Doctorum opinionem, nulla scripta Canonica lege, juvari. Præallata vero comparatio desumpta ex Baptismate ministrando, cum dubitatur, an illud fuerit antea collatum, satis validam patitur objectionem: collatum enim ab hæreticis Baptismum propria adhibita materia & forma, ratum est, nec pure aut sub conditione iteratur; at inauguratæ ab hæreticis Ecclesiæ iterata consecratione dicantur, uti videre est *Can.* 20. *Ecclesiis*, *Can.* 21. *Ecclesias Arianorum*, *Can.* 23. *Agapitus de Consecrat. dist.* 1., in quibus exempla referuntur Joannis Papæ, & Agapiti, qui Templa vasaque Ecclesiarum ab hæreticis antea consecrata, *sacrilegis infecta fabulis hæreticorum*, uti habet textus, iterato sacrarunt. Præclarum quoque extat exemplum S. Gregorii Magni, qui Ecclesiam S. Agathæ in Urbe ad Suburram tot antea annos ab Arianis hæreticis consecratam, dicavit, veluti ipse enatrat *lib.* 3. *Dialogorum cap.* 30., testaturque Cardinalis Baronius ad *annum Christi* 591. *num.* 51., atque fusius prosequitur Floravantes Martinellius in suo Opusculo *de Diaconia S. Agathæ pag.* 69. Idemque ipse S. Gregorius *Epistola* 19. *lib.* 3. *tom.* 2. juxta editionem PP. S. Mauri, refert, paratum se ad consecrandam Ecclesiam *juxta domum Merulanam* sub titulo S. Severini erectam, eo quod sciret fuisse eam ab hæreticis dicatam.

Et quanta potissimæ rationis efficacia.

Decretalis eadem de re Epistola S. Gregorii Magni.

§. 4. Quæcunque hactenus artulimus, non eo consilio prosecuti sumus, ut a sententia recederemus edocente, dedicari templa, de quorum consecratione justa subsit dubitandi ratio, sed ad investiganda solidiora præfatæ sententiæ fundamenta. Felix Messanensis Episcopus litteras dedit ad S. Gregorium relatas *num.* XVI. *lib.* 14. *Epistolarum* ejusdem S. Pontificis, hæcque in iis leguntur: *Sunt quædam Ecclesiæ in nostra Provincia, super quarum Consecrationibus dubitatur, & tam propter antiquitatem, quam & propter earum custodum incuriam, nescitur, utrum dedicatæ ab Episcopis fuerint, necne: super quibus omnibus nos a vestra Sanctitate, ac vestræ S. Sedis auctoritate instrui precamur.* Hisque Episcopi litteris ita rescripsit Pontifex *in sua Epistola* 17. *col.* 1279. *De Dedicationum verò*

Di quanta autorità siano i Canoni a ciò allegati.

si fanno seguaci della Chiosa, e che uguagliando la Consecrazione della Chiesa al Battesimo, che si dà a quelli, che entrano nel grembo della Santa Romana Chiesa, insegnano, che, siccome dubitandosi ragionevolmente, se a tal uno sia stato conferito il Battesimo, se gli amministra *sub conditione*; così, ragionevolmente dubitandosi della Consecrazione della Chiesa, la stessa si fa parimente *sub conditione*. Ma, quando a questi tali si domandasse, sopra qual testo Canonico, o qual monumento di pubblica autorità s' appoggiano queste loro franche asserzioni; non sarebbe gran cosa, che si ritrovassero imbarazzati.

§. 3. Noi abbiamo notizia del testo *nel Can. Solemnitates, de Consecrat. dist.* 1. ove così si legge: *De Ecclesiarum Consecratione quoties dubitatur, & nec certa scriptura, nec certi testes existunt, a quibus Consecratio sciatur, absque ulla dubitatione scitote eas esse consecrandas: nec talis trepidatio facit iterationem: quoniam non monstratur esse iteratum, quod nescitur factum*: ed abbiamo ancora notizia dell' altro testo *nel Can. Ecclesiæ, de Consecrat. nella stessa dist.* 1. *Ecclesiæ, vel Altaria, quæ ambigua sunt de Consecratione, consecrentur*: e sappiamo, che questi sono i testi Canonici allegati dai predetti Autori. Ma, se il Canone *Solemnitates*, non è, che una lettera certamente apocrifa del Pontefice Felice, e se il Canone *Ecclesiæ* è del Concilio Meldense, e nel Concilio Meldense non si ritrova; non vi vuol molto a comprendere, che la riferita opinione non è assistita da veruna legge Canonica positiva. E l' indicata parità, che si desume dal Battesimo, quale si amministra, quando si dubita, se sia stato conferito, è esposta ad una forte istanza: imperocchè il Battesimo conferito dagli eretici colla dovuta materia e forma, è valido, nè si ripete o assolutamente, o *sub conditione*; ma le Chiese consecrate dagli eretici si riconsagrano, come si vede *nel Can.* 20. *Ecclesiis*, *nel Can.* 21. *Ecclesias Arianorum*, *nel Can.* 23. *Agapitus*, *de Consecrat. dist.* 1. ove sono riferiti gli esempj di S. Giovanni Papa, e di S. Agapeto, che riconsecrarono le Chiese, e i Vasi Ecclesiastici, prima consecrati dagli eretici: *sacrilegis infecta fabulis hæreticorum*: come parla il testo. Celebre pure è l' esempio di S. Gregorio Magno, che riconsecrò in Roma la Chiesa di S. Agata nella Suburra, tanti anni prima consecrata dagli Ariani; come esso riferisce *nel lib.* 3. *de Dialoghi al cap.* 30. e come attesta il Cardinal Baronio *all' anno di Cristo* 591. *num.* 51., e come ampiamente descrive Fioravante Martinelli nel suo Opuscolo *de Diaconia S. Agathæ, pag.* 69. e lo stesso S. Gregorio *nell' epist.* 19. *al lib.* 3. *tom.* 2. dell' edizione de' Padri di S. Mauro, racconta, ch' era in procinto di consecrare una Chiesa *juxta domum Merulanam* sotto l' invocazione di S. Severino, sapendo, ch' era stata consecrata dagli eretici.

E di quanta forza il principal argomento, su cui fondasi tale opinione.

Lettera decretale di S. Gregorio Papa sopra lo stesso punto.

§. 4. Quanto fin ora abbiamo detto, non l' abbiamo detto per recedere dall' opinione, che insegna, consecrarsi la Chiesa, della di cui Consecrazione si può ragionevolmente dubitare se sia mai stata fatta, ma per rintracciare i veri fondamenti della predetta opinione. Felice Vescovo di Messina scrisse a S. Gregorio una lettera, che è la XVI. *nel lib.* 14. *delle lettere* del detto Santo Pontefice; ed in essa così si legge: *Sunt quædam Ecclesiæ in nostra Provincia, super quarum Consecrationibus dubitatur, & tam propter antiquitatem, quam & propter earum custodum incuriam, nescitur, utrum dedicatæ ab Episcopis fuerint, necne; super quibus omnibus nos a vestra Sanctitate, ac vestræ S. Sedis auctoritate instrui precamur.* Ed a questa lettera così rispose il Pontefice *nella sua lettera* 17. *col.* 1279.

Ecclesiarum dubitatione, super qua inter cætera nos consulere voluisti, hoc vos rite tenere debetis, quod ab Antecessoribus nostris traditum accepimus; ideſt, ut quoties tam de Baptismo aliquorum, vel Confirmatione, quàm de Ecclesiarum Consecratione dubitatio habetur, & nec scriptis, nec testibus ratio certa habetur, utrum baptizati, vel confirmati, sive Ecclesiæ consecratæ sint, ut baptizentur tales, ac confirmentur, atque Ecclesiæ canonice dedicentur, ne talis dubitatio ruina fidelibus fiat: quoniam non monstratur iteratum, quod non certis indiciis ostenditur rite peractum.

Vindicatur adversus Criticorum cavillationes.

§. 5. Ex Criticis celebriores duo Oudinus, & Du Pinius utramque Epistolam supposititiam esse contendunt; & in severiorum hujusmodi criticorum partes concessit Joannes de Joanne, vir in Ecclesiastica eruditione versatus, nostrisque, dum viveret, valde studiosus, in appendice ad suum Codicem Diplomaticum Siculum *Diplom. 20. & 21. pag. 388. & 391.* Verum quidquid sit de litteris Felicis Messanensis, quod spectat ad Gregorii Epistolam, si ejusdem portionem quamdam exscribit Joannes Diaconus *lib. 2. cap. 37.*, si eam sæpe laudat Hincmarus, & tertiam saltem ejusdem partem affert, si de ea meminit Abbas Regino, qui floruit sæculo nono, si extat pluribus in manuscriptis Codicibus, si deprehensæ in illa repetitiones quædam, quamobrem suspecta aliquibus visa est, Magno Pontifici S. Gregorio nosquntur usitatæ, nulla supereſt ratio oppugnandi, Epistolam genuinum esse Magni Pontificis opus; veluti fateri obstringitur Natalis ab Alexandro *in Historia Ecclesiastica sæculi VI. cap. 4. art. 16.* & uti mirabili diligentia prosequuntur Patres S. Mauri *in Notis ad litt. 17. lib. 14.* ejusdem Pontificis *tom. 2. col. 1275. & seq.*, utque etiam perspicue demonstrat superstes adhuc celebris Auctor, Ceillier *in Historia Sacrorum atque Ecclesiasticorum Auctorum tom. 17. cap. 9. art. 3. §. 14. num. 6.* In tuto autem posita, vindicataque sententia, de qua nunc sermo, ex Divi Gregorii auctoritate, omni plane vi destituitur proposita instantia, de iterata consecratione adhiberi solita Ecclesiis per Hæreticos antea consecratis, licet cæteroquin non iteretur Baptisma ei, qui fuit ab hæreticis ablutus salutaribus aquis: Etenim sicuti baptizatur, qui Baptismate ab hæretico donatus fuit, quotiescunque hæreticus in eo conferendo præscripta non sit usus forma atque materia, ita dicatur Ecclesia jam ab hæretico inaugurata, quando eadem non fuerat ab illo juxta præscriptum ritûs Ecclesiastici consecrata: veluti appositè admodum docet Glossa ad citatos Canones 20. & 21. *de Consecrat. dist. 1. Intelliguntur in eo casu, quando Ariani non consecrant Ecclesias in forma Ecclesiæ; nam quidam eorum faciebant Sacramenta in forma Ecclesiæ, & quidam non*: & uti rectius ad rem nostram advertit quoque in praxi versatus Pax Jordanus *tom. 1. oper. Canonic. de re sacra lib. 5. tit. 9. num. 66.* In hujusce articuli disquisitione longiores fuimus, memores nos in minoribus, veluti unum ex designatis Doctoribus in Decretis, interfuisse Concilio Romano habito sub annum 1725., ubi *cap. 3. tit. 25.* ita fuit constitutum: *Ecclesiæ, vel Altaria si adsint, de quorum Dedicatione dubitetur, nec scripturæ, aut testes existant, qui de Consecratione testentur hujusmodi, absolute ea ulla absque dubitatione consecrari posse, declaramus.*

Si prova genuina la lettera, contro gli argomenti di alcuni Critici.

De Dedicationum verò Ecclesiarum dubitatione, super qua inter cætera nos consulere voluistis, hoc vos ritè tenere debetis, quod ab Antecessoribus nostris traditum accepimus; id est, ut quoties tam de Baptismo aliquorum, vel Confirmatione, quàm de Ecclesiarum Consecratione dubitatio habetur, & nec scriptis, nec testibus ratio certa habetur, utrum baptizati, vel confirmati, sive Ecclesiæ consecratæ sint, ut baptizentur tales, ac confirmentur, atque Ecclesiæ canonicè dedicentur, ne talis dubitatio ruina fidelibus fiat: quoniam non monstratur iteratum, quod non certis indiciis ostenditur ritè peractum.

§. 5. Due celebri Critici, l'Oudin, ed il du Pin, pretendono, che l'una e l'altra lettera siano apocrife, ed a questi troppo severi Critici ha aderito Giovanni di Giovanni, versato nell'Ecclesiastica erudizione, e che, fino che visse, fù a Noi molto ben affetto, nell'Appendice del suo Codice Diplomatico di Sicilia *Diplom. 20. & 21. pag 388. & 391.* Ma, ciocchè siasi della lettera di Felice di Messina, se Giovanni Diacono *al lib. 2. cap. 37.* riferisce una parte della citata lettera di S. Gregorio, se Incmaro la cita spesso, e ne riporta almeno la terza parte, se ne fà menzione Reginone Abbate, che fiorì nel 900., se in molti codici manoscritti essa si ritrova, se alcune repetizioni, che in essa s'incontrano, per le quali ad alcuni pare sospetta, sono familiari al Gran Pontefice S. Gregorio, non vi resta attacco per impugnare, che la lettera sia parto genuino del Gran Pontefice: come è obbligato a confessare Natale Alessandro *nella Storia Ecclesiastica del secolo VI. cap. 4. art. 16.*, e come con indicibile esattezza proseguono i Padri di S. Mauro *nelle note alla lett. 17. del lib. 14.* del detto Santo *al tom. 2. col 1275. e seg.* e come anche pienamente comprova il celebre Autore, ancor vivente, Ceillier *nella Storia degli Autori Sacri ed Ecclesiastici tom. 17. cap. 9. art. 3. §. 14. num. 6.* Ed assicurata la sentenza, di cui ora trattiamo, coll'autorità di S. Gregorio, resta priva di ogni efficacia l'istanza della nuova Consecrazione, che si fa delle Chiese già consecrate dagli eretici, ancorchè non si amministri il Sagramento del Battesimo a chi l'ha ricevuto dagli eretici: mentre, siccome si dà il Battesimo a chi l'ha ricevuto dall'eretico, quando l'eretico non l'ha conferito colla dovuta materia, e colla dovuta forma; così si consagra la Chiesa consecrata dall'eretico, quando la stessa non è stata consecrata da lui, secondo il rito della Chiesa: come molto a proposito insegna la Chiosa ai citati Canoni 20. e 21. *de Consecrat. dist. 1. Intelliguntur in eo casu, quando Ariani non consecrant Ecclesias in forma Ecclesiæ; nam quidam eorum faciebant Sacramenta in forma Ecclesiæ, & quidam non*: e come anche molto bene al nostro proposito riflette il prattico Scrittore Pace Giordano *tom. 1. Oper. Canonic. de re sacra lib. 5. tit. 9. num. 66.* Ci siamo un poco allungati nell'esame di questo punto, ricordandoci d'essere stati *in minoribus* fra i Dottori Canonisti del Concilio Romano tenuto l'anno 1725., ove *al cap. 3. del tit. 25.* così fu stabilito; *Ecclesiæ, vel Altaria, si adsint, de quorum Dedicatione dubitetur, nec scripturæ, aut testes existant, qui de Consecratione testentur hujusmodi, absolute ea ulla absque dubitatione consecrari posse, declaramus.*

Exindeque proposita superius exceptio diluitur.

Risposta all'objetto portato di sopra.

Romanæ Synodi in id ipsum definitio

Sinodo Romano, e sua determinazione.

Primus hic dubiæ consecrationis titulus an obtineat quoad Bononiensem Metropolitanam Ecclesiam.

§. 6. Hoc itaque extra controversiam posito, licere nimirum Ecclesiam consecrare, cum ambigitur, an fuerit illa unquam consecrata; disquirendum modo, justane subsit, de consecratione Metropolitanæ S. Petri Ecclesiæ dubitatio; exinde enim tota est determinatio, an possit eadem, quantum quidem ad caput hoc

§. 6. Assicurato il punto, che si può consecrare la Chiesa, quando si dubita, se sia mai stata consecrata, subentra ora l'esaminare, se siavi dubbio ragionevole, che la nostra Chiesa di S. Pietro sia stata consecrata; dipendendo da questo punto il risolvere, se, in ciò che appartiene a questo capo, possa la stessa

Il titolo di dubbia Consecrazione se possa aver luogo rispetto alla Metropolitana di Bologna.

pertinet, nunc temporis nova dedicatione sacrari. Nullæ in Templo signatæ conspiciuntur Cruces, vivitque nemo, qui hujusmodi consecrationis argumentum se vidisse meminerit; quotannis tamen recitatur dedicationis Officium; testanturque Historici nostri, consecratam eamdem fuisse a Lucio III. Pontifice octavo Idus Julii anno 1184. Videantur Ghirardaccius *lib. 4. fol. 98.* Sigonius *de Episcopis Bononiensibus* editionis Mediolanensis *lib. 2. col. 419.* Vizanius *lib. 2. fol. 77. & 78.* Celsus Falleonius *in Monumentis Historicis Ecclesiæ Bononiensis fol. 186. & 187.* Masinius *in sua Bononia perlustrata part. 1. fol. 107. & 108.* Verum, integra ipsorum existimatione relicta, cum scripserint illi plura post sæcula a Lucio III. Pontifice, nullumque attulerint enarrato facto coævum monumentum, haud ita facile, accuratiores homines plenam ipsis fidem adhibendam esse consentient. Haud absimilis nobis suborta est dubitatio nonnullos antea annos quoad Basilicam Liberianam, Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatam, in qua, dum Ara Major a nobis extructa consecraretur, suborta est disputatio, num congrueret, ut Ecclesiam quoque solemni ritu dicaremus, quandoquidem Cruces in ea nullæ conspiciebantur; quamvis cæteroquin in singulos annos fieret ab ejusdem Clero consecrationis Officium; nec deesset, de signis miraculisque, dum eadem consecraretur, peractis, ad nos usque protensa traditio. Evanuit autem omne dubium, dum opportuno studio ac cura perlustrato celebri Tabulario Capituli memoratæ Basilicæ, adinventa est Bulla Gregorii IX. Pontificis, in qua commemorantur Indulgentiæ a S. Sixto III. Pontifice concessæ, dum dedicavit Templum, quod reædificavit, redegitque ad retentam hactenus formam, centum necdum evolutis annis, ex quo Liberius Pontifex illud a fundamentis primum excitaverat. Quod Liberianæ Basilicæ contigit, idipsum de nostra quoque S. Petri Ecclesia evenire, possumus incunctanter asserere. Etenim adactus Lucius III. Pontifex, excitatis tunc in Urbe vehementissimis dissidiis, inde abscedere, & sese in Cisalpinas Gallias recipere, dum Bononiam transgrederetur, Templum Divi Petri, & ulterius progressus, dum Mutinam prætergrederetur, Ecclesiam S. Geminiani, solemni ritu dicavit, uti legitur *in vetustis Mutinensibus Annalibus* Auctoris anonymi impressis *tom. 11. Rer. Ital. Script. col. 54. & in Annalibus Italiæ* a Muratorio editis, *ad annum 1184. tom. 7. pag. 46.* Utriusque inaugurationis monumentum exhibetur in Epistola ejusdem Pontificis data ad Gerardum Ravennatensem Archiepiscopum, cui, quà Metropolitano, suberant tunc temporis Bononiensis ac Mutinensis Diœceses. Pontificiæ Litteræ in celebri Ravennatensis Ecclesiæ Tabulario asservantur, editæque sunt a claro de Rubeis *in Historia Ravennæ pag. 356.*, cumque in iisdem litteris hæc adscripta legantur: *Dignum est, & consonum rationi, ut, cum ad tuæ Fraternitatis instantiam, Bononiensi, & Mutinensi Ecclesiis impenderimus Dedicationis munus, nunquam ex hoc adversus Ecclesiam tuam, cui tamquam Metropoli sunt subjectæ, & aliquantam vindicare valeant libertatem. Nos itaque providere volentes, ne de facto nostro, contra te, vel successores tuos, injuriæ, aut scandali materia oriatur, auctoritate Apostolica constituimus, ut nullum ex hoc tibi, vel successoribus tuis, præjudicium in posterum generetur, sed semper jam dictæ Ecclesiæ, sicut ante Dedicationem, quam eis impendimus, erant, in tua, & successorum tuorum obedientia, & subjectione, sine contradictione consistant*: licebit hic obiter abnotare, juxta vigentem iis temporibus disciplinam, si quam Ecclesiam a quopiam loci non Ordinario sacrari contigisset, evasisse eamdem

Liberianæ quoque Basilicæ consecratio in dubium olim revocata.

Proditis de utriusque consecratione perspicuis monumentis, rejicitur allatus dubietatis titulus.

Opportuna adnotatio de juribus in consecratam Ecclesiam Consecranti olim tributis.

oggi essere consecrata. Nella Chiesa non si ritrovano, ne vi è chi si ricordi d' avervi vedute le Croci, che sono indizio della Consecrazione. Se ne recita però ogni anno l' Officio; ed i nostri Istorici attestano, che fù consecrata dal Pontefice Lucio III. nel giorno 8. di Luglio dell' anno 1184. Vedasi il Ghirardacci *al lib. 4. fol. 98.* il Sigonio *de Episcopis Bononiensibus* della stampa di Milano *lib. 2. col. 419.* il Vizani *lib. 2. fol. 77. e 78.* Celso Faleoni *nelle Memorie storiche della Chiesa di Bologna fol. 186. e 187.* il Masini *nella sua Bologna Perlustrata part. 1. fol. 107. e 108.* Ma, senza levare il pregio ai predetti, avendo essi scritto molti secoli dopo il Pontefice Lucio III., e non avendo portato verum monumento contemporaneo al fatto, che raccontano, non sarà così facile, che gli uomini accurati si risolvano a prestar loro un' intera credenza. Una simile dubbietà incontrammo anni sono nella Basilica Liberiana, detta volgarmente di S. Maria Maggiore, quì in Roma: nella quale facendosi la Consecrazione dell' Altare Maggiore, in essa da Noi riedificato, nacque la controversia, se era conveniente, che anche facessimo la Consecrazione della Chiesa, non essendovi in essa le Croci; recitandosi per altro ogni anno l' Officio della Consecrazione dal Clero della medesima; e non mancando tradizione di prodigj e miracoli seguiti nell' occasione, che fù consecrata. Cessò poi ogni dubbio: mentre, essendosi fatte le dovute diligenze nel celebre Archivio del Capitolo della predetta Basilica, ritrovossi una Bolla del Pontefice Gregorio IX., in cui si fa menzione delle Indulgenze concesse dal Pontefice S. Sisto III. allora che consecrò la Chiesa, che riedificò, e ridusse nello stato, in cui si ritrova, non ancora trapassato un secolo, da che il Pontefice Liberio l' aveva fabbricata. Quanto è accaduto nella Basilica Liberiana, possiamo dire francamente, succedere ancora nella nostra Chiesa di S. Pietro: mentre, essendo stato sforzato il Pontefice Lucio III. dalle gravi dissensioni, che in quel tempo erano in Roma, a partirne, ed a ricoverarsi in Lombardia; nel passaggio, che fece per Bologna, consecrò solennemente la Chiesa di S. Pietro, e passando per Modena, consecrò la Chiesa Vescovile di S. Geminiano: come si legge *negli antichi Annali di Modena* d' Autore anonimo, stampati *nel tom. 11. Rer. Ital. Script. col. 54.* e *negli Annali d' Italia* del Muratori *all' anno 1184. al tom. 7. pag. 46.* ed il monumento dell' una e dell' altra Consecrazione si ritrova in una lettera dello stesso Pontefice, scritta a Gerardo Arcivescovo di Ravenna, a cui, come a Metropolitano, erano in quel tempo soggette le Diocesi di Bologna, e di Modena. La lettera del Pontefice si ritrova nel celebre Archivio della Chiesa di Ravenna, e si ritrova stampata dall' accreditato Rossi *nell' istoria di Ravenna alla pag. 356.* e leggendosi nella lettera quando siegue: *Dignum est, & consonum rationi, ut, cum ad tuæ Fraternitatis instantiam, Bononiensi, & Mutinensi Ecclesiis impenderimus Dedicationis munus, nunquam ex hoc adversus Ecclesiam tuam, cui tamquam Metropoli sunt subjectæ, & aliquantam vindicare valeant libertatem. Nos itaque providere volentes, ne de facto nostro, contra te, vel successores tuos, injuriæ, aut scandali materia oriatur, auctoritate Apostolica constituimus, ut nullum ex hoc tibi, vel successoribus tuis, præjudicium in posterum generetur, sed semper jam dictæ Ecclesiæ, sicut ante Dedicationem, quam eis impendimus, erant, in tua, & successorum tuorum obedientia, & subjectione, sine contradictione consistant*: sarà qui lecito l' offervare di passaggio, che, secondo la disciplina di que' tempi, consecrandosi da chi non era l' Ordinario del luogo,

una

Dubbio insorto intorno alla consecrazione della Basilica Liberiana.

Pruove della consecrazione d'ambedue le Chiese, e consecutiva esclusione del predetto titolo.

S'osserva il diritto, che anticamente acquistava il Consecrante sopra la Chiesa da lui consecrata.

eamdem obnoxiam auctoritati, & jurisdictioni Episcopi consecrantis, nisi is suo juri cessisset. Quod quidem & ipsum comprobatur ex solemni actu secuto sub annum 1140. quo, cum Falconius, Abbas insignis Monasterii SS. Trinitatis ad Cavam, Reginnensem rogasset Episcopum, ut Ecclesiam dicaret S. Joannis intra fines suæ Abbatiæ extructam, dedicatio per Episcopum, adjecta tamen sequenti declaratione, facta perhibetur: *Ita tamen, ut neque nostri, neque posteri, nos, nec ipsa Sancta nostra Reginnensis Ecclesia, nec aliquis pro parte nostra, ibi aliquod dominium, aut aliquod jus aliquo tempore habeamus, aut quolibet modo habere quæramus, sed semper ipsa prædicta Ecclesia Sancti Joannis, cum domibus, aut cœmeteriis suis, & cum suis omnibus pertinentibus, sit juris & ditionis ipsius Domini Abbatis, & successorum ejus, & prædicti Cœnobii SS. Trinitatis, habendi, & ordinandi, & faciendi exinde quæ voluerint, absque nostra, successorumque nostrorum, & prædictæ Sanctæ Reginnensis Ecclesiæ contrarietate*: quemadmodum nosse licet ex ipso actu relato *tom.* 7. Ughellii, Venetæ impressionis *anni* 1721. *col.* 299.

Alter iterandæ consecrationis titulus, subsecutum incendium.

§. 7. Rejecto titulo ex dubia consecratione desumpto, alter subsequitur expendendus titulus, si nimirum Ecclesia combusta quandoque fuerit. Atque superius etiam servatæ methodo insistentes, disquiramus oportet, an siqua Ecclesia fuerit incendio exusta, satis id sit, ut iterata possit ipsi adhiberi consecratio, exindeque an hujusmodi titulus in propositam nobis speciem de Bononiensi Divi Petri Ecclesia cadere possit. Canonicus indubie est injectæ combustionis titulus; veluti deprehenditur *ex Can. Ecclesiis* 20. *de Consecrat. dist.* 1. cujus hæc sunt verba: *Ecclesiis semel Deo consecratis non debet iterum Consecratio adhiberi, nisi ab igne exustæ fuerint*: quod porro accipiendum ita est, quoties universa, vel maxima Ecclesiæ pars fuerit igne absumpta, quemadmodum pergit Glossa *in Cap. Proposuisti, verbo, Reconciliari, de Consecrat. Eccles. vel Altaris*; cujus concepta verba sunt hæc: *Si Ecclesia est exusta tota, vel major pars, debet iterum consecrari*: vel quando, licet consistant parietes, detractæ tamen iis crustæ, sejunctique lapides sunt; quod quidem ipsum notatur a Glossa *in prædallegatum Can. Ecclesiis, verbo, exustæ, de Consecrat. dist.* 1. *Cum Ecclesia ita comburitur, quod destruatur, vel decrustatur interius, & exterius, tunc exsecratur. Consecratio enim Ecclesiæ maxime consistit in unctione exteriori, & conjunctione, & dispositione lapidum.* Consentiunt Repetentes Canonici juris *ad præcitatum Cap. Proposuisti*, Innocentius nimirum *num.* 1. Zabarella, *num.* 2. Ostiensis *num.* 3. & ad rem præsentem perbelle advertit Ivo Carnotensis, Scriptor sæculi IX. *in suo Serm.* 4. *de Sacramentis dedicationis*, consecrationis substantiam parietibus adhærere, qui inunguntur, & Crucibus signantur; quod etiam expenditur a S. Petro Damiano *in suo Serm.* 1. *in dedicat. Eccles.*

Satis ad id est decrustatos fuisse parietes, lapidesque sejunctos

Sententia hæc auctoritate & exemplis confirmatur.

§. 8. Titulo subsecutæ, mox supra expresso modo, combustionis favet Liber Diurnus Romanorum Pontificum, vetustissimo e Codice exscriptus, Romanisque typis publici juris factus a celebri Luca Holstenio sub annum 1658., ubi *pag.* 130. *num.* 41. legitur sic cautum: *Basilicam, quam in Castro Illo dilectio tua post incendium asserit reparatam, & in honorem Beati Illius, habitatores loci Illius desiderant consecrari, Dedicationis tibi in eo per præceptionis nostræ seriem facultatem tribuimus, ut fidelium devotio competens sortiatur effectum.* Neque ad hunc magis firmandum titulum ex igne vastante erutum,

una Chiesa, essa diventava soggetta all' autorità del Consecrante, se esso non cedeva al suo diritto; e così restava esente dal jus del proprio Ordinario. Il che anche si comprova con un atto solenne, seguito nel 1140., in cui avendo Falconio, Abbate del celebre Monastero della Trinità della Cava, pregato il Vescovo della Chiesa Reginense a consecrare la Chiesa di S. Giovanni, situata nel distretto della sua Badia, fu fatta la Consecrazione dal Vescovo, ma colla seguente protesta: *Ita tamen, ut neque nostri, neque posteri, nos, nec ipsa Sancta Nostra Reginnensis Ecclesia, nec aliquis pro parte nostra, ibi aliquod dominium, aut aliquod jus aliquo tempore habeamus, aut quolibet modo habere quaramus, sed semper ipsa prædicta Ecclesia Sancti Joannis, cum domibus, aut cœmeteriis suis, & cum suis omnibus pertinentibus, sit juris & ditionis ipsius Domini Abbatis, & successorum ejus, & prædicti Cœnobii SS. Trinitatis, habendi, & ordinandi, & faciendi exinde quæ voluerint, absque nostra, successorumque nostrorum, & prædictæ Sanctæ Reginnensis Ecclesiæ contrarietate*; come si vede nell' Atto registrato *nel tom.* 7. dell' Ughelli della stampa di Venezia del 1721. *col.* 299.

Altro titolo, per cui è lecito riconsacrare le Chiese; il patito incendio.

§. 7. Escluso il titolo della dubbietà della Consecrazione, succede l' esame d' un altro titolo, che è quello del patito incendio. E qui pure, camminando col metodo poc' anzi tenuto, è d' uopo l' esaminare, se, avendo una Chiesa patito l' incendio, ciò basti, ad effetto ch' essa possa consecrarsi di nuovo; e di poi se questo titolo concorra nel caso presente della nostra Chiesa di S. Pietro di Bologna. Canonico senza dubbio è il titolo del patito incendio; come si desume *dal Can. Ecclesiis*, 20. *de Consecrat. dist.* 1. ed eccone le parole: *Ecclesiis semel Deo consecratis non debet iterum Consecratio adhiberi, nisi ab igne exustæ fuerint*: il che s' intende, ogni qual volta o tutta la Chiesa, o la maggior parte d' essa è restata abbruciata, conforme prosiegue la Chiosa *nel Cap. Proposuisti, alla parola: reconciliari, de Consecratione Ecclesiæ vel Altaris*, le di cui parole sono le seguenti: *Si Ecclesia est exusta tota, vel major pars, debet iterum consecrari*: o quando, benchè restino in piedi i muri, restano però scrostati, ed una pietra resta disgiunta dall' altra: il che pure vien avvertito dalla Chiosa *nell' allegato Can. Ecclesiis, alla parola: exustæ, de Consecrat. dist.* 1. *Cum Ecclesia ita comburitur, quod destruatur, vel decrustatur interius, & exterius, tunc exsecratur. Consecratio enim Ecclesiæ maxime consistit in unctione exteriori, & conjunctione, & dispositione lapidum.* Concordano i Repetenti Canonici *sopra l' allegato Cap. Proposuisti*, cioè l' Innocenzo *al num.* 1. il Zabarella *al num.* 2. l' Ostiense *al num.* 3. Ed a questo proposito osserva molto bene Ivone Carnotense, Scrittore del secolo XI. *nel suo Serm.* 4. *de Sacramentis Dedicationis*, che la sostanza della Consecrazione particolarmente consiste nelle pareti, nelle quali si fanno le unzioni, e le Croci: il che anche vien considerato da S. Pier Damiani *nel suo Serm.* 1. *in Dedicatione Ecclesiæ.*

Balla a tal effetto sieno scrostati i muri, ed una pietra resti disgiunta dall' altra.

Si conferma questa opinione coll' autorità, ed esempj.

§. 8. Al titolo dell' incendio patito nel modo poc' anzi accennato, è favorevole il Libro Diurno de' Romani Pontefici, ricavato da un antichissimo Codice, e dato alle stampe in Roma dal celebre Luca Holstenio l' anno 1658. ove *alla pag.* 130. *num.* 41. così si ritrova stabilito: *Basilicam, quam in Castro Illo, dilectio tua post incendium asserit reparatam, & in honorem Beati Illius, habitatores loci Illius desiderant consecrari, Dedicationis tibi in eo per præceptionis nostræ seriem, facultatem tribuimus, ut fidelium devotio, competens sortiatur effectum.* Nè per convalidare il titolo, che deriva dal patito incendio,

desiderantur in Ecclesiasticis Historiis opportuna monumenta. Nono jam elabente, vel decimo ineunte seculo, in Italiam irruerunt Pannonii, igne ferroque immaniter miscentes omnia; & inter cætera Sacra loca igne consumpta, Nonantulanam quoque Ecclesiam una cum Cœnobio concremarunt: *Siquidem barbarorum gladio vastante, tuumque Monasterium ab iisdem igne crematum, malorum hominum infestatione, te ipsum cum tuis turbatum audimus.* Ita Sergius Pontifex Nonantulano Abbati Leopoldo scripsit. Haud neglexit providi consilii Abbas Monasterium & Ecclesiam a fundamentis restituere: *ut post tot flagella tui laboris certamine Ecclesiam ipsius tui Monasterii usque ad culmen levares &c.* pergit idem Pontifex. Cumque ab eo quæsiisset Abbas, ut Episcopum Ecclesiam consecraturum designaret, tres nominavit Pontifex, tributa ipsi facultate seligendi ex tribus jam designatis, quem maluisset ad dedicandam Ecclesiam invitare: *De cætero, si ad consecrandam tui Monasterii Ecclesiam Episcopum quæris &c. de his tribus, qualem volueris, induc ad consecrandum tuam Ecclesiam.* Monumentum hoc impressum est penes Ughellium *tom.* 2. præcitatæ editionis *col.* 205. Ineunte XIV. seculo cum Lateranensem Basilicam adverso casu incessisset ignis, eadem una cum adjuncto Pontificio Palatio exusta manst atque consumpta, uti referunt S. Antoninus 3. *part. Chronicorum tit.* 21. *cap.* 1. §. 4. & Villanius *lib.* 5. *cap.* 98. Cumque Clemens V. Pontifex non prætermisisset eandem reædificandam curare, non multo post exactum præfati XIV. seculi dimidium, novo adverso fato, ingenti suborto incendio iterum fuit absumpta, quemadmodum testantur Rainaldus *in Continuatione Annalium ad annum* 1361. & Soresinus *in Annalibus Lateranensibus* manu scriptis, asservatisque in Tabulario Capituli *fol.* 147. Et quamvis ex sollicita Romanorum Pontificum cura, omnia Basilicæ suppeditata fuerint, quibus in pristinum statum restituta fuit, cum tamen non fuisset iterata consecratione dicata, quamvis superioribus temporibus, & cum primum constructa extitit, eam S. Silvester dedicavisset, hinc placuit Benedicto XIII. Pontifici eamdem sacrare, quod quidem præstitit nobis spectantibus, vehementerque mirantibus universam laboriosam functionem a pio illo Pontifice, summa cum religione animique constantia peractam, quamvis idem ipse viribus esset destitutus, ideoque ad novissima vitæ properaret.

mancano nella Storia Ecclesiastica i monumenti. Nel fine del secolo IX. o sia nel principio del secolo X. vennero gli Ungheri in Italia, ove fecero stragi, ed incendj enormi; e fra gli altri luoghi sacri che abbruciarono, abbruciarono la Chiesa, ed il Monastero di Nonantola: *Siquidem barbarorum gladio vastante, tuumque Monasterium ab iisdem igne crematum, malorum hominum infestatione, te ipsum cum tuis turbatum audimus.* Così scrisse Sergio Papa all' Abbate Leopoldo, Abbate Nonantolano. Non mancò il provido Abbate di rifare il Monastero, e la Chiesa: *uti post tot flagella tui laboris certamine Ecclesiam ipsius tui Monasterii usque ad culmen levares &c.* prosiegue lo stesso Pontefice. Ed avendogli l' Abbate fatta istanza, acciò destinasse un Vescovo, che consecrasse la Chiesa, tre dal Papa gli furono nominati, dandogli fra essi tre l'elezione di quello, che esso avesse avuto genio d' invitare a consecrare la Chiesa: *De cætero, ad consecrandum tui Monasterii Ecclesiam Episcopum quæris &c. de his tribus, qualem volueris, induc ad consecrandum tuam Ecclesiam.* Il monumento è stampato nell' Ughelli *al tom.* 2. dell' edizione allegata *col.* 205. Nel principio del secolo XIV. essendosi per disgrazia attaccato il fuoco alla Basilica Lateranense, essa restò, unitamente coll' annesso Palazzo Papale, abbruciata e distrutta, come riferiscono S. Antonino *nella* 3. *part. delle Cronache tit.* 21. *cap.* 1. §. 4. ed il Villani *nel lib.* 5. *cap.* 98. e non avendo mancato il Pontefice Clemente V. di riedificarla, poco dopo la metà del predetto secolo XIV. restò per nuova disgrazia esposta ad un nuovo vastissimo incendio, come attestano il Rainaldi *nella Continuazione degli Annali all' anno* 1361. *num.* 3. il Soresino *negli Annali Lateranensi manoscritti*, che si conservano nell' Archivio del Capitolo, *fogl.* 147. E benchè dalla provida cura de' Romani Pontefici fossero alla Basilica somministrati tutti i mezzi, in vigore de' quali ritornò nel primiero stato, non essendo però la stessa stata di nuovo consecrata, ancorchè ne' tempi precedenti, e quando fu fabbricata, fosse consecrata da S. Silvestro, volle il Pontefice Benedetto XIII. riconsecrarla, come fece; avendo Noi con nostra grande ammirazione veduta la funzione laboriosa, fatta da quel pio Pontefice con somma divozione, ed intrepidezza, non ostante l' essere esso estenuato di forze, e però ridotto vicino al termine de' suoi giorni.

Nec alter hic subsecuti incendii titulus Bononiensi Ecclesiæ accommodatus demonstratur.

§. 9. Tradunt Historici nostri, providos Concives nostros iniisse consilium, de Bononiensi Cathedrali Ecclesia extra Civitatem olim constructa, Barbarorumque eversa populationibus, reædificanda, sed intra Civitatis muros, eodemque ipso in loco, ubi vel nunc sita conspicitur: id quodquod præstitum est x. ineunte seculo. Iidem Historici referunt, sub Henrico I. Episcopo, medio circiter seculo XII. sacram illam ædem igne penitus fuisse consumptam; subduntque, non ita multo post fuisse eandem a Joanne Episcopo antea Lateranensi Canonico, egregio opere restitutam. Videri possunt ea de re Sigonius *in Vitis Episcoporum Bononiensium*, Ghirardaccius *in suis Historiis*, Pompeus Vizanius, fusiusque Celsus Faleonius, & Masinius; quibus porro auctoribus, etsi gestæ rei haud coætaneis, integra fides adhiberi valet, cum agatur de factis publicis, omnibusque perspectis, quorum in plura secula protenditur recordatio, quorumque nulla servantur monumenta, ideoque resciri aliter nequeunt, quàm si Historici regionis, in qua gesta res dicitur, consulantur. Indubium itaque est secutum incendium; certa itidem satis superque incendii conditio; at non propterea pronunciari potest exinde titulum profluere, ad Ecclesiæ consecrationem jure iterandam.

Si pruova, che nepur questo secondo titolo è addattabile alla Chiesa di Bologna.

§. 9. Raccontano i nostri Istorici, che, stando la Cattedrale di Bologna fuori della Città, ed essendo essa restata distrutta da' barbari, pensarono i nostri providi Concittadini di riedificarla, ma dentro la Città, e nel luogo, ove anche presentemente si ritrova: il che successe nel principio del secolo X. Raccontano gli stessi Storici, che sotto il Vescovo Enrico I. verso la metà del secolo XII. restò la Chiesa affatto abbruciata; e soggiungono, che poco dopo sotto il governo di Giovanni Vescovo, che prima era stato Canonico Lateranense, fu da esso nobilmente rifatta. Si possono vedere il Sigonio *nelle Vite de' Vescovi di Bologna*, il Ghirardacci *nelle sue Storie*, Pompeo Vizani, e diffusamente Celso Faleoni, ed il Masini; ai quali tutti si può prestare intera fede, ancorchè non siano contemporanei, trattandosi d' atti pubblici e notorj, de' quali dura la memoria per più secoli, e de' quali non si conservano monumenti, nè v' è altro modo di saperli, che ricorrendo agl' Istorici del Paese in cui sono seguiti. Certo dunque è l' incendio, certa pur troppo è la qualità dell' incendio: ma non per questo può dirsi, che da ciò derivi il titolo, per poter di nuovo canonicamente consecrare la Chiesa: imperocchè

Subsecutum enim post consecrationem incendium iteratæ dedicationi locum facit; non autem combustio, quæ consecrationem antecesserit, veluti plane contigit in ea, quam versamus, facti specie, juxta quam, cum Ecclesiam S. Petri consumpsisset ignis, eamque Joannes Episcopus iterum a fundamentis excitasset ac reædificasset, eamdem ipsam sic restitutam Lucius III. Pontifex consecravit. Aliud itaque indigitandum esset, evincendumque incendium, Pontificiam consecrationem subsecutum; at de hoc nullum nobis proditum monumentum.

l'incendio seguito dopo la Consecrazione apre la strada ad una nuova Consecrazione, ma non già l'incendio che è seguito prima della Consecrazione; come appunto è successo nel caso presente, in cui essendo seguito l'incendio della Chiesa di S. Pietro, ed avendola il Vescovo Giovanni rifatta e riedificata, il Pontefice Lucio III. avendola ritrovata nello stato predetto, la consecrò. Sarebbe necessario il provare un nuovo incendio, seguito dopo la Consecrazione del Pontefice; e di questo non abbiamo veruna contezza.

Tertius iterandæ consecrationis titulus, Ecclesiæ videlicet, vel saltem parietum reædificatio.

§. 10. Jam reliquum est, ut ad examen revocetur tertius titulus casui huic nostro aptus, per quem nova potest Ecclesiæ adhiberi consecratio, quique in veteris Ecclesiæ, ac præsertim parietum nova constructione continetur; si enim corruisset tectum, illudque iterum fuisset superinductum, veteres autem constitissent parietes, jam a Pontifice Innocentio III. *in Cap. Ligneis, de Consecrat. Ecclesiæ, vel Altar.* definitum fuit, consecratam Ecclesiam non debere iterata inauguratione dicari: *Inquisitioni tuæ taliter duximus respondendum, quod, cum parietes in sua integritate permanserint, & tabula Altaris mota, vel enormiter læsa non fuerit, ob causam prædictam nec Ecclesia, nec Altare debet denuo consecrari.* Scribensque in prædictum textum Abbas subdit *num.* 1. *Quia Consecratio Ecclesiæ consistit, non in tecto &c. sed in parietibus; ideo, corruente tecto, non fiet reconsecratio*; & cum Abbate veteres Repetentes, quin & recentiores Auctores, passim consentiunt.

§. 10. Resta l'esame dell'ultimo titolo adattabile al nostro caso, per cui si può fare la nuova Consecrazione della Chiesa, e che consiste nel rifacimento dell'antica Chiesa, e particolarmente de' muri; mentre, se fosse caduto il tetto, e si fosse rifatto, e fossero restati in piedi gli antichi muri, già dal Pontefice Innocenzo III. *nel Cap. Ligneis, de Consecrat. Eccles. vel Altar.* fu deciso, che la Chiesa consecrata, non dee riconsecrarsi; *Inquisitioni tuæ taliter duximus respondendum, quod, cum parietes in sua integritate permanserint, & tabula Altaris mota, vel enormiter læsa non fuerit, ob causam prædictam, nec Ecclesia, nec Altare debet denuo consecrari.* E scrivendo l'Abbate sopra il detto testo, così soggiugne *al num.* 1. *Quia Consecratio Ecclesiæ consistit, non in tecto &c. sed in parietibus; ideo, corruente tecto, non fiet reconsecratio*: e coll'Abbate concordano gli antichi Repetenti, e comunemente ancora gli Autori moderni.

Terzo titolo per la riconsecrazione d'una Chiesa, se tutta, o almeno i muri siansi rifabricati.

An satis ad id sit, Ecclesiam parietesque per partes refici.

§. 11. At non propterea omnes submotæ quæstiones a scriptoribus excitari solitæ. Casum inducunt ipsi de Ecclesia, ejusdemque parietibus, paulatim, & per partes refectis; & inquirunt, an refectis hoc pacto omnibus integrisque parietibus, liceat Ecclesiæ universim, uti prædictum est, refectæ consecrationem iterare: negant aliqui, quòd eadem semper sit Ecclesia; ad eum plane modum, quo eadem dicitur navis, quæ paulatim, pro opportunitate, novis restituitur tabulis, ligniisque; quamvis demum nullæ tabulæ, nulla supersint ligna ex veteribus, quibus fuit navis primum compacta; idemque ipse dicitur populus, etsi superstites non sint amplius illi, ex quibus olim coalescebat, fuerintque isti, natis subinde hominibus suppleti.

§. 11. Ma non per questo restano tolte le dispute, che si vanno promovendo dagli Scrittori. Propongono essi il caso della Chiesa, e de' muri della medesima, che si vanno rifacendo, ma a poco a poco, ora una parte, ed ora un' altra; e cercano, se, in questo modo essendosi rifatti tutti, possa la Chiesa, dopo il totale predetto rifacimento, di nuovo consecrarsi: ed alcuni rispondono di no, essendo sempre la stessa Chiesa; siccome sempre si dice essere la stessa nave quella, che a poco a poco, secondo il bisogno, si va riparando con nuove tavole e nuovi legni, ancorchè non vi resti verun'antica tavola, o verun antico legno di quelli, coi quali fu precedentemente fabbricata; e si dice essere lo stesso popolo, ancorchè non siano più vivi quelli che una volta lo componevano, e questi siano stati reclutati dagli altri che sono nati dopo que'primi.

Se basti a tale effetto il rifabricare la Chiesa, ed i muri parte per parte.

Negantium sententia, & argumentum

Opinione negativa, e suo principal argomento.

Affirmativæ sententiæ fundamenta.

§. 12. In oppositam sententiam concedunt alii, tum quia quoad spiritualia, veritatem sequimur, non fictionem; tum quia sublatis antiquis parietibus, nec vetus manet amplius consecratio. Est hæc Innocentii sententia, quam sequitur Abbas *in cit. Cap. Proposuisti, num.* 8. ubi postquam primam retulit opinionem, ita subdit: *Sed Innocentius super rubricam refert, contrarium teneri a quibusdam, ut indigeat reconsecratione. Et hanc partem puto veriorem; nam in istis spiritualibus consideramus veritatem, & non fictionem: sed in veritate non est illa Ecclesia, ex quo in toto de novo, licet successive, est refecta; nam negari non potest, quin Consecratio, quæ consistebat in antiquis parietibus, sit sublata; & jura contraria loquuntur de fictione Juris.*

§. 12. Altri poi sono di sentimento contrario; sì perchè nelle cose spirituali si deve attendere la verità, e non la finzione; sì perchè, non essendovi più gli antichi muri, non v'è più l'antica Consecrazione. Questa è la sentenza dell'Innocenzo, di cui si fa seguace l'Abbate *nel cit. Cap. Proposuisti, al num.* 8. ove, dopo aver riferita la prima opinione, così scrive: *Sed Innocentius super rubricam refert, contrarium teneri a quibusdam, ut indigeat reconsecratione. Et hanc partem puto veriorem; nam in istis spiritualibus consideramus veritatem, & non fictionem: sed in veritate non est illa Ecclesia, ex quo in toto de novo, licet successive, est refecta; nam negari non potest, quin Consecratio, quæ consistebat in antiquis parietibus, sit sublata; & jura contraria loquuntur de fictione Juris.*

Fondamenti di che tiene l'affirmativa.

Media inter prædictas complurium sententia.

§. 13. Alii denique sentiunt, si quæ iteratis vicibus fit parietum superinductio, ita peragitur, ut pars major consecrati parietis consistat; iteratæ consecrationi non esse locum: quòd major consecrati parietis pars minori superadditæ suam impartiat consecrationem. Ita differit Suarez *tom.* 3. *in* 3. *part. disput.* 81. *sect.* 4. §. *Sextus casus*: *Quando parietes Ecclesiæ ita*

§. 13. Altri poi vogliono, che, se il rifacimento de' muri, che si fa in più volte, si fa, lasciando in piedi la maggior parte del muro consecrato, non sia luogo a nuova Consecrazione; comunicando la maggior parte del muro consecrato la Consecrazione alla minor parte, che ad esso si aggiunge. Così la discorre il Suarez *nel tom.* 3. *in* 3. *part. disput.*

Sentenza di mezzo tra le due precedenti, e suoi seguaci.

deſtruuntur, ut eam integre reædificare oporteat, tunc iterum conſecranda eſt &c. Oportet autem, ut parietes ſimul ruant; nam, ſi paulatim, & ſucceſſive deſtruantur, ac reparentur, non perditur Conſecratio, quia ſemper cenſetur manere idem numero Templum. Quod intelligendum eſt, dummodo pars non conſecrata, quæ additur, non ſit major: quia tunc id, quod eſt majus, cenſetur ad ſe trahere, quod eſt minus. Huicque ſententiæ adhærent alii, quos collegit, ſequutuſque eſt Schmalzgrueber *ad tit. Decretalium de Conſecrat. Eccleſ. §. 1. num. 27. & 28.* Verum, ut ut ſit de recenſitis ſententiis, illud tuto pronunciari poſſe videtur, quoties deſtructum eſt vetus templum, vel quia corruit, vel quia illud ſubverterunt homines, vel quia Chriſtifidelium religio, a primo poſito lapide ad uſque noviſſimum, novum excitare templum inſtituit, adeout aſſerere nemo poſſit veterem conſiſtere ædem, ſed potius veteri illi in honorem certi alicujus Sancti Deo dicatæ novam ſuperinductam ædem, Deo itidem in honorem ejuſdem Sancti nuncupatam; perſpicuum eſſe, poſſe novam dicari Eccleſiam, licet vetus illa jam deſtructa, fuiſſet & ipſa ſolemni ritu inaugurata.

Has inter quæſtiones, quid certum.

§. 14. In Hiſtoria Lotharingiæ noviſſime publici juris facta a P. Calmet, *part. 2. tom. 1. col. 565.* publicus exſcriptus legitur actus Requini Tullenſis Epiſcopi, editus ſub annum 1128., quo narratur, conſtructam ad Spinalium Eccleſiam quamdam, fuiſſe a S. Gerardo Tullenſi Epiſcopo conſecratam, ipſique exinde ſubverſæ novam fuiſſe ſuperinductam, hancque iterum a S. Leone PP. IX. inauguratam. *Hoc etiam a notitia poſterorum recedere nolumus, quod, deſtructo etiam Monaſterio, quod B. Gerardus dedicaverat, quia nimis parvum erat, & altero ædificato, quod Beatus Leo dignitate Sedis Apoſtolicæ ſublimatus dedicavit &c.*

Exemplo res illuſtratur.

§. 15. Templum S. Mariæ ſitum in Urbis Regione Monticulorum nuncupata, dicatum jam fuerat a Paſchali II. Pontifice, teſte Pandulpho Piſano apud Papebrochium *in Propilæo pag. 319. num 27.*, Venetæ impreſſionis. Plura poſt annorum centena, cum ſacra Ædes fuiſſet in deteriorem ſtatum perducta, Clemens XI. Pontifex fuit adeo pro ea ſollicitus, ut ab ipſo eadem reædificata merito dici queat, veluti perbelle adnotavit Gagnius Cæremoniarum Magiſter in publicis Actis a ſe confectis ſuper dedicatione ejuſdem Eccleſiæ: *Quam Sanctiſſimus Dominus noſter Clemens Papa XI. reædificari fecit:* Hæcque ipſa Eccleſia S. Mariæ in Monticulis anno 1716. conſecrata fuit, nil morante prima ejuſdem inauguratione a Paſchali II. Pontifice peracta, veluti præmonitum fuit; atque inſuper dignoſci omnia poſſunt ex Hiſtoria præfatæ Eccleſiæ ſcripta ab Horatio Ciuccioli *pag. 89.* & *pag. 94.* Eccleſiam a S. Benedicto extructam in Monte Caſſino ſubverterunt Longobardi. Ipſam reſtituit Abbas Petronaces; ſed a Saracenis deinde combuſtam Joannes Abbas reædificavit, Abbas vero Deſiderius ampliavit, atque demum Zacharias Pontifex conſecravit, ſub annum 748. qua de conſecratione fuſiori calamo ſcripſere Sigonius *de Regno Italiæ lib. 3. ad annum 748.* Card. Baronius *ad eumdem annum 748. num. 16.* atque Gattola *parte prima Hiſtoriæ Abbatiæ Caſſinenſis ad ſeculum III. pag. 20.* De alia quoque Conſecratione, eidem Eccleſiæ ab Alexandro II. ſub annum 1071. adhibita, occurrit mentio. Ipſa inſuper Eccleſia, ingenti terræ motu, anno 1349. diruta, Urbani V. Pontificis juſſu fuit excitata. At cum eadem

Iterata in id ipſum aſſeruntur exempla.

81. *ſect. 4. §. Sextus caſus: Quando parietes Eccleſiæ ita deſtruuntur, ut eam integre reædificare oporteat, tunc iterum conſecranda eſt &c. Oportet autem, ut parietes ſimul ruant; nam, ſi paulatim, & ſucceſſive deſtruantur, ac reparentur, non perditur Conſecratio, quia ſemper cenſetur manere idem numero Templum. Quod intelligendum eſt, dummodo pars non conſecrata, quæ additur, non ſit major; quia tunc id quod eſt majus, cenſetur ad ſe trahere quod eſt minus.* Ed a queſta ſentenza aderiſcono gli altri cumulati, e ſeguitati dallo Schmalzgrueber *al tit. delle Decretali de Conſecrat. Eccleſ. §. 1. num. 27. & 28.* Ma, ciocchè ſiaſi delle riferite opinioni, ſembra poterſi dire ſicuramente, che, quando la Chieſa antica è reſtata diſtrutta, o perchè è caduta, o perchè gli uomini l'hanno rovinata, o perchè la pietà de' fedeli ſi è accinta a fabbricarne una nuova, incominciando dalla prima pietra, e proſeguendo ſino all'ultima, in tal maniera che non v'è chi poſſa dire che reſti in piedi l'antica Chieſa, ma bensì che in luogo dell'antica Chieſa dedicata a Dio in onore del tal Santo, ſe n'è riedificata una nuova, dedicata pure a Dio in onore dello ſteſſo Santo; ſembra eſſer coſa chiara, poterſi la nuova Chieſa conſecrare, ancorchè la prima foſſe già ſtata conſecrata.

Coſa paſſi per certo tra le queſtioni dubbie.

§. 14. Nella Storia della Lorena, ultimamente data alle ſtampe dal Calmet, *nella part. 2. del tom. 1. col. 567.* ſta regiſtrato un Atto pubblico di Riquino Veſcovo Tullenſe, fatto nell'anno 1128. in cui ſi racconta, ch'eſſendo ſtata fabbricata vicino a Spinal una Chieſa, fu eſſa conſecrata da S. Gerardo Veſcovo Tullenſe, e ch'eſſendo eſſa di poi ſtata diſtrutta, nè fu fatta una nuova, e che queſta fu per la ſeconda volta conſecrata da S. Leone IX. *Hoc etiam a notitia poſterorum recedere nolumus, quod, deſtructo etiam Monaſterio, quod B. Gerardus dedicaverat, quia nimis parvum erat, & altero ædificato, quod Beatus Leo dignitate Sedis Apoſtolicæ ſublimatus dedicavit &c.*

Si dà lume alla materia con l'eſempio.

§. 15. La Chieſa di S. Maria in Monticelli di Roma era già ſtata conſecrata dal Pontefice Paſquale II. come atteſta Pandolfo Piſano appreſſo il Papebrochio *nel Propileo alla pag. 319. num. 27.* della ſtampa di Venezia. Dopo il laſſo di più ſecoli, eſſendo la detta Chieſa ridotta in cattivo ſtato, il Pontefice Clemente XI. tanto per eſſa fece, chè ſi può dire che la riedificaſſe, come molto bene avvertì il Gagni, Maeſtro delle Cerimonie, nell'Iſtrumento della dedica della ſteſſa Chieſa: *Quam Sanctiſſimus Dominus Noſter Clemens Papa XI. reædificari fecit.* E queſta Chieſa di S. Maria in Monticelli nell'anno 1716. fu conſecrata, non oſtante la prima Conſecrazione di eſſa, fatta dal Pontefice Paſquale II. come ſi è detto, e come anche ſi può il tutto vedere nella Storia della detta Chieſa, ſcritta da Orazio Ciuccioli, *pag. 89. & pag. 94.* La Chieſa eretta da S. Benedetto in Monte Caſino fu diſtrutta dai Longobardi. La riſece l'Abbate Petronace; ed eſſendo ſtata abbruciata dai Saracini, fu rifatta dall'Abbate Giovanni, ed ampliata dall'Abbate Deſiderio: ed il Pontefice Zaccaria la conſecrò l'anno 748. della qual Conſecrazione ampiamente diſcorrono il Sigonio *de Regno Italiæ lib. 3. all'anno* 748. il Cardinal Baronio *allo ſteſſo anno* 748. *num. 16.* ed il Gattola *nella parte prima della Storia dell'Abbazia Caſinenſe al ſecolo III. pag. 20.* Si fa menzione di una Conſecrazione fatta della ſteſſa Chieſa da Aleſſandro II. l'anno 1071. La ſteſſa Chieſa patì grave rovina per un gran tremuoto l'anno 1349. e fu riedificata per ordine del Pontefice Urbano V. Ma eſſendo la ſteſſa di nuovo precipitata, ed eſſendo

Si portano altri eſempj allo ſteſſo effetto.

iterato corruiſſet, fuiſſetque anno 1649. a fundamentis reſtituta, & in eum, quem nunc tenet magnificentiæ ſtatum, adducta, Benedictus XIII. anno 1727. eam tertio conſecravit, quemadmodum quiſque noſtrûm meminiſſe poteſt, atque etiam legitur in ejuſdem Pontificis Vita edita a Præſule Borgia Archiepiſcopo Firmano, *ſub num.* 57., ac veluti etiam adnotatum conſpicitur in Lapideo monumento in prædicta Baſilica ad perennem rei geſtæ recordationem appoſito: *Terræmotu anni* 1349. *prorſus dirutam, & Urbani V. juſſu erectam, ac rurſus ruina obrutam, atque à fundamentis anno* 1649. *excitatam, & recens magnificentius exornatam, Benedictus XIII. Pontifex Maximus Ordinis Prædicatorum anno* 1727. *die* 19. *Maji ſolemni ritu tertio conſecravit.* Vetus denique Templum inſignis Abbatiæ Campidonenſis fuit ab Hadriano I. Pontifice ſolemni ritu inauguratum; verum cum illud idem, ſæculo XVII., Svedenſi bello, proſtratum manſiſſet, & per Abbatem a fundamentis reſtitutum fuiſſet; Nos ex Pontificia Noſtra auctoritate, Abbati, etſi Epiſcopali charactere non inſignito, facultatem fecimus conſecrandi Eccleſiam, adhibito tamen Oleo per Epiſcopum benedicto, idque ut religioni ipſius Abbatis, & piis indulgeremus populorum votis, qui Abbatem, cujus tanta in opere perficiendo laus fuerat, ſacram functionem peragentem cernere exoptabant; & ſane fuit ab eodem, in vim dati a Nobis Apoſtolici Brevis, ſolemniter inaugurata Eccleſia, veluti noſſe licet ex Noſtro Opere *de Synodo Diœceſana lib.* 13. *cap.* 15. *num.* 4. novæ Romanæ editionis.

Penſatur, rejiciturque titulus ex terræmotu, quo Bononienſis Eccleſiæ pars concidit.

§. 16. Verum, ad noſtram iterum Metropolitanam Bononienſem Eccleſiam S. Petri redeundo, etſi poſt peractam a Lucio III. ſub annum 1184., uti prænotatum eſt, ejuſdem Conſecrationem, Ghirardaccius *lib.* 5. *fol.* 146., Vizanius *lib.* 3. *fol.* 101. Maſinius *part.* 1. *fol.* 107. 108. Celſus Faleonius *in Hiſtoricis Monumentis Eccleſiæ Bononienſis fol.* 230., meminerint ingentis ſequuti terræmotus, Henrico Fratta Epiſcopo, anno 1222., quo grave detrimentum Eccleſiæ S. Petri fuit illatum; cum tamen iidem ipſi referant, corruiſſe tectum, ac teſtudinem Eccleſiæ, providumque Epiſcopum haud prætermiſiſſe illata reparare damna, ad rem præſentem ſatis haud quaquam eſt acerbus hic caſus; ſuperius namque animadverſum eſt, conſiſtentibus integris parietibus, quibus potiſſimum adhæret conſecratio, non licere iterato Eccleſiam conſecrare, etſi ejuſdem tecta concidant.

Canonicus titulus iteradæ conſecrationis hujus Eccleſiæ, tantumodo reædificatio a fundamētis.

§. 17. Nova itaque adhibenda Conſecratio alio debet fundamento inniti; paratumque illud eſt, nec a nobis excogitatum. Cùm Raynutius Cardinalis Farneſius anno 1565. Bononienſem Eccleſiam Epiſcopus adminiſtraret, exiguum miratus ædificium majoris Cappellæ ejuſdem Cathedralis Eccleſiæ, jam tum de alia a fundamentis excitanda ſecum ipſe conſtituit; at cùm nunquam manum operi admoviſſet, id curæ reliquit Cardinali Gabrieli Palæotto ſibi Succeſſori, primoque in Patria noſtra Archiepiſcopo. Magnus itaque is Cardinalis auguſtam conſtruxit Cappellam majorem, ad quam ex Eccleſia per aliquot conſcenditur gradus, ipſumque etiam ſubterraneum ædificium inſtauravit, ſolemnique pompa in eamdem translatas, locataſque inſignes noſtrorum Sanctorum Martyrum Vitalis, & Agricolæ Reliquias, decenti admodum, elegantique urna incluſit. Conſpicuum Sacelli ædificium Cardinalis a primo lapide inſtituit, perfecit, ditavit, inſtruxitque congruentibus ornamentis, atque picturis celeberrimis. Enarrantur omnia a Ledeſma in Vita præfati Cardinalis *lib.* 3. *cap.* 9., ab Alberto Bruni ipſi a Secretis, in Vita itidem ejuſdem per ipſum contexta,

Recenſeneur novi ædificii exordia.

ſtata riedificata da' fondamenti l'anno 1649. e ridotta in quello ſtato di magnificenza, in cui ora ſi ritrova, il Pontefice Benedetto XIII. ne fece la terza Conſecrazione l'anno 1727. come ognuno di noi ſi può ricordare, e come anche ſi legge nella Vita dello ſteſſo Pontefice ſcritta da Monſignor Borgia Arciveſcovo di Fermo *ſotto il num.* 57. e come altresì ſi legge in una Lapide poſta nella detta Baſilica in memoria di queſto fatto: *Terræmotu anni* 1349. *prorſus dirutam, & Urbani V. juſſu erectam, ac rurſus ruina obrutam, atque a fundamentis anno* 1649. *excitatam, & recens magnificentius exornatam, Benedictus XIII. Pontifex Maximus Ordinis Prædicatorum anno* 1727. *die* 19. *Maji ſolemni ritu tertio conſecravit.* Finalmente l'antica Chieſa della celebre Abbazia di Campidona fu conſecrata dal Pontefice Adriano I., ma eſſendo eſſa ſtata gettata a terra nel ſecolo XVII. nella guerra de' Svezzeſi, ed avendola l'Abbate riedificata da' fondamenti, prevalendoci Noi dell'autorità Pontificia di concedere ad un Abbate, benchè ſenza carattere Veſcovile, il poter conſecrare la Chieſa, ſervendoſi dell'Olio benedetto dal Veſcovo, per ſoddisfare alla divozione dell'Abbate, ed al pio deſiderio de' popoli, che bramavano di veder fare la funzione dall'Abbate, che tanto ſi era adoperato per condurre a fine la grand'opera, fu dallo ſteſſo, in ſequela d'un noſtro Breve, fatta la Conſecrazione della Chieſa: come il tutto può vederſi nella noſtra Opera *de Synodo Diœceſana al lib.* 13. *cap.* 15. *num.* 4. della nuova edizione Romana.

Si eſamina, e ſi rigetta il titolo del terremoto patito dalla Chieſa di Bologna.

§. 16. Ma, ritornando alla noſtra Chieſa Metropolitana di S. Pietro di Bologna, ſebbene dopo la Conſecrazione fattane da Lucio III., come ſi è detto, l'anno 1184. ſi faccia dal Ghirardacci *al lib.* 5. *fol.* 146. dal Vizani *al lib* 3. *fol.* 101. dal Maſini *part.* 1. *fol.* 107. e 108. da Celſo Faleoni *nelle Memorie ſtoriche della Chieſa di Bologna fol.* 230. menzione d'un terribile tremuoto, ſeguito l'anno 1222. nel tempo del Veſcovado di Enrico Fratta, che recò un gran pregiudizio alla Chieſa di S. Pietro, riferendo però gl'iſteſſi, che rovinò il tetto, e la volta della Chieſa, e che il provido Veſcovo non laſciò di riparare al danno; queſto funeſto accidente non baſta per l'effetto, di cui ſi tratta; eſſendoſi di ſopra già veduto, che, quando reſtano illeſe le pareti, nelle quali la Conſecrazione ha la ſua ſede, ancorchè rovini il tetto della Chieſa, non ſi può fare nuova Conſecrazione della ſteſſa.

Si ſtabiliſce il titolo legittimo della conſacrazione nella totale reedificazione della Chieſa.

§. 17. Dee dunque la nuova Conſecrazione avere il ſuo fondamento in altro capo: e queſto è in pronto, e non è ideale. Reggendo il Cardinale Ranuzio Farneſe nell'anno 1565. la Chieſa di Bologna in qualità di Veſcovo, e compaſſionando l'infelice fabbrica della Cappella maggiore della noſtra Cattedrale, pensò a fabbricarne una nuova da' fondamenti: ma non avendo poſta mano alla ſua idea, ne laſciò la cura al Cardinale Gabbriello Paleotti ſuo ſucceſſore, e che fu il primo Arciveſcovo della noſtra Patria. Fabbricò dunque queſto gran Cardinale l'auguſta Cappella maggiore, alla quale dalla Chieſa ſi aſcende per certi ſcalini, ed anche accomodò il ſotterraneo, che è ſotto la ſteſſa, avendo fatta la ſollenne traſlazione, e collocazione delle inſigni Reliquie de' noſtri Santi Martiri Vitale ed Agricola, che collocò in un'Urna aſſai propria e decente. Il Cardinale incominciò la fabbrica della gran Cappella da' fondamenti, la terminò, e la reſe ricca, ed adorna con ornamenti proprj, e rinomate pitture. Il tutto vien riferito dal Ledeſmo nella Vita del detto Cardinale *al lib.* 3. *cap.* 9. da Alberto Bruni ſuo Segretario, nella Vita pure, che

Onde aveſſe principio la nuova fabbrica.

impreſſaque *tom. 6. veterum Scriptorum, & Monumentorum*, quæ collecta fuerunt a Martene, & Durando, publicique juris facta Pariſiis anno 1729. *col.* 1406. §. 31., a Sigonio, *de Epiſcopis Bononienſibus*, cum loquitur de eodem Cardinali: quibus accedunt, quæ inſuper teſtantur Vizanius in Hiſtoriis *lib.* 12. *fol.* 107. & 108. Ughellius *Italia ſacra tom.* 2. *citatæ editionis col.* 41. Maſinius *part.* 1. *fol.* 107. & 108. & latius Celſus Faleonius *in Monumentis Hiſtoricis Benonienſis Eccleſiæ lib.* 6. *fol.* 610. & *ſeq.* ubi ſubdit, non prætermiſiſſe Gregorium XIII. Pontificem Concivem Noſtrum, quum collati ſumptus in ædificium, ornatumque ingentis Cappellæ, viciſſent Cardinalis vires, iteratis vicibus ampla ipſi munificaque ſuppeditare ſubſidia.

fece dello ſteſſo, ſtampata *nel tom.* 6. *degli antichi Scrittori, e Monumenti*, raccolti dal Martene, e dal Durand, e dati alla luce in Parigi l'anno 1729. *col.* 1406. §. 31., dal Sigonio *de Epiſcopis Bononienſibus*, quando parla dello ſteſſo Cardinale: oltre quello, che anche atteſtano il Vizani *nelle Storie lib.* 12. *fol.* 107. *e* 108. l'Ughelli *nella Italia ſacra al tom.* 2. *della citata edizione col.* 41. il Maſini *part.* 1. *fol.* 107. *e* 108. e diffuſamente Celſo Faleoni *nelle Memorie ſtoriche della Chieſa di Bologna lib.* 6. *fogl.* 610. *e ſeg.* ove aggiunge, ch' eſſendo ſtata ſuperiore alle forze del Cardinale la ſpeſa, che fece nella fabbrica ed ornamenti della gran Cappella, non laſciò il Pontefice Gregorio XIII. noſtro Concittadino, di ſomminiſtrargli più volte larghe e copioſe ſovvenzioni.

Conficitur Archetypus, poſitoque primo lapide inchoatur.

§. 18. Novo licet abſoluto majoris Sacelli ædificio, conſiſtebant tamen adhuc reliqua vetuſtioris Templi; verum ſive quod illud in deterius inclinaſſet, ſive quod novæ Cappellæ amplitudini non reſponderet, Præſul Alphonſus Palæottus, Gabrieli ejuſdem familiæ Cardinali in Bononienſi Archiepiſcopatu Succeſſor, novam adorſus eſt conſtruendam Eccleſiam, Cappellæ recens conſtitutæ congruentem, acceptoque typo a celebri Architecto Patre Joanne Ambroſio Magente Clerico Regulari Congregationis Sancti Pauli, primum poſuit novæ ædis lapidem ſub annum 1605. die Annunciationi Virginis Deiparæ Sacra, cum e vivis ſublato Clemente VIII. Apoſtolica Sedes vacaret, atque in fundamento lapideum hoc monumentum poni juſſit. *Alphonſus Palæotus Bononienſis Archiepiſcopus, & Princeps, Metropolitanam Ædem anguſtam, ac prope dirutam, in ampliorem a fundamentis reſtituturus, primum hunc lapidem ſolemniter poſuit anno ſalutis* 1605. *die Annuntiationis B. Mariæ Virginis, per mortem Clementis VIII. vacante Sede Romana*: eaque occaſione complura excudi quoque curavit numiſmata, novum innuentia Metropoliticæ Ædis incœptum ædificium; quorum unum, ſimul cum aliis collectis numiſmatibus, tranſmiſſum a Nobis fuit ad celebre Noſtrum Bononienſe Inſtitutum.

§. 18. Reſtava in piedi, non oſtante la fabbrica della nuova Cappella maggiore, il reſtante della Chieſa vecchia; ed o perchè eſſa foſſe in cattivo ſtato, o perchè non corriſpondeſſe alla magnificenza della nuova Cappella, l'Arciveſcovo Alfonſo Paleotti, ſucceſſore del Cardinale Gabbriello dello ſteſſo cognome nell' Arciveſcovado di Bologna, intrapreſe il fare una nuova Chieſa corriſpondente alla nuova Cappella, avendone fatto fare il diſegno dal celebre Architetto, Padre Gio. Ambrogio Magente, Chierico Regolare Barnabita; gettò la prima pietra della nuova Chieſa l'anno 1605. nel giorno dedicato all' Annunziazione di Maria Vergine, eſſendo vacante la Sede Apoſtolica per la morte di Clemente VIII. e ne' fondamenti fece porre la ſeguente Lapide: *Alphonſus Palæotus Bononienſis Archiepiſcopus, & Princeps, Metropolitanam Ædem anguſtam, ac prope dirutam, in ampliorem a fundamentis reſtituturus, primum hunc lapidem ſolemniter poſuit anno ſalutis* 1605. *die Annuntiationis B. Mariæ Virginis, per mortem Clementis VIII. vacante Sede Romana*: ed in quell' occaſione fece ancora incidere varie Medaglie alluſive alla nuova fabbrica della Metropolitana, che intraprendeva; ed una di queſte è ſtata già da Noi con altre Medaglie mandata al noſtro celebre Iſtituto di Bologna.

Se ne forma il diſegno, e ſi butta la prima pietra.

Ædificii incrementa.

§. 19. Noſtros inter Concives, qui amplioribus eleemoſynis novum opus juvarunt, quidam commemoratur Ludovicus Ruſticellius, a quo ære proprio ingens poſita pila ad lævum majoris Sacelli. Certâ ad Nos uſque productâ memoriâ ſcimus, ædificium ſub Paulo V. Pontifice fuiſſe continuatum, cum in lapide novæ Eccleſiæ ad meridiem appoſito, hæc inſcripta legantur verba: *Paulo V. Pontifice Maximo, Alphonſo Palæoto Archiepiſcopo, anno Chriſti* 1610., *& Alexandro Ludoviſio ſucceſſore* 1614., alioque in Lapide ad ſeptentrionem, hæc alia: *Pauli V. Pontificis munificentia, Scipionis Burgheſii Cardinalis Archiepiſcopi III. auſpiciis, Alexander Ludoviſ. IV. Archiepiſcop. provid. anno* 1614. Quæcumque hactenus recenſita ſunt, afferuntur quoque ab Ughellio *Italia ſacra tom.* 2. *col.* 46., a Rabbi *in Continuatione Hiſtoriæ Epiſcoporum Bononienſium* a Sigonio ſcriptæ *col.* 606., a Maſinio *Bononia Perluſtrata part.* 1. *fol.* 107. & 108. & a Falconio *fol.* 648. *& ſeq. & fol.* 662.

§. 19. Fra i noſtri Concittadini, che con larga limoſina diedero ajuto alla nuova fabbrica, viene memorato un certo Lodovico Ruſticelli, che a ſpeſe proprie fece il primo gran pilone a ſiniſtra della Cappella maggiore. Si ha ſicura memoria del proſeguimento della fabbrica nel Pontificato di Paolo V., leggendoſi in una Lapide alla parte di mezzo giorno della nuova Chieſa le ſeguenti parole: *Paulo V. Pontifice Maximo, Alphonſo Palæoto Archiepiſcopo, anno Chriſti* 1610. *& Alexandro Ludoviſio ſucceſſore* 1614. e leggendoſi in un' altra Lapide, poſta alla parte di ſettentrione: *Pauli V. Pontificis munificentia, Scipionis Burgheſii Cardinalis Archiepiſcopi III. auſpiciis, Alexander Ludoviſius IV. Archiepiſcop. provid. anno* 1614. Quanto ſinora ſi è detto, viene anche riferito dall' Ughelli *nell' Italia ſacra al tom.* 2. *col.* 46. dal Rabbi *nella Continuazione della Storia de' Veſcovi Bologneſi* ſcritta dal Sigonio *col.* 606., dal Maſini *nella Bologna Perluſtrata part.* 1. *fogl.* 107. *e* 108. e dal Faleoni *fogl.* 648. *e ſeg. ed al fogl.* 662.

Progreſſi della Fabbrica.

Quouſque eadem pertigerint, & cur intermiſſa.

§. 20. Quantum quidem Nobis ſuppetit memoria eorum, quæ in monumentis in Archiepiſcopali Tabulario aſſervatis vidimus adnotata, Archiepiſcopus Ludoviſius, qui Cardinalis renunciatus, haud ita multo poſt, aſſumpto ſibi nomine Gregorii XV., Summus Pontifex fuit inauguratus, fabricam Metropoliticæ Eccleſiæ ſuæ non eſt oblitus; at eo vita functo, cum plures

§. 20. Per quanto ci ricordiamo d' aver veduto nelle memorie, che ſono nell' Archivio Arciveſcovile, non ſi ſcordò l'Arciveſcovo Ludoviſi, che, fatto Cardinale, poco dopo ſalì al Sommo Pontificato col nome di Gregorio XV., della fabbrica della ſua Chieſa Metropolitana: ma dopo la di lui morte, eſſendo inſorte varie liti ſopra i pingui aſſegnamenti da eſſo fatti pel

Fino a qual ſegno foſſe proſeguita, e perchè tralaſciata.

controversiæ de ingentibus subsidiis in prædictam causam ab ipso constitutis, fuissent excitatæ, perfici non potuit ædificium, deficientibus adhuc postremis duobus magnis Sacellis, ipsaque nova fabrica producta tantum ad porticum, quæ veteri Ecclesiæ protendebatur, quæque sub Pontificatu Innocentii VIII. anno 1487. extructa fuerat a Juliano Cardinali de Ruvere Bononiæ Episcopo, qui Pontifex factus nomen sibi indidit Julii II., teste Sigonio *de Episcopis Bononiensibus*, in novissima editione illius operum Mediolani curata *col.* 518., qui hoc quoque Lapideum monumentum in dicta Porticu appositum exscribit: *Sedente Innocentio VIII. Pontifice Maximo, Pontificatus sui anno tertio, Julianus Episcopus Ostiensis, Cardinalis S. Petri ad Vincula, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Major Pœnitentiarius, & Episcopus Bononiensis, condi jussit, anno salutis millesimo quadringentesimo octogesimo septimo, procurante Philippo Lucensi Episcopo Urbinate, Locumtenente, & Vicario Generali.*

Pontificis, adhuc Bononiensis Episcopi, cura in urgendo templi ædificio.

§. 21. Ab Anconitana Ecclesia Benedicto XIII. munificentia Nobis collata, ad Metropoliticam Bononiensem Ecclesiam sub annum 1731. a Clemente XII. nobis itidem benefico translati fuimus; cumque Porticum a Julio II. positam inveniremus undique fatiscentem, atque etiam ruinam minitantem, haud prætermisimus præstare quæcunque tum ad ejusdem firmitatem, tum ad congruam venustatem necessaria videbantur: sed cognoscentes fieri nullo modo posse, ut Ecclesiæ ædificio producendo animum utiliter adjiceremus, curavimus tamen omnia, quæ nostris viribus complecti potuimus; constructam Ecclesiæ partem ornavimus; ac præter Altare, in quo Sanctissimum Sacramentum asservatur, uti prædictum est, duo insuper Altaria ereximus in augustis Sacellis, proximis majori Sacello, a Cardinali Palæotto erecto, quæ eousque manserant Altaribus destituta. At subinde nullis nostris meritis ad Summum Pontificatum evecti, curam omnem de Ecclesia perficienda suscepimus, adhuc deficientes geminas Capellas addidimus, in iis posuimus Altaria, constructam a Julio II. reparatamque a nobis Porticum solo æquavimus, id exposcente novæ Metropolis Archetypo, nec etiam magnifica fronte carere permisimus Augustum Templum, eidem insuper opportunis non ad necessitatem modo, sed ad magnificentiam tributis supellectilibus. Gravior enim nobis contigisset (justa ne an injusta, ignoramus) Francisci Petrarchæ ad Urbanum V. Pontificem exprobratio, oblitum eum scilicet fuisse Ecclesiæ S. Joannis in Laterano: *Quo, inquam, animo tu ad ripam Rhodani* (quod Pontifex tunc Avenioni detineretur, de Nobis autem Romæ residentibus *ad ripam Tiberis* dici potuisset) *sub auratis tectorum laquearibus somnum capis, & Lateranum humi jacet, & Ecclesiarum Mater omnium, tecto carens, & ventis patet, & pluviis?* uti videre est in ejus Opere *de rebus senilibus lib.* 7. in Epistola ad dictum Urbanum incipiente: *Aliquandiu Pater Beatissime.* De Nobis autem dictitari potuisset: dum Bononiensis Ecclesiæ tuæ imperfectum adhuc est ædificium, dum plura adhuc in ea desiderantur Altaria, dum quæ extant, paucis exceptis, fordescunt nimis, dumque deficiunt cætera ad congruum divino numini cultum exhibendum opportuniora.

Ab eodem jam Pontifice completur insigni opere, lectissimisque supellectilibus ditatur.

Consectaria expositi facti conclusio.

§. 22. Ex hactenus expressa Historica facti narratione rem iterum nostram repetentes, perspicuum fit, nihil plane superesse vetustioris Ecclesiæ; novam ipsi a primo ad supremum usque lapidem subrogatam esse ampliorem atque spectabiliorem, & ex veteri illo Templo, præter titulum & situm, nihil amplius superextare. Quapropter cum fuerit jam demonstratum, fas esse penitus renovatæ Ecclesiæ dedicationem

perfi-

detto effetto, non restò perfezionata la fabbrica, mancandovi le due ultime gran Cappelle, e non essendo arrivata la nuova fabbrica, che al Portico, che era avanti la Chiesa vecchia, e che era stato fabbricato nel Pontificato d'Innocenzo VIII. l'anno 1487. dal Cardinale Giuliano della Rovere Vescovo di Bologna, che fatto Papa, assunse il nome di Giulio II. come attesta il Sigoni *de' Vescovi di Bologna, al tom.* 3. della stampa della sue Opere fatta ultimamente in Milano, *col.* 518., che anche porta la Lapide seguente situata nel detto Portico: *Sedente Innocentio VIII. Pontifice Maximo Pontificatus sui anno tertio, Julianus Episcopus Ostiensis, Cardinalis S. Petri ad vincula, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Major Pœnitentiarius, & Episcopus Bononiensis, condi jussit, anno salutis millesimo quadringentesimo octogesimo septimo, procurante Philippo Lucensi Episcopo Urbinate, Locumtenente, & Vicario Generali.*

Quanto operasse il Sommo Pontefice, mentre era Arcivescovo di Bologna, per il proseguimento del detto edifizio.

§. 21. Dalla Chiesa d'Ancona, che ci era stata conferita dal nostro Benefattore Benedetto XIII. fummo trasferiti nell'anno 1731. dal nostro pure Benefattore Clemente XII. alla Chiesa Metropolitana di Bologna, ed avendo ritrovato il Portico eretto da Giulio II. in uno stato miserabile ed infelice, e che anche minacciava rovina, non lasciammo di fare quanto era necessario non meno per la sua persistenza, che per la sua dovorosa comparsa: ed essendoci impossibile allora il pensare al proseguimento della fabbrica della Chiesa, facemmo quanto ci fu possibile il fare, ornando la parte fatta, e facendo, oltre l'Altare del Santissimo Sagramento, come di sopra si è detto, ancora due altri Altari nelle gran Cappelle contigue alla Cappella maggiore fatta dal Cardinale Paleotti, che erano fino allora restate senz'Altare. Ma saliti di poi senza verun nostro merito al Sommo Ponteficato, abbiamo pensato a proseguire la Chiesa, abbiamo fatte le due gran Cappelle, che mancavano, in esse abbiamo eretti gli Altari, abbiamo gettato a terra il Portico fatto da Giulio II. e rifatto da Noi, così esigendo il disegno della nuova Metropolitana; e non abbiamo lasciata la gran Chiesa senza una maestosa facciata, avendola anche provista di sacri arredi confacenti non meno al bisogno, che alla maestà della stessa. Troppo sensibile sarebbe stato a Noi il rimprovero, che non sappiamo, se fosse giusto, o ingiusto, di Francesco Petrarca al Pontefice Urbano V. cioè, che si fosse scordato dei bisogni della Chiesa di S. Giovanni in Laterano: *Quo, inquam, animo tu ad ripam Rhodani* (perchè esso allora abitava in Avignone; e di Noi sarebbesi detto *ad ripam Tiberis*, essendo la nostra residenza in Roma) *sub auratis tectorum laquearibus somnum capis, & Lateranum humi jacet, & Ecclesiarum Mater omnium, tecto carens, & ventis patet, & pluviis?* come si vede nella sua Opera *de rebus senilibus lib.* 7. nella lettera al detto Urbano, che incomincia *Aliquandiu Pater Beatissime.* E di Noi sarebbesi detto: quando la fabbrica della tua Chiesa di Bologna non è perfezionata, quando mancano molti Altari, quando quelli, che vi sono, eccettuati alcuni, sono troppo miserabili, e quando manca il bisognevole pel decoroso culto di Dio.

Assunto al Pontificato lo termina ed arrichisce di nobili supellettili.

Cõclusione del fatto esposto.

§. 22. Dalla storica narrazione di sopra esposta ritornando al nostro proposito; chiaramente si scorge, che nulla vi resta della Chiesa vecchia, che in luogo d'essa se n'è fatta dalla prima pietra fino all'ultima una nuova, più grande, e più magnifica, e che dell'antica non restano, che il titolo, ed il sito in cui era. Per lo che, essendosi già dimostrato, potersi consecrare la Chiesa interamente fabbricata di

nuovo,

perficere, quamvis præexistens illa vetustior fuisset inaugurata, nihil est reliquum, quod novam moretur Consecrationom, eamdemque peragi, juri admodum congruit ac Religioni. Tolletur quoque per id quæstio ab Auctoribus agitata, nimirum, an liceat retinere recitationem Officii Dedicationis Ecclesiæ, etsi vetus haud supersit Consecratio, uti plane Bononiæ hactenus factitatum; neque enim desunt Auctores, contendentes, non licere Officium Dedicationis Ecclesiæ recitare, cum amplius non supereſt Consecratio, ad quam recolendam institutum fuit Officium, quemadmodum videre est penes Guyet *de Festis propriis Sanctorum lib. 1. cap. 3. quæst. 7.*, & Bissum *in sua Hierurgia, verb. Dedicatio Ecclesiæ, n. 51.* Quamvis profecto nec desint alii oppositam sententiam docentes, ducti potissimum exemplo duarum Basilicarum Lateranensis & Vaticanæ, in quibus ad veterum Consecrationum recordationem diu fuit retenta Officii recitatio, etsi novis positis constructionibus, veteres amplius non superextarent Consecrationes: quod scilicet in causa fuit, ut Benedictus XIII. Pontifex, veluti prædiximus, Lateranensem Basilicam, Urbanus vero VIII. alteram S. Petri in Vaticano, iterata adhibita Consecratione, dicarent.

Opinionum discrepantia de recitando sublatæ consecrationis officio.

§. 23. Constituto itaque de congruentia iterandæ Consecrationis Archiepiscopalis Bononiensis Ecclesiæ consilio, conversoque sermone ad Consecrationis functionem, per Nos ipsos perficiendam, Tibi asseverabimus, id propositum Nos haud abjeciſſe, licet intermedio hoc tempore, Supremo Numini placuerit, Nos omni plane merito destitutos ad Summum Pontificatum extollere. Sæpe animo recogitavimus dilectam Nobis Sponsam, Ecclesiam, in qua gemina Baptismatis & Confirmationis Sacramenta suscepimus, & in qua Sepulcrum Nobis destinavimus, uti nosse licet ex Lapide vel hodie ad Altare Sanctissimi Sacramenti substrato. Tenuit Nos semper vehemens desiderium revisendi Nostrum Clerum, Concives Nostros, Nostros Diœcesanos. Augebatur autem illud in dies, percurrentibus Nobis Annales Nostrorum Prædecessorum, a quibus tot per Italiam consecratæ fuerunt Metropolitanæ, atque Cathedrales Ecclesiæ, Nobisque, qui iis successimus, haud secus videbatur cum Bononiensi Ecclesia Nostra rem transigi debuisse. Ab Alexandro II. Pontifice, legitur, inclinante seculo XI., consecratam fuisse Lucensem Cathedralem Ecclesiam, quemadmodum mox infra demonstrabimus. De Gelasio II. narrat Ughellius *tom. 4. Italiæ sacræ col. 851.* consecrasse eumdem Cathedralem Ecclesiam Januensem, extatque hujusce rei monumentum in illius sacrario, ubi in quodam Lapide hæc leguntur: *Sexto Idus Octobris anno Dominicæ Incarnationis 1118. indict. xii. Dedicatio Ecclesiæ Beatissimi Laurentii, atque Sanctissimi Syri Januensis Episcopi. Quæ consecrata fuit a Gelasio Papa, primo anno Episcopatus sui, cum pluribus Episcopis &c.* Cardinalis Baronius ad annum Christi 1120. *n. 3.* colligit ex Vaticano Manuscripto de rebus gestis Callixti II., hunc Luca decedentem, atque pertranseuntem Hetruriam, exceptum, honorificentissimeque habitum Pisis, ubi exoratus a præclaris illis Civibus: *rogatus ab ipsis Pisanis, & magna instantia postulatus, majorem Ecclesiam ad honorem Beatæ Mariæ, tota ibidem Thuscia concurrente, dedicavit solemniter.* De duarum, Bononiensis, & Mutinensis, Cathedralium Ecclesiarum inauguratione a Lucio III. peracta, jam superius verba fecimus. Annalium Baronii continuator Raynaldus ad annum Christi 1225. *num.* 55. exemplum affert, a dicto Cardinali relictum, vetustæ inscriptionis spectantis ad Reatinam Cathedralem Ecclesiam, in qua ita legitur: *In nomine Domini. Amen.*

Pontificis propositum consecrandi per se Bononiensem Ecclesiam.

Confirmata ex Prædecessorum Pontificum exemplis.

nuovo, ancorchè l'altra fosse stata consecrata, nulla v'è, che osti alla nuova Consecrazione, ed è molto ragionevole e pio il farla. Con ciò ancora si leverà di mezzo una controversia, chè si tratta dagli Autori, ed è, se sia permesso il proseguire la recita dell' Officio della Dedica della Chiesa, ancorchè sia cessata l'antica Consecrazione, come per appunto si è fatto insino ad ora in Bologna; non mancando Autori, che pretendono, non potersi recitare l'Officio della Dedica della Chiesa, quando non v'è più la Consecrazione, in memoria della quale fu ordinato l'Officio; come può vedersi appresso il Guyet *de Festis propriis Sanctorum lib. 1. cap. 3. quæst. 7.* ed il Bisso *nella sua Hierurgia, in verb. Dedicatio Ecclesiæ, num. 51.* benchè, per vero dire, vi siano altri che insegnano il contrario, coll' esempio particolarmente delle due Basiliche Lateranense, e Vaticana, nelle quali in memoria delle prime Consecrazioni si proseguì la recita dell'Officio, ancorchè per le nuove riedificazioni più non restassero le antiche Consecrazioni: il che diede campo al Pontefice Benedetto XIII. di riconsecrare la Basilica Lateranense, come si è detto, e ad Urbano VIII. quella di S. Pietro in Vaticano.

Varietà d'opinione circa il doversi o nò recitare l'officio della consecrazione già mancata.

§. 23. Fissato il pensiere della convenienza della nuova Consecrazione della Chiesa Arcivescovile di Bologna, e trasportando il discorso all'altro, cioè del farsi da Noi stessi la funzione della Consecrazione; le diremo, non averlo Noi deposto nello spazio d'alcuni anni, ancorchè in questo tempo intermedio sia piacciuto al Grande Iddio senza verun nostro merito di sollevarci al Sommo Pontificato. Spesse volte siamo andati pensando alla nostra diletta Sposa, alla Chiesa, in cui abbiamo ricevuti i due Sagramenti del Battesimo e della Cresima, ed in cui avevamo eletta la nostra Sepoltura, come può vedersi in una Lapide ancor oggi esistente appiè dell' Altare del Venerabile. Grande è sempre stato il nostro desiderio di rivedere il nostro Clero, i nostri Concittadini, ed i nostri Diocesani. Cresceva poi di giorno in giorno, leggendo gli Annali de' nostri Predecessori, che hanno consecrate in Italia tante Metropolitane, e tante Cattedrali; ed a Noi sempre sembrava, che, essendo Noi successori d'essi, dovessimo fare lo stesso colla nostra Chiesa di Bologna. Del Pontefice Alessandro II. verso il fine del secolo XI. si legge, che consecrò la Chiesa Cattedrale di Lucca, come or ora dimostreremo. Di Gelasio II. racconta l'Ughelli *nel tom. 4. dell' Italia Sacra col. 851.* che consecrò la Chiesa Cattedrale di Genova, e di ciò resta il monumento nella Sacristia d'essa, ove in una Lapide così si legge: *Sexto Idus Octobris anno Dominicæ Incarnationis 1118. indict. xii. Dedicatio Ecclesiæ Beatissimi Laurentii, atque Sanctissimi Syri Januensis Episcopi. Quæ consecrata fuit a Gelasio Papa, primo anno Episcopatus sui, cum pluribus Episcopis &c.* Il Cardinal Baronio *all' anno di Cristo 1120. n. 3.* ricava da un manoscritto Vaticano sopra la Vita di Calisto II., che passando esso per la Toscana, dopo essere stato a Lucca, fu ricevuto e trattato con glorioso accoglimento in Pisa, ove pregato da quegl' illustri Cittadini, *rogatus ab ipsis Pisanis, & magna instantia postulatus, majorem Ecclesiam ad honorem Beatæ Mariæ, tota ibidem Thuscia concurrente, dedicavit solemniter.* Della Consecrazione delle due Chiese Cattedrali, di Bologna, e di Modena, fatte dal Pontefice Lucio III. già di sopra si è ragionato. Il Rainaldi, Continuatore degli Annali del Baronio, *all' anno di Cristo 1225. al num.* 55. porta una copia lasciata dal detto Cardinale d'un' antica iscrizione, appartenente alla Cat-

Determinazione del Pontefice di consacrare per se stesso la nuova Metropolitana.

Maggiormente confermata dall' esempio dei Predecessori.

Anno ejusdem 1225. *Indictione xiii. quinto Idus Septembris, tempore Honorii III. PP. Pontificatus anno ejus decimo consecrata est major Ecclesia Reatina ab ipso Domino Honorio cum talibus Episcopis, videlicet Ostiensi, Albanensi &c. ad honorem Beatæ Mariæ semper Virginis.* Celebris denique perhibetur Consecratio Florentinæ Metropolis ab Eugenio IV. Pontifice sub annum 1436. peracta, de qua meminere S. Antoninus in suis *Chronicis part.* 3. *tit.* 22. *cap.* 10. *§.* 6. Ughellius *tom.* 3. *col.* 170. Scipio Ammiratus in Historiis Florentinis *part.* 2. *lib.* 22. Idemque S. Antoninus exacte describit ingentem pontem ab Ecclesia PP. Prædicatorum ad Cathedralem Ecclesiam S. Mariæ de Flore protensum, non minus ad magnificentiam, quàm ob necessitatem præstandi Pontifici expeditum transitum, ne immensa manu confluentis populi effet circumfusus.

Expenditur in id ipsum luculentius factum Alexandri II.

§. 24. Hæc nobis plures annos præ oculis obversata sunt exempla, ut iter Bononiam aggrederemur, novam Metropoliticam Ædem consecraturi. Urgebat autem præsertim illud Alexandri II. exemplum, quum ipse simul cum Summo Pontificatu Lucensem retinuerit Episcopatum, & Nos Summum Pontificatum multos annos, retento Bononiensi Archiepiscopatu, obtinuerimus; ipse Lucensis Cathedralis Ecclesiæ ædificium absolverit, & Nos ea perfecerimus, quæ ad Bononiensis Ecclesiæ complementum desiderabantur. *Eodem anno* (concepta sunt verba Cardinalis Baronii *ad ann.* 1070. *num.* 27.) *Alexander Papa, qui imitatus Sanctum Leonem IX. licet Romanus Pontifex creatus, nunquam titulum prioris Lucensis Ecclesiæ dimittere voluit, emenso decennio, ex quo cæperat illic egregiam Basilicam ædificare, ea jam absoluta, Lucam petiit, eamque in honorem S. Martini Episcopi & Confessoris Deo dicavit pridie nonas Octobris.* Verum ætas ingravescens, incidens podagra, Pontificiique ærarii tot calamitatibus exhausti tenuitas, invitos Nos, satisque mærentes adegerunt, ut propositum suscipiendi itineris Bononiam, atque per Nos ipsos absolvendi inclitæ Metropoliticæ ædis S. Petri inaugurationem, seponeremus.

Interposita impedimenta recensentur.

Quænam olim fuerit, quæve nunc Romani Pontificis auctoritas in consecrandis Ecclesiis per alienas Diœceses.

§. 25. Ex privativis juribus Romani Pontificis quondam fuit, Ecclesias inaugurare; adeo ut, quicunque dicare eas cupiebat, deberet opportunam ab eo petere, & obtinere facultatem. Hujusce olim vigentis disciplinæ argumenta extant Canone quarto & quinto *de Consecratione, dist.* 1. sumpta ex Epistola quinta Gelasii I. *tom.* 2. Collectionis Harduini *col.* 904. Et in superius citato Diurno Romanorum Pontificum edito ab Holstenio, *num.* 35. preces afferuntur Episcoporum supplicantium Pontifici, ut sibi liceret sitas suis in Diœcesibus Ecclesias consecrare; *& num.* 36. *& seq.* exscripta reperiuntur gratiæ, facultatisque rescripta Romanorum Pontificum. Quamvis autem is usus transalpinis quibusdam in Provinciis forte non obtinuerit, quamque alibi universim Episcopi a Romano Pontifice expetebant facultatem consecrandi Ecclesias, eam Suffraganearum Ecclesiarum Præsules a suo Metropolita exquirerent, atque tandem pluribus ab hinc sæculis, ob insigniter adauctum Ecclesiarum numerum, invectum sit, ut quilibet Episcopus, nulla præobtenta Apostolica facultate, sitas in Diœcesi sua Ecclesias solemni dedicatione consecret, veluti etiam perbelle observat Gretserus *tom.* 5. *lib.* 2. *de Festis cap.* 10. *pag.* 123., id tamen non facit, quin si Romano Pontifici videatur Ecclesiam aliquam in quacunque per Orbem Diœcesi solemniter dicare, id ipsi per se liceat, & ex propria auctoritate, ad Diœceses omnes protensa. *Habent*

tedrale di Rieti, in cui così si legge: *In nomine Domini. Amen. Anno ejusdem* 1225. *Indictione xiij. quinto Idus Sptembris tempore Honorii III. PP. Pontificatus anno ejus decimo, consecrata est major Ecclesia Reatina ab ipso Domino Honorio cum talibus Episcopis, videlicet Ostiensi, Albanensi &c. ad honorem Beatæ Mariæ semper Virginis.* Celebre finalmente fu la Consecrazione della Metropolitana di Firenze, fatta dal Pontefice Eugenio IV. l'anno 1436. della quale parlano S. Antonino *nelle sue Cronache part.* 3. *tit.* 22. *cap.* 10. *§.* 6. l'Ughelli *al tom.* 3. *col.* 170. Scipione Ammirato *nelle Storie Fiorentine part.* 2. *lib.* 22. e S. Antonino descrive a minuto il gran Ponte fatto dalla Chiesa de' PP. Predicatori alla Chiesa Cattedrale di S. Maria del Fiore, non meno per magnificenza, che per necessità di far passare il Pontefice liberamente, e non affollato dalla moltitudine troppo eccessiva del popolo.

Fatto più preciso di Alessandro II.

§. 24. Questi sono gli esempj, che per molti anni abbiamo avuti avanti gli occhi, per fare il viaggio di Bologna, e portarci a consecrare la Chiesa Metropolitana: e quello particolarmente d' Alessandro II. faceva a Noi maggior breccia; avendo esso ritenuto col Sommo Pontificato il Vescovado di Lucca, ed avendo Noi per molti anni col Sommo Pontificato ritenuto l' Arcivescovado di Bologna; avendo esso compita la fabbrica della Cattedrale di Lucca, ed avendo Noi compita quella della Chiesa di Bologna. *Eodem anno* (sono parole del Cardinale Baronio *all' anno* 1070. *num.* 27.) *Alexander Papa, qui imitatus Sanctum Leonem IX. licet Romanus Pontifex creatus, nunquam titulum prioris Lucensis Ecclesiæ dimittere voluit, emenso decennio, ex quo cæperat illic egregiam Basilicam ædificare, ea jum absoluta, Lucam petiit, eamque in honorem S. Martini Episcopi & Confessoris Deo dicavit pridie nonas Octobris.* Ma l'età avanzata, la podagra sopravvenuta, e la povertà del Pontificio erario, da tante calamità estenuato, ci hanno contra nostra voglia, anzi con nostro sensibile rammarico, posti nella dura necessità di deporre l' idea di fare il viaggio di Bologna, e di fare Noi stessi la Consecrazione della gran Chiesa Metropolitana di S. Pietro.

Impedimenti frappostisi ad un tal pensiero.

Autorità fino da' primi tempi praticata da' Sommi Pontefici in consecrare le Chiese poste in qualche Diocesi.

§. 25. Era una volta diritto privativo del Romano Pontefice il consecrare le Chiese, in tal maniera che era d' uopo, che chi le voleva consecrare, doveva chiedere, ed ottenerne da lui l' opportuna permissione. Di questa disciplina si vedono le prove nel Canone quarto e quinto *de Consecratione dist.* 1. ricavati dalla lettera quinta di Gelasio I. *al tom.* 2. della Collezione dell' Harduino *col.* 904. e nel Diurno de' Romani Pontefici, di sopra citato, stampato dall' Holstenio, *al num.* 35. sono inserite le domande de' Vescovi, che facevano al Papa, per poter consecrare le Chiese situate nelle loro Diocesi; ed *al num. 36. e seg.* sono registrate le risposte favorevoli, e facoltative, che si davano da' Romani Pontefici: e benchè in alcune Provincie di là da' monti ciò forse non fosse in uso, e la licenza, che altrove universalmente domandavasi al Romano Pontefice dai Vescovi per consecrare le Chiese, i Vescovi delle Chiese Suffraganee la domandassero al loro Metropolitano, e da molti secoli in qua, forse per la multiplicità delle Chiese, siasi introdotto, che ogni Vescovo nella sua Diocesi sa senza veruna previa licenza Apostolica la Consecrazione delle Chiese in essa esistenti, come anche molto bene avverte il Gretsero *al tom.* 5. *lib.* 2. *de Festis cap.* 10. *pag.* 123. ciò però non impedisce, che, se vuole il Romano Pontefice fare la Consecrazione di qualche Chiesa in qualche Diocesi del Mondo, non la possa fare a dirittura, ed in

illi sibi assignatos Greges singuli singulos, scripsit S. Bernardus *lib. 2. de Considerat. ad Eugenium cap. 8.* loquens de Episcopis; subindeque ad Papam sermone converso; ita subdit: *Pontifici universi sunt crediti, nec modo Ovium, sed & Pastorum est omnium Pastor.*

Inconsulta Rodulphi Glabri assertio, ratione & auctoritate improbatur.

§. 26. Rodulphus Glaber *lib. 2. Historiæ suæ cap. 4.* narrat, cum Joannes XVIII. Pontifex Maximus, rogante Fulcone Andegavensi Comite, suum misisset Legatum Petrum Cardinalem, ut Bellilocensis Monasterii Ecclesiam, quam Hugo Turonensis Archiepiscopus dicare detrectaverat, consecraret, ægerrime id tulisse Gallicanos Episcopos: *cum multiplici sit antiquitus auctoritate roboratum, ut non quisquam Episcoporum in alterius Diœcesi id præsumat exercere, nisi Præsule, cujus fuerit, compellente, seu permittente.* Verum præterquam quod nullum extat vestigium assertæ displicentiæ Episcoporum Galliæ, uti nosse licet *tom. 4. Galliæ Christianæ* Sammartanorum, vetustioris impressionis *pag. 150. & 151.* Petro de Marca *lib. 4. de Concordia cap. 8. num. 2.* animadvertit præterea Natalis ab Alexandro *in Historia Ecclesiastica sæculi xi. in Synopsi cap. 1. art. 1.* si Glaber Monachus erat Historicus, eumdem sane nec Canonica facultate instructum, nec Theologica fuisse scientia præditum, ideoque minus apte scripsitasse, quæcunque adnotata reliquit de Pontificia auctoritate in Consecrandis Ecclesiis intra aliorum Episcoporum Diœceses existentibus: *Sed corrigendus Glaber, qui se Juris, ac veræ Theologiæ haud satis peritum ostendit, cum Romanum Episcopum in aliorum Præsulum Diœcesibus munia Episcopalia exercere non posse asserit, nisi ipsis permittentibus.* Cardinalis Baronius quoque, *ad annum Christi 996. num. 25.* in Glabri assertionem invehitur. *Hæc Glaber: sed sicut in recensenda Historia fidelis, ita in pervestiganda, atque definienda causa ruinæ Templi valde hallucinatus erravit, dum nihil vult in aliena Diœcesi posse præsumere Romanum Pontificem, plusquam cæteros Episcopos, quibus certis limitibus est definita Diœcesis, & extra ipsam nihil penitus agere posse vane existimavit, contra omnes Ecclesiasticas leges, usumque ipsum, atque antiquam traditionem. An non jure, sanctæ, pieque Joannes Papa & Martyr consecravit Constantinopoli Ecclesias, quæ erant Arianorum, in usum Catholicorum?* Et Pagius *in notis ad Annales Cardinalis Baronii ad annum 1009. num. 3.* loquens de Glabri assertione hæc scripsit: *Sed hic male asserit, Pontificem aliquid tentasse contra Canones, & Turonensi Episcopo repugnante factam esse Bellilocensis Ecclesiæ Consecrationem.*

Nec non exemplis ex vetustate desumptis.

§. 27. Redundant Historiæ exemplis Consecrationum Ecclesiarum, quas Romani Pontifices non modo intra, sed & extra Italiam peregerunt, proprio utentes jure, quin Episcoporum quisquam conqueri ausus sit, vel asserere, nequivisse sua in Diœcesi, se inconsulto, Consecrationis opus absolvi: uti cognosci potest ex dedicatione peracta a Stephano III. in Gallia, sæculo VIII. *Gallia Christiana tom. 7. col. 344.*; ex facta Consecratione inclinante sæculo sexto Paderbonæ a Leone III. *in Annalibus Cardinalis Baronii ad annum 799. num. 10.* commemorata; ex dedicatione Ecclesiæ S. Stephani ineunte sæculo XI., Bambergæ celebrata a Benedicto VIII., apud ipsum Cardinalem Baronium *ad annum 1019. num. 1.* aliisque ex innumeris Ecclesiarum dedicationibus, quæ per Lotharingiam, XI. elabente sæculo, a S. Leone IX. peractæ leguntur *in Historia Ecclesiastica & Civili Calmeti lib. 19. num. 119. & seq. & tom. 1. part. 2. col. 423.* & quæ per Galliam eodem sæculo XI. ab Urbano II. factæ recensentur a Mabillonio *in suis Annalibus Benedictinis ad annum 1095. lib. 69. num. 29. pluribusque seq.* quæque insuper in ipsa

sequela della propria autorità, estesa in tutte le Diocesi. *Habent illi sibi assignatos Greges singuli singulos:* disse S. Bernardo *nel lib. 2. de Considerat. ad Eugenium al cap. 8.* parlando de' Vescovi: e poi parlando del Papa, così soggiugne: *Pontifici universi sunt crediti, nec modo Ovium, sed & Pastorum est omnium Pastor.*

Men pesata asserzione di Rodolfo Glabro, rigettata coll'autorità e colla ragione.

§. 26. Rodolfo Glabro *nel lib. 2. della sua Storia al cap. 4.* racconta, che, avendo Giovanni XVIII. Sommo Pontefice, ad istanza di Fulcone Conte Andegavense, spedito Pietro Cardinale suo Legato, acciò consecrasse la Chiesa del Monastero Bellilocense, che Ugone Arcivescovo Turonense aveva ricusato di consecrare, ciò molto dispiacque ai Vescovi della Francia: *cum multiplici sit antiquitus auctoritate roboratum, ut non quisquam Episcoporum in alterius Diœcesi id præsumat exercere, nisi Præsule, cujus fuerit, compellente, seu permittente.* Ma, oltre di che non vi è verun rincontro della supposta egreferenza de' Vescovi Francesi, come può vedersi *nel tom. 4. della Gallia Cristiana* de' Sammartani dell'antica edizione *pag. 150. e 151.* ed in Pietro de Marca *al lib. 4. de Concordia cap. 8. num. 2.* considera Natale Alessandro *nella Storia Ecclesiastica del secolo XI. nella Sinopsi al cap. 1. art. 1.* che, se il Monaco Glabro era Istorico, non era certamente Canonista, nè Teologo, e che però poco a proposito scrisse quanto scrisse circa l'autorità Pontificia nel consacrare le Chiese, che sono nelle Diocesi di altri Vescovi: *Sed corrigendus Glaber, qui se Juris, ac veræ Theologiæ haud satis peritum ostendit, cum Romanum Episcopum in aliorum Præsulum Diœcesibus munia Episcopalia exercere non posse asserit, nisi ipsis permittentibus.* Esclama pure il Cardinal Baronio *all'anno di Cristo 996. al num. 25.* contra l'asserzione del Glabro: *Hæc Glaber: sed sicut in recensenda Historia fidelis, ita in pervestiganda, atque definienda causa ruinæ Templi valde hallucinatus erravit, dum nihil vult in aliena Diœcesi posse præsumere Romanum Pontificem, plusquam cæteros Episcopos, quibus certis limitibus est definita Diœcesis, & extra ipsam nihil penitus agere posse vane existimavit, contra omnes Ecclesiasticas leges, usumque ipsum, atque antiquam traditionem. An non jure sanctæ pieque Joannes Papa & Martyr consecravit Constantinopoli Ecclesias, quæ erant Arianorum, in usum Catholicorum?* Ed il Pagi *nelle note sopra gli Annali del Cardinale Baronio all'anno 1009. n. 3.* parlando dell'asserzione del Glabro, così scrisse: *Sed hic male asserit, Pontificem aliquid tentasse contra Canones, & Turonensi Episcopo repugnante factam esse Bellilocensis Ecclesiæ Consecrationem.*

E cogl'esempj delle più antiche istorie.

§. 27. Sono piene le Storie delle Consecrazioni delle Chiese, fatte da' Romani Pontefici, non che in Italia, ma fuori d'Italia, prevalendosi del loro proprio diritto, e senza che verun Vescovo abbia osato di reclamare, o di asserire, che la Consecrazione nella sua Diocesi non poteva farsi senza il suo consenso: come può vedersi nella Consecrazione fatta da Stefano III. in Francia nel secolo VIII. *nella Gallia Cristiana al tom. 7. col. 344.* nella Consecrazione fatta da Leone III. verso il fine dello stesso secolo in Paderbona negli Annali del Cardinale Baronio *all'anno 799. num. 10.* nella Consecrazione della Chiesa di S. Stefano in Bamberga, fatta nel principio del secolo XI. da Benedetto VIII. appresso lo stesso Cardjnal Baronio *all'anno 1019. num. 1.* in tante e tante altre Consecrazioni di Chiese, fatte nella Lorena nel secolo XI, da S. Leone IX. che si leggono *nella Storia Ecclesiastica e Civile della Lorena* del Calmet *al lib. 19. num. 119. e seg. ed al tom. 1. part. 2. col. 423.* ed in tante altre fatte in Francia da Urbano II. nello stesso secolo XI. che sono riferite dal Mabillon *ne' suoi Annali Benedettini all'an-*

Gallia a Gelasio II. factæ, circa seculum XII., per Cardinalem Baronium *ad annum Christi* 1118. *num.* 16., & in Provincia Viennensi a Calisto II., per eumdem ipsum Cardinalem adnotantur *ad proximum annum* 1119. *num.* 16.

Pontifex eum nequit per se, potest consecratione quacunque in Diœcesi peragendam alteri delegare.

§. 28. Vindicata Romano Pontifici auctoritate consecrandi jure proprio Ecclesias quacunque in Diœcesi constitutas, ipso quoque irrequisito Diœcesano Episcopo, consequitur, ut, si propositum sibi Consecrationis opus per se nequeat absolvere, possit alteri functionem suo nomine peragendam delegare; qua ratione absoluta Consecratio, dici potest ab ipso Pontifice peracta, eidemque tribuenda venit, ex juris regula, *qui per alium facit, per se ipsum facere videtur.* Cum Metropolitæ, veluti superius adnotavimus, jure potiebantur consecrandi Ecclesias suorum Suffraganeorum, hisce non licebat, sine præobtenta ab illis facultate, Consecrationis opus aggredi, designabatur a Metropolita Episcopus dedicationem peracturus, quemadmodum colligi potest ex iis, quæ constituit Montanus Toletanus Episcopus in sua Epistola *ad Fratres Territorii Palentini*, relata post Concilium Toletanum habitum *anno* 531. *Salubri Ordinatione censuimus, ut si quando talis necessitas incubuerit*, (loquitur de consecranda Ecclesia), *litteris nos informare debeatis, & aut per nos, aut eum, qui nobis ex Fratribus & Coepiscopis nostris visus fuerit, Consecratio Ecclesiarum Deo auspice poterit celebrari.* Reperiuntur hæc apud Harduinum *tom.* 2. *col.* 1143. Penes Ughellium *tom.* 5. *col.* 399. extat mandatum Pontificis ad Patriarcham Aquilejensem, ut suo nomine Parentinam Cathedralem Ecclesiam dedicaret: reliquaque tantummodo est inter Criticos disceptatio, sitne ejusmodi mandatum Joannis XII., aut Joannis XIII. Summorum Pontificum. Tribuebatur autem Consecratio ei, qui cum ejusdem peragendæ auctoritate polleret, non ipse per se, sed alteri delegabat perficiendam; nullatenus vero adscribebatur absolventi eandem ex aliena delegatione, etsi in ipso rei gestæ monumento de hoc quoque fieret mentio. Tetolo Turonensis Archiepiscopus seculo x. ex delegatione Frotherii Pictavensis Episcopi Ecclesiam dedicavit S. Cypriani, & in Consecrationis monumento *relato præcit. tom.* 4. Sammartanorum *pag.* 751. *col.* 2. hæc scripta leguntur. *Ego Tetolo Episcopus, vice Domini Frotherii Episcopi, dedicavi hanc Ecclesiam.* In Perusina Diœcesi, extra Oppidum Titignanum nuncupatum, sita est Ecclesia S. Joanni dicata, sub annum 1229. ex mandato Gregorii IX. Pontificis a Pedinæ Episcopo consecrata, & intus ipsam Ecclesiam vetus legitur hisce verbis concepta inscriptio. *De mandato Domini Gregorii Papæ IX. anno Domini* 1229. *mense Mart. die* 11. *fuit consecrata Ecclesia S. Joannis extra Castrum Titignani per V. P. D. Petrum Filium Gruamontis quondam Bovacciani Matthæi de Comitibus de Monte Marte, Episcopum Pedinensem, concedentem singulis diebus pro Indulgentia quadraginta dies, anniversario ejusdem unum annum quadraginta dies, ac etium pro omnium defunctorum dicta Consecratione.*

Eodem jure quandoque usi sunt Metropolitæ quoad suos Suffraganeos.

Pontificiæ delegationis exempla.

Consultissima Pontificis ad id muneris delegatio.

§. 29. Hactenus dicta quò spectent, jam prospicis, Delecte Fili Noster. Supra vires nostras est, Bononiam, quod optatissimum nobis semper fuit, reverti, & Consecrationem Metropoliticæ Ecclesiæ nostræ per Nos ipsos peragere. Propositum nobis est, nostra uti auctoritate, mandantes alteri Consecrationem nostro nomine perficiendam. Cui autem id opus possumus opportunius mandare, quàm tibi, Creaturæ nostræ, proximo in Bononiensi Archiepiscopatu Successori, tantoque cum spirituali Civitatis & Diœcesis progressu, gaudioque nostro plane incredibili, emeritissimi

no 1095. *lib.* 69. *num.* 29. *e molti seguenti*, ed in tante altre ancora fatte pure in Francia da Gelasio II. nel secolo XII. registrate dal Cardinale Baronio *all' anno di Cristo* 1118. *num.* 16. e nella Provincia Vinnense da Calisto II. come pure prosiegue il detto Cardinale *all' anno seguente* 1119. *n.* 16.

Il Papa impedito di fare la funzione per se stesso, può commetterla a chi più le piace.

§. 28. Avendo il Romano Pontefice l'autorità di consecrare a dirittura le Chiese, in qualunque Diocesi siano, senza la necessità di richiedere il consenso dal Vescovo Diocesano, ne viene la conseguenza, che volendo fare la Consecrazione, e non potendola fare, può subdelegare un altro, che la faccia in sua vece; e, così facendosi la Consecrazione, può dirsi fatta dal Papa, e ad esso deve attribuirsi, per la regola legale, che, *qui per alium facit, per se ipsum facere videtur.* Quando i Metropolitani, come poc' anzi abbiamo detto, erano nel possesso di consecrare le Chiese de' loro Suffraganei, e che questi senza la loro licenza non potevano fare la Consecrazione, deputavasi dal Metropolitano il Vescovo, che doveva consecrare; come si raccoglie da quanto stabilì Montano Vescovo di Toledo nella sua lettera *ad Fratres Territorii Palentini*, registrata dopo il Concilio Toletano tenuto l'anno 531. *Salubri ordinatione censuimus, ut, si quando talis necessitas incubuerit* (parla di consecrare una Chiesa), *litteris nos informare debeatis, & aut per nos, aut eum, qui nobis ex Fratribus & Coepiscopis nostris visus fuerit, Consecratio Ecclesiarum Deo auspice poterit celebrari.* L'atto si ritrova *nel tom.* 2. dell' Harduino *col.* 1143. Nell' Ughelli *al tom.* 5. *col.* 399. si ritrova un ordine dato dal Papa al Patriarca d' Aquileja, acciò consagri in suo nome la Chiesa Cattedrale di Parenza; e solo fra' Critici si va discorrendo, se l' ordine sia di Giovanni XII. o di Giovanni XIII. ambidue Sommi Pontefici: e la Consecrazione attribuivasi a chi avendo l' autorità di farla, non la faceva, ma commetteva ad altri, che la facesse; e non attribuivasi a quello, che per altrui commissione la faceva, ancorchè nell' atto si facesse anche di questo menzione. Tetolo Arcivescovo di Tours nel secolo x. consecrò per commissione di Froterio Vescovo Pittavense la Chiesa di S. Cipriano, e nel monumento della Consecrazione così si ritrova scritto *nel cit. tom.* 4. de' Sammartani *pag.* 751. *col.* 2. *Ego Tetolo Episcopus vice Domini Frotherii Episcopi dedicavi hanc Ecclesiam.* Nella Diocesi di Perugia fuori del Castello, detto di Titignano, si ritrova una Chiesa dedicata a S. Giovanni, e che fu consecrata dal Vescovo di Pedina l' anno 1229. per ordine del Pontefice Gregorio IX. ed in quella Chiesa si ritrova un' antica iscrizione, concepita colle seguenti parole: *De mandato Domini Gregorii Papæ IX. anno Domini* 1229. *mense Mart. die* 11. *fuit consecrata Ecclesia S. Joannis extra Castrum Titignani per V. P. D. Petrum Filium Gruamontis quondam Bovacciani Matthæi de Comitibus de Monte Marte, Episcopum Pedinensem, concedentem singulis diebus pro Indulgentia quadraginta dies, anniversario ejusdem unum annum quadraginta dies, ac etiam pro omnium defunctorum dicta Consecratione.*

Lo stesso dritto competeva anticamente alli Metropolitani nelle Diocesi de' Suffraganei.

Esempj di simili delegazioni fatte dai Pontefici.

Sapientissima determinazione del Pontefice nel presente caso

Præſulis muneribus cumulatiſſime perfungenti; quo quidem nomine enixas in dies Deo Optimo gratias rependimus. Te itaque, veluti ex noſtris ad te Litteris in forma Brevis luculentius demonſtratur, ad Eccleſiam noſtro nomine, cum tibi commodum erit, conſecrandam delegamus. Ne autem a nobis demandata Conſecratio idem plane ſubeat caſum, quem pertulit a Lucio III. peracta Conſecratio, cujus monumenta fuerunt ex Hiſtoricis, Tabulariiſque Ravennatenſibus repetenda, tibi mandamus, ut de Conſecratione per te noſtro nomine perficienda, publicum confici cures Inſtrumentum in Archiepiſcopali Tabulario aſſervandum, jubeaſque affigi intus Metropoliticam Ædem, opportuniore, quem judicaveris, loco, Lapideum monumentum, in quo inſcribantur huic Epiſtolæ ſubjicienda verba. Atque nunc quidem paterno te amore amplectentes, tibi, tuæque curæ concredito Gregi, Apoſtolicam Benedictionem impertimur.

Dat. 12. Maji anno 1756. Pont. XVI.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem di 12. Maji 1756. Pontificatus Noſtri Anno decimoſexto.

le parti d'un degniſſimo Paſtore; del che rendiamo ogni giorno grazie al Grande Iddio. Deputiamo dunque lei, come appariſce da un Breve, che le ſpediremo, a conſecrare la Chieſa in noſtro nome per quando le ſarà comodo di poter fare la funzione. Ed acciò la noſtra Conſecrazione non reſti ſoggetta alla diſgrazia dell'altra fatta da Lucio III. della quale è ſtato biſogno di ricorrere agli Archivj ed Iſtorici di Ravenna per averne i monumenti, le incarichiamo il far fare un pubblico Iſtrumento della Conſecrazione, che ella farà in nome noſtro, da conſervarſi nell'Archivio Arciveſcovile, e far affiggere nella Metropolitana in quel luogo, che ella crederà più a propoſito, una Lapide, in cui ſiano inſcritte le parole, che, dopo aver terminata queſta lettera, non laſcieremo d'indicare. E quì con pienezza di cuore abbracciandola, diamo a lei, ed al Gregge alla ſua cura commeſſo l'Apoſtolica Benedizione.

Data 12. Maggio 1756. del Pont. 16.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 12. Maji 1756. Pontificatus Noſtri Anno decimoſexto.

Inſcriptio ad perennem Dedicationis memoriam decreta, in lapideo monumento intus Metropoliticam Ædem incidenda.

METROPOLITICAM S. PETRI
APOSTOLORUM PRINCIPIS ÆDEM
QUAM
BENEDICTUS XIV. PONT. MAX.
GRAVISSIMIS CURIS PROHIBENTIBUS
DEO DICARE
QUOD IPSI OPTATISSIMUM ERAT
NON POTUIT
VINCENTIUS MARIA S. R. E. CARD. MALVETIUS
AB EO PURPURA DONATUS
IPSIQUE IN BONONIENSI ARCHIEPISCOPATU
SUCCESSOR
VICARIUS EI MUNERI DELEGATUS
SOLEMNI RITU CONSECRAVIT
. . . . . .
ET FIDELIBUS RELIGIOSE AD ECCLESIAM
ACCEDENTIBUS S. S. DIE
INDULGENTIAM PLENARIAM
ANNIVERSARIA VERO CELEBRITATE RECURRENTE
SEPTEM ANNORUM ET TOTIDEM QUADRAGENARUM VENIAM
SUMMI PONTIFICIS AUTHORITATE
PERPETUO CONCESSIT
JUSSUQUE EJUS
M. P. C.

DILECTO FILIO NOSTRO

VINCENTIO

TITULI SS. MARCELLINI ET PETRI

PRESBYTERO

S. R. E. CARDINALI MALVEZZI

NUNCUPATO,

EX CONCESSIONE ET DISPENSATIONE APOSTOLICA ARCHIEPISCOPO BONONIENSI.

BENEDICTUS PP. XIV.

Dilecte Fili noster, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Litteræ in formaBrevis, quibusCardinaliMalvezzi facultas tribuitur,ad dedicationem EcclesiæPontificio nomine perficiendam.

TIBI præ cæteris, Dilecte Fili Noster, qui Bononiæ, dum Archiepiscopum ageremus, & Romæ, ubi primum intimus Cubicularius, deinde Cubiculo nostro Præfectus per plures annos fuisti, magis compertum exploratumque est, quantum, quoad Nobis integrum fuit, pro Metropolitana Ecclesia Bononiensi olim Nobis, modo Tibi desponsa, studuerimus & adlaboraverimus, ut illius instauratio a tot annis cœpta, neque unquam absoluta, tandem per Divinæ bonitatis abundantiam perficeretur, & Sacrarium sacris suppellectilibus etiam pretiosis ex auro & argento affatim locupletaretur. Quoniam autem ipsam Metropulitanam Ecclesiam ita instauratam esse probe novimus, ut nova Consecratione indigere non dubitemus, cum eæ potissimum concurrant causæ, quæ juxta sacros Canones novam ejusdem inaugurationem jure ac merito exigere videntur; quemadmodum per nostram Epistolam Italico sermone scriptam, ac typis editam, gravissimis rationum momentis ostendimus ac probavimus: eapropter eo semper flagrantissimo desiderio tenebamur, atque spe alliciebamur, fore nimirum, ut luculentis nonnullorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrotum exemplis insistentes, Bononiam repetere, dilectissimum Clerum ac populum nostrum invisere, atque una invicem gratulantes, Metropolitanæ Ecclesiæ laudatæ Consecrationem peragere valeremus. Verum votorum nostrorum impotes faciunt, atque a concepta spe dejiciunt non contemnenda provectæ ætatis impedimenta, & non levia podagræ incommoda. Itaque illud tandem consilium suscepimus, in eamque devenimus sententiam, ut relicta Nobis pariter a nonnullis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris documenta sequentes, aliquem deputaremus, qui nostro nomine illam perficeret. Itaque, Te, Dilecte Fili Noster, qui a Nobis sacra Purpura donatus, qui a Nobis Archiepiscopus Bononiæ constitutus, qui Creatura Nostra es, qui tanta cum nominis tui laude, tanta cum Christiana pietate, Pastorali sollicitudine, Sacerdotali vigilantia, bono exemplo, & Ecclesiastico zelo impositum Tibi ministerium cumulate adimplere satagis & adniteris; Apostolica auctoritate, tenore præsentium, constituimus ac deputamus, ut solemnem sæpedictæ Ecclesiæ Metropolitanæ, eo die, eo mense, prout Tibi opportunius visum fuerit, Nostro nomine Consecrationem facias ac perficias, Volumus autem, ut universis & singulis Christifidelibus per Edictum publicum indicas, plenarias Indulgentias a Nobis concessas esse iis omnibus, qui sive in ipso Consecrationis die, sive in duobus immediate sequentibus diebus confessi, ac sacra Communione refecti, eamdem Metropolitanam Ecclesiam visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, & Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint: Indulgentiam vero septem annorum, & totidem quadragenarum, pro visitantibus ipsam Metropolitanam Ecclesiam in anniversario Consecrationis die in perpetuum assignes.

Porro etsi persuasum habemus, Te, Dilecte Fili Noster, memorem impositionis manuum nostrarum super Te, & Paternæ caritatis, qua Te semper complexi sumus, & pro filiali Tua erga Nos observantia, assiduas ad bonorum largitorem Deum pro Nobis preces fundere; tamen hac occasione Te, Dilecte Fili Noster, rogamus & poscimus, ut ferventioribus deinceps obsecrationum suffragiis tam dilectionis tuæ, quàm aliorum Christifidelium curæ tuæ commissorum, quos excitare & hortari ne omittas, apud supremum Pastorum Principem Jesum Christum, cujus vices in terris immerentes gerimus, continue pro Nostra imbecillitate instes, & urgeas: ut cor, & corpus Nostrum cœlesti lumini illustret, Divina virtute repleat, & superna ope confirmet, non solum in gravissima universalis Ecclesiæ procuratione, & in omnium Ecclesiarum sollicitudine, verum etiam in ultimo mortalis hujus vitæ Nostræ exitu, cum districtam de actibus gestisque Nostris Æterno Judici rationem reddituri sumus. Cæterum volumus & mandamus, ut Tu, Dilecte Fili Noster, in fine solemnis Missæ, in ipso Consecrationis die per Te celebrandæ, Nostro nomine & auctoritate, Papalem Benedictionem Christifidelibus Tibi creditis impertiaris: dum Nos ad prosperum rerum omnium successum, cœlestis præsidii auspicem, & studiosæ Nostræ voluntatis pignus, Apostolicam Benedictionem uberrima cum Divinorum munerum copia conjunctam, Tibi, Dilecte Fili Noster, ex intimo corde depromptam elargimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 15. Maji 1756. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

Cajetanus Amatus.

Vero-

LXII.

Veronenſis Epiſcopi Ordinaria privativa auctoritate in Civitatem univerſamque Diœceſim Veronenſem redintegrata, definitur juriſdictio, quam idem Epiſcopus in Capitulum, ſubjectaſque tum ipſi, tum Monaſterio S. Mariæ in Organis Veronen., Parochiales, ac ſimplices Eccleſias, & Perſonas earum ſervitio addictas, utatur.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Procœmium. Pontificis providentia in extinguendis diſcordiarum ſeminibus.

Regis pacifici vices divinitus Nobis, licet immeritis, concreditas, non ſatis cumulate impleviſſe videremur, ſi poſtquam perturbatum Eccleſiarum regimen & adminiſtrationem pro viribus componere ſtuduimus, non ea quoque ſemina reſtinguere, noxiaſque radices funditus evellere conaremur, ex quibus, cum anteactis temporibus plura ſæpe eruperint litium ac diſcordiarum incommoda, jure meritoque pertimeſcendum eſt, ne futuris quoque temporibus, inimici hominis prævalente verſutia, ejuſdem generis prava germina in Dominici agri populationem ſuccreſcant.

Suppreſſio Patriarchatus Aquilejenſis, nec non Utinenſis, & Goritienſis Archiepiſcopatuum erectio commemoratur.

§. 2. Quum itaque poſt Aquilejenſis Patriarchatus omnimodam ſuppreſſionem & extinctionem, per Nos, cohærenter ad ea, quæ inter Cariſſimam in Chriſto Filiam Noſtram Mariam Thereſiam Romanorum electam Imperatricem, Hungariæ & Bohemiæ Reginam, Auſtriæ Archiducem, ex una parte, dilectoſque Filios Nobiles Viros Ducem & Rempublicam Venetiarum ex altera, feliciter conventa fuerant, concluſam peractamque per Noſtras Apoſtolicas Litteras, Anno Incarnationis Dominicæ 1751. pridie nonas Julii, Pontificatus Noſtri Anno XI. datas, quarum initium eſt *Injuncta Nobis*; quibuſque etiam ex tunc decreta & ſtatuta fuit duorum Archiepiſcopatuum Utinenſis & Goritienſis erectio, cum reſpectiva Diœceſium, Provinciarum, & Suffraganeorum aſſignatione, peculiariter deinceps ordinanda; ſubinde per alias Noſtras Apoſtolicas Litteras datas Anno ejuſdem Incarnationis 1752. XIV. Kalend. Februarii, Pontificatus Noſtri Anno XIII., quibus initium eſt: *Suprema diſpoſitione*, Archiepiſcopalis Eccleſiæ Utinenſis erectionem, cum omnibus ad ipſius ſtatum & menſam, jura, atque juriſdictionem tam Diœceſanam, quam etiam Metropoliticam, pertinentibus, plenius & uberius compleverimus; animo repetentes innumera litium & controverſiarum capita, quibus Eccleſia Veronenſis ſæpe turbata fuit, propter eam juriſdictionis partem, qua olim exiſtentes Patriarchæ Aquilejenſes in ipſius Veronenſis Eccleſiæ Capitulum & Canonicos, nec non Eccleſias, & loca, ac perſonas ab ipſis dependentes, ſicut etiam in Monaſterium S. Mariæ *in Organis* nuncupatæ, Ordinis S. Benedicti, Congregationis Montis Oliveti, in eadem Veronenſi Civitate exiſtens, ejuſque ſimiliter dependentias, fruebantur; ſcienteſque hujuſmodi controverſiis & litibus penitus extinguendis & in futurum tempus præcavendis, per iteratas concordias, lauda, & tranſactiones inter Epiſcopos Veronenſes, ejuſque Eccleſiæ Capitulum & Canonicos, ſeu etiam præfati Monaſterii Abbates, diverſis temporibus initas, nunquam ſatis proſpectum fuiſſe; ad eas aliquando compeſcendas, earumque occaſiones omnino de medio tollendas, prædictorum etiam nobilium Virorum Ducis & Reipublicæ Venetiarum piis & laudabilibus votis hac in parte libenter obſecundantes, Nobis propoſuimus, quum primum afferta partium jura diſcuti potuiſſent, opportunam rebus perpetuo componendis adhibere providentiam, ſuum tamen effectum & executionem habituram dumtaxat poſt obitum Dilecti Filii Noſtri Danielis Tituli Sanctæ Mariæ ſupra Minervam S. R. E. Presbyteri Cardinalis Patriarchæ Delphini nuncupati, cui priſtinam circa præmiſſa in Civitate & Diœceſi Veronenſi juriſdictionem, ejuſque exercitium, vita ejus naturali durante, integrum, & liberum, ut antea, manere voluimus. Nunc itaque, poſtquam innumera documenta a prædictis partibus exhibita, copioſaſque allegationes pro eorum reſpective juribus tuendis elaboratas, diligenti & maturo examine perpendimus, ſupremam operi manum imponere, & opportunas circa eadem præmiſſa leges ordinationes edere deliberavimus.

Extant Tom. III. Conſt. L. In hac Editione Conſt. LIII. p. 224. & ſeq.

Relatæ ſunt Tom. IV. In hac Editione Tom. XIX. pag. 23. & ſeq.

Novæ Pontificiæ providentiæ ſubjectum, Capitulum Veronenſe, & Monaſterium S. Mariæ in Organis, eorumque dependentiæ.

Suſpenſa exequutione Litterarum Apoſtolicarum durante vita Cardinalis Delphini.

§. 3. Itaque motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ auctoritatis plenitudine, per hanc Noſtram perpetuo valituram Conſtitutionem (cujus tamen effectum, durante vita præfati Danielis Cardinalis & Patriarchæ, ſuſpenſum, ut ſupra, fore decernimus; & ſub cujus diſpoſitione nec Monaſterium, Abbatiam nuncupatum, S. Zenonis, ejuſque dependentias, in eadem Veronenſi Civitate ſeu Diœceſi exiſtens, & reſpective exiſtentes, dictique Monaſterii Abbatem Commendatarium, nullo modo comprehendere intendimus; ſicuti etiam Eccleſias & pia loca Veronenſi Capitulo quidem ſubjecta, ſed extra Veronenſis Diœceſis fines, inter aliarum Diœceſium ambitum conſtituta, ſi quæ ſint, nequaquam comprehenſa fore declaramus), omnes & ſingulas lites, cauſas, & controverſias, cujuſvis generis, in quibuſvis Tribunalibus, ſeu coram quibuſvis Judicibus, in quacumque inſtantia, inter Ven. Fratrem Epiſcopum Veronenſem ex una, & dilectos filios Veronenſis Eccleſiæ Capitulum, Archipresbyterum, & Canonicos, ſeu etiam præfatum Monaſterium S. Mariæ in Organis nuncupatæ, illiuſque Abbatem, & Conventum, ex altera partibus, introductas, conteſtatas, atque pendentes (quarum ſtatus & merita, & alia quæcumque, etiam de neceſſitate juris vel facti omnino exprimenda, pro plene & ſufficienter expreſſis haberi volumus) ad Nos avocamus, penituſque & omnino ſupprimimus & extinguimus, perpetuumque deſuper ſilentium partibus imponimus, atque os occludimus. Inſuper omnia & ſingula cujuſvis generis Indulta, gratias, & Privilegia præfatis Epiſcopo & Eccleſiæ Veronenſi, nec non Capitulo, Archipresbytero, & Canonicis, ac etiam Monaſterio & Abbatibus prædictis, quavis, etiam Apoſtolica Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum, & Noſtra, ſeu Patriarchali Aquilejenſis olim exiſtentis Eccleſiæ Præſulum, aut reſpective Epiſcopali Veronenſium Antiſtitum, conceſſione & auctoritate, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, & cum quibuſvis clauſulis, quocumque tempore & quavis de cauſa, ſeu titulo, etiam oneroſo, largita, & emanata, ac ſæpius & iterum, etiam in Generalibus, Provincialibus, aut Synodalibus Conciliis approbata, confirmata, & innovata; tranſactiones quoque, lauda, & concordias, etiam juramento, aut ſpeciali confirmatione Apoſtolica, ſeu longi & immemorabilis temporis uſu & conſuetudine, aut quavis firmitate alia roboratas (quorum & quarum tenores pro hic ſatis expreſſis, ac etiam de verbo ad verbum inſertis, formaſque in illis traditas pro plene obſervatis, haberi decernimus) quatenus tamen præſentibus litteris, ſeu alicui ex iis, quæ per eaſdem præſentes inferius ſtatuere ac diſponere intendimus, quoquo modo adverſentur, prædicta auctoritatis

Expreſſio quorumdam locorum, ad quæ inferius diſpoſita non porriguntur.

Avocatio, & ſuppreſſio quarumcumque litium.

Ampliſſimæ derogatio jurium, ac titulorum, quæ inferius ſtatuendis adverſentur.

ritatis Noſtræ plenitudine, revocamus, caſſamus, & abolemus; omneſque alios, & quoslibet juris titulos, tam per Epiſcopum, quam per Capitulum, Archipresbyterum & Canonicos, ſeu Monaſterium & Abbates prædictos, ſive ex præmiſſis, ſive etiam ex juribus præfati Aquilejenſis Patriarchatus per Nos, ut præfertur, ſuppreſſi & extincti, adverſus eadem inferius per Nos ſtatuenda & ordinanda forſan deducendos, & allegandos, rejicimus, ac de medio tollimus per præſentes.

Veronenſi Archiepiſcopo, privative ad quoſcumque, Ordinarii jura & auctoritas in Civitate & Diœceſi Veronenſi aſſeruntur.

§. 4. Iiſdemque motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine, volumus, decernimus, & declaramus, præfatum Epiſcopum Veronenſem pro tempore exiſtentem, ſolum & unicum immediatum & univerſalem Ordinarium eſſe & haberi in tota Veronenſi Civitate & Diœceſi, & in quacumque ipſius Civitatis atque Diœceſis parte, & uti talem ab omnibus & ſingulis reputari, agnoſci, & honorari debere; ita ut neque futurus & pro tempore exiſtens Archiepiſcopus Utinenſis, etiam ſub obtentu jurium præfati Aquilejenſis Patriarchatus per Nos, ut præfertur, ſuppreſſi & extincti, neque Archipresbyter, & Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Veronenſis, neque Abbas & Conventus præfati Monaſterii S. Mariæ in Organis nuncupatæ, ullum Titulum, ſeu Jus Ordinarium in aliquam præfatæ Veronenſis Civitatis aut Diœceſis partem, vel in aliquam ipſius Civitatis atque Diœceſis Parochiam, in poſterum ſibi arrogare, aut prætendere, nec ullum Epiſcopalis, ſeu quaſi, & Ordinariæ juriſdictionis actum in ejuſdem Diœceſis aut Parœchiæ Clerum & Populum exercere poſſint aut valeant.

Jus Metropoliticũ Archiepiſcopo Utinenſi præſervatur.

§. 5. Salvo dumtaxat, & reſervato favore prædicti Utinenſis Archiepiſcopi pro tempore exiſtentis Jure Metropolitico, ejuſque exercitio in dicta Veronenſi Civitate & Diœceſi ad formam Sacrorum Canonum; & juxta methodum atque rationem, qua alii Archiepiſcopi, & Metropolitani, hujuſmodi jus exercere valent in Suffraganeorum Civitatibus & Diœceſibus, ſecundum ea, quæ in ſacro Tridentino Concilio præſcripta ſunt, & non aliter, nec alio modo.

Nec non exemptio, & privilegia Capituli & Monaſterii S. Mariæ in Organis Veronẽ. ſub certa tamen moderatione mox ſubjicienda.

§. 6. Et ſalvis inſuper ac præſervatis favore Archipresbyteri, aliarumque Dignitatum, atque Capituli dictæ Veronenſis Cathedralis Eccleſiæ. nec non Abbatis & Monaſterii S. Mariæ *in Organis* nuncupatæ, infraſcriptis Privilegiis, exemptionibus, & Prærogativis; quas Nos in poſterum ipſis, juxta modum mox exprimendum, competere volumus, ac reſpective iiſdem de Apoſtolica liberalitate perpetuo concedimus & elargimur.

Jus Veronenſis Epiſcopi, viſitandi, & corrigendi Capitulum, omneſque Eccleſiæ Miniſtros.

§. 7. Poterit itaque Epiſcopus Veronenſis, vel potius debebit, quotieſcumque opus fuerit, viſitare Capitulum dictæ Cathedralis Eccleſiæ, ſingulareſque Perſonas Dignitates in ea obtinentes, ipſiuſque Eccleſiæ Canonicos, ac inferiorem Clerum, & omnes ejuſdem Eccleſiæ Miniſtros, eique quomodolibet inſervientes; atque eos omnes & ſingulos, in actu viſitationis hujuſmodi, vel per ſe ipſum ſolum, vel illis, quibus ſibi videbitur, adjunctis, juxta prælaudati Concilii Tridentini Decretum *in Cap.* 3. *&* 4. *Seſſ.* 6. *de Reform.* admonere, corrigere, & emendare.

Extra Viſitationem quomodo idem procedat contra Canonicos, vel Dignitates.

§. 8. At ubi idem Epiſcopus, extra Viſitationis actum procedere velit contra aliquem ex Canonicis dictæ Cathedralis Eccleſiæ, ſeu ex his, qui Dignitates in ea obtinent & pro tempore obtinebunt, ſive id fiat ex officio, ſive ad petitionem Partis; tunc, habita ratione Privilegiorum exemptionis, quæ retroactis temporibus eidem Veronenſi Capitulo conceſſa fuerunt, teneatur in omnibus & per omnia procedere ad formam in eodem Concilio Tridentino præſcriptam *Cap.* 6. *Seſſ.* 25. *de Ref.*, dummodo tamen Capitulum idem infra terminum xx. dierum, poſtquam præſentium litterarum executioni locus factus fuerit, ac ſubinde initio cujuſque anni, duos Adjunctos, prout a præfato Concilio dicto *Cap.* 6. exemptis Cathedralium Eccleſiarum Capitulis conceditur, elegerit, & Epiſcopo ſignificaverit. Quod ſi Capitulum præſcripto tempore hujuſmodi adjunctorum electionem facere, & Epiſcopo ſignificare neglexerit; tunc liceat eidem Epiſcopo adverſus Dignitates & Canonicos, quoties ita res ferent, etiam extra Viſitationem procedere, vel per ſe ipſum ſolum, vel aliis adjunctis, qui ſibi magis videbuntur, in eum finem aſſumptis.

Cathedralis regimen in quibus commune ſit Epiſcopo cum Capitulo.

§. 9. Cathedralis autem Eccleſiæ regimen, quoad ea, quæ ſpectant ad Divina Officia, & ad obſervantiam Eccleſiaſticæ Diſciplinæ in eadem Eccleſia, ad Epiſcopum & ad Capitulum cumulative pertineat; ita tamen ut Epiſcopi mandata, & ordinationes, in caſu oppoſitionis & diſcrepantiæ, omnino prævalere debeant, & promptam executionem ſortiantur.

In quibus Epiſcopo privativum.

§. 10. Sacrarii vero, ac Supellectilium, & Campanarum, omniumque aliarum rerum ad Fabricam, & ad materialem ejuſdem Cathedralis Eccleſiæ ſtatum quoquo modo pertinentium, adminiſtratio & diſpoſitio, ad ſolum ſpectet Epiſcopum, cui etiam unice ſubjecti eſſe debebunt Sacriſta, & *Zaghi* nuncupati, nec non Campanarum pulſatores, in omnibus, & per omnia, præterquam in iis rebus, in quibus, juxta Ordinationes anno 1615. a bo. me Auguſtino Card. Valerio, tunc Veronenſis Eccleſiæ Præſule, & ab ejuſdem Eccleſiæ Capitulo conjunctim editas, quas etiam in poſterum hac in parte ſervandas decernimus, cumulativæ auctoritati Epiſcopi, & Capituli ſubjecti fuerunt.

Menſæ Capitularis adminiſtratio privativa Capituli.

§. 11. Bonorum autem atque reddituum ad menſam Capitularem ſpectantium omnimoda & libera adminiſtratio ad Capitulum privative pertineat. Quo vero ad Theſaurarium, ſerventur ea, quæ in erectione hujuſmodi Theſaurariatus Officii diſpoſita fuerunt; ut ſcilicet Theſaurarius, in iis, quæ ſpectant ad ipſius Officium, & ad exercitium Divini cultus intra Eccleſiam, Archipresbytero ſubjectus eſſe debeat, eique obtemperare; de expenſis autem, & adminiſtratione reddituum, Epiſcopo ſoli rationem reddat, &, ſi culpabilis in his repertus fuerit, ab eo dumtaxat corrigendus ſit, & pro modo culpæ puniendus.

Theſaurarius, in quibus Epiſcopo, vel Archipresbytero ſit ſubjectus.

§. 12. Alia vero menſa, *Acolythorum* nuncupata, per unum ex Canonicis a Capitulo pro tempore deputatum, ut hactenus ſervatum fuit, gubernari & adminiſtrari debebit; ea tamen lege, ut Canonicus ille adminiſtrationis ſuæ rationes tam Epiſcopo, quam Capitulo reddere teneatur, & ſi quid forte deliquerit, ab utroque pro merito puniri poſſit; ita ut inter eos locus ſit prævention.

Acolythorum menſa a quo adminiſtranda, quibuſve reddenda adminiſtrationis ratio.

§. 13. Hujuſmodi autem Acolythorum electio ad Epiſcopum & ad Capitulum, alternis vicibus, ut antea, ita & in poſterum pertinebit; ſed eorum magiſtri tam in Grammatica, quam in Cantu Eccleſiaſtico, prout etiam Cantores, ab Epiſcopo & Capitulo eligentur, ea plane ſervata methodo, quæ antehac in ſimilibus electionibus obtinuit.

Acolythi, magiſtri Cantus, & Grammaticæ, ipſique Cantores, quomodo eligendi.

§. 14. Integrum erit Archipresbytero, Dignitatibus, & Canonicis, tam in ſolemni, quam in privata Miſſarum celebratione, in Cathedrali Eccleſia, & extra eam, Palmula, ſeu *Buggia* libere uti, ad formam ſpecialis Indulti eiſdem a Nobis conceſſi per Litteras Apoſtolicas in forma Brevis datas die 19. Januarii anno 1749.

Privilegium Canonicorũ utendi *Buggia*

Onus Capituli & Canonicorum quoad Synodum Diœcesanã, & assistentiã Episcopo præstandam.

§. 15. Synodo Diœcesanæ interesse tenebitur Capitulum Cathedralis Ecclesiæ. Episcopo autem Pontificalia exercenti, tam intra, quam extra eamdem Cathedralem Ecclesiam, dummodo intra Civitatem, duo ex Canonicis assistentiam præstare debebunt. Qui vero Canonici Episcopo sacram Visitationem peragenti operam suam navabunt, Præbendæ quidem fructus, non autem distributiones quotidianas lucrabuntur.

Expositio Eucharistiæ, nec non eleemosynarum distributio Episcopi arbitrio præservatur.

§. 16. Augustissimæ Eucharistiæ expositionem, quæ statis per annum temporibus, quadraginta horarum spatio, in dicta Cathedrali Ecclesia fieri solet; sicuti etiam distributionem Eleemosynarum, quæ in eadem Ecclesia Cathedrali colliguntur, solus semper Episcopus arbitrio suo moderabitur.

Dignitates Ecclesiæ Veronensis quomodo providendæ.

§. 17. Excepta Archipresbyteratus Dignitate, quæ prima post Pontificalem in dicta Veronensi Ecclesia esse dignoscitur, atque idcirco Nostræ & Apostolicæ Sedis dispositioni, collationi, & provisioni semper & quandocumque reservata esse & censeri debebit; reliquæ duæ, nimirum Præpositura, quæ secunda, ac Thesauriariatus, quæ tertia, in eadem Ecclesia Dignitates existunt, de Jure Patronatus Ecclesiastico ejusdem Capituli, ut hactenus fuerunt, ita etiam in posterum remanere debebunt, & ad illas nominatio seu præsentatio personarum idonearum, in eis ad nominationem seu præsentationem hujusmodi per Episcopum instituendarum, ad dictum Capitulum pertinebit. Ita pariter Capitulum in sua antiquissima & immemorabili possessione permanebit, conferendi videlicet in mensibus Apostolicæ Sedi non reservatis, aliisque cessantibus Apostolicis reservationibus & affectionibus, tam ipsius Cathedralis Ecclesiæ Canonicatus & Præbendas, quam cætera omnia Ecclesiastica Beneficia & Cappellanias, quibus animarum cura adnexa non sit, in eadem Cathedrali Ecclesia, & extra eam consistentia, quæ tamen, juxta ultimum statum, ad ipsius Capituli collationem, & provisionem pertinere dignoscantur.

Capituli jus quoad Collationem Canonicatuum, aliorumque Beneficiorum, quibus cura animarum non adhæreat.

Theologalis Canonicatus & Præbenda quomodo providenda.

§. 18. Ad Theologalem Præbendam & Canonicatum, quoties illum & illam pro tempore vacare contigerit, Episcopus quidem duos proponet & nominabit, Capitulum vero ex his duobus nominatis unum eligere debebit, de hujusmodi Canonicatu & Præbenda providendum, quemadmodum hucusque servatum fuit.

Forma providendi Parochiales aliaque Curata Beneficia, ad collationem Capituli spectantia.

§. 19. Quod autem spectat ad infrascriptas Parochiales Ecclesias eidem Capitulo subjectas, & alia, si quæ sint, Ecclesiastica Beneficia, quibus adnexa sit animarum cura, quæque, juxta ultimum statum, ad ipsius Capituli collationem pertinere dignoscantur, quoties, & quocumque anni mense, illas & illa vacare continget, toties ab Episcopo deputandus erit Oeconomus ad eorum temporariam administrationem & curam, & ab eodem Episcopo publicanda erunt Edicta pro concursu habendo, adhibitis Examinatoribus Synodalibus, juxta Decretum sæpedicti Concilii Tridentini *Sess.* 24. *Cap.* 18. *de Reform.* Hoc tamen servato, ut si vacatio in mense Capitulari contigerit, absoluto examine, Episcopus duos eligat ex iis, qui a prædictis Examinatoribus approbati fuerint, eosque significet Capitulo, cui libera erit facultas conferendi Ecclesiam, seu Beneficium curatum, vel uni, vel alteri ex his duobus, & supra, approbatis & præelectis. Quod si Examinatores unum tantummodo sententiis suis approbaverint, huic uni, ab Episcopo nominando, collatio seu deputatio per Capitulum concedenda erit.

Catalogus hujusmodi Parochialium Ecclesiarum.

§. 20. Ecclesiæ autem Curatæ, seu Parochiales, prædicto Capitulo Veronensi subjectæ, de quibus præmissa Decreta intelligenda sunt, sequentes dumtaxat, & non aliæ, sunt, & censeri debent; nimirum I. Ecclesia Archipresbyteralis Sancti Joannis in Valle. II. Ecclesia similiter Archipresbyteralis Sancti Pauli in Campo Martio. III. Ecclesia pariter Archipresbyteralis Sancti Joannis in Quintiano. IV. Ecclesia Parochialis Sancti Joannis in Fonte nuncupati. V. Item Ecclesia Parochialis Sancti Clementis. VI. Ecclesia Parochialis Sanctæ Cæciliæ. VII. Parochialis Ecclesia Sanctæ Mariæ Consolatricis nuncupatæ. VIII. Ecclesia pariter Parochialis Sanctorum Firmi & Rustici in Curte Alta. IX. Item Ecclesia Parochialis Sancti Michaelis in Campo nuncupati, cui adnexum est Monialium Monasterium eidem Capitulo Veronensi subjectum. X. Ecclesia Parochialis Omnium Sanctorum in loco Mazzani. XI. Denique Ecclesia Parochialis Sanctæ Mariæ in Cinto Territorii Patavini, si tamen in Veronensi Diœcesi sita compertiatur; alioquin si in Patavina Diœcesi constituta sit, eam sub præsentis Constitutionis Nostræ censura, juxta id, quod initio declaravimus, nequaquam comprehensam volumus.

Ecclesia S. Georgii in domo, seu S. Helenæ, ademptis Parochiali jure, ac titulo, ad pristinum statum restituitur.

§. 21. De Ecclesia autem, sive Cappella Sancti Georgii in Domo nuncupati, quæ etiam Sanctæ Helenæ nunc temporis appellatur, præfatæ Cathedrali Ecclesiæ contigua, sine peculiari tamen Turri Campanaria, & sine Campanis, quamvis novissime sub annum 1740. a Patriarcha Aquilejensi in Parochiam specialem Canonicorum dictæ Cathedralis Ecclesiæ erecta fuerit, volumus, decernimus, atque statuimus, ut ea deinceps pro Parochiali Ecclesia nullatenus habeatur; Nos enim, dicta Apostolica auctoritate, ac earumdem præsentium tenore, omnem in ea Parochialitatis titulum, qualitatem, & denominationem supprimimus & extinguimus, atque omnia Parochialia jura ab ea separamus & abdicamus, eamque in pristinum statum, in quo ante præfatam erectionem in Parochialem reperiebatur, reducimus & revocamus; ita ut unusquisque ex Canonicis dictæ Cathedralis Ecclesiæ, ac Dignitates in ea obtinentibus, qui sparsim per Civitatem sua quique domicilia incolunt, illam tantummodo Ecclesiam, & non aliam, in propriam respective Parochiam agnoscere teneantur, in cujus districtu singuli domicilium habent. In præfata autem Ecclesia sive Cappella retineatur dumtaxat Fons Baptismalis, quemadmodum a vetustissimis temporibus inibi extitisse dignoscitur.

Ecclesiæ non curatæ, Cappellæ, seu Oratoria Capitulo subjecta enumerantur

§. 22. At præter memoratas Parochiales Ecclesias, eidem insuper Capitulo subjectæ sunt, ac pro subjectis in posterum haberi debebunt infrascriptæ etiam Ecclesiæ, sive Cappellæ, aut Oratoria, seu Hospitalia, quibus adnexa non est animarum cura, & non aliæ, seu alia: videlicet I. Ecclesia præfata sive Cappella Sancti Georgii in Domo, nunc etiam Sanctæ Helenæ nuncupata, prædictæ Cathedrali Ecclesiæ contigua; quam scilicet, quum jam inde a primæva sua antiquissima fundatione sub protectione tunc existentis Patriarchæ Aquilejensis constitutam & receptam fuisse constet; Nos nunc, attenta hujusmodi Patriarchatus suppressione & extinctione per Nos, ut præfertur, facta, sub immediata Nostra & Apostolicæ Sedis protectione suscipimus, ac perpetuo constituimus; volentes nihilominus, ut temporalium bonorum atque redditum, quæ ad ipsam Ecclesiam sive Cappellam pertinent, & pertinebunt in posterum, omnimoda administratio, per dictæ Cathedralis Ecclesiæ Capitulum & Canonicos, absque ulla Episcopi Veronensis, seu alterius cujusque Ordinarii, aut Metropolitani ingerentia, libere geratur & exerceatur. II. Ecclesia Sancti Pauli Vetuli nuncupati juxta ripam Athesis.

III. Ecclesia Sancti Blasii in Districtu præfatæ Parochiæ S. Clementis. IV. Ecclesia Sancti Faustini de Monte Draconis: In quibus quatuor Ecclesiis adsunt quædam Beneficia simplicia, ad collationem seu institutionem ejusdem Capituli pro tempore providenda. V. Ecclesia seu Hospitale S. Mariæ Novellæ nuncupatæ, prope Canonicam. VI. Ecclesia, seu Hospitale Sancti Joannis in Sacco nuncupati sub prædicta Parochia S. Pauli in Campo Martio. VII. Ecclesia seu Hospitale S. Jacobi de Gallæcia nuncupati, sub eadem Parochia S. Pauli: Quæ quidem tria Hospitalia a Laicis reguntur & administrantur: prædicto autem S. Joannis in Sacco dumtaxat, quatuor præsident Commissarii, a pro tempore existente Marchione Familiæ illorum de Malaspina Fundatorum deputati, videlicet unus ex Canonicis præfatæ Cathedralis Ecclesiæ, ac tres Regularium Conventuum Superiores. VIII. Ecclesia seu Oratorium sub titulo S. Rochi, vel S. Alexandri, Parochia S. Joannis de Quintiano. Hæc autem Ecclesia, seu Oratorium, aliàs, ut accepimus, a præfatis Capitulo & Canonicis concessa fuit Communi Civitatis Veronensis; quod quidem Commune ad Beneficium simplex in ea erectum, quoties illud vacare contingit, unum Clericum seu Presbyterum præsentat Capitulo, a quo idem per suas Bullas instituitur, & de eo providetur. IX. Ecclesia seu Oratorium, Sepulchrum S. Rochetti in Monte nuncupatum, quod simplex est Eremitorium nullo Ecclesiastico Beneficio decoratum. X. Denique Ecclesia seu Oratorium S. Valentini prope dictam Parochialem Ecclesiam de Quintiano, in quo nullum pariter Ecclesiasticum Beneficium erectum reperitur, sed a pio Laicorum sodalitio Divina Officia in eo persolvuntur.

Has omnes tam curatas, quàm non curatas Ecclesias visitare potest Capitulum per suos Deputatos, salvis tamen juribus Episcopalis visitationis.

§. 23. Has omnes Ecclesias, tam Parochiales, quam non Parochiales, Cappellas, Oratoria, seu Eremitoria, quas, & quæ hactenus propriis invocationibus atque denominationibus expressimus, & non alias, seu alia, poterit Capitulum per Visitatores a se deputatos, qui tamen prius ab Episcopo pro tempore approbati sint, visitandas curare, non ita tamen, ut vetitum sit Episcopo, illas & illa, quantumvis Capitulo, ut præfertur, subjectas atque subjecta, seorsum visitare, tam per se ipsum, quam, si ipse impeditus fuerit, per alios Visitatores a se deputatos, servata videlicet in omnibus præfati Tridentini Concilii sanctione *in Cap. 3. Sess. 24. de Refor.* prout etiam aliàs definitum fuit a Congregatione Cardinalium ejusdem Concilii Interpretum, in causa *Veronen. proposita & decisa die 24. Aprilis anni 1595.* Id quod potissimum obtinere & servari debebit in visitatione eorum omnium, quæ animarum curam, ejusque exercitium, & Sacramentorum administrationem concernunt; circa quæ, si aliqua forte in decretis, ordinationibus, & mandatis discrepantia occurrat, volumus, statuimus, & declaramus, potiora semper haberi ea, quæ Episcopus decreverit, jusserit, atque præscripserit; juxta ea, quæ Nos ipsi aliàs decrevimus in Nostra Constitutione, quæ incipit: *Firmandis*, Data VIII. Idus Novembris 1744. & impressa in Bullarii Nostri Tom. I. num. 109. *

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 249.

Confessarii & Vicarii curati in hujusmodi Ecclesiis quomodo assumendi, quomodo itidem & Concionatores.

§. 24. Confessarii, & Parochorum adjutores in exercitio curæ animarum, per Capitulum assumpti, aut assumendi pro dictarum Ecclesiarum Parochialium eidem Capitulo subjectarum servitio, ab Episcopo antea examinandi & approbandi erunt. Neque vero cuiquam licebit in præfatis, sive Parochialibus, sive non Parochialibus Ecclesiis, Verbum Dei prædicare, nisi prius, & mandatum a Capitulo habuerit, & Benedictionem ab Episcopo petierit atque obtinuerit.

§. 25. Quod autem pertinet ad Monasterium Monialium, quod, uti superius innuimus, adnexum est præfatæ Ecclesiæ Parochiali S. Michaelis in Campo nuncupati, eidem Capitulo Veronensi subjectæ; poterunt quidem Monasterium hujusmodi, ejusque Moniales, ab Archipresbytero & Capitulo visitari; servata tamen, quoad modum & tempus visitationis, & quoad Visitatorum numerum, forma præscripta per fel. record. Prædecessorem Nostrum Alexandrum Papam VII. in sua Constitutione, quæ incipit: *Felici*, impressa, *in Bullar. Tom. VI. inter Constitutiones ejusdem Pontificis num.* 153. *, qua scilicet opportunas leges, in visitationibus Monasteriorum Monialium Regularibus subjectarum servandas, præscripsit. Sed non ideo interdictum erit Episcopo, quo minus & ipse seorsim idem Monasterium ejusque Moniales visitet, prout in dicta Alexandri Prædecessoris Constitutione decretum legitur; & omnem aliam jurisdictionem in hujusmodi Monasterium atque Moniales libere exerceat, quæcumque, in vim Decretorum Concilii Tridentini, nec non notissimæ Constitutionis piæ mem. Prædecessoris pariter Nostri Gregorii Papæ XV., cujus initium est *Inscrutabili*, aliarumque Apostolicarum Constitutionum, Episcopo Diœcesano competit in Monasteria Monialium, etiam Regularibus & Exemptis subjectarum. Quocirca nemini licebit munus Confessarii Ordinarii aut Extraordinarii earumdem Monialium assumere & exercere, quamvis ad id à Capitulo deputatus sit, nisi antea ab eodem Episcopo pro Monialibus specialiter approbatus fuerit. Licentiæ quoque ingrediendi Monasterium, aut alloquendi prædictas Moniales, nemini suffragabuntur, nisi eædem non solum ab Archipresbytero, sed etiam ab Episcopo fuerint impetratæ.

Jura & auctoritas Episcopi & Capituli in Monasterium Monialium adnexum Parochiali S. Michaelis in Campo.

* In hac Editione Tom. VI. Const. CLIII. pag. 268.

Capitulum nequit facultatem concedere quæstuándi extra memoratas Ecclesias.

§. 26. Quæstuandi licentiam & facultatem, extra superius recensitas Ecclesias sibi subjectas, non poterit Capitulum cuiquam concedere.

Nec casus sibi reservare, aut a reservatis casibus, vel censuris quibuscumque, etiá per alios, absolvere; multoque minus in dispensationibus se immiscere.

§. 27. Idem absolutiones a casibus & censuris quibuslibet sibi neutiquam reservare poterit; minusque absolvere per se vel per alios a casibus & censuris, quorum & quarum absolutionem & relaxationem Episcopus sibi reservaverit, aut in posterum reservare voluerit; ac multo etiam minus a censuris Papalibus, etiam in iis casibus, in quibus concessum est Episcopis ab earum vinculo pœnitentes absolvere. Denique nec vota relaxare, nec in dispensationibus concedendis aut exequendis ullatenus se valeat immiscere.

Indultum tamen concedere liceat vescendi cibis vetitis, sed Ecclesiasticis tantummodo.

§. 28. Liceat solummodo præfatis Archipresbytero, & Capitulo licentias vescendi cibis ab Ecclesia vitiis, in Quadragesima, aliisque diebus esurialibus, concedere personis Ecclesiasticis dictarum Ecclesiarum sibi subjectarum servitio addictis, accedente tamen consilio utriusque medici, & servata lege jejunii, diebus illis, quibus id ab Ecclesia præcipitur: at nunquam ipsis licebit hujusmodi facultatem sive Indultum concedere Laicis quibuscumque; cum quibus nimirum solus Episcopus poterit dispensare.

Matrimoniales causæ, & dispensationes, quomodo a solo Episcopo cognoscendæ, concedendæ, & respective exequendæ.

§. 29. Causæ Matrimoniales, quas inter Personas sub Parochiis dictarum Ecclesiarum Capitulo subjectarum degentes, oriri & agitari contingat, ad Episcopi judicium, exclusis quibuslibet aliis, pertinebunt. Quod si, earum occasione, opus erit inhibitionem aliquam ad hujusmodi Ecclesiarum Parochos dirigere, hæc quidem in Officio, seu Cancellaria Episcopali efformanda erit, mox ad Capitulum transmittenda, cujus Deputati eamdem, nulla interposita mora aut exceptione, subscribere tenebuntur; idque in prima tantummodo inhibitione in singulis casibus expedienda servabitur; nam quoad

cæteros

cæteros subsequentes actus, Episcopus libere procedet, suaque omnimoda auctoritate fruetur. Ita pariter solius Episcopi erit dispensare super denunciationibus, quæ ante Matrimonii celebrationem fieri debent; sicut etiam licentias ad Matrimonium contrahendum impertiri; dispensationes Matrimoniales ab Apostolica Sede concessas executioni mandare; ac demum in omnibus rebus, quæ Matrimonia quomodolibet concernunt, ea omnia præstare & facere, quæ ad Episcopalem & Ordinariam juridictionem pertinere dignoscuntur.

Criminales Causæ Parochorũ, aliorumque in recensitis Ecclesiis Sacramenta ministrantium, a quo cognoscendæ.

§. 30. Criminales Causæ contra prædictos Parochos, & quoscumque alios in recensitis superius Ecclesiis Capitulo subjectis Sacramenta administrantes, illæ videlicet, in quibus, legitimo efformato Processu, servataque Judicii forma legibus præscripta, extra visitationem procedendum erit, si quidem reorum crimina ipsam animarum curam, & Sacramentorum administrationem concernant, cumulativæ jurisdictionis erunt, tam scilicet Episcopi, quam Capituli, ita ut inter eos sit locus præventioni; at ubi delicta nec ad animarum curam, nec ad Sacramentorum administrationem pertineant, ad privativam Capituli cognitionem spectabunt.

A quo itidem Criminales Causæ Capellanorum, & Mansionariorum in præfatis Ecclesiis inservientium.

§. 31. Ad solum pariter Capitulum spectare debebunt Causæ Criminales extra Visitationem agitandæ contra Cappellanos & Mansionarios præfatis Ecclesiis Capitulo subjectis inservientes; si tamen Cappellaniam vel Mansionariam ex collatione Capituli obtinuerint; & quatenus delictum versetur circa ministerium illius Officii, aut Beneficii, quod ab ipso Capitulo recognoscent. Verum si quis ex hujusmodi Parochis, Cappellanis, aut Mansionariis a Capitulo provisis, alterum forte Beneficium, aut Officium Ecclesiasticum ab Episcopo sibi collatum eodem tempore obtineat, & quidem in hujus ministerio & servitio aliquo modo deliquisse arguatur, quoad hoc dumtaxat, a solo Episcopo corripiendus & puniendus erit.

Quid si aliquis duo Beneficia, alterum ab Episcopo, alterum a Capitulo obtineat.

§. 32. Si quis autem ex his, qui duo hujusmodi Beneficia aut Officia obtineant, alterum ab Episcopo, & alterum a Capitulo sibi collatum, alicujus delicti reus fiat, quod ipsorum Beneficiorum servitium & ministerium minime respiciat, integrum erit Episcopo æque, ac Capitulo, contra ipsum procedere, eritque inter eos prævention locus.

Quidve insuper si is delinquat in re neutrum Beneficium respiciente.

§. 33. Sub appellatione tamen Cappellanorum, seu Mansionariorum, ac generaliter sub præmissorum Decretorum censura, nequaquam comprehensos esse aut censeri volumus Presbyteros illos, qui de licentia aut mandato Capituli, in aliqua ex prædictis Ecclesiis eidem Capitulo subjectis Missas celebrant, seu aliter in Divinis ministrant, sed tamen nullum Titulum Beneficiale ab ipso Capitulo obtinent; Hos enim solius Episcopi judicio & correctioni subjacere volumus & mandamus.

Sub nomine Cappellani, seu Mansionarii quinã, quoad rem præsentem, comprehendantur.

§. 34. Præterea decernimus & declaramus, in omnibus supradictis casibus, in quibus tributum fuit Capitulo privativum jus procedendi criminaliter contra Parochos, Cappellanos, & Mansionarios Ecclesiarum ipsi subjectarum, qui tamen de hujusmodi Beneficiis ab eodem Capitulo provisi fuerint; si quando præfati Archipresbyter & Capitulum negligentes se præbeant in procedendo adversus delinquentes, tunc, & pro ea vice dumtaxat, totam jurisdictionem ad Episcopum devolvi, ac devolutam censeri debere; quatenus tamen Episcopus antea ter monuerit, & interpellaverit Archipresbyterum, præfigendo illi singulis vicibus quatuor dierum spatium.

Causæ privativo judicio Capituli reservatæ, quomodo per illius negligentiã devolvantur ad Episcopum.

§. 35. His itaque privilegiis, & prærogativis hactenus recensitis, & non aliis, præfatum Capitulum Veronense, sub ordinaria universali Jurisdictione Episcopi Veronensis pro tempore existentis, in posterum frui & gaudere debebit. Nos enim præmissa omnia & singula, prout superius expressa sunt, eisdem Capitulo, Archipresbytero, Dignitatibus, & Canonicis, præsentium tenore, ac dictis, motu, scientia, & potestatis plenitudine, ex nunc, & ex integro, perpetuis futuris temporibus valitura, concedimus & elargimur.

Capitulo recensita privilegia ad præscriptam formam redacta ex integro conceduntur.

§. 36. Denique quod spectat ad privilegia, & prærogativas, quibus præfatum Monasterium S. Mariæ *in Organis* nuncupatæ, ejusque pro tempore existentes Abbates & Monachi, nec non Ecclesiæ ab eodem Monasterio, seu a Congregatione Montis Oliveti dependentes, tam Parochiales, quam non Parochiales, in dicta Veronensi Civitate, aut in illius suburbiis, seu prope illam, existentes, in posterum similiter vigore præsentis concessionis, & non aliter, frui & gaudere debebunt; Volumus, statuimus, decernimus, & delaramus, hujusmodi Abbates, & Monachos in dicto Monasterio ejusque dependentiis pro tempore existentes, eorumque Conventum, nullam activam jurisdictionem ordinariam, seu quasi Episcopalem, sibi præsumere, aut exercere posse in Clerum quarumvis Ecclesiarum hujusmodi, seu in Populum præfatis Parochialibus subjectum, multoque minus speciem aliquam Territorii separati sibi arrogare; sed tantummodo ipsis Abbati, & Monachis, eorumque Ecclesiis, competere debere simplicem passivam exemptionem, ad formam & terminos Privilegiorum, quæ generaliter prædicto Ordini, eorumque Congregationi Montis Oliveti, ab Apostolica Sede concessa reperiuntur. Quocirca Abbas & Monachi præfati pacificam, ut antea, possessionem retinebunt dictarum Ecclesiarum tam Parochialium, quàm non Parochialium eorum Monasterio seu Congregationi prædictæ unitarum; ac proinde, quod attinet ad Parochiales Ecclesias, salvo, ac præservato favore Episcopi, jure deputandi in ipsis Oeconomos, quoties & quousque easdem Rectore destitutas manere contingat, integrum erit Abbati & Conventui præfati Monasterii, futuros hujusmodi Ecclesiarum Rectores eidem Episcopo præsentare, ut, prævio consueto examine, ad curam animarum in eis exercendam, sive perpetuo, sive amovibiliter, pro diversa Parochialium conditione, ab eo approbentur; ac præterea eisdem licebit omnes prædictas Ecclesias, & Clericos earum servitiis addictos, visitare, prout fieri consuevit ab aliis Prælatis Regularibus, & Exemptis, non habentibus Territorium separatum; sed tamen integra semper, ac prorsus illæsa manere debebit ejusdem Episcopi jurisdictio pro omnibus & singulis casibus, in quibus alii Episcopi locorum Diœcesani eam exercere possunt in Regulares, quantumvis exemptos, eorumque Ecclesias; præsertim circa ea, quæ animarum curam, & Sacramentorum administrationem concernunt, juxta decreta præfati Tridentini Concilii, & ad formam memoratæ Constitutionis Nostræ, quæ incipit *Firmandis*, aliarumque a Prædecessoribus Nostris Romanis Pontificibus editarum, & non aliter, nec alio modo.

Abbatis & Monachorũ Monasterii S. Mariæ in Organis jura in Parochias, Parochos, cæterosque Clericos inservientes intra suos limites redacta recensentur.

§. 37. Præsentes quoque litteras semper & perpetuo firmas & validas existere & fore, omniaque & singula in eis contenta, post obitum tamen prædicti Danielis Cardinalis Patriarchæ, & Archiepiscopi, suum plenum effectum, & omnimodam executionem sortiri & obtinere, ac deinceps ab omnibus, ad quos spectat & spectabit quomodolibet in futurum, perpetuo & inviolabiliter observari debere; nec ullo unquam tempore, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis jus vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, etiam

Clausulæ, & Decreta ad præmissorum firmitatem.

ſpecifica & individua mentione digni, ad ea vocati, & auditi non fuerint, ſeu ex alia qualibet privilegiata cauſa, de ſubreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari, aut alias infringi, vel quomodolibet retractari, ſuſpendi, reſtringi, limitari, vel eis in aliquo derogari ullatenus unquam poſſe: Eaſque ſub quibuſvis contrariis Conſtitutionibus, revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & declarationibus, quomodolibet, & quibuſvis de cauſis, etiam pro tempore factis, & faciendis, minime comprehendi, ſed ab illis ſemper exceptas, eſſe & cenſeri. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis authoritate & poteſtate fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & authoritate, judicari & definiri debere, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Exequutores dati cum opportunis facultatibus.

§. 38. Quocirca Venerabilibus Fratribus Noſtris Epiſcopis Vicentino & Brixienſi eorumque in Epiſcopatibus Vicentino & Brixienſi Succeſſoribus pro tempore futuris, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi vel unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, ipſas præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ſtatim ac tamen illarum effectui locus factus fuerit, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte ſive Epiſcopi, ſive Capituli Veronen., aut Abbatis & Monachorum præfati Monaſterii S. Mariæ in Organis nuncupatæ, ſeu aliorum, quorum favorem eædem præſentes concernunt, aut alicujus eorum, fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate Noſtra eaſdem præſentes, & in eis contenta hujuſmodi, ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari; & Epiſcopum, ac Capitulum & Canonicos, necnon Abbatem & Monachos præfatos, aliaſque Eccleſias & loca hujuſmodi, cæteroſque omnes, quos eædem præſentes quomodolibet concernunt, & concernent in futurum, illis omnibus & ſingulis pacifice frui & gaudere: non permittentes eos, vel ex ipſis quempiam deſuper per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, vel inquietari: Contradictores quoſlibet, & rebelles, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, vel præeminentiæ fuerint, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; ac legitimis ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Derogatio contrariis.

§. 39. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, Noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de Jure quæſito non tollendo: necnon Bonifacii PP. VIII. qua cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem vel Diœceſim ad judicium evocetur, ſeu ne Judices a Sede Apoſtolica deputati extra Civitatem vel Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere audeant, vel præſumant, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis authoritate præſentium ad Judicium non trahatur, aliiſque Apoſtolicis aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum Conſtitutionibus & ordinationibus, necnon primodicti Capituli, ac præfati Monaſterii, & Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis, quibuſvis Eccleſiis, etiam Patriarchalibus & Metropolitanis, perſonis, & locis, per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores Noſtros, & Sedem prædictam, vel alios quoſcumque, etiam qualibet authoritate & poteſtate fulgentes, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus & aliis decretis in genere vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam iteratis vicibus conceſſis, confirmatis & innovatis: Quibus omnibus & ſingulis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet; tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis & inſertis habentes; illis alias in ſuo robore permanſuris, ad effectum validitatis & perpetuæ firmitatis præmiſſorum omnium & ſingulorum, hac vice dumtaxat, harum ſerie, ſpecialiter & expreſſe derogamus; aliiſque omnibus & ſingulis contrariis quibuſcumque: aut ſi aliquibus communiter aut diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, niſi per litteras Apoſtolicas facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Sumptuum fides.

§. 40. Volumus autem quod earumdem præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio & extra illud adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi originaliter exhibitæ forent vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§. 41. Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc Noſtræ avocationis, ſuppreſſionis, & extinctionis, ſilentii impoſitionis, revocationis, caſſationis, & abolitionis, voluntatum, ſtatutorum, declarationum, conceſſionum, indultorum, decretorum, commiſſionum, & derogationum infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſeptingenteſimo quinquageſimo ſexto, decimoſexto Kalendas Junii, Pontificatus Noſtri anno ſextodecimo.

Dat. 17. Maji 1756. Pont. an. 16.

J. Card. Pro-Datar.

D. Card. Paſſioneus.

Visa

De Curia J. C. Boſchi.

L. Eugenius.

Loco † Plumbi.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Utinenſi

LXIII.

Utinensi Metropolitanæ Ecclesiæ Missa de Spiritu Sancto cum certis Collecta & Orationibus celebranda conceditur in die depositionis, seu commemorationis Beati Bertrandi Aquilejensis Patriarchæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Procemium. A studio ampliandi Sanctorum cultum.

NON est equidem, quod Nos in hoc ipso potissimum Apostolicæ omnium Ecclesiarum sollicitudinis & procurationis gravissimo ministerio, imbecillitati Nostræ a Supremo Pastorum Principe Jesu Christo, cujus vices in terris plane immerentes gerimus, impositio, rite sancteque obeundo fere defessos, magis reficere & recreare videatur, quam cum opportunæ sese Nobis offerunt occasiones, per quas Pontificiæ auctoritatis, benignitatisque partes adhiberi a Nobis petitur in promovendo ampliandoque eorum Christifidelium cultu, quos in Domino confidimus in caritate Dei conjunctos ex hac vita migrasse, & in æterna Beatorum statione in Cælis positos gaudere; cum per totum fere vitæ Nostræ spatium, quoad Nobis integrum fuit, non omiserimus immensos labores impendere, ut præclara Venerabilium Servorum Dei, Beatorum, & Sanctorum gesta tot editis voluminibus illustraremus.

Immemorialis præstitus Beato cultus.

§. 1. Quoniam autem in Metropolitana Ecclesia Utinensi, sicut Dilectus Filius Noster Daniel Tituli Sanctæ Mariæ supra Minervam Presbyter S. R. E. Cardinalis Patriarcha Delphinus Archiepiscopus Utinensis nuper Nobis humiliter exposuit, Corpus sive Ossa Beati Bertrandi, dum in humanis ageret, Patriarchæ Aquilejensis viam universæ carnis anno MCCCL. ingressi reperiuntur, cui, quemadmodum pariter exposuit, publicus cultus impendi cœptus ex eo Transitus sui tempore, ad hanc usque diem exhiberi pergit, pro quo sane Cultu comprobando necessaria quoque documenta ad Nos transmittenda curavit, atque insimul retulit, in die nimirum defunctionis ejusdem Beati Bertrandi solemnem Missam pro gratiarum actione in Omnipotentis Dei honorem cani, juxta providum sapiensque consilium Venerabilis Servi Dei Cæsaris Cardinalis Baronii Ecclesiasticorum Annalium Auctoris, de Sanctis quoque in Martyrologio Romano descriptis meritissimi, qui a fel. rec. Clemente PP. VIII. Predecessore nostro oraculum acceperat. Præterea idem Daniel Cardinalis Patriarcha & Archiepiscopus supplices preces obtulit, ut publicum hujusmodi Cultum ampliare de Apostolica benignitate & auctoritate dignaremur.

Ad preces Emmi Card. Patriarchæ & Archiepiscopi conceditur, ut in die commemorationis B. Bertrandi celebretur Missa de Spiritu Sancto cum inscriptis orationibus.

§. 2. Nos igitur, qui laudatum Danielem Cardinalem Patriarcham & Archiepiscopum, ob eximias generis animique dotes, ac Sacerdotales in regendis populis suæ Pastorali curæ commissis virtutes, plurimi facimus, magnoque in honore habemus, piis votis porrectisque precibus benigne obsecundare cupientes, postquam omnia & singula ad hujusmodi gravissimum negotium spectantia, matura consideratione expendimus, ac præsertim allata super publico exhibito Cultu documenta, & quidquid de eodem Beato Bertrando illius temporis Auctores gravis notæ scriptis suis consignarunt, in hanc sententiam devenimus, atque Apostolica auctoritate tenore præsentium statuimus, ut in die quidem, in qua annua in memorata Ecclesia Metropolitana Utinensi sæpedicti Beati Bertrandi memoria recolitur, & in qua ipsius Beati Bertrandi Corpus sive Ossa reposita sunt, celebratio solemnis Missæ cum Cantu pro gratiarum actione in Omnipotentis Dei honorem in singulos annos peragatur. Hujusmodi vero Missa sit illa, quæ de Spiritu Sancto in Missali Romano habetur; atque in ipsa addantur Orationes, sive Collectæ, ut infra, nimirum, post primam quidem Orationem, sive Collectam de Spiritu Sancto, sub unica Conclusione dicatur: *Deus, qui Beatum Bertrandum pro Ecclesiæ suæ juribus ad mortem usque certantem invicta pastorali fortitudine roborasti, præsta fidelibus tuis, ut ad pietatis & religionis constantiam ejusdem informentur exemplis. Per Dominum &c.* Post alteram vero, sive Secreta: *Sacra dona, quæ Tibi, Domine, reverenter offerimus in commemoratione Beati Bertrandi, Ecclesiæ tuæ libertatem tueantur & pacem, & sanctificationis nostræ incrementa promoveant. Per Dominum &c.* Post tertiam demum, sive Post communio: *Præsta, quæsumus, Omnipotens Deus, ut in honorem Beati Bertrandi celebrata mysteria, ejus virtutum imitatores, & tuæ propitiatione nos dignos efficiant. Per Dominum &c.*

Consuetæ clausulæ & decreta in præmissorum firmitatem.

§. 3. Decernentes præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, semper firma, valida, & efficacia existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, & illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari; sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, & eorumdem Cardinalium Congregationes, & quosvis alios quacumque præeminentia & potestate fungentes & functuros, judicari & definiri debere, ac irritum & inane quidquid secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus, Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sumptuum fides.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœcesis sub Annulo Piscatoris die XVIII. Junii MDCCLVI. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

Dat. 18. Junii 1756. Pont. 16.

Cajetanus Amatus.

LXIV.

Privilegia Monasterii Monialium B. Mariæ Virginis, Ordinis S. Benedicti, prope & extra muros Civitatis Aquilejensis, opportuna locorum subjectorum descriptione, ac definitione jurisdictionis Delegati Apostolici apposita, confirmantur.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

SERVUS SERVORUM DEI,

Dilectis in Christo Filiabus, Abbatissæ & Conventui Monasterii Monialium Beatæ Mariæ Virginis, Ordinis Sancti Benedicti, prope & extra muros Civitatis Aquilejen., nullius Diœcesis, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Procemium. Privilegia non temere abroganda, suis tamen in rebus cohibenda.

QUÆ ex Apostolica Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum auctoritate & liberalitate Religiosis Domibus ac Personis

Perſonis conceſſa dudum fuerunt Privilegia & Indulta, nè propter varias labentium temporum & circumſtantium rerum viciſſitudines labefactari contingat, novo confirmationis munimine roborare, ſimulque eadem generalibus Eccleſiæ Legibus, & Canonicis inſtitutis, per opportunas voluntatis noſtræ declarationes, congruenter attemperare, non recuſamus; prout ipſarum Domuum ac perſonarum religioſæ utilitati & quieti, ac Eccleſiaſticæ Diſciplinæ integritati ſalubriter expedire in Domino judicamus.

Monaſterium, ejuſque perſonæ, ac res quæcumque, ampliſſimis privilegiis ditatæ.

§. 2. Sane exhibita Nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod quum alias nonnulli Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri, antiquiſſimo Monaſterio veſtro, ejuſque Perſonis & rebus, ac poſſeſſionibus, Eccleſiis quoque, Cappellis, & locis ab eo dependentibus, quæ in aliquot eorumdem Prædeceſſorum litteris, propriis leguntur expreſſa vocabulis, Apoſtolicæ Protectionis, aliaque complura privilegia & indulta conceſſiſſe dignoſcerentur; fel. record. Prædeceſſor pariter noſter Bonifacius Papa IX. per ſuas, ſub Dat. Romæ apud S. Petrum Kalend. Junii, Pontificatus ſui Anno XI. expeditas Litteras Apoſtolicas, idem Monaſterium veſtrum, cum membris ſuis, ejuſque Abbatiſſam & Conventum, ac ſingulares Perſonas in eo tunc degentes, & poſteras, earumque bona, & jura quæcumque, quæ tunc obtinebant, & in poſterum obtinerent, ab omni poteſtate, juriſdictione, dominio, ſervitute, & viſitatione Patriarchæ Aquilejenſis tunc exiſtentis, & pro tempore futuri, nec non Capituli Aquilejenſis, aliorumque Ordinariorum, & Judicum quorumcumque, Auctoritate Apoſtolica exemit, & perpetuo liberavit, ac ſub Beati Petri, & Sedis Apoſtolicæ, ac ſua, protectione ſuſcepit, & exempta ac libera, exemptaſque ac liberas eſſe voluit, ſibique & Succeſſoribus ſuis Romanis Pontificibus, ac dictæ Sedi, immediate ſubeſſe; ita ut Patriarcha & Judices ſupradicti, ratione delicti, ſeu contractus, aut rei, de qua ageretur, ubicumque committeretur delictum, iniretur contractus, aut res ipſa conſiſteret, nullam in ipſas Abbatiſſam & Conventum, earumque Monaſterium, Perſonas, membra, Bona, aut jura prædicta, poſſent juriſdictionem, poteſtatem, dominium, aut viſitationem exercere, ſed dumtaxat coram dicta Sede, vel ejus delegatis, tenerentur de juſtitia reſpondere.

A Bonifacio IX. ſingulari exemptionis privilegio donantur, & ſub immediata Sedis Apoſtolicæ juriſdictione ſuſcipiuntur.

Clementis VII. litteræ, quibus hujuſmodi exemptioni ad tempus derogatur.

§. 3. Quodque ſubinde, poſt iteratas confirmationes, hujuſmodi exemptionis, ſuſceptionis, & ſubjectionis, ab aliis Romanis Pontificibus eidem Monaſterio veſtro, ejuſque Perſonis, membris, & Bonis elargitas, recol. mem. Prædeceſſor pariter noſter Clemens Papa VII., qui alias ad collapſam Regularis obſervantiæ Diſciplinam in eodem Monaſterio veſtro redintegrandam, illud, & illius Moniales, cum earum juribus, bonis, & pertinentiis univerſis, gubernio & regimini bo. me. tunc in humanis agentis Marini Tituli S. Vitalis S. R. E. Presbyteri Cardinalis, & Patriarchalis Aquilejenſis Eccleſiæ Præſulis, quamdiu Eccleſiæ hujuſmodi præeſſet, per ſpeciales ſuas in forma Brevis Litteras ſuppoſuerat, & ſubjecerat; poſtmodum, ad ſupplicationem tunc exiſtentium dicti Monaſterii Abbatiſſæ & Monialium, attento quod plures Romani Pontifices dictum Monaſterium, & illius Perſonas, Terras, & Bona, ab omni Juriſdictione pro tempore exiſtentis Patriarchæ Aquilejenſis, ejuſdemque Vicariorum & Officialium, exempta ac libera, ut præfertur, ſub ſua, ac dictæ Sedis Apoſtolicæ protectione perpetuo manere, ipſique Sedi Apoſtolicæ immediate ſubeſſe voluerant; & ipſæ Abbatiſſa & Conventus in poſſeſſione, ſeu quaſi, exemptionis hujuſmodi, a quadringentis annis, vel circa, & tanto tempore, cujus initii hominum memoria non erat, jam tunc exiſtebant; aliiſque de cauſis tunc latius expreſſis; ac etiam conſideratione claræ mem. tunc in humanis agentis Ferdinandi Hungariæ & Bohemiæ Regis, & Comitis Goritiæ, ſub cujus temporali dominio Monaſterium prædictum exiſtebat, per alias poſteriores in ſimili forma Brevis litteras datas apud S. Petrum die 26. Novembris 1530. Pontificatus ſui anno VIII. præfatas ſuas anteriores litteras, & inde ſequuta quæcumque, revocando, caſſando, & annullando, ac pro nullis & infectis habendo, ac priſtinas exemptionem, ſuſceptionem, & ſubjectionem prædictas in ſuo robore ſubſiſtere, ac Monaſterio, Abbatiſſæ & Conventui, illorumque rebus, & bonis prædictis ſuffragari decernendo; nec non hujuſmodi exemptionis, & ſuſceptionis, ac ſubjectionis litteras, & Monaſterium prædictum, in priſtinum, & cum, in quo ante priorum litterarum hujuſmodi editionem erant, ſtatum reſtituendo, reponendo, & plenarie reintegrando; ac veterem renovando conſuetudinem, qua alii Romani Pontifices in more habuerunt alias Perſonas in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutas, ſecluſo Patriarcha Aquilejenſi, in Viſitatores, Correctores, & Reformatores Monaſterii prædicti, tamquam ſibi & Apoſtolicæ Sedi immediate ſubjecti, conſtituere, & deputare; earumdem Litterarum tenore, Abbati Monaſterii S. Georgei Majoris Venetiarum dicti Ordinis S. Benedicti tunc & pro tempore exiſtenti, donec per ipſum Clementem, ſeu Succeſſores ſuos, aliud ordinatum foret, commiſerit & mandaverit, ut ipſe, ejuſque Succeſſores Abbates, Monaſterium ipſum in capite, & in membris, in ſpiritualibus & temporalibus viſitarent, & prout opus eſſe perſpicerent, ad debitam Regularis Diſciplinæ obſervantiam reducerent, & reformarent.

Ab eodem Pontifice revocantur.

Ac in priſtinum ſtatū reſtitutis omnibus privilegiis, juriſdictio, correctio, & viſitatio, Abbati Monaſterii S. Georgei Majoris Venetiarum demandatur.

Pacifica, & ad hæc uſque tempora continuata privilegiorum poſſeſſio.

§. 4. Ex quo tempore, ſicut eadem expoſitio veſtra ſubjungebat, tam Monaſterium ipſum, ejuſque Abbatiſſa, & Moniales pro tempore exiſtentes, quàm etiam earum bona, ac res, & Perſonæ ipſum ſubjectæ Indultis & Privilegiis ſibi conceſſis uſque in præſentem diem pacifice frui non deſtiterunt, ſub protectione Sedis Apoſtolicæ, ac Romanorum Pontificum, etiam pro tempore exiſtentium, inter quos recol. mem. Prædeceſſor quoque noſter S. Pius Papa V. Datis Apoſtolicis Litteris apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDLXVI. Idibus Aprilis, Pontific. ſui anno primo, in ampliſſima confirmatione omnium Privilegiorum & Indultorum eidem Monaſterio, Abbatiſſæ, & Monialibus per Prædeceſſores Pontifices, & Sedem Apoſtolicam eatenus conceſſorum, comprehenſa quoque voluit, ac ſpecifice exprimenda duxit, decretum, & declarationem jam inde ab anno 1503. per bo. mem. Angelum Leoninum, dum viveret, Epiſcopum Tyburtinum, Legatum Apoſtolicum cum poteſtate Legati a Latere olim in iſtis partibus degentem facta, per quæ, inter alia, omnia & ſingula Beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, in præfatis ejuſdem Monaſterii Privilegiis contenta, & deſcripta, ad vos & Conventum veſtrum, veſtramque Nationem, proviſionem, & omnimodam diſpoſitionem ſpectare & pertinere, ac de menſa veſtra eſſe, & fore, voſque, ſtantibus præmiſſis, de hujuſmodi Beneficiis ad veſtrum nutum & voluntatem diſponere potuiſſe, & in antea poſſe, ideoque collationes, proviſiones, & alias diſpoſitiones de iiſdem Beneficiis per vos factas, omniaque & ſingula inde ſequuta, pro canonice & legitime factis cenſeri debere; nec non eorumdem Beneficiorum Cappellanos, & Beneficiatos, iiſdem Privilegiis,

Iterum confirmantur a S. Pio V.

Una cum Decreto anni 1503. Legati a latere liberam Beneficiorum diſpoſitionem Monaſterio, & Monialibus adjudicante.

gratiis,

gratiis, & favoribus, ad instar præfati Monasterii vestri pariformiter uti, frui, & gaudere posse, & debere, decreverat, & declaraverat; prout Nobis expositum fuit in indicatis ipsius Pii Prædecessoris Litteris latius contineri.

Monasterii, rerum, ac personarum cura & gubernium hactenus demandata Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ.

§. 5. Ipsius autem Monasterii Vestri, ac illius personarum, & rerum, nec non Ecclesiarum, Locorum Piorum, aliorumque membrorum ab eo dependentium, a Diœcesani, & cujuscumque alterius Ordinarii jurisdictione, & superioritate, ita ut præfertur, exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediate subjectorum, regimen, & gubernium, per diversas personas Ecclesiasticas a pro tempore existentibus Romanis Pontificibus successive delegatas geri & administrari consuevit; eumque in finem, hujusmodi personis delegatis, sive per Litteras Apostolicas, sive per organum Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negociis & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, amplissimæ facultates concessæ dignoscuntur; videlicet tam Monasterium ipsum, quàm aliud quodvis Monasterium, Ecclesiam, Hospitale, Confraternitatem, Locum Pium, Terram, Castrum, & aliud quodcumque membrum eidem Monasterio subjectum, Abbatissas, Moniales, & aliam quamvis Personam in eis degentem, cujuscumque status, gradus, & conditionis, tam in capite, quàm in membris, visitandi, corrigendi, & reformandi, abusus tollendi, ac disciplinam & observantiam regularem restituendi; nec non Rectores, Cappellanos, & Confessores, tam ordinarios, quàm extraordinarios, pro ejusdem Monasterii, & Terrarum, Castrorum, Villarum, & Locorum illi subjectorum servitio, deputandi & constituendi, Puellas ad habitum, & ad Professionem admittendi, illasque ad hujusmodi effectum examinandi, & approbandi; præterea quascumque Personas eidem Monasterio subjectas, excessus seu delicti alicujus reas & culpabiles repertas, certa servata methodo, corrigendi, puniendi, & castigandi, ac omnes & singulas tam civiles, quàm criminales, & mixtas causas, ad ejusdem Monasterii forum & jurisdictionem spectantes, prout juris fuerit, illiusque ordine servato, cognoscendi, decidendi, & terminandi, aliaque omnia & singula ad Officium Vicarii, Visitatoris, & Reformatoris spectantia & pertinentia, faciendi, & contra contumaces & inobedientes, illorumque consultores & fautores, ad censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque necessaria & opportuna juris & facti remedia procedendi; sicuti in nonnullis hujusmodi deputationum Litteris latius accepimus contineri; ac etiam Dilectus Filius modernus noster, & Sedis Apostolicæ Delegatus, ad ipsius Monasterii vestri Regimen, ejusque jurisdictionis administrationem illic constitutus, hujusmodi facultates hactenus circa præmissa obtinuisse, & exercuisse dignoscitur.

Amplissimæ hujusmodi Delegato Apostolico tributæ facultates.

Cur istiusmodi privilegia tot Pontificum litteris firmata, iterum confirmari petatur.

§. 6. Cum autem, sicut eadem petitio prosequebatur, postquam Nos, gravissimis, justissimisque de causis, Ecclesiam Patriarchalem Aquilejensem dudum existentem, ejusque Patriarchalem dignitatem, ipsamque Cathedram, & Sedem, penitus & omnino suppressimus & extinximus, duasque Archiepiscopales Ecclesias, Goritiensem videlicet, ac Utinensem ereximus; & Goritiensi quidem Ecclesiæ unam partem antiquæ Diœcesis Aquilejensis, in qua Civitas ipsa Aquilejensis, in cujus districtu primodictum Monasterium vestrum, cum aliquibus terris, locis, & villis, nec non Ecclesiis eidem subjectis existit, subjecimus & attribuimus; alteri vero, Utinensi videlicet Ecclesiæ, reliquam ejusdem antiquæ Diœcesis Aquilejensis partem, in cujus ambitu situm est alterum Monasterium vestrum, prope muros Civitatis Forojulienſis extructum, ad quod, ex antiqua consuetudine, universa Conventus vestri communitas, æstivis mensibus, ob aerem insalubrem, qui eo tempore periculosam reddit Aquilejensis tractus stationem, singulis annis transferri solet; nec non cætera ejusdem Monasterii vestri bona, & loca, seu terræ, villæ, & Ecclesiæ eidem subjectæ consistunt, subjecimus pariter, & attribuimus; verendum esset, ne forte in hujusmodi rerum immutatione, & novarum Diœcesum constitutione, ac respectiva earum terminatione, præjudicium aliquod ampliſſimæ exemptioni, cæterisque juribus & privilegiis, quibus vos & Monasterium vestrum, cum suis membris, & bonis, ac personis in eo degentibus, & ab eo dependentibus, sub immediata Sedis Apostolicæ subjectione, ut præfertur, hactenus uti, frui, & gaudere consuevistis, inferri, aut illatum censeri contingeret; ideoque pro parte vestra Nobis fuerit humiliter supplicatum, quatenus præfatam Monasterii vestri, ejusque membrorum exemptionem, aliasque gratias, concessiones, & privilegia, a Prædecessoribus Nostris Romanis Pontificibus vobis elargita, & longa, vel etiam antiquissima, & immemorabili possessione, seu quasi, & plurium seculorum usu, a vobis retenta, novo Apostolicæ confirmationis munimine roborare, & opportunæ declarationis præsidio amplius afferere & firmare dignaremur.

Petitioni annuit Pontifex, amplissimamque Monasterii, Personarum, ac rerum exemptionem confirmat.

§. 7. Idcirco Nos, ad rem maturius atque consultius peragendam, requisitis primum, auditisque Venerabilibus Fratribus Nostris modernis Utinensi, & Goritiensi Archiepiscopis, ac omnibus tam per eos, quàm per vos, & Procuratores vestros fuse deductis, aliisque ad rem pertinentibus diligenter expensis & consideratis, votis vestris in præmissis annuere volentes, vosque, ac vestras singulares personas a quibusvis excommunicationis & interdicti, aliisque &c. censentes; ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, præmissas Bonifacii, & Clementis, aliorumque Prædecessorum prædictorum respective litteras, nec non dicti Monasterii vestri, illiusque bonorum, villarum, castrorum, & locorum, ac Ecclesiarum in illis consistentium, seu ab eodem Monasterio aliàs dependentium, prout in præsentibus enumerantur, & sunt, libertatem, & exemptionem, ac immediatam Sedi Apostolicæ subjectionem; ita ut tam primodictum Monasterium vestrum, quam alterum prope Civitatem Forojulienſem existens, nec non Ecclesiæ, ac villæ, & castra, ac loca hujusmodi, quarum, & quorum nomina inferius describimus, vosque, & aliæ personæ, in illis nunc, & pro tempore degentes, a jurisdictione, dominio, superioritate, & visitatione Goritiensis, & Utinensis Archiepiscoporum pro tempore existentium, ejusque Vicariorum, & Officialium, ac utriusque Ecclesiæ Capitulorum, prorsus & omnino, perpetuis futuris temporibus, exempta, immunia, ac libera, ac exemptæ, immunes, & liberæ, & sub Nostra, ac Successorum Nostrorum Romanorum Pontificum pro tempore existentium, & Sedis Apostolicæ prædictæ immediata protectione, & subjectione susceptæ, & susceptæ, ac vere & immediate subjectæ, & subjectæ sint, & esse censeantur, ac respective permaneant; harum serie perpetuo confirmamus & approbamus, illisque novum, & inviolabile Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Provideque recenser, quæ tali exemptionem fruantur.

§. 8. Quæ igitur sub præsentium litterarum nostrarum dispositione comprehensa, ac præfatæ exemptionis, susceptionis, & subjectionis munere decorata esse, & perpetuo censeri volumus, propriis duximus exprimenda vocabulis, &

Loca in temporali AustriacoDominio constituta.

sunt quæ sequuntur; videlicet a parte dominii in temporalibus Austriaci.

I. Monasterium vestrum *Sanctæ Mariæ* nuncupatum prope muros Civitatis Aquilejensis extructum, *cum sua Ecclesia.*

II. Item Villa *Monasterii* nuncupata; & in hujusmodi Villæ ambitu Ecclesia Parochialis sub titulo *Annunciationis B. Mariæ Virginis.*

III. Item Villa *Sancti Martini de Tertio* nuncupata, cum sua Ecclesia Parochiali sub titulo ejusdem *Sancti Martini.*

IV. Item Villa *Tertii* nuncupata; & in hujus Villæ ambitu, Ecclesia *Sancti Blasii* filialis prædictæ Ecclesiæ Sancti Martini.

V. Villa *de Ronchis*, & in ejus tractu Ecclesia *Sancti Joseph* filialis ejusdem Ecclesiæ S. Martini.

VI. Villa *de Moruzzis* nuncupata.

VII. Alia Villa *de Malborghetto* nuncupata.

VIII. Item Villa *de Cervignano* nuncupata, & in hujus Villæ ambitu Ecclesia Parochialis sub titulo *Sancti Michaelis Archangeli*; nec non alia Ecclesia sub titulo *Sancti Hieronymi*: ac insuper *Oratorium publicum*, de Jure patronatus, ut asseritur, Familiæ de Bressanis; non longe vero extra eamdem Villam, Ecclesia *Sancti Martini.*

Alia Veneto Dominio comprehensa

A parte vero temporalis Dominii Veneti.

I. Aliud *Monasterium* vestrum prope Mænia Civitatis Forojulienſis, cum sua Ecclesia sub titulo *Sanctæ Claræ.*

II. Villa de *Pradizzolo* nuncupata, & in ejus ambitu Ecclesia sub titulo *S. Mariæ Virginis de Salute, & Sancti Osualdi*, quæ est filialis præfatæ Ecclesiæ Parochialis S. Michaelis Archangeli de Cervignano.

III. Villa *de Muscoli* nuncupata, & in ea similiter Ecclesia Sacramentalis *Sancti Zenonis*, quæ etiam filialis est ejusdem Parochialis Ecclesiæ de Cervignano.

IV. Villa de *Preteolis* nuncupata, & in ea Parochialis Ecclesia *Sancti Thomæ Apostoli*; extra vero eamdem Villam Ecclesia *Sancti Andreæ Apostoli*, filialis præfatæ Parochialis Ecclesiæ in dicta Villa existentis.

V. Villa de *Sacilleto* nuncupata cum suo Castro; & quidem in dicta Villa, Ecclesia Sacramentalis *Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli*, in Castro autem, Ecclesia *Sancti Antonini*; quæ ambo filiales sunt præfatæ Parochialis Ecclesiæ S. Thomæ de Preteolis.

VI. Villa de *Alturis* nuncupata, cum Ecclesia *Sancti Blasii* Episcopi & Martyris, filiali ejusdem Parochialis Ecclesiæ de Preteolis.

VII. Villa de *Mortesinis* nuncupata.

VIII. Villa de *Chiasellis* nuncupata, & in ejus ambitu Ecclesia Parochialis *Sanctæ Mariæ Virginis.*

IX. Villa de *Zumpicchia* nuncupata; & in eadem Ecclesia Parochialis *Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli.*

X. Villa de *Piantanico* nuncupata, & in ejus ambitu Ecclesia Sacramentalis *Sancti Cantiani* Martyris: prope eam vero Ecclesia *Sancti Antonii Abbatis* in Campo; quæ sunt filiales prædictæ Parochialis Ecclesiæ de Zumpicchia.

XI. Villa de *Begliano* nuncupata, & in ipsa Villa, Ecclesia Sacramentalis *Sancti Martini*, atque insuper alia Ecclesia *Sanctæ Mariæ Magdalenæ* in Arce diruta ejusdem Begliani; quæ pariter filiales sunt præfatæ Parochialis Ecclesiæ de Zumpicchia.

Exemptionis vis, & Delegati auctoritas distinctius explicatur.

§. 9. Ne autem ob superius enunciatas rerum immutationes, controversiæ, & dissidia, seu ambiguitates, & dubia, tum super effectibus præfatæ exemptionis, vobis, & Monasterio vestro, dictisque locis, Ecclesiis, atque personis concessæ, tum & potissimum circa usum jurisdictionis activæ, quam dilectus filius modernus & pro tempore existens Noster, & Apostolicæ Sedis Delegatus, qui nunc istic deputatus existit, & futuris quoque temporibus, ad formam prædictarum litterarum, nostrarumque præsertim super suppressione dicti Patriarchatus Aquilejensis Anno Incarnationis Dominicæ 1751. pridie nonas Julii Pontificatus Nostri anno XI. editarum, quibus initium est: *Injuncta Nobis*, deputandus erit; in spiritualibus, & temporalibus juxta earumdem litterarum suæ deputationis continentiam & tenorem, receptamque consuetudinem, circa præmissa exercere debebit, in Ecclesiasticæ pacis, & Canonicæ disciplinæ perturbationem, ac detrimentum, suboriri contingat; idcirco Nos infrascriptas declarationes, ordinationes, & regulas subjicere opportunum duximus; ad quarum formam, & terminos omnia redigi, & moderari volumus, ac earumdem præsentium tenore, dictaque scientia, & potestatis plenitudine præcipimus, & mandamus.

Vide To. III. Bullar. pag. 394. in hac Editione Tom. XVIII. Const. LII. pag. 235.

Delegatus Apostolicus Synodalia Archiepiscoporum Decreta in respectivis locis Monasterio subjectis servari jubeat.

§. 10. Primo videlicet, quod dictus Delegatus pro tempore existens, Synodales leges, ad Ecclesiasticam disciplinam tuendam, aut reparandam, a Goritiensi, & Utinensi Archiepiscopis editas, & pro tempore edendas, Clero Sæculari Ecclesiarum, villarum, & locorum, a prædicto Monasterio vestro dependentium, servata circumpositarum Diœcesium distinctione, respective proponere, & ab eo observari facere debeat; sub pœnis in hujusmodi Synodalibus legibus etiam respective adscriptis, quas ipse Delegatus a contrafacientibus districte exigere non omittat.

Casus eosdem sibi reservet.

§. 11. Secundo, quod in omnibus præfatis villis, & locis, jurisdictioni primodicti Monasterii vestri subjectis, idem Delegatus pro tempore existens eosdem casus, quos Archiepiscopi Goritienſis, & Utinensis in eorum respective Civitatibus, & Diœcesibus sibimetipsis pro tempore reservabunt, juxta præfatam locorum positionem, & personarum domicilium, sibi ipsi reservare; & Confessariis, ut infra, approbatis, facultatem ab ipsis absolvendi interdicere, iisdemque respective, etiam sub certis modo & forma sibi benevisis, tribuere possit & valeat.

Sacerdotibus, a respectivo Archiepiscopo ad curam animarum, vel confessiones, quoad idoneitatem tantum approbatis, usum jurisdictionis concedat.

§. 12. Tertio, quod approbatio Sacerdotum, tam qui animarum curam exercere, quam qui Sacramentales Christifidelium Confessiones in iisdem Ecclesiis, villis, & locis, excipere debebunt, quoad idoneitatem, ad alterutrum ex dictis Archiepiscopis juxta locorum positionem præmissam, spectet atque pertineat; qui tamen Archiepiscopi litteras hujusmodi Sacerdotibus a se approbatis tradendas ita efforment, ut eorum tantummodo idoneitatem, ad munus, de quo agitur, in genere testatam faciant; reservata prædicto Delegato auctoritate concedendi Sacerdotibus sic approbatis usum jurisdictionis in Foro Pœnitentiali exercendæ.

Concionatoribus opportunam facultatem indulgeat.

§. 13. Quarto, quod Concionatores in hujusmodi Ecclesiis, & locis præfatæ jurisdictioni subjectis verbum Dei publice annunciaturi, ab hujusmodi Delegato Apostolico tantum licentiam petere, & obtinere teneantur.

Monialium Confessarii assumatur, qui idonei ad hoc munus fuerint ab Archiepiscopis renunciati.

§. 14. Quinto, quod nullus in Confessarium, sive Ordinarium, sive Extraordinarium, pro Monasterio vestro, & pro vobis, communiter, seu singulariter, eligi & deputari possit, nisi qui antea specialem approbationem circa idoneitatem ad excipiendas Monialium Confessiones, juxta formulam hactenus servari solitam, obtinuerit; & quidem ab eo Archiepiscopo, cujus Diœcesis ambitu continebitur Conventus vestri Communitas, quo tempore ad Confessarii hujusmodi electionem & deputationem devenietur. Verumtamen Confessarius sic electus, per integrum tempus deputationis suæ, susceptum

munus

munus libere prosequi, & Confessiones vestras, aliarumque personarum in Monasterio vestro cum debitis licentiis pro tempore degentium, audire poterit, etiamsi interea præfata Communitas vestra ad aliud Monasterium se transferat, alterius Archiepiscopalis Diœcesis ambitu circumclusum, absque eo quod novam ab altero Archiepiscopo Diœcesis hujusmodi approbationem obtinere teneatur.

Elapso quoad Confessarios suæ approbationis tempore, iterum se sistere Archiepiscopo respective debeant.

§. 15. Sexto, quod Confessarii ad Sacramentales Fidelium Confessiones excipiendas in præfatis Ecclesiis a Monasterio vestro dependentibus assumpti & deputati, elapso tempore in eorum respective approbationibus enunciato, iterum se sistere debeant eidem Archiepiscopo, seu illius Successori, a quo primum approbati fuerunt; reservata semper Delegato Apostolico facultate concedendi Confessariis ipsis sic iterato approbatis exercitium jurisdictionis in Foro Pœnitentiali.

Idem Delegatus Parochos & Vicarios Curatos in possessionem inducat.

§. 16. Septimo, quod novi Parochi, & Vicarii Curati ad Animarum curam in præfatis Ecclesiis exercendam constituendi seu deputandi, in eorum Officii exercitium ab eodem Delegato Apostolico, Nostra, & Apostolicæ Sedis auctoritate, immittantur.

Oeconomi, vacantibus Ecclesiis curatis, ab Abbatissa eligantur, a Delegato jurisdictionis exercitium tradatur.

§. 17. Octavo similiter, quoties hujusmodi Parochiales Ecclesias, seu Officia Curata vacare contigerit, Presbyteris Oeconomis per Abbatissam pro tempore existentem electis, ut hactenus in more positum fuit, usus & exercitium jurisdictionis, durante vacatione hujusmodi exercendæ a præfato Delegato Apostolico, eadem auctoritate, tradatur.

Jus visitandi Monasteria, adnexasque Ecclesias privative Delegato reservatur.

§. 18. Nono, quod idem Delegatus pro tempore existens, solus, & privative quoad unum, & alterum Archiepiscopos præfatos, visitare possit, & debeat, tam primo, & secundo dictum Monasterium vestrum, etiam quoad Clausuram, servatis tamen quoad modum & tempus visitationis hujusmodi, & quoad numerum personarum in visitationibus assumendarum, Apostolicis Decretis, atque Constitutionibus; quàm omnes præfatas Ecclesias, Oratoria, & Pia loca a prædicto Monasterio vestro dependentia, prout hactenus visitare consuevit, ac visitatione hujusmodi completa, præmissorum omnium status relationem, singulis trienniis, ad Sedem Apostolicam transmittere teneatur, ad formam Constitutionis Nostræ incipientis: *Quod Sancta* *, datæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1740. Nono Kal. Decembris, Pontificatus Nostri Anno I.

* In hac Editione Tom. XVI. Const. VII. pag. 11.

Ejusdem Delegati jurisdictio in cognoscendis causis civilibus & criminalibus.

§. 19. Decimo, quod Delegatus ipse causas omnes civiles, criminales, & mixtas Cleri, & Populi dictarum villarum, castrorum, atque locorum ad ejusdem Monasterii vestri forum, & jurisdictionem spectantes cognoscere, decidere, & terminare, atque in iisdem, prout juris fuerit, servatis servandis, usque ad sententiam definitivam procedere; & contra delinquentes, ad formam sacrorum Canonum, & Constitutionum Apostolicarum, dictorumque Synodalium statutorum respective procedere, eosque pro modo culpæ punire, mulctare, & emendare possit, ac debeat.

Dimissoriales tamen Delegatus non concedat.

§. 20. Undecimo, nullatenus tamen ipsi Delegato liceat Dimissoriales Litteras concedere personis hujusmodi Monasterii vestri jurisdictioni quocumque titulo subjectis, pro suscipiendis Ordinibus, sive Majoribus, sive Minoribus, vel ut Clericali Militiæ adscribantur.

Ad Pontificalia in locis Monasterio subjectis peragenda quis advocandus.

§. 21. Duodecimo, quod pertinet ad Pontificalia peragenda in Ecclesiis tam uni, quàm alteri Monasterio vestro adnexis, aliisque superius enunciatis, nec vobis, nec ipsi Delegato liceat quemcumque Antistitem ad id pro libito accire, sed illum dumtaxat ex duobus Archiepiscopis præfatis invitare teneamini, cujus Diœcesis finibus respective concluſa reperitur Ecclesia, in qua Pontificales Functiones habendæ erunt; Quod si Archiepiscopus requisitus, hujusmodi Functiones & Munia Pontificalia peragere recusaverit, sive nequiverit, tunc liceat vobis, & Delegato prædicto, quemcumque alium Catholicum Antistitem, gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habentem, in eum finem advocare. Salva semper Nostra, & Apostolicæ Sedis auctoritate, si quando, vel in hoc, vel in aliis quibuslibet ex præmissis rerum capitibus in peculiaribus casibus, specialiter indulgendum censuerimus, seu Successores Nostri Romani Pontifices indulgere opportunum duxerint. Et firmis integrisque manentibus favore utriusque præfati Archiepiscopi, Goritiensis videlicet, & Utinensis nunc, & pro tempore existentium omnibus & singulis juribus, tam quæ ad Ordinem, quàm quæ ad Jurisdictionem pertinent, etiam circa præmissa loca, Ecclesias, res, & personas, in iis tamen, de quibus in ipsis Litteris super deputatione sæpedicti Delegati Apostolici confectis, ac deinceps super similibus deputationibus Successorum ejus, juxta consuetam formulam, sed salva præsentium Nostrarum dispositione conficiendis, nihil expresse cautum reperiatur; seu de quibus Nos per easdem præsentes, nihil decrevimus, statuimus, & declaravimus.

Opportuna in reliquis præservatio Archiepiscopalis jurisdictionis & auctoritatis.

§. 22. Denique easdem præsentes Litteras, & in eis contenta, etiam ex eo quòd aliqui in præmissis, vel eorum quopiam interesse habentes, aut habere prætendentes, ad hoc vocati, vel auditi non fuerint, aut ex quibusvis causis de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quocumque alio defectu notari, vel impugnari, aut alias infringi, vel quomodolibet retractari, suspendi, limitari, vel eis in aliquo derogari, nullatenus unquam posse; easque sub quibusvis contrariis Constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine, aut alia, & quibusvis de causis, etiam pro tempore factis, minime comprehendi, sed ab illis semper exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, ac de novo concessas, semperque & perpetuo validas, firmas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit, quomodolibet in futurum, perpetuo, & inviolabiliter observari, ac primodicto Monasterio, vobisque, ac futuris pro tempore existentibus Abbatissæ, & Monialibus ipsius Monasterii, aliisque personis, Ecclesiis, & locis prædictis, quorum favorem eædem præsentes quomodolibet concernunt, perpetuis futuris temporibus plenissimè suffragari debere: sicque in præmissis ab omnibus censeri, ac si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, & ignoranter contigerit attentari, irritum quoque & inane decernimus.

Clausulæ, & Decreta in præmissorum firmitatem.

§. 23. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de Jure quæsito non tollendo: ac quibusvis Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum, ac etiam in Synodalibus, Provincialibus, & Universalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, ac etiam præmissis litteris Prædecessorum eorumdem in iis, quæ præsentibus adversantur: Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, quibusvis Ecclesiis, etiam Metropolitanis, personis, & locis, per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros prædictos, vel alios quoscumque, & quacumque dignitate,

Amplissima contrariorum derogatio.

&

& auctoritate fulgentes, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficaciorib. & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, quomodolibet conceſſis, confirmatis & innovatis: Quibus omnibus & ſingulis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet; tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis & inſertis habentes; illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad effectum validitatis & perpetuæ firmitatis præmiſſorum omnium & ſingulorum, hac vice dumtaxat, harum ſerie, ſpecialiter & expreſſe derogamus; contrariis quibuſcumque.

Sanctio pœnalis.

§. 24. Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc Noſtræ abſolutionis, confirmationis, approbationis, roboris adjectionis, declarationum, ordinationum, derogationum, decretorum, & ſtatutorum infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. 30. Julii 1756. Pont. 16.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quinquageſimo ſexto, tertio Kalendas Auguſti, Pontificatus Noſtri anno ſextodecimo.

J. Card. Pro-Datarius.

D. Card. Paſſioneus.

VISA
De Curia J. C. Boſchi.

L. Eugenius.

Loco † plumbi.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

LXV.

De jure Metropolitico Archiepiſcopalis Eccleſiæ Moguntinæ in novam Diœceſim Fuldenſem, ejuſque Clerum & Populum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium. Privilegia ita temperanda, ut Eccleſiaſticam Hierarchiam non perturbent.

SAluberrimum Apoſtolicæ providentiæ benignitatiſque inſtitutum a Prædeceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus ſapientiſſime initum ſervatumque, ut iis quidem, quibus potuiſſent, titulis & honoribus inſignes Eccleſias magis magiſque ad Nominis Divini cultum, & Chriſtifidelium utilitatem adaugerent, ſed pari nihilominus circumſpectione ac diligentia Hierarchicum Eccleſiæ Catholicæ ordinem in hiſce ipſis honorum largitionibus inviolatum atque intactum decretis ac reſcriptis ſuis cuſtodirent, a ſuſcepti Pontificatus Noſtri exordio ita, quoad Nobis integrum fuit, tenere & ſequi ſtuduimus, ut nullas hac in re Apoſtolicæ Noſtræ vigilantiæ partes ubique gentium deſiderari paſſi fuerimus. Quamobrem cum inſignis & antiquiſſima Abbatia Fuldenſis, quæ intra fines Provinciæ Moguntinæ ſita eſſe non ambigitur, multis nominibus clara, maxime vero propter Privilegia, quibus per Romanos Pontifices, atque ipſos etiam Seculares Principes locupletata fuit, in Germania plurimi fieret, magnoque in honore haberetur; non immerito Nos, ad majus Catholicæ Fidei præſidium atque ornamentum, Abbatiam ipſam in Epiſcopatum ereximus, ejuſque Abbatem pro tempore exiſtentem in Epiſcopum & Abbatem inſimul conſtituimus, quemadmodum ex aliis Noſtris ſub Plumbo expeditis literis, quarum tenorem, quatenus opus ſit, hiſce præſentibus pro expreſſo & inſerto haberi volumus, uberius continetur.

Relata ſunt ſuperius Conſtit. IV. pag. 15. & ſeq.

§. 1. Cum autem poſt Epiſcopatus hujuſmodi erectionem, atque Epiſcopi ordinationem, quædam eruperit controverſia ſuper auctoritate, quæ Archiepiſcopo Moguntino in dicta nova Epiſcopali Diœceſi Metropolitico jure competere deberet; ut ea quamcitius, & abſque ullo judiciali ſtrepitu abſolveretur, controverſiam ipſam ad Nos avocavimus, reque tota per Nos ipſos diligenter conſiderata, itemque in conſilium adſcitis peritiſſimis in jure Canonico viris Noſtræ Romanæ Rotæ Auditoribus, quemadmodum eximia Moguntinæ Sedis dignitas, non inter Germanos tantum, ſed univerſo Chriſtiano Orbi perſpecta expoſcere videbatur, lætati admodum ſumus, quod eorum ſuffragia tum oretenus, tum etiam ſcripto expoſita, & in manibus Noſtris relicta, cum concepta jamprius in mente Noſtra ſententia prorſus convenirent. Quapropter uniformi prædictorum Auditorum ſenſui inhærentes, ea ipſa die, videlicet decima Auguſti ſuperioris anni MDCCLV. decrevimus ac declaravimus, prædictas Noſtras literas ſuper erectione Abbatiæ Fuldenſis in Epiſcopatum, atque alias præcedentes itidem Noſtras ſuper abprobatione & confirmatione cujuſdam concordiæ inter Epiſcopum Herbipolenſem & Abbatem Fuldenſem peractæ, ita ſemper accipiendas eſſe, interpretandas, atque intelligendas, ut per eas nihil omnino detractum, aut imminutum cenſeatur de auctoritate & jure Metropolitico, quod in tota Provincia, atque adeo etiam in novo Epiſcopatu Fuldenſi, & univerſa ejus Diœceſi, Moguntino Archiepiſcopo competit, juxta præſcriptum Sacrorum Canonum, & Sacri Concilii Tridentini; ſalva tamen ex alia parte, atque illæſa manente exemptione paſſiva, atque immediata ſubjectione huic Sanctæ Sedi Apoſtolicæ, quibus hactenus juxta formam ſuorum privilegiorum gaviſi ſunt, & gaudere debent Monachi omnes, & Monaſterium Fuldenſe, cum ſua Abbatiali Eccleſia, quæ nuper in Cathedralem erecta eſt, aliiſque Eccleſiis, quæ ſecundum præſentem ſtatum eidem Monaſterio pleno jure incorporatæ & ſubjectæ reperiantur; ita tamen ut Populus & Clerus Secularis ab ejuſmodi Eccleſiis quomodolibet dependens, propter hoc a jure Metropolitico prædicto nequaquam exemptus cenſeatur.

Pontificis ſollicitudo in componenda inde exorta controverſia.

Metropoliticum jus Eccleſiæ Moguntinæ in novam Diœceſim Fuldenſem ejuſque Clerum & Populum aſſeritur.

§. 2. Quo itaque firmius Decretum hoc Noſtrum ſubſiſtat, & ſervetur exactius, Decretum ipſum tenore præſentium Apoſtolica auctoritate confirmamus, atque inviolabili Apoſtolicæ firmitatis robore communimus.

Nihil detractum vult exemptioni Abbatialis Epiſcopalis Eccleſiæ, Monaſterii, eidemque adnexarum Eccleſiarum.

§. 3. Decernentes idem Decretum, & præſentes Noſtras literas, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere, & illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus & per omnia pleniſſime ſuffragari debere; ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, & eorumdem Cardinalium Congregationes, necnon Apoſtolicæ Sedis Nuntios, & quoſvis alios quacumque præeminentia & poteſtate fungentes & functuros, judicari, & definiri debere; ac irritum & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ & Decreta ad præmiſſorum firmitatem.

§. 4. Non

Derogatio contrariis.

§. 4. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Univerſalibus Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus & Ordinationibus, & quibuſcumque aliis, in contrarium præmiſſorum, etiam a Nobis, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides ſumpruum.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præſentium litterarum tranſumptis ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Data 15. Sept. 1756. Pont. 17.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 15. Septembris MDCCLVI. Pontificatus Noſtri Anno decimoſeptimo.

Cajetanus Amatus.

LXVI. Refractariis Conſtitutioni *Unigenitus* an, & quando SS. Corporis Chriſti Viaticum denegari debeat, Encyclica hac Epiſtola definitur.

Venerabilibus Fratribus Noſtris, S. R. E. Cardinalibus, ac Archiepiſcopis, & Epiſcopis Regni Galliarum, in noviſſimis comitiis Cleri Gallicani congregatis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Pontificis cura & ſollicitudo de turbata in Galliis Eccleſiæ tranquillitate reſtituenda.

EX omnibus Chriſtiani Orbis regionibus, ad quas impoſita imbecillitati Noſtræ paſtoralis cura protenditur, quum multa ſæpe ad nos deferantur, quæ animum Noſtrum pro omnium ſingularumque Eccleſiarum ſtatu ſollicitum & anxium habeant, vix tamen aliunde nobis majores perturbationis, atque doloris cauſæ acciderunt, quàm ex graviſſimis controverſiarum & diſſenſionum incommodis, quibus florentiſſimum iſtud Regnum, & Catholicam Gallorum nationem aliquot abhinc annis jactari cognovimus. Neque ſane deſtitimus hoc toto perturbationum veſtrarum tempore Deum optimum maximum enixe rogare, ac interpoſitis etiam aliorum precibus, orare atque obſecrare, ut ipſe, qui Deus pacis eſt, veram ſolidamque tranquillitatem turbatis Eccleſiis veſtris reddere dignaretur. Sæpe etiam, datis ad cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ludovicum Galliarum Regem Chriſtianiſſimum Apoſtolicis litteris, illius opem & brachium ad Eccleſiaſticæ pacis tutelam atque præſidium imploravimus. Iis autem, qui ad Nos & ad Sedem Apoſtolicam de rebus iſtis recurſum habuerunt, ea ſemper reſponſa dedimus, quibus Nos promptos paratoſque declaravimus, pro pace Eccleſiæ Gallicanæ, quam ſincera & conſtanti dilectione proſequimur, quidquid Nobis vitæ ſupereſſe poſſet, libenter impendere; atque omnia, quæ Nobis agenda proponerentur, & aggredi & urgere, dummodo ejuſmodi conſilia eſſent, quæ ad revellendum malorum germen apta & idonea dignoſcerentur, & quorum executio cum ſpe proſperi eventus ſuſcipienda, & ad intentum finem utiliter proceſſura videretur.

Pluribus nominibus Gallicani Cleri virtus commendatur.

§. 2. Gravem atque diuturnam de rebus veſtris ſollicitudinem, qua hactenus affecti fuimus, non parum ſublevarunt litteræ e Gallicani Cleri Comitiis die 31. Octobris elapſi anni ad Nos ſcriptæ; quas quidem legentes, veſtram, Venerabiles Fratres, ſimitatem atque conſtantiam, veſtram perſpeximus perfectam conſervationem in cuſtodiendo veræ ſanæque doctrinæ depoſito, & in retinenda, quam ſemper majores veſtri profeſſi ſunt, erga Apoſtolicam Beati Petri Sedem, Catholicæ Unitatis centrum, obſervantia & veneratione. Neque enim ullam inter vos diſſenſionem vigere comperimus, quoad canonicas regulas & principia; ſed ſciſſuras tantummodo eſſe inter vos in deligendis ſtatuendiſque mediis, quibus utendum neceſſario eſt, ut eadem communia principia in uſum deducantur. Quod quamvis optandum fuiſſet longe abeſſe a Conventu veſtro, haud tamen mirum videri debet, ſcientibus, id alias inter ſacros Antiſtites, & doctrina & morum ſanctitate conſpicuos, in graviſſimarum rerum tractatione eveniſſe. In magnam autem præconceptæ conſolationis noſtræ acceſſionem ſeſe obtulit eximia Chriſtianiſſimi Regis pietas & religio, cum hæreditario ipſius in hanc Apoſtolicam Sedem obſequio conjuncta, quæ non in recentioribus tantummodo illius litteris, quas die 19. Decembris ejuſdem elapſi anni, prædictam Cleri epiſtolam huc mittens, ad nos dedit, ſed in cæteris quoque omnibus ab eo conſcriptis, præclare enituit; in quibus teſtari poſſumus atque debemus, Nos ſemper illius Regii animi ſenſus eos plane deprehendiſſe, qui maxime decebant Orthodoxum Principem, & vera in Deum religione, & ſincera erga Romanam Sedem pietate præditum, eumdemque pacis atque concordiæ in ſuis regnis reſtituendæ & conſervandæ amantiſſimum.

Regis Chriſtianiſſimi pietas ac religio.

Publicis & notoriis refractariis Conſtitutioni *Unigenitus* SS. Viaticum jure denegatur.

§. 3. Tanta eſt profecto in Eccleſia Dei auctoritas Apoſtolicæ Conſtitutionis, quæ incipit *Unigenitus*, eademque ſibi tam ſinceram venerationem, obſequium, & obedientiam ubique vindicat, ut nemo Fidelium poſſit, abſque ſalutis æternæ diſcrimine, a debita erga ipſam ſubjectione ſeſe ſubducere, aut eidem ullo modo refragari. Hinc porro conſequitur, ut in ea, quæ exorta eſt, controverſia, utrum hujuſmodi refractariis ſanctiſſimum Corporis Chriſti Viaticum expetentibus denegari debeat, ſine ulla hæſitatione reſpondendum ſit, quoties prædictæ Conſtitutioni publice & notorie refractarii ſint, denegandum eis eſſe; ex generali nimirum regula, quæ vetat publicum atque notorium peccatorem ad Euchariſticæ Communionis participationem admitti, ſive eam publice, ſive privatim requirat.

Publici & notorii refractarii qui.

§. 4. Publici autem atque notorii ſunt refractarii, in caſu, de quo agitur, quicumque per ſententiam a Judice competente prolatam rei declarati ſunt, eo nomine, quod debitam prædictæ Conſtitutioni *Unigenitus* venerationem, obſequium, & obedientiam contumaciter denegaverint; quicunque etiam hujuſmodi contumaciæ reos ſe in judicio confeſſi ſunt; ac præterea illi, qui quamvis nec a Judice condemnati, neque reatum ſuum in judicio confeſſi fuerint, nihilominus, vel eo tempore, quo ſacrum ipſum Viaticum ſuſcepturi ſunt, propriam inobedientiam & contumaciam adverſus Conſtitutionem *Unigenitus* ſponte profitentur, vel in anteactæ vitæ decurſu aliquid evidenter commiſiſſe noſcuntur, manifeſte oppoſitum venerationi, obſequio, & obedientiæ eidem Conſtitutioni debitæ, in eoque facto moraliter perſeverare; quod ita vulgo cognitum eſt, ut publicum ſcandalum inde exortum, non adhuc ceſſaverit: in his enim caſibus eadem omnino adeſt moralis certitudo, quæ habetur de iis factis, ſuper quibus Judex ſententiam tulit, vel ſaltem alia ſuppetit moralis certitudo prædictæ ſimilis & æquipollens.

Duplex notorii ſpecies, variaque demonſtratio.

§. 5. In quo tamen præ oculis habenda eſt differentia quæ intercedit inter notorium illud, quo merum aliquod factum deprehenditur, cujus facti reatus in ipſa ſola externa actione conſi-

consistit, ut est notorietas usurarii aut concubinarii; & aliud notorii genus, quo externa illa facta notari contingit, quorum reatus ab interna etiam animi dispositione plurimum pendet; de quo quidem notorii genere nunc agitur. Alterum enim illud gravibus sane probationibus evinci debet; sed alterum gravioribus certioribusque argumentis probari oportebit.

Certitudo ex quibus non satis idonea habeatur.

§. 6. Ea vero, quam supra innuimus, certitudo minime adesse dicenda est in aliis casibus, in quibus crimen nititur conjecturis, præsumptionibus, incertisque vocibus, quæ originem suam plerumque debent hominibus aut malo animo affectis, aut qui præjudicatis opinionibus, vel partium studiis ducuntur; quibus dum fides habetur, satis compertum est, tum præteritorum temporum, tum ætatis nostræ experientia, quot modis homines errare & falli, ac in transversum agi contingat.

Quorumdam anxietas in dubiis casibus.

§. 7. Quia vero nonnulli animarum Pastores, Ecclesiæque Ministri, pietate & zelo commendati, hujusmodi conjecturis & præsumptionibus deferentes, dum ad sacrum Viaticum aliquibus ministrandum advocantur, animo anxii hærent, verentes ne id sine propriæ conscientiæ periculo administrare non possint; certam subnectimus agendi regulam, quam sequantur.

Præscribitur methodus, cui Sacramentorum minister tuto adhærere possit.

§. 8. Hoc itaque primum animadvertere debent, an scilicet ei, qui extremum Viaticum postulat, quum antea ad sacram mensam accederet, Paschali præsertim tempore, a loci illius Parocho, ubi degebat, Eucharistica Communio administrata fuerit: si enim hæc illi in vita non fuerit denegata, argumento id erit, aut hominem illum ab omni labe immunem, aut saltem non vere notorium peccatorem reputatum fuisse; indeque sequetur, sacrum Viaticum eidem in exitu vitæ publice postulanti denegari non posse; nisi forte, postquam olim ad Eucharisticam mensam admissus fuit, & ante id tempus, quo postrema Sacramenta requirit, aliquid commisisse noscatur, quo publici & notorii peccatoris notam, juxta præmissa, contraxerit.

§. 9. Ubi autem ex hac facti specie certum ipsis non suppetat fundamentum, cui insistere valeant; aliunde vero validæ adversus ægrotum præsumptiones, & indicia gravia & urgentia militent, ob quæ obortum sibi scrupulum rationabiliter deponere nequeant; in his rerum circumstantiis, oportet eos, remotis arbitris, ægrotantem alloqui, eique cum omni lenitate & mansuetudine, non tanquam disputantes, eumque convincere volentes, ostendere, quæ & qualia sint indicia, quæ suspectum reddunt ipsius vitæ tenorem; rogantes eum & obsecrantes, ut respiscat, in eo saltem temporis articulo, a quo æterna ipsius salutis sors pendet; eidemque præterea demonstrantes, quod, quamvis ipsi parati sint sanctissimum Corporis Christi Viaticum ei ministrare, ac etiam reipsa illud ei ministrent, non ideo tamen tutus ipse erit ante tribunal Christi, sed potius novi & horrendi criminis reum se constituet, ex quo judicium sibi manducavit & bibit; cæterum se non alia de causa Sacramentum Corporis Christi eidem ministraturos, nisi ut Ecclesiæ jubenti obtemperent, quæ præter eam, quam habet, curam, ut scandala publica antevertat, pro sua etiam pietate, ægroti ipsius infamiam præcavere studet, & idcirco eum a sacra mensa non repellit, dum ipsum, licet peccatorem in conspectu Domini reputet, non tamen in proprio Tribunali publicum atque notorium peccatorem agnoscit.

§. 10. Hanc itaque judicandi agendique normam oportet vos, Venerabiles Fratres, utpote Nostro & Apostolicæ Sedis judicio probatam, inferioribus animarum Pastoribus, cæterisque Presbyteris per Civitates & Diœceses vestras Sacramenta legitime administrantibus, sequendam & observandam proponere. Quod quidem judicium super vigentibus controversiis a Nobis interpositum, & Ecclesiasticis regulis nititur, & Conciliorum olim in ipsis Galliarum regionibus habitorum decretis, & gravium ipsius Nationis vestræ Theologorum sententiis fulcitur. Ut igitur vobis laudi fuit, illustrium prædecessorum vestrorum exempla sequendo, promotas istic controversias subortaque dubia ad Nos & Apostolicam Sedem deferre, certamque hinc regulam, ad revocandam tuendamque Ecclesiarum vestrarum pacem, exposcere; ita nunc officii vestri partes, vestraque simul apud Deum & Ecclesiam merita cumulabitis, si suprascriptam agendi methodum, ab iis, ad quos pertinet, in occurrentibus casibus omnino servari curabitis. Quod Nos a Fraternitatibus vestris eo fidentius expectamus, Nobisque pollicemur, quo magis Nobis ipsi conscii sumus, nihil diligentiæ aut studii a Nobis prætermissum fuisse, sive in perpendendis ac discutiendis articulis, quos Episcopi in præfatis Cleri Comitiis adunati, licet non unanimi sententia, proposuerunt, desumendisque ex ipsa eorum discrepantia notionibus, ad rem penitus percipiendam, rectoque judicio definiendam opportunis; sive in legendis ponderandisque sententiis scripto exaratis a Venerabilibus Fratribus nostris hujus S. R. E. Cardinalibus, quorum hac de re consilia exquisivimus; sive in cæteris omnibus exequendis atque præstandis, per quæ Divini luminis adjutorium, quod interim flagrantissimis votis implorare non prætermisimus, Nobis promereri possemus.

Hortatio ad Præsules, ut traditam regulã sectentur, aliisque proponant servandam.

§. 11. Neque vero dubitamus, quin Carissimus quoque in Christo Filius noster Rex Christianissimus, postquam susceptum a vobis consilium non solum probavit, sed etiam, ut supra innuimus, suis ad nos datis litteris fovere, & adjuvare non recusavit; pro sua perspecta in Deum & Ecclesiam religione ac pietate, validam Fraternitatibus vestris opem præbere studeat, quo tam vobis, quam inferioribus Ecclesiæ ministris, liberum & integrum sit, ad superius descriptam agendi normam sacrorum Mysteriorum administrationem moderari. Qua quidem fiducia freti, nos hic sermonem minime habendum existimavimus de reliquis Fratrum vestrorum articulis respicientibus Episcopalia jura circa eorumdem Sacramentorum participationem concedendam, vel denegandam, & varias super hac re obortas controversias; sed potius cum ipso Christianissimo Rege per alias litteras nostras agendum duximus, ut is sacra Episcopatus jura, sua animi magnitudine ac præstanti virtute tueatur. Quod ipsum, & proprio, & majorum suorum more, facturum certo confidimus: ut nobilissimæ Galliarum Ecclesiæ, illius regio favore nostris vestrisque studiis obsecundante, suum pristinum decorem retinuisse, & perturbatam ad tempus tranquillitatem cito recuperasse lætentur. In hujus optatissimi eventus auspicium, Fraternitatibus vestris, cunctisque populis Pastorali curæ vestræ concreditis, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Ad id præsto futura sponderetur religio, validumque præsidium Christianissimi Regis, Ecclesiastica jura vindicaturi.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, die decima sexta Octobris MDCCLVI. Pontificatus nostri anno decimoseptimo.

Dat. 16. Octobris 1756. Pont. XVII.

Con-

LXVII.

Confecratio Electi in Epiſcopum, qui fuerat a Pontifice Ordinatus Presbyter, an ab ipſo Pontifice, vel ex ſpeciali ejus delegatione, ſit peragenda.

Dilecto Filio Carolo electo Epiſcopo Juſtinopolitano.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Proviſionis Conſiſtorialis quinam ſit effectus.

IN poſtremo ſecreto Conſiſtorio per Nos habito die 20. proxime ſuperioris menſis Septembris, emeritam virtutem tuam præ oculis habentes, te in Juſtinopolitanum Epiſcopum propoſuimus; cumque de eo Epiſcopatu proviſum tibi fuerit, præmiſſis antea omnibus, quæ a Sacro Tridentino Concilio *Seſſ.* 24. *cap.* 1. *de Reformat.*, & Conſtitutionibus Apoſtolicis præſcribuntur, electus ipſe merito dici potes, ac confirmatus: communis quippe Doctorum ſententia eſt, proviſionem in Conſiſtorio factam, habere vim electionis inſimul & confirmationis. Ita poſt Gloſſam *in Cap.* 1. *verb. Proviſionem, de elect. in* 6. docent Ripa *in Cap. Eam te, num.* 11. *de Reſcript.* Fagnanus *in Cap. Nullus, num.* 9., *& in Cap. Nihil, num.* 29. *de elect.* Barboſa *Jur. Eccleſ. Univerſ. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 14., & a Nobis quoque advertitur in Noſtro Tractatu de Synodo Diœceſana noviſſimæ editionis *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 3.

Epiſcopalis Conſecrationis ſuſcipiendæ terminus.

§. 2. Quod itaque tibi adhuc reliquum, ipſa Conſecratio eſt, quæ, juxta regulas a Sacro Tridentino Concilio præſcriptas *Seſſ.* 23. *Cap.* 2. *de Ref.* intra trimeſtre, a die confirmationis tuæ ſupputandum, eſt a te ſuſcipienda: cumque in collatis nobiſcum ſermonibus aſſerueris, oſtenderiſque, Sacros Diaconatus & Presbyteratus Ordines fuiſſe tibi a Prædeceſſore Noſtro, nobiſque munifico Benedicto XIII. collatos, Diaconatum quidem die 30. Septembris 1728. in Sacello S. Pii in Palatio Apoſtolico Vaticano, Presbyteratum autem 11. Junii 1729. intra Vaticanam Baſilicam; effecit id, ut in examen diſputationemque veniret, num ſucceſſiva in Epiſcopum Conſecratio a Nobis, præterea nemine, vel certe quidem ab alio ex Noſtra ad id ſibi delegata auctoritate, confici debeat.

Suborta quæſtio, num Ordinatus Presbyter a Pontifice, a Pontifice tantum poſſit conſecrari Epiſcopus.

Indefinita interpretatio textus de Ordinatis a Papa ad ſuperiores Ordines non promovendis ab inferiori.

§. 3. Celebris eſt Textus Innocentii III. Pontificis in *Cap. Cum in diſtribuendis, de temporibus Ordinationum*, quo Mutinenſi Epiſcopo reſcribit, quandoquidem commendatus ab ipſo Clericus, Romæ Subdiaconatum ſuſceperat, indulgere ſe Bononienſi Epiſcopo, (tunc temporis Gerardo Arioſti, uti videre eſt apud Sigonium *lib.* 2. *de Epiſcopis Bononienſibus, in Vita ejuſdem*) facultatem ipſum promovendi ad Ordinem Diaconatus: eſtque hic præcipuus Textus, cui univerſa Canoniſtarum ſchola innixa docet, ordinatum a Papa, non poſſe ad ſuperiores Ordines promoveri præterquam a Papa, vel ab alio, cui id muneris ipſe delegarit. *Ordinatus a Papa, ſine licentia Papæ ad ſuperiores Ordines non promovetur*: ſunt hæc concepta verba epitomes textus. A colligendis hìc veterum Canoniſtarum dictis in præcitatam Decretalem temperabimus, cum unicuique in eorum operibus evolvendis parumper verſato perſpectum ſit, plerumque alterius dicta ab altero tranſcribi. Unius tantummodo, alteriuſque ex recentioribus verba afferemus. Altaſerra eſt alter, in Commentariis ad citatum *Cap. Cum in diſtribuendis*, ubi

La Conſecrazione d'uno eletto Veſcovo, il quale era ſtato prima ordinato Sacerdote dal Papa, ſe debbaſi fare dal Papa medeſimo, o da altri per ſua ſpecial commiſſione.

Dilecto Filio Carolo electo Epiſcopo Juſtinopolitano.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Virtù ed effetti della proviſta fatta in Conciſtoro.

NEll' ultimo Conciſtoro ſegreto, tenuto da Noi nel giorno 20. del proſſimo paſſato meſe di Settembre, avendo in conſiderazione il di lei merito, la proponemmo in Veſcovo di Capo d'Iſtria; ed eſſendo ſeguita la di lei proviſta, dopo eſſere ſtato adempito quanto viene preſcritto dal Sacro Concilio di Trento *alla Seſſ.* 24. *cap.* 1. *de Reformat.* e dalle Coſtituzioni Apoſtoliche, ella dee dirſi eletto e confermato: inſegnando communemente gli Autori, che la proviſta fatta in Conciſtoro, ha il vigore di elezione e confermazione. Così dopo la Chioſa *nel Cap.* 1. *in verb. Proviſionem, de elect. in* 6. inſegnano il Ripa *nel Cap. Eam te, num.* 11. *de reſcriptis*, il Fagnano *nel Cap. Nullus, num.* 9. *e nel Cap. Nihil num.* 29. *de electione*, il Barboſa *Jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 14. e da Noi viene anche oſſervato nel noſtro Trattato *de Synodo Diœceſana* dell' ultima ſtampa *al lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 3.

Termine preſcritto ai Veſcovi per farſi Conſacrare.

§. 2. Il paſſo adunque, ch'ella oggi dee fare, è quello della conſecrazione, che camminando colle regole preſcritte dal predetto ſacro Concilio di Trento *alla Seſſ.* 23. *cap.* 2. *de Reformat.*, dee prenderſi da lei dentro il trimeſtre, che dal dì della confermazione traſcorre: ed avendoci ella ne' diſcorſi fatti con Noi aſſerito, e dimoſtrato, d'aver ricevuti gli Ordini Sacri del Diaconato e del Presbiterato dal noſtro Predeceſſore e Benefattore Benedetto XIII., il Diaconato ai 30. di Settembre 1728. nella Cappella di S. Pio del Palazzo Apoſtolico di S. Pietro, il Sacerdozio agli 11. di Giugno 1729. nella Baſilica Vaticana; ciò ha dato campo al diſcorſo, ed all' indagine, ſe la conſecrazione in Veſcovo debba farſi da Noi, e non da altri, o almeno da altri con noſtra licenza, e commiſſione.

Queſtione inſorta, ſe chi è ſtato ordinato Sacerdote dal Papa, poſſa eſſere conſacrato Veſcovo da altri, che dal ſolo Papa.

Generale interpretatione data al teſto, che l'Ordinato dal Papa, non poſſa eſſer promoſſo agli Ordini maggiori da un inferiore.

§. 3. Celebre è il Teſto del Pontefice Innocenzo III. *nel Cap. Cum in diſtribuendis, de temporibus Ordinationum*, in cui riſponde al Veſcovo di Modena, ch' eſſendo ſtato il Chierico da lui raccomandato, fatto Suddiacono in Roma, dava al Veſcovo di Bologna, (che in quel tempo era Gerardo Arioſti, come può vederſi nel Sigonio *al lib.* 2. *de Epiſcopis Bononienſibus nella di lui Vita*) la commiſſione, che gli daſſe l'Ordine del Diaconato: e queſto è il Teſto capitale, a cui s'appoggia la commune ſcuola de' Canoniſti, per aſſerire, che chi è ſtato ordinato dal Papa, non può eſſer promoſſo agli Ordini ſuperiori, ſe non dal Papa, o da altri colla di lui eſpreſſa permiſſione. *Ordinatus a Papa, ſine licentia Papæ ad ſuperiores Ordines non promovetur*: queſte ſono le parole del ſommario del teſto. Noi ci aſterremo dal portar quì i detti degli antichi Canoniſti ſopra la citata Decretale; ſapendo ognuno, che ha un poco di pratica delle loro Opere, che per lo più quanto è detto da uno, viene traſcritto dagli altri. Porteremo ſolo l'autorità di due più recenti. Uno è l' Altaſerra *nei Commenti al*

hæc adnotat: *Semel ordinatus a Summo Pontifice non potest recipere superiores Ordines ab alio Antistite, sine mandato ipsius Pontificis.* Alter est Layman *in eumdem textum*, ubi ita scribit: *Est autem hoc speciale in Pontifice, & videtur accipiendum de omnibus Ordinibus, etiam prima Tonsura, ut qui eam a Pontifice accepit, ab alio Episcopo sine licentia Papali ordinari non possit.*

Minus firma convincitur.

§. 4. Pater Christianus Lupus *part. 4. in Canones Synodorum Generalium & Provincialium edidionis Bruxellensis p. 488.*, accuratius, de more, animadvertit, textum *in Cap. Cum in distribuendis de temporib. Ordinationis*, quum scriptus appareat de Clerico Romanæ Ecclesiæ obsequiis addicto, uti ex his verbis colligitur: *Ecclesiæ Romanæ Subdiaconus erat;* sibi quidem vindicare posse locum quoad eos, qui in eorum Ordinatione fuerant alicui Urbis Ecclesiæ adscripti; propterea quod prohiberentur ii, deserto illius servitio, ad aliam transire Ecclesiam, accepturi ab ejusdem Episcopo superiores Ordines, quibus a Romano Pontifice non fuerant in Urbe initiati. *Quisquis semel in hac Ecclesia* (de Romana Ecclesia loquitur S. Gregorius) *Ordinem Sacrum acceperit, egrediendi de ea licentiam ulterius non habet*, ita plane *in Epistola 38. lib. 5. indict. 13. pag. 763. tom. 2.* Maurinæ editionis. Verum eumdem ait neque posse protendi, neque debere, ad alios, qui Romam adventantes, pio quodam studio Subdiaconatum vel Diaconatum sibi conferri obtinebant a Pontifice, nec tamen a Pontifice servitio alicujus Ecclesiæ Urbis adscribebantur, sed postquam fuerant sacro Ordine insigniti, ad proprias abscedebant Diœceses, servitio alicujus Ecclesiæ per suos Episcopos addicti; permodeste innuens idem Pater Lupus, quam necesse sit, aliis collectis monumentis demonstrare, initiatos *honoris causa* in Urbe per Pontificem aliquo Sacro Ordine, subindeque ad proprias regiones reversos, nequivisse ad superiores Ordines, præter quam a Romano Pontifice, vel ab alio ad id per ipsum delegato, promoveri. *Voces* (inquit Pater Christianus Lupus) *Erat Romanæ Ecclesiæ Subdiaconus*: evincunt, *illum fuisse Romano cardini adscriptum*, etsi textûs epigraphe latiorem ipsis sensum attribuat. *Verum Capituli epigraphe facit sensum ampliorem: Ordinatus a Papa, sine licentia Papæ ad superiores Ordines non promovetur*: pergit idem Lupus.

Aliunde tamen comprobari potest assertio.

§. 5. Non innuit Lupus monumenta, quibus evincitur, ipsos quoque ordinatos a Papa *honoris causa*, nulliusque Ecclesiæ servitio in Urbe addictos, nequivisse superiores Ordines, nisi ab uno Papa suscipere, vel ab alio Episcopo Pontificia ad id delegatione instructo; etsi profiteatur se sequi opinionem asserentem, Ordinatum a Pontifice honoris causa, ab eodem tantummodo, vel ab alio ex præobtenta Pontificis facultate, posse ad reliquos Ordines promoveri. Verum curabimus ipsi opportuna quæque ad rem hanc investigare, traditasque ab aliis rationes ad eam firmandam colligere.

Prænotiones quædam in elucidationem adstruendæ doctrinæ.

§. 6. In Dictato S. Gregorii VII. duo extant Canones, quorum alter est decimusquartus hisce verbis constans: *Quod Papa de omni Ecclesia, quacumque voluerit, Clericum valeat ordinare;* decimus quintus est alter, qui hæc habet: *Quod a Papa ordinatus, alii Ecclesiæ præesse potest, sed non militare; & quod ab aliquo Episcopo non debet superiorem gradum accipere.* Horum textuum primus generalis est, afficitque non minus Ordinationes Clericorum ex alienis Diœcesibus fieri solitas per Pontifices, ut illorum ministerio in Urbe uterentur, quam cæterorum. etiam inaugurationes, qui *honoris causa* ordinati, subinde in proprias regiones

Si dimostra poco fondata.

detto *Cap. Cum in distribuendis*, ove così scrive: *Semel ordinatus a Summo Pontifice, non potest recipere superiores Ordines ab alio Antistite, sine mandato ipsius Pontificis.* L'altro è il Layman *sopra lo stesso testo*, ove così scrive: *Est autem hoc speciale in Pontifice, & videtur accipiendum de omnibus Ordinibus, etiam prima Tonsura, ut qui eam a Pontifice accepit, ab alio Episcopo sine licentia Papali ordinari non possit.*

§. 4. Riflette, secondo il suo solito, con molta accuratezza il Padre Cristiano Lupo *nella part. 4. sopra i Canoni de' Sinodi Generali, e Provinciali*, della stampa di Bruffelles, *pag. 488.* che, parlando il testo *nel Cap. Cum in distribuendis, de temporib. Ordinat.* d'uno, che era addetto al servizio della Chiesa Romana, come si raccoglie dalle parole: *Ecclesiæ Romanæ Subdiaconus erat;* potrà il detto testo aver luogo in quelli, che nella loro Ordinazione erano stati assegnati a servire qualche Chiesa in Roma, essendo loro proibito l'abbandonare il servizio, e portarsi ad altra Chiesa, ricevendo dal Vescovo d'essa gli Ordini superiori, che non avevano dal Papa ricevuti in Roma. *Quisquis semel in hac Ecclesia*, parla S. Gregorio della Chiesa Romana, *Ordinem sacrum acceperit, egrediendi de ea licentiam ulterius non habet*: così *nella lettera 38. del lib. 5. indict. 13. pag. 763. al tom. 2.* dell'edizione Maurina. Ma nè potrà, nè dovrà estendersi agli altri, che venendo a Roma, ricevevano per divozione il Suddiaconato, o il Diaconato dal Papa, nè erano dal Papa ascritti al servizio di veruna Chiesa di Roma; ma dopo di aver ricevuto da esso l'Ordine Sacro, ritornavano alle loro Diocesi, impiegati dai loro Vescovi al servigio di qualche Chiesa: additando lo stesso Padre Lupo con molta modestia la necessità, che v'è, di comprovare con altri monumenti, che gli ordinati *honoris causa* in Roma dal Papa a qualche Ordine Sacro, e ritornati ai loro Paesi, non potessero ricevere gli Ordini superiori, che o dal Sommo Pontefice, o da altri per sua commissione. *Voces* (dice il Padre Cristiano Lupo) *Erat Romanæ Ecclesiæ Subdiaconus: evincunt, illum fuisse Romano cardini adscriptum;* ancorchè l'epigrafe del testo gli dia un senso più amplo: *Verum Capituli epigraphe facit sensum ampliorem: Ordinatus a Papa, sine licentia Papæ ad superiores Ordines non promovetur*: prosiegue lo stesso Lupo.

Con altri fondamenti si può per altro provar vera la proposizione.

§. 5. Non accenna il Lupo i monumenti, coi quali si prova, che anche gli ordinati dal Papa *honoris causa*, e senza esser ascritti al servigio di veruna Chiesa di Roma, non potevano ricevere gli Ordini ulteriori, che o dal Papa, o da altro Vescovo di sua commissione; ancorchè si protesti seguace della sentenza, che l'ordinato dal Papa *honoris causa*, non può ricevere gli altri Ordini, che da esso, o da altri di sua licenza. Ma Noi c'ingegneremo di rinvenire il necessario per l'assunto, e di unire le ragioni dette dagli altri per convalidarlo.

Premmmissioni opportune per dilucidazione della dottrina da stabilirsi.

§. 6. Nel Dittato di S. Gregorio VII. si ritrovano due Canoni. Uno è il decimo quarto, che è concepito colle seguenti parole: *Quod Papa de omni Ecclesia, quacumque voluerit, Clericum valeat ordinare.* E l'altro è il decimo quinto, che è concepito colle seguenti parole: *Quod a Papa ordinatus, alii Ecclesiæ præesse potest, sed non militare; & quod ab aliquo Episcopo non debet superiorem gradum accipere.* Il primo di questi due Canoni è genetale, e comprende non meno le Ordinazioni de' Chierici delle altre Diocesi, che si facevano dai Papi per servirsi degli ordinati in Roma; che degli altri, che erano ordinati *honoris causa*, e che

discedebant. Alter vero de iis tantum loquitur, qui in Urbe ordinati per Pontificem, Romanæ Ecclesiæ adscribebantur: & quamvis propositum ibi interdictum recipiendi superiores Ordines ab alio Episcopo, videatur ad eos cohibitum, de quibus est sermo in Canone; ipsi tamen addemus, Nos primum allatorum Canonum protulisse, ad innuendam tantummodo auctoritatem Romani Pontificis initiandi Ordinibus cæterorum Episcoporum subditos, non solum ut eorum ministerio & opera in Urbe utatur, sed etiam ad id solum, ut eos hujusmodi decoret honore, integra ipsis præservata libertate ad suas redeundi Diœceses; haud tamen sepositio consilio derivandi subinde ex aliis fontibus Jus Pontificium, ne qui ab ipso Pontifice etiam honoris causa ordinatus fuerit, valeat a quocunque, præter quam ab eo, vel ab alio ex ejusdem delegatione, superioribus Ordinibus inaugurari.

Solidius præadductæ doctrinæ fundamentum.

§. 7. Duodecimo vertente seculo, Mediolanensi præerat Ecclesiæ Archiepiscopus Philippus Lampugnanus; cumque Mediolani plures existerent Clerici per Pontificem in Urbe ordinati, quos propterea nequibat ipse, non præobtenta a Pontifice facultate, ad superiores Ordines promovere, licet eorum opera indigeret Ecclesia, Innocentium III. Pontificem consuluit, quomodo se gerere ea in re deberet. Epistolæ summa in Pontificio responso affertur: *Sicuti ex tenore tuarum litterarum accepimus, Mediolanensis Ecclesia tam in capite, quam in membris, occasione Clericorum illorum, qui ab ipso Romano Pontifice Ordinem receperunt, adeo est ministrorum solatio destituta, ut paucos Clericos in eadem Ecclesia valeas invenire, quos ad Diaconatus, & Presbyteratus possis officium promovere.* Pergit Pontifex referens, petiisse Episcopum facultatem ordinandi præfatos; concluditque, se eandem ipsi indulgere, modo ii, quos promovere constituit, idonei sint, seque promoveri consentiant: *Verum quia Fraternitas tua supplicetur a Nobis expetiit, ut ipsius Ecclesiæ necessitatem sollicitudine paterna pensantes, tibi deberemus licentiam indulgere, manus posse illis Ordinationis imponere, super hoc tuæ Fraternitati taliter duximus respondendum, quod, ipsius Ecclesiæ necessitate pensata, si aliqui fuerint de supradictis Clericis, qui ad hoc videantur idonei, & spontanea voluntate per tuum ministerium voluerint ad Sacros Ordines promoveri, eos auctoritate Nostra tibi liceat ordinare.* Innuens Innocentius, illis verbis: *spontanea voluntate*: privilegium, quo fruuntur Ordinati a Pontifice, ne inviti superiores Ordines suscipere adigantur; quo de privilegio late differit Hallier *de Sacris Ordinationibus part. 2. sect. 5. cap. 3. art. 9. §. 1. in fine*, meminitque etiam Glossa *in Cap. Cum in distribuendis, in verb. indultum, de temporibus Ordinat.* ubi loquens de privilegiis competentibus Ordinato per Pontificem, inter cætera hoc quoque recenset: *non potest cogi ab Episcopo recipere Ordines*: superiores nimirum, qui sibi non fuerant a Pontifice collati.

Alterum privilegium Ordinati a Papa, ut invitus non cogatur ad superiorē Ordinem ascendere.

Superius adducti textus factione præsentem plane casum definiri demonstratur.

§. 8. Clerici, quos commemorat Epistola, Mediolani degebant, fuerantque Romæ a Pontifice ordinati; fuerant ergo ordinati *honoris causa*, nullique Urbis Ecclesiæ addicti. Et si hi nec ad superiores Ordines conscendere, nec eosdem poterant suscipere a Mediolanensi Archiepiscopo sine licentia Pontificis, a quo fuerant minoribus Ordinibus initiati; en Nobis plane casum Ordinatorum *honoris causa* a Summo Pontifice, qui ab uno Summo Pontifice, vel alio ex Pontificia facultate, poterant superiores Ordines recipere. Innocentii Epistola est *num. 22. lib. 1. tom. 1.* Balutianæ editionis, estque etiam impressa in præclaro Opere posthumo *De Archiepiscopis Mediolanensibus* Saffii *tom. 2. pag. 264.*,

poscia ritornavano ai loro Paesi. Il secondo dei predetti due Canoni sembra ristretto a quelli, che si ordinavano dal Papa in Roma, e venivano ascritti alla Chiesa Romana: E quantunque la proibizione di non poter ricevere gli Ordini superiori da altro Vescovo, sembri ristretta a quelli, de' quali si parla nel detto Canone; Noi però soggiungeremo aver allegato il primo de' detti due Canoni unicamente per additare l'autorità del Romano Pontefice di conferire gli Ordini ai sudditi degli altri Vescovi, non solo per servirsene in Roma, ma ancora per onorarli, lasciando loro la libertà di ritornare alle loro Diocesi; senza però abbandonare l'idea di ricavare poi da altri fonti il diritto Papale, che anche l'ordinato da lui *honoris causa*, non può, da lui, o da altri di sua commissione, ricevere gli Ordini superiori.

Più forte base, in cui fondare la dottrina addotta da principio.

§. 7. Nel secolo XII. reggeva la Chiesa di Milano l'Arcivescovo Filippo Lampugnano; ed essendo in Milano molti Chierici, che erano stati ordinati dal Papa in Roma, e che esso perciò non poteva senza la di lui licenza ordinare agli Ordini superiori, ancorchè la Chiesa ne avesse bisogno, domandò al Pontefice Innocenzo III. come doveva regolarsi. Il tenore della lettera è riferito nella risposta del Papa: *Sicut ex tenore tuarum litterarum accepimus, Mediolanensis Ecclesia tam in capite, quam in membris, occasione Clericorum illorum, qui ab ipso Romano Pontifice Ordinem receperunt, adeo est Ministrorum solatio destituta, ut paucos Clericos in eadem Ecclesia valeas invenire, quos ad Diaconatus, & Presbyteratus possis officium promovere.* Prosiegue il Papa nell'esporre, che il Vescovo gli domandava licenza di poter fare l'Ordinazione de' predetti; e conchiuda, che gliela dà, purchè quelli, che vuol ordinare, siano abili, e vogliano essere ordinati: *Verum, quia Fraternitas tua suppliciter a Nobis expetiit, ut ipsius Ecclesiæ necessitatem sollicitudine Paterna pensantes, tibi deberemus licentiam indulgere, manus posse illis Ordinationis imponere: super hoc tuæ Fraternitati taliter duximus respondendum, quod, ipsius Ecclesiæ necessitate pensata, si aliqui fuerint de supradictis Clericis, qui ad hoc videantur idonei, & spontanea voluntate per tuum ministerium voluerint ad Sacros Ordines promoveri, eos auctoritate nostra tibi liceat ordinare:* alludendo Innocenzo in quelle parole: *spontanea voluntate*: al privilegio, che gli ordinati dal Papa non possano contra la loro volontà esser astretti a ricevere gli Ordini superiori; del qual privilegio ampiamente discorre l'Hallier *de Sacris Ordinationibus part. 2. sect. 5. cap. 3. art. 9. §. 1. in fin.* facendone anche menzione la Chiosa *nel cit. Cap. Cum. in distribuendis, in verb. Indultum, de temporibus Ordination.* ove parlando de' privilegi competenti all'ordinato dal Papa, fra gli altri vi enumera il seguente: *Non potest cogi ab Episcopo recipere Ordines*, cioè i superiori, che non aveva ricevuti dal Papa.

Altro privilegio di chi è stato Ordinato dal Papa, di non essere contro sua voglia promosso.

Si prova ad evidenza, che il testo poc'anzi allegato definisce appunto la presente questione.

§. 8. Erano i Chierici, de' quali si parla nella lettera, in Milano, ed erano stati ordinati dal Papa in Roma. Erano adunque stati ordinati *honoris causa*, e non erano stati addetti al servizio della Chiesa Romana. E se questi non potevano ascendere agli Ordini superiori, e non potevano riceverli dall'Arcivescovo di Milano senza la licenza del Papa, da cui avevano ricevuti gli Ordini minori; ecco il caso degli ordinati *honoris causa* dal Sommo Pontefice, e che dal solo Sommo Pontefice, o da altri colla di lui licenza potevano ricevere gli Ordini superiori. La lettera d'Innocenzo è *la 22. del lib. 1. nel tom. 1.* dell'edizione del Baluzio, ed è ancora stampata nella bell'Opera postuma *degli Arci-*

Jus Canonicum ex quibus coalescat.

& licet in Collectionem Decretalium Gregorii IX., qua utimur in scholis, & foro, non sit relata, haud tamen propterea vim auctoritatemque amittit Canonicæ legis: uti colligitur *ex Can. Romanorum, dist.* 19. latiusque prosequuntur Cardinalis Turrecremata *in Summa, de Ecclesia lib.* 2. *cap.* 108. Fagnanus *in Cap. Statuimus num.* 42. *de supplenda negligentia Prælatorum*: Cardinalis de Aguirre *in Defensione Cathedræ S. Petri tract.* 2. *disput.* 30. *sect.* 3. Neque enim Jurisprudentia Canonica circumscribitur præfata Decretalium compilatione, sed complectitur quoque Epistolas Summorum Pontificum in ea non comprehensas, aliasque plures Constitutiones Pontificias in eamdem non relatas, torque præterea fontes, apprime perspectos omnibus, qui Canonicam facultatem, qua decet diligentia, pertractant.

Fonti della Giurisprudenza Canonica.

vescovi di Milano del Sassi *al tom.* 2. *pag.* 624. e benchè non si ritrovi inserita nella Compilazione delle Decretali di Gregorio IX., della quale ci serviamo nelle scuole, e nel foro, non perde perciò il vigore, e l'autorità di legge Canonica: come si desume *dal Can. Si Romanorum, dist.* 19. ed ampiamente proseguono il Cardinale Turrecremata *in Summa, de Ecclesia lib.* 2. *cap.* 108. il Fagnano *nel Cap. Statuimus, num.* 42. *de supplenda negligentia Prælatorum*, il Cardinale de Aguirre *in Defensione Cathedræ S. Petri, tract.* 2. *disp.* 30. *sect.* 3. non essendo ristretta la giurisprudenza Canonica alla sola sopradetta Compilazione delle Decretali, ma estendendosi ancora alle lettere de' Sommi Pontefici, che sono fuori d'essa, a tante altre Pontificie Costituzioni, che non sono in essa inserite, ed a tanti altri fonti, cogniti a tutti quelli, che trattano le materie Canoniche colla dovuta accuratezza.

Auctoritate, ratione, exemplisque confirmatur allata sententia.

§. 9. Præter Patrem Lupum iterato superius memoratum, in eam sententiam, quod ordinatus a Papa *honoris causa* non possit superiores Ordines suscipere, præter quam a Papa, vel ab alio Episcopo de ejusdem licentia, consentiunt Hallier *præcit. loco*, & Gonzalez *in Cap. Cum in distribuendis, num.* 2. *de temporib. Ordinat.*, & reliqui passim. Et quamvis se referant tantummodo ad præcit. textum *Cum in distribuendis*, nihilque meminerint de Epist. 22. Pontificis Innocentii III. non tamen omittunt aliquid afferre, quod propositam sententiam firmare valeat; nimirum, juxta generalia præcepta, non licere Inferiori manus apponere iis, quæ fuere Superioris manibus subjecta. Addunt præterea, si quo die Episcopus Sacrificium obtulit ad certum Altare, non permittitur simplex Sacerdos ad illud, eodem die, sine ipsius Episcopi licentia, celebrare, uti noscitur *ex Can. ult. de Consecrat. dist.* 2. multo potiori jure abjudicandam Episcopo facultatem, sacram peragendi Ordinationem supra Altare vivum, in quo Romanus Pontifex Ordinis Sacramentum contulit, expressa ab eo non præobtenta licentia. Scimus inter Auctores reperiri nonnneminem, qui præfatum Episcopale privilegium non agnoscit, asserens vel illud nunquam obtinuisse, vel contraria consuetudine fuisse sublatum, uti videre est apud Pasqualigum *de Sacrificio novæ legis tom.* 2. *quæst.* 1236. Verum sepposito, quod hi communi adversantur sententiæ, & in bene constitutis Diœcesibus, Episcopale privilegium religiose custoditur, ut omni Nos impedimento explicemus, ne latum quidem unguem a proposita comparatione recedentes, dicimus, super Pontificia Altaria intra Patriarchales Urbis Basilicas existentia, non posse quemquam celebrare Missam, nisi id ipsi fuerit a Romano Pontifice per Apostolicum Breve indultum; uti noscitur ex libro *Sacrarum Cæremoniarum* attributo Christophoro Marcello *lib.* 3. *sect.* 1. *cap.* 11. & uti etiam accurate animadvertitur a prædefuncto Sacellano Nostro Dominico Georgio, *in sua Liturgia Romani Pontificis tom.* 2. *dissert.* 1. *cap.* 1. *num.* 4., & per Nos quoque in ea, quam habuimus, allocutione, cum Ara major Liberianæ Basilicæ fuit consecrata, quæ allocutio impressa legitur *in appendice ad Tom. III. Bullarii Nostri, eslque numero* 3. §. 3. * Neque id tantum obtinet quoad Altaria Patriarchalium Urbis Basilicarum. Quapropter Nos præ oculis habentes id, quod gessit Sixtus V. Pontifex, cum ad Philippum II. Hispaniarum Regem dono mittens Altaris mensam a se consecratam, super quam, in Sanctorum Album referens S. Didacum, Missæ Sacrificium obtulerat, Personas simul designavit, quibus indulgebat, ut ad idem Altare Missam celebrarent; idem plane præstandum duximus tunc quum ad cl. mem. Joannem V.

L'addotta sentenza si conferma coll'autorità, ragione, ed esempj.

Ad quod Altare celebravit Episcopus, nequit eodem die celebrare simplex Sacerdos sine ejus licentia.

Un semplice Sacerdote non può celebrare nello stesso giorno al l'Altare, dove prima ha celebrato il Vescovo, senza sua licenza.

Similis vigensque prohibitio celebrandi super Altaribus Pontificiis trium Basilicarum Urbis.

Simile interdetto di celebrare sopra gli Altari Papali delle tre Basiliche di Roma.

* In hac Editione Tom. XVIII Cost. XXXVI. pag. 176. & seq.

Aliaquædam Altaria extra Urbem simili privilegio donata.

Altri Altari fuori di Roma, che godono lo stesso privilegio.

defunctum Lusitaniæ Regem misimus Altare a Nobis consecratum in Ecclesia S. Antonii Lusitanæ Nationis in Urbe; uti videre est ex Nostris litteris ad præfatum Regem datis die decima quinta Januarii 1745. jam typis evulgatis. Quod ipsum denique iterato præstitimus quoad Altare Assiensis Basilicæ, Papale & ipsum declaratum: sancivimus namque in nostra Constitutione incipiente *Filelis Dominus*, data sub annum 1754., inferenda *Tom. IV. Bullarii Nostri* *, qui nunc colligitur, & imprimitur, ne cui liceat in ipso sacra peragere mysteria sine expresso Indulto Apostolico; subindeque eâdem in Constitutione Personas designavimus, quibus offerendi ad præfatum Altare Sacrificii facultatem indulgebamus. Animadversum namque fuit, pro ea, quæ est inter Assisium & Urbem distantia, fieri nullo modo posse, ut qui dignus haberi poterat celebrandi ex religioso quodam affectu ad prædictum Altare, peculiare indultum obtineret.

* In hac Editione Tom. XIX. pag. 96. & seq.

Status repetitur præsentis quæstionis.

§. 10. Constituto autem, datoque, ut qui etiam *honoris causa* a Romano Pontifice recepit inferiorem Ordinem, puta, Diaconatum, non possit ab Inferiore ad Presbyteratus Ordinem promoveri, sed a Romano Pontifice, vel alio, de illius tamen licentia, sit promovendus; investigandum expendendumque supereſt, num idem affirmari debeat de eo, qui ordinatus Presbyter a Pontifice, consecrandus est in Episcopum, nimirum, an consecratio in Episcopum sit a Pontifice, vel alio per ipsum delegato peragenda, quod Inferiori id agere non liceat. Hic autem Nobis videris vehementer causa nostra commoveri, quasi ingressi simus immensum pelagus Scholasticarum quæstionum, an scilicet Episcopatus sit Ordo a Presbyteratu distinctus, num *adæquate*, vel potius *inadæquate* distinctus, num Character in Episcopali Consecratione impressus alius sit a Charactere impresso in susceptione Presbyteratus, vel potius sit ejusdem extensio; eoque vehementius causa Nostra commoveri videris, perpendens animo, investigandum Nobis fore historicum factum, quod conferre plurimum poterit ad præfatas involutas Quæstiones Scholasticas elucidandas; estque illud; an fuerit unquam ad Summum Pontificatum, vel ad Episcopatum canonice promotus, qui Presbyter non esset, sed simplex Diaconus, antea ipsi non collato Presbyteratu, sed tantummodo eidem ministrata Episcopali Consecratione, ex ea persuasione, quod insit videlicet Episcopali Consecrationi *eminenter*, ut ajunt, collationem Ordinis Presbyteralis: de qua quidem celebri controversia, Æneas Parisiensis Episcopus in suo libro *adversus objectiones Græcorum pag.* 210. apud Lucam de Achery *Tom. VII. Spicilegii pag.* 148. primus, ad refellendam Græcorum objectionem, de qua inferius redibit sermo, in partem affirmantem concessit, cui quoque adhæsere Pater Mabillon *in suis commentariis ad Ordinem Romanum Tom. II. Musei Italici pag.* 119. Martene *de Antiquis Ecclesiæ ritibus lib.* 1. *cap.* 8. *art.* 3. *n.* 10. Pagi *Breviario Romanorum Pontificum*, *in Vitam S. Sabiniani Pontificis*, Sandini *in notis ad Vitam S. Leonis Magni.* Negantem vero viriliter tuentur Morinus *de Sacris Ordinationibus part.* 3. *exercit.* 11. *cap.* 2. ubi hæc scribit: *Nullum extat exemplum Episcopatus non Presbytero collati.* Idipsum asseritur a Juenin *de Sacramentis dissert.* 8. *de Sacramento Ordinis in communi, quæst.* 8. *cap.* 4. cujus hæc sunt verba: *Nulli unquam collatus fuit Episcopatus Ordo, nisi qui Presbyterali jam insignitus esset.* Hæcque ipsa sententia solide confirmatur ab erudito Sacerdote Catalano, vel nunc in humanis agente, *in suis elegantibus commentariis ad Pontificale Romanum tit.* 13. *de Consecratione Electi in Episcopum §.* 7. *num.* 3. At Nos ea persuasione ducimur, posse quæstionem

Scholasticæ quæstiones de Ordine, & Charactere Episcopali.

Historica quæstio, an unquam Diaconus, non susceptо prius Presbyteratu, fuerit consecratus Episcopus; ac discrepantes Auctorum sententiæ.

alla ch. mem. del defunto Giovanni Re di Portogallo l'Altare da Noi consecrato nella Chiesa di S. Antonio, Nazionale de' Portogheſi in Roma: come può vederſi nella noſtra lettera ſcritta al detto Re ſotto il giorno 15. di Gennajo 1745. gia data alle ſtampe. Il che pure finalmente è ſtato da Noi pratticato in ordine all' Altare della Baſilica d' Aſſiſi, dichiarato Papale; avendo nella noſtra Coſtituzione, che incomincia *Fidelis Dominus*, ſpedita l'anno 1754. che ſarà inſerita *nel Tom. IV. del noſtro Bollario* *, che ſi va radunando e ſtampando, ſtabilito, che veruno in eſſo non poſſa celebrare ſenzà un eſpreſſo Indulto Apoſtolico, ed avendo poi nella ſteſſa Bolla nominate le Perſone, alle quali concedevamo licenza di poter celebrare nel detto Altare la Meſſa, eſſendoſi riconoſciuto, che non era pratticabile nella lontananza di Aſſiſi da Roma, che chi poteva meritare di celebrare la Meſſa nel detto Altare per ſua divozione, ſpediſſe un Indulto particolare.

* In hac Editione Tom. XIX. pag. 96. & ſeq.

Si eſpone di nuovo, quali ſiano i preciſi termini della queſtione preſente.

§. 10. Fiſſato, ed ammeſſo, che chi anche *honoris cauſa* ha ricevuto dal Romano Pontefice l'Ordine inferiore, per eſempio l'Ordine del Diaconato, non può ricevere dall' inferiore l'Ordine del Presbiterato, ma lo dee ricevere o dal Romano Pontefice, o da altri colla di lui licenza; ſuccede ora il dover vedere, ed eſaminare, ſe lo ſteſſo debba dirſi di quello, che ha ricevuto dal Papa il Presbiterato, e che dee conſecrarſi Veſcovo; cioè, ſe la conſecrazione in Veſcovo debba farſi dal Papa, o da altri colla di lui licenza, non eſſendo ciò permeſſo all'inferiore. E qui ci pare di vedere, ch'ella grandemente ci compatiſca, quaſi che ſiamo in procinto d' entrare nel pelago delle queſtioni ſcolaſtiche, ſe il Veſcovado ſia Ordine diſtinto dal Presbiterato, ſe ſia diſtinto *adæquate*, o pure *inadæquate*, ſe il Carattere, che nella conſecrazione Veſcovile s'imprime, ſia Carattere diſtinto dal Carattere impreſſo nel Presbiterato, o pure ſia un' eſtenſione dello ſteſſo: e ci pare di veder creſcere la ſua generoſa compaſſione verſo di Noi, conſiderando, che dovremo eſaminare un fatto iſtorico, che può molto contribuire al riſchiarimento delle ſopradette intrigate queſtioni ſcholaſtiche; ed è, ſe ſia mai legittimamente ſtato promoſſo al Sommo Pontificato, o al Veſcovado, chi non era Prete, ma ſemplice Diacono, ſenza prima ordinarlo Prete, e conferendogli ſemplicemente la conſecrazione Veſcovile, in ſequela della maſſima, che la conſecrazione Veſcovile comprenda in ſe *eminenter*, come ſi dice, la collazione dell' Ordine Presbyterale: nella qual celebre controverſia Enea Veſcovo di Parigi nel ſuo Libro *adverſus objectiones Græcorum*, *pag.* 210. appreſſo Luca d' Achery *nel tom.* 7. *dello Spicilegio pag.* 148. fu il primo, che per riſpondere all' obbiezione de' Greci, della quale parleremo in appreſſo, aderì alla parte affermativa, alla quale pure hanno aderito il Padre Mabillon *ne' ſuoi Commentarj all' Ordine Romano nel Tom. II. del Muſeo Italiano pag.* 119. il Martene *de antiquis Eccleſiæ Ritibus al lib.* 1. *cap.* 8. *art.* 3. *num.* 10. il Pagi *nel Breviario Romanorum Pontificum nella Vita di Sabiniano Pontefice*, il Sandini *nelle note alla Vita di S. Leone Magno*: e la negativa è bravamente ſoſtenuta dal Morino *de Sacris Ordinationib. part.* 3. *exercit.* 11. *cap.* 2. ove così ſcrive: *Nullum extat exemplum Epiſcopatus non Presbytero collati*: e lo ſteſſo viene aſſerito dal Juenin *de Sacramentis diſſert.* 8. *de Sacramento Ordinis in communi*, *quæſt.* 8. *cap.* 4. ed ecco le di lui parole: *Nulli unquam collocatus fuit Epiſcopalis Ordo, niſi qui Presbyterali jam inſignitus eſſet*: e queſta ſteſſa ſentenza reſta pienamente confermata dall'erudito Sacerdote Catalano, ancor vivente, *ne' ſuoi belli Commentarj al Pontificale*

Queſtioni agitate nelle ſcuole intorno all' Ordine Epiſcopale, e di lui Carattere.

Queſtione Iſtorica, ſe ſiaſi mai fatto Veſcovo un Diacono, ſenza prima ordinarlo Prete, diverſità d'opinioni.

enodare, atque dirimere, intactis omnino relictis Scholasticis controversiis; ipsa etiam declinata provincia inquirendi in factum historicum, de quo siquid deberemus attingere, assereremus, haud ita certum esse, quemadmodum non nemo sibi blanditur, Diaconos electos in Pontifices, vel Episcopos, non recepisse Presbyteralem ordinem, antequam consecrarentur Episcopi, sed a Diaconatu ad Pontificatum, vel Episcopatum, per solam Episcopalem Consecrationem conscendisse.

Rationes pro sententia negante.

§. 11. Etenim (liceat hic leviter attingere, nec plane inopportuna digressione nonnihil immorari) etsi commemorentur plures, qui simplices Diaconi, primis octo Ecclesiæ seculis, fuerunt in Summos Pontifices electi, atque iisdem seculis multos etiam adinvenire sit Diaconos, qui Episcopi evasere, uti noscitur ex *Diurno Romanorum Pontificum* edito ab Holstenio, quod opus censetur seculi septimi; quod factum est ob gerendorum negotiorum participationem, quam sibi Diaconi, ac præsertim Archidiaconi, in Pontificatus, vel Episcopatus administratione sumebant, quemadmodum perbelle advertit Papebrochius *in Conatu in Vitam S. Leonis*, pergitque Garnerius *in suis notis ad citatum Diurnum Romanorum Pontificum cap. 3. tit. 3.* neque in Vitis Diaconorum, qui Pontifices facti sunt, mentio occurrat de collato ipsis Presbyterali Ordine ante Consecrationem Episcopalem; ex hoc tamen antecedenti nunquam inferri tuto poterit, non fuisse iisdem ante Consecrationem Episcopalem collatum Ordinem Presbyteratus; imo vero locum habet præsumptio, commemoratis priori veluti extremo, Diaconatu nimirum, nec non posteriori, scilicet Episcopatu, non fuisse neglecta intermedia, ac proinde ipsam Presbyteratus collationem.

Affirmantium objectio, congruaque ejusdem solutio.

§. 12. Advertunt quidem accurati, eruditique oppositæ sententiæ propugnatores, cum Photius cætera inter objecta in Ecclesiam Latinam proposita, hoc quoque inseruisset, Episcopos assumi ex Diaconis, non collato ipsis antea Presbyteratu; post Photii objectionem, in electionibus Diaconorum in Pontifices, conspici perspicue expresseque adnotatum, fuisse ipsis, ante Papalem Consecrationem, collatum Ordinem Presbyteratus. At ne id quidem satis, ut tuta fiat assumptio; reponi namque verosimilius potest, Photium tot inter falsas criminationes adversus Latinam Ecclesiam excogitatas, eam quoque proposuisse, Diaconos nimirum inungi Episcopos, non collato ipsis antea Presbyterali Ordine; criminationis causa nimirum exinde per ipsum derivata, quod videret, in actis electionis Diaconorum ad Summum Pontificatum, vel ad Episcopatum, nullam fieri mentionem de collato Presbyteratu; ideoque ad ipsam quoque incusationis speciem removendam, existimatum fuisse peropportunum, in historica narratione Electionis Pontificum & Episcoporum, qui antea Diaconi erant, meminisse Sacerdotalis Ordinis iisdem collati: quæ quidem animadversiones ut minimum probabiles multum detrahunt jactatæ certitudini, Diaconos quondam constitisse in Pontifices, Episcopolve, Ordine Presbyterali non suscepto, consecrari.

Data responsio confirmatur propositio similimæ sanctionis exemplo.

§. 13. Sacro Tridentino Concilio *Sess. 22. cap. 2. de Reform.* cavetur, ne eligi quisquam possit Episcopus, qui sex antea mensibus non fuerit sacro Ordine initiatus: *Quicunque posthac ad Ecclesias Cathedrales erit assumendus, is non solum natalibus, ætate, moribus, vita, ac aliis, quæ a sacris Canonibus requiruntur, plene sit præditus, verum etiam in sacro Ordine antea sal-*

Romano tit. 13. de Consecratione electi in Episcopum §. 7. num. 3. Ma noi ci lusinghiamo di poter discorrere, e risolvere il proposto quesito, senza punto entrare nelle spinose questioni scolastiche, e senza l'impegno di dover assumere l'esame del fatto istorico: nel quale quando dovessimo entrare, diressimo, non esser cosa tanto sicura, quanto taluno si lusinga, che i Diaconi eletti Papi, o Vescovi, non abbiano prima della consecrazione Vescovile preso l'Ordine Presbiterale, ma siano dal Diaconato passati al Papato, o al Vescovado, colla sola consecrazione Episcopale.

Ragioni, che favoriscono l'opinione negativa.

§. 11. Imperocchè (sia quì lecito il notar di passaggio, ed il far una non affatto importuna digressione) sebbene si ritrovano molti, ch'erano semplici Diaconi, e che ne' primi otto secoli della Chiesa furono eletti Sommi Pontefici, ed anche ne' detti secoli si ritrovino molti Diaconi fatti Vescovi, come si vede *nel Diurno de' Romani Pontefici*, stampato dall'Holstenio, Opera del secolo settimo; il che deriva dall'ingerenza, che avevano i Diaconi, e particolarmente gli Archidiaconi, nel governo del Pontificato, o del Vescovado, come molto bene osserva il Papebrochio *nel Conato sopra la Vita di S. Leone*, e prosiegue il Garnerio *nelle sue note sopra il citato Diurno de' Romani Pontefici al cap. 3. tit. 3.* e nelle Vite de' Diaconi fatti Papi non si faccia menzione dell'Ordine Presbiterale conferito ad essi prima della consecrazione Vescovile; da questo antecedente però non può mai inferirsi una sicura conseguenza, che ad essi prima della consecrazione Vescovile non fosse conferito il Presbiterato: anzi ha luogo la presunzione, che, tattasi menzione del primo estremo, cioè del Diaconato, e dell'altro estremo, cioè del Vescovado, non si siano trascurati gli atti intermedj, e per conseguenza la collazione del Presbiterato.

Objezione di chi tiene l'affirmativa, e sua risposta.

§. 12. Riflettono, è vero, gli accurati, ed eruditi difensori del contrario parere, che, avendo Fozio fra le altre opposizioni fatte contra la Chiesa Latina, inserita ancor quella, che si eleggevano i Vescovi, ch'erano Diaconi, senza prima farli Preti; dopo l'opposizione di Fozio si vede nell'elezione de' Diaconi in Papa chiaramente ed espressamente riferito, che prima della consecrazione Papale, si era loro conferito l'Ordine Presbiterale. Ma ciò nemmeno basta per asficurare l'assunto; potendosi sempre con molta probabilità replicare, che Fozio fra tante altre false accuse proposte contra la Chiesa Latina, proponesse ancor quella, che i Diaconi si facevano Vescovi, senza prima dar loro l'Ordine Presbiterale; che il fondamento dell'accusa fu per appunto da esso ricavato dal vedere, che negli atti dell'elezione de' Diaconi al Sommo Pontificato, o al Vescovado, non si parlava della collazione del Presbiterato; e che però, per levare anche l'apparente pretesto, che diede fomento all'accusa, fosse creduto bene il far memoria nella Storia dell'elezione de' Papi, e de' Vescovi, che erano Diaconi, dell'Ordine Sacerdotale ad essi conferito: riflessioni per lo meno probabili, e che escludono l'avanzata sicurezza, che i Diaconi si eleggevano Papi, e Vescovi, senz'aver prima ricevuto l'Ordine Presbiterale.

Si corrobora la risposta con un argomento preso dall'intelligenza d'una legge del tutto simile.

§. 13. Il sacro Concilio di Trento *alla Sess. 22. cap. 2. de Reform.* stabilisce, che non possa uno esser eletto in Vescovo, che prima non sia stato sei mesi nell'Ordine Sacro: *Quicumque posthac ad Ecclesias Cathedrales erit assumendus, is non solum natalibus, ætate, moribus, vita, ac aliis, quæ a sacris Canonibus requiruntur, plene sit præditus, verum etiam in Sacro Ordine antea sal-*

tem sex mensium spatio, constitutus. Cumque ulterius non progrediatur Concilium, nec edicat, electum hujusmodi, antequam Consecrationem recipiat Episcopalem, ordinandum Diaconum & Presbyterum; quis unquam auferit afferere, ex Tridentini sanctione, Subdiaconum fieri posse Episcopum, aut unquam Subdiaconos consecratos fuisse Episcopos, Diaconatu, ac Ordine Presbyterali non susceptо? Imo vero quisque consentiet, satis fuisse Concilio innuere, quo gradu esse deberet assumendus in Episcopum, nec censuisse, exprimendos tunc cæteros sacros Ordines, quibus erat ante Episcopalem consecrationem initiandus.

Confirmatur opportunissima alia similitudine argumentum.

§. 14. Ad hæc, cum post plures annos a Tridentino Concilio, obtinuerit stylus inferendi in Bulla data ad Subdiaconum Electum in Episcopum, sequentia verba, antea prætermissa: *Tecum, ut Ecclesiæ N. præfici, illique præesse, ipsamque in spiritualibus, & temporalibus regere, & gubernare, ac munus Consecrationis prædictum, postquam tamen ad Sacros Diaconatus, & Presbyteratus Ordines te promoveri feceris &c.* uti videre est apud Rigantium *ad regul. 24. Cancellariæ tom. 2. §. 1. num. 17.* Quis unquam in Bulla perlegens prædicta verba antea non adhibita, tam fidenti animo erit, ut asserat, intermedio tempore, inter Concilium Tridentinum, invectamque praxim inferendi in Bulla præmemoratam formulam, Subdiaconos consecrari consuevisse Episcopos, non præsuscepto Diaconatu & Presbyteratu? Fatebitur quisque, placuisse ex accuratiori quodam studio id in Bulla exprimere, quod antea non exprimebatur quidem, sed pro indubio certoque habebatur.

Fundamenta, quibus, prætermissis indicatis controversiis, præsens quæstio dirimitur.

§. 15. Verum, rem Nostram repetentes, retinentesque, quod mox supra sumus polliciti, velle Nos propositum quæsitum dirimere, intactis penitus relictis Quæstionibus Scholasticis satis involutis, prætermissoque accurato examine præfati historici facti, dicemus, sublatis Electionibus olim celebrari solitis a Canonicis vacantis Ecclesiæ, ob gravia inde profluentia incommoda, restitutâque veteri disciplina, providendi Episcopatibus per Apostolicam Sedem; salvis tamen Concordatis initis cum aliquibus Nationibus, in quibus, retentis Electionibus, earum confirmatio reservatur Romano Pontifici; in eumdem quoque recidit jus consecrandi Episcopos, vel constituendi delegatos ad Consecrationem peragendam; etsi superioribus seculis Suffraganeorum consecratio esset Metropolitanæ reservata, nec manus in ea apponeret Summus Pontifex, præterquam si quandoque Metropolita injuste Suffraganeum consecrare abnueret, veluti noscitur ex *Rhemensi historia* Frodoardi, atque etiam ex Annalibus Cardinalis Baronii *ad annum Christi* 885. ubi cum Pontificem Stephanum VI. appellasset electus ad Episcopatum Lingonensem, retulissetque, Lugdunensem Archiepiscopum Metropolitam suum detrectare, ipsi consecrationis munus impertiri, præmissis iteratis monitionibus, ut imploratam Consecrationem perageret, ipsoque Archiepiscopo in sua contumacia obfirmato, Pontifex, usus competenti sibi in universam Ecclesiam auctoritate, in Episcopum eumdem consecravit. Vigens nunc temporis disciplina describitur a Gonzalez *in Cap. Nec Episcopus, num. 6. de temp. Ordinat.*, per hæc verba. *Hodie consecratio Episcoporum, non ex Metropolitani jussu, sed Pontificis mandato fit; cum enim Romanus Pontifex sibi reservaverit Cathedralium Ecclesiarum collationem, similiter ab ejus libito pendere voluit Episcoporum consecrationem*: quod ipsum in Pontificali Romano quoque accurate describitur, *tit. de consecrat. electi in Episcopum*; hæcque sunt verba: *Nemo consecrari debet, nisi prius constet Consecratori de commissione consecrandi, sive per litteras Apostolicas, si sit extra Curiam, sive per commissionem vivæ vocis oraculo a Summo Pontifice consecratori*

Quidquid vetustioribus temporibus obtinuerit, nunc Episcoporum consecratio est Papæ reservata.

tem sex mensium spatio, constitutus: e non passando il Concilio più oltre, e non dicendo, che il sopradetto, prima di ricevere la consecrazione Vescovile, prenda il Diaconato, e Presbiterato; chi sarà mai, che ardisca di dire, potersi in sequela del Concilio di Trento far Vescovo un Suddiacono, o essersi fatti Vescovi i Suddiaconi, senza prima aver ricevuto il Diaconato, e l'Ordine Presbiterale? Ciascheduno dirà, essersi il Concilio contentato d'indicare lo stato, in cui doveva ritrovarsi chi doveva esser Vescovo, e non aver creduto di dover in quella congiuntura esprimere gli altri Ordini Sacri, che doveva ricevere prima della consecrazione Vescovile.

Si accresce la forza all'argomento con un'altra similitudine.

§. 14. Di più, molti e molti anni dopo il Concilio di Trento essendosi introdotto il costume di mettere nella Bolla del Suddiacono, che si elegge al Vescovado, le seguenti parole, che prima non v'erano: *Tecum, ut Ecclesiæ N. præfici, illique præesse, ipsamque in spiritualibus, & temporalibus regere, & gubernare, ac munus consecrationis prædictum, postquam tamen ad Sacros Diaconatus, & Presbyteratus Ordines te promoveri feceris &c.*: come può vedersi nel Riganti *ad regul. 24. Cancellariæ tom. 2. §. 1. num. 17.* chi sarà mai, che, vedendo nella Bolla le accennate parole, che prima non v'erano, avrà il coraggio di dire, che fra il tempo del Concilio di Trento, e l'altro, in cui s'incominciò ad inferire la sopradetta formola nella Bolla, i Suddiaconi si facessero Vescovi senza prima aver ricevuto il Diaconato, ed il Presbiterato? Ciascheduno dirà, essersi per maggiore accuratezza voluto esprimere nella Bolla ciò, che prima non si esprimeva, ma si supponeva.

Fondamenti, su de' quali, lasciate da parte le dispute indicate, appoggia la decisione della presente questione.

§. 15. Ma, ritornando al nostro proposito, e memori di quanto abbiamo poc'anzi detto, di risolvere il proposto quesito, senza punto entrare nelle spinose questioni scolastiche, e senza formalmente assumere l'esame del sopradetto fatto istorico, diremo, che tolte di mezzo l'elezioni, che una volta si facevano ai Vescovadi dai Canonici della Chiesa vacante, in sequela de' gravi disordini, che in esse seguivano, e riassunta l'antica precedente disciplina, che la provista de' Vescovadi si faccia dalla Santa Sede; salvi però i Concordati fatti con alcune Nazioni, ne' quali, ammesse le elezioni, si riserva la conferma d'esse al Sommo Pontefice; resta devoluto al Papa il diritto di consecrare i Vescovi, o di deputare chi faccia la Consecrazione: ancorchè ne' secoli precedenti, la consecrazione de' Suffraganei fosse riservata al loro Metropolitano, nè il Sommo Pontefice vi s'ingerisse, se non nel caso, in cui il Metropolitano ingiustamente ricusasse di consecrare il suo Suffraganeo, come si vede *nella Storia Remense* di Frodoardo, ed anche negli Annali del Cardinale Baronio *all'anno di Cristo* 885., ove, essendo ricorso al Pontefice Stefano VI. l'eletto al Vescovado Lingonense, ed avendogli esposto, che l'Arcivescovo di Lione, suo Metropolitano, ricusava di consecrarlo; dopo averlo più volte ammonito di fare la richiesta consecrazione, e persistendo l'Arcivescovo nella sua contumacia, esso, servendosi della sua autorità nella Chiesa universale, lo consecrò Vescovo. La corrente disciplina viene descritta dal Gonzalez *nel Cap. Nec Episcopus, al num. 6. de temporib. Ordinat.* ed ecco le di lui parole: *Hodie consecratio Episcoporum, non ex Metropolitani jussu, sed Pontificis mandato fit; cum enim Romanus Pontifex sibi reservaverit Cathedralium Ecclesiarum collationem, similiter ab ejus libito pendere voluit Episcoporum consecrationem*: il che pure è puntualmente espresso nel Pontificale Romano *al tit. de consecrat. electi in Episcopum*, ed eccone le parole: *Nemo consecrari debet, nisi prius constet Consecratori de commissione consecrandi, sive per literas Apostolicas, si sit extra Curiam, sive per commissionem vivæ vocis oraculo a Summo*

Che che ne fosse anticamente, in oggi la consecrazione de' Vescovi è riservata al Papa.

factam, si consecrator ipse sit Cardinalis: pergitque Schmier *tom. 1. Jur. lib. 1. tract. 3. cap. 1. num. 569. Moderno jure consecratio Episcoporum, & Archiepiscoporum, Summo Pontifici reservata est; & ab eo specialiter delegandam esse, communiter dicitur.*

Regula in delegandis Suffraganeorum, & Metropolitarum consecrationibus præscripta a Benedicto XIII.

§. 16. Munificus Nobis Pontifex Benedictus XIII. curavit pro viribus intactum servare jus Pontificium, salvo, vel certe quominus fieri potuit imminuto veteri jure Metropolitico expresso *in Cap. Si Archiepiscopus, & in Cap. Nec Episcopus, de temporib. Ordinationum*: quoad consecrationem Suffraganeorum. Itaque cum animadvertisset, consuetam Bullam, qua absentibus Episcopis fit facultas suscipiendi consecrationem, conceptis hisce verbis expressam esse: *Cuicumque, quem maluissent, Catholico Antistiti, gratiam & communionem Sedis Apostolicæ habenti*: jussit, Mandatum *de consecrando*, quod Suffraganeo Episcopo concederetur, imposterum dirigi ad ejus Metropolitanum, tributa simul ipsi facultate, si aliquo detineretur impedimento, subdelegandi alium sibi benevisum Episcopum: casu autem sese offerente consecrandi Metropolitam, constituit, ut Mandatum *de consecrando* antiquiori Episcopo Suffraganeo inscriberetur, superaddita facultate, aliquo superaccedente impedimento, eum, quem maluisset Episcopum, substituendi. Verum tot tantæque excitatæ expostulationes, & querelæ, non solum propter incommoda, sed & ob sumptus necessariò subeundos, si Suffraganeo adeundus fuisset suus Metropolita, ut consecraretur, vel Metropolitæ Suffraganeus per ipsum consecrandus, ut quum Nos nullis licet Nostris suffragantibus meritis, ad Summum Pontificatum fuimus evecti, restitutam invenerimus veterem formulam, juxta quam, uti prædictum est, Mandatum *de consecrando* ad eum dirigitur Episcopum, quem sibi consecrandus elegit. Nec Nobis aliud quidquam datum, quàm aliquid præscribere circa Episcoporum consecrationes, quæ in Urbe peraguntur; statuimus namque, Consecrandum, cui facultas sit eligendi Consecratoris, seligere debere aut unum ex Cardinalibus Episcopali Charactere insignitum, aut aliquem ex quatuor Patriarchis plerumque in Urbe residentibus, scilicet vel Constantinopolitanum, vel Alexandrinum, vel Antiochenum, aut Hierosolymitanum; eo tantum excepto casu, quo nemo ex præfatis, quod perdifficile est, oblatum sibi consecrationis peragendæ munus acceptum haberet; in hac quippe casus hypothesi, facta est Episcopo Consecrando facultas adeundi alium quemcumque Archiepiscopum, Episcopumve, qui ei consecrationem impenderet. Neque in his edendis sanctionibus excidit Nobis Metropolitarum memoria; cum constituerimus, ne, si in Urbe præsentes sint Metropolita, ejusque Suffraganeus, consecratio Suffraganei cuiquam, præter quam suo Metropolitæ, delegetur.

Nova Methodus a Pontifice præfinita consecrationibus Episcoporum in Urbe peragendis.

§. 17. Evincit historica hæc narratio, quandoquidem Episcopi, sive a Summo Pontifice, sive a proprio Episcopo in Presbyterum ordinati, Consecratio est Summo Pontifici reservata, nunc temporis jus esse Pontificibus præcipuum, consecrationem Episcopalem peragere, vel aliis eam peragendam delegare; ideoque omnino extraneam fieri quæstionem, num, sicuti ordinatus Diaconus a Pontifice, ab uno tantummodo Pontifice, vel ab alio ex ejusdem Mandato, potest ad Presbyteratum promoveri, idem pronunciandum sit de Sacerdote per Pontificem ordinato, qui inaugurandus est Episcopus, nimirum hujus quoque consecrationem a Papa tantummodo sive ab alio per ipsum delegato,

Ex præmissis concluditur, indiscriminatim Episcoporum consecrationes ad Papã spectare, ideoque superfluum, prænotatas quæstiones aggredi.

Pontifice consecratori factam, si consecrator ipse sit Cardinalis: e profiegue lo Schmier *tom. 1. Jur. lib. 1. tract. 3. cap. 1. num. 569. Moderno jure consecratio Episcoporum, & Archiepiscoporum, Summo Pontifici reservata est; & ab eo specialiter delegandam esse, communiter dicitur.*

Metodo prescritto da Benedetto XIII. nel delegare la consecrazione delli Suffraganei, e Metropolitani.

§. 16. Il Pontefice Benedetto XIII. nostro Benefattore, fece quanto potè per mantenere il diritto Papale, senza recare, o col recare il minore possibile pregiudizio all' antico jus Metropolitico, espostо *nel Cap. Si Archiepiscopus*, e *nel Cap. Nec Episcopus, de temporibus Ordinationum*, rispetto alla consecrazione de' Suffraganei: ed avendo osservato, che la solita Bolla, in cui si concede ai Vescovi assenti il ricevere la consecrazione, era concepita colle seguenti parole: *Cuicumque, quem maluissent, Catholico Antistiti, gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habenti*: ordinò, che il Mandato *de consecrando*, che si concedeva ad un Vescovo Suffraganeo, in avvenire si dirigesse al suo Metropolitano, colla facoltà ad esso, in caso d' impedimento, di poter sostituire un altro Vescovo, che a lui fosse piacciuto; e succedendo il caso della consecrazione del Metropolitano, stabilì, che il Mandato *de consecrando* si dirigesse al Vescovo Suffraganeo più antico, colla facoltà ad esso, in caso d'impedimento, di sostituire quel Vescovo, che gli fosse piacciuto. Ma furono tali, e tanti i reclami e le querele, che si eccitarono, non meno per gl' incomodi, che per le spese, che sarebbero state necessarie, se il Suffraganeo avesse dovuto andare a ritrovare il suo Metropolitano, per essere consecrato, o se il Metropolitano avesse dovuto andare a ritrovare il suo Suffraganeo per consecrarlo, che ascesi senza verun nostro merito al Sommo Pontificato, ritrovammo rimessa in piedi l' antica formola, giusta la quale, come si è detto, il Mandato *de consecrando* si dirigge a quel Vescovo, che vien prescelto da quello, che dee consecrarsi. Nè a Noi è stato permesso il far' altro, che il dare qualche regola alle consecrazioni de' Vescovi, che si fanno in Roma; avendo stabilito, che il Consecrando, a cui, secondo il solito, si dà la facoltà di eleggere il Consecratore, debba eleggere o uno de' Cardinali insignito del Carattere Vescovile, o uno de' quattro Patriarchi per lo più residenti in Roma, cioè o quello di Costantinopoli, o quello d' Alessandria, o quello di Antiochia, o quello di Gerusalemme: eccettuato solo il caso, in cui veruno de' predetti, il che è assai difficile che succeda, accettasse di fare la consecrazione; essendosi in queste circostanze data al Vescovo Consecrando la licenza di ricorrere a qualunque altro Arcivescovo, o Vescovo, per ricevere da esso la consecrazione. Nè in queste nostre ordinazioni ci siamo scordati de' Metropolitani; avendo stabilito, che, ritrovandosi in Roma il Metropolitano, ed il di lui Suffraganeo, non si commetta a verun altro, che al Metropolitano, la consecrazione del Suffraganeo.

Nuova regola prescritta dal S. Pontefice per le consecrazioni dei Vescovi, che si fanno in Roma.

§. 17. Comprova questa istorica narrativa, che, essendo riservata al Papa la consecrazione del Vescovo, o abbia questo ricevuto il Presbyterato dal Sommo Pontefice, o dal suo Vescovo, è oggidì diritto privativo Papale il consecrare, o deputare altri, che consacri; e che perciò resta affatto estranea la controversia, se, siccome chi è stato fatto Diacono dal Papa, non può, che da esso, o da altri con sua licenza, esser promosso al Presbiterato, debba dirsi lo stesso rispetto al Sacerdote ordinato dal Papa, che si fa Vescovo, cioè che la di lui consecrazione in Vescovo debba farsi unicamente dal Papa, o da altri per sua commissione. Restano in oltre estranee le controversie

Si conclude esser diritto privativo del Papa il consecrare per se stesso, o per mezzo di un suo Delegato, in qualunque caso i Vescovi, e perciò restar superfluo l'esame delle questioni promosse.

esse scola-

esse perficiendam. Extraneæ itidem fiunt quæstiones scholasticæ de Episcopatu, sit ne ille Ordo distinctus a Presbyteratu, an impressus per ipsum character alius sit a charactere impresso in susceptione Presbyteratus, vel sit ejusdem ampliatio, extensioque; eodemque loco habenda est quæstio historica, num Diaconi fuerint unquam ad Summum Pontificatum, vel Episcopatum assumpti, non præsuscepto Presbyterali Ordine: positiva quippe lex viget, reservans Pontifici Maximo Episcoporum consecrationes, sive Episcopatus Ordo distinctus sit a Presbyteratu, sive non; & impressus in eo suscipiendo character alius sit, vel potius ampliatio characteris per Presbyteratum impressi; fuerintve alias, vel non fuerint inaugurati Pontifices, seu Episcopi, Diaconi non antea Sacerdotes ordinati, ob eam rationem, quod in Episcopatu *eminenter* contineatur Presbyteratus. Hujusmodi enim quæstiones nullum præstare possunt impedimentum juri consecrandi Episcopos, ad Pontificem, uti prædictum est, devolutum; iisdemque locus tantummodo erit quoad peractas consecrationes: quum nemo prohibeat disceptare, num Episcopatus sit Ordo a Presbyteratu distinctus, an character in Episcopali consecratione impressus differat, vel potius sit ampliatio quædam characteris in collatione Presbyteralis Ordinis impressi, itidemque an vetustioribus temporibus a Diaconatu factus sit transitus ad Episcopatum, Ordine Presbyterali non antea suscepto.

Accomodatissimo exemplo res illustratur.

§. 18. Res Nobis videtur satis perspicua: at quoties ad eandem vel magis illustrandam exemplo aliquo opus esset, illud minime desideraretur. Fuit alias instituta quæstio, an qui a Pontifice Ordinem susceperisset, exemptus propterea maneret a jurisdictione proprii Episcopi: & Pontifex Innocentius III. in sua Decretali *Per tuas, de majoritate, & obedientia*, negativum edidit responsum: *Ad quod breviter respondemus, quod, etsi decens sit, ut illis, quantum convenit, a te inter alios tibi subditos deferatur, quos benignitas Apostolica collatione ipsius Ordinis honoravit, per eam tamen ab obedientia, quam alias tibi debent, minime absolvuntur.* Hac sublata quæstione, alia in medium prolata est; nimirum, an præservata ab Innocentio III. obedientia eousque pertingeret, ut si Ordinatus a Pontifice esset a collato sibi Ordine suspendendus vel deponendus, præstari id posset ab Episcopo, vel potius esset Pontifici reservatum. Glossa, Innocentius, aliique apud Joannem Andream *in suis Commentariis in Cap. Per tuas n. 5., de majoritate, & obedientia*, docent præstari id non posse ab Episcopo: Oppositæ sententiæ adhærent Abbas *num.* 2. Felinus *col.* 1. Layman *ad præcitatum Capitulum.* Hallier autem *par.* 2. *sect.* 5. *cap.* 3. *art.* 9. §. 1. *num.* 6. mediam quamdam sequitur viam; censet nimirum, debere Episcopum concicere processum, & ad Pontificem transmittere, ut ipse in eum, quem ordinavit, sententiam proferat; id ita exposcente obsequio Summo Pontifici exhibendo. Hoc posito, si, ob prænotatam opinionum varietatem de Ordinato a Pontifice in Diaconum, vel Presbyterum, quoties res est de eo suspendendo, vel deponendo ab Ordine suscepto, exposceret quisquam, quomodo transigendum sit negotium, quoties consecratus a Pontifice Episcopus, suspendi, deponive promereretur, nulla interposita mora quisque responderet, unius Pontificis esse suspensionis, vel depositionis pœnam irrogare; cùm sacris Canonibus, sacroque Concilio Tridentino cautum sit *cap.* 8. *Sess.* 13. *de Reformat.* ut Episcoporum causæ, in quibus pro criminis objecti qualitate, comparere debeant, coram Pontifice Maximo referantur, & terminentur, sive fuerint Episcopi ab ipso consecrati,

scolastiche sopra il Vescovado, se sia Ordine distinto dal Presbiterato, se il Carattere, che in esso s'imprime, sia distinto dall'impresso nel Presbiterato, o sia estensione dello stesso; e nella medesima classe dee riporsi la questione istorica, se i Diaconi si siano mai fatti Papi, o Vescovi, senza prima aver ricevuto l'Ordine Presbiterale: essendovi di mezzo una legge positiva, che riserva al Sommo Pontefice la consecrazione de' Vescovi, o sia, o non sia il Vescovado un'Ordine distinto dal Presbiterato, o il Carattere, che in esso s'imprime, sia differente, o sia estensione dell'impresso nel Presbiterato, o siansi, o non siansi altre volte fatti Papi, o Vescovi, i Diaconi, senza prima essere stati ordinati Preti, per la ragione, che nel Vescovado *eminenter* si contenga il Presbiterato: non dovendo, nè potendo simili questioni porre verun ostacolo al jus di consecrare i Vescovi, devoluto, come si è detto, al Papa: e potendo semplicemente esser luogo alle medesime sopra le consecrazioni fatte; non essendovi chi impedisca il questionare, se il Vescovado sia un Ordine distinto dal Presbiterato, se il Carattere impresso nella consecrazione Vescovile sia differente, o sia un'estensione del Carattere impresso nella collazione dell'Ordine Presbiterale, come pure, se ne' tempj da noi remoti siasi dal Diaconato passato al Vescovado senza prima aver ricevuto l'Ordine Presbiterale.

Si pone in chiaro il tutto con una parità propriissima.

§. 18. L'affare ci sembra assai chiaro: ma, quando vi fosse bisogno di qualche esempio per renderlo sempre più chiaro, esso non mancherebbe. Fu promossa in altri tempi la questione, se avendo taluno ricevuto dal Papa l'Ordine, restasse perciò sottratto dalla giurisdizione del suo Vescovo: ed il Pontefice Innocenzo III. nella sua Decretale *Per tuas, de majoritate, & obedientia*, rispose di nò: *Ad quod breviter respondemus, quod, etsi decens sit, ut illis, quantum convenit, a te inter alios tibi subditos deferatur, quos benignitas Apostolica collatione ipsius Ordinis honoravit, per eam tamen ab obedientia, quam alias tibi debent, minime absolvuntur.* Sopito questo punto, ne fu posto sul tavoliere un altro; e fu, se l'obbedienza preservata da Innocenzo III. arrivasse a tal segno, che, meritando l'ordinato dal Papa d'esser sospeso, o deposto dall'Ordine conferitogli, ciò potesse farsi dal Vescovo, o appartenesse al Papa. La Chiosa, Innocenzo, ed altri appresso Giovanni Andrea *ne' suoi Commenti sopra il Cap. Per tuas, num.* 5. *de majoritate & obedientia*, insegnano, non potersi fare il passo dal Vescovo. Sono di contrario parere l'Abbate *al num.* 2. il Felino *alla col.* 1. ed il Layman *sopra il citato Capitolo.* E l'Hallier *nella part.* 2. *sect.* 5. *cap.* 3. *art.* 9. §. 1. *num.* 6. prende un partito di mezzo; ed è, che il Vescovo dee fare il Processo, e mandarlo al Papa, acciò esso proferisca la sentenza sopra il suo Ordinato; così eligendo l'ossequio dovuto al Sommo Pontefice. Ciò premesso, se stante la varietà delle opinioni rispetto a quello, che è stato ordinato Diacono, o Prete dal Papa, quando si tratta della di lui sospensione, o deposizione dall'Ordine ricevuto, taluno richiedesse, come debba regolarsi la faccenda, quando il Vescovo consecrato dal Papa, meritasse d'esser sospeso, o deposto; senza punto esitare, ciascheduno risponderebbe, appartenere al solo Papa il sospendere, o il deporre; essendo già stabilito ne' sacri Canoni, e nel sacro Concilio di Trento *al cap.* 8. *della Sess.* 13. *de Reformat.* che le cause de' Vescovi, nelle quali per la qualità dell'accusa debbono comparire, siano riferite avanti il Papa, e da esso terminate, o siano stati i Vescovi consecrati

sive ab alio quocunque per ipsum ad id delegato. Idipsum igitur, & in hac facti specie statuendum est, jus esse præcipuum Romani Pontificis peragere per se, vel aliis peragendam delegare Consecrationem Episcopi sive a Pontifice, sive ab Ordinario suo in Presbyterum ordinati; urgente quoad utramque facti speciem eadem ratione, intermediæ legis peculiaris, perspicuis verbis conceptæ, omnemque submoventis controversiam.

da lui, o da altri per sua commissione. Dee dunque dirsi lo stesso anche nel caso presente, cioè essere jus privativo del Romano Pontefice il consecrare, o commettere ad altri la consecrazione del Vescovo, o abbia questi ricevuto il Presbiterato dal Papa, o dal suo Ordinario; militando nell'uno, e nell'altro caso la stessa ragione della legge particolare intermedia, che parla chiaro, e toglie di mezzo tutte le brighe.

De Justinopolitani Episcopi consecratione quid peracturus sit Pontifex, declarat.

§. 19. Cum itaque, uti prædictum est, reservata sit Pontifici consecratio, ab ipsomet, vel ab alio ex ejusdem mandato, peragenda, videris ipse ex Nobis modeste scisciari, de tua Consecratione quid Nobis sit in animo. Cui quidem interrogationi respondemus, propositum Nobis esse, eamdem per Nos ipsos peragere, sequendo exemplum factæ tibi collationis Diaconatus & Presbyteratus a Munifico Nobis Pontifice Benedicto XIII., necnon in publicum testimonium amoris, quo te, virtutemque tuam complectimur, gratamque memoriam ejus, qua Nos prosequebatur prædefunctus Patruus tuus Urbevetanus Episcopus, benevolentiæ. Verum quia, qua sæpe laboramus, podagra efficere Nos potest minus idoneos satis prolixæ functioni per Nos obeundæ, si id unquam, (quod Deus avertat,) contingeret, præsentes saltem adesse volumus functioni per alium ex speciali delegatione Nostra absolvendæ.

§. 19. Restando, come si è detto, riservata al Papa la consecrazione, da farsi o da esso a drittura, o per sua commissione da altri, ci sembra ch'ella modestamente ci richieda, cosa intendiamo di fare della sua. Al che rispondiamo, essere la nostra intenzione di farla Noi stessi, seguitando l'esempio della collazione del Diaconato, e Presbiterato, fattale dal Pontefice nostro Benefattore Benedetto XIII., e per dare un pubblico attestato dell'affetto, con cui risguardiamo la sua Persona, ed il suo merito, e della memoria, che conserviamo, dell'amicizia che per Noi professava il suo Zio defunto Vescovo d'Orvieto. Ma, perchè la nostra podagra può inabilitarci alla lunga funzione, quando si faccia da Noi, se ciò mai (che Iddio non voglia) succedesse, vogliamo almeno esser presenti alla funzione, che si farà da altri per nostra espressa commissione.

Dichiarazione di quanto il S. Pontefice intende fare intorno alla consecrazione del Vescovo di Capo d'Istria.

Locus, dies, & hora peragendæ functionis.

§. 20. Peragendæ functionis dies erit 28. mensis labentis, dicata celebritati SS. Simeonis & Judæ, ita etiam statuente Pontificali Romano: *Statuta die consecrationis, quæ debet esse Dominica, vel Natalitium Apostolorum, vel etiam festiva, si Summus Pontifex hoc specialiter indulserit.* Locus, atque hora indicabuntur tibi a Præsule Reali primo Nobis Cæremoniarum Magistro. Peracta autem Consecratione, siquæ se obtulerit occasio alias ad te conscribendi litteras, te non titulo *Dilecte Fili*, veluti nunc, sed *Venerabilis Frater*, compellabimus, qui quidem titulus adeo inhærens est Characteri in Consecratione impresso, ut ne eo quidem careant Episcopi, qui Episcopalem Characterem illicite, malo eorum fato, dummodo valide receperint. Hac de re actum fuisse comperimus in particulari Congregatione de Propaganda Fide, habita 8. Novembris 1631., in qua quæsitum fuit, quo honoris titulo Pontifex appellare posset Patriarchas, Archiepiscopos, Episcoposque Schismaticos; cumque celebris Pater Waddingus adeo Bullarum, Breviumque peritus, asseruisset, dummodo valida fuisset eorum Ordinatio, Pontifices rationem habentes impressi per eam Characteris, iisdem semper tribuisse titulum *Venerabilis Fratris*, hoc ita servandum esse, statutum fuit. Ipsique vidimus, in nonnullis Brevibus datis a Summo Pontifice Innocentio XI. ad Joannem Patriarcham Alexandrinum Schismaticum, quibus illum ad sanctam Unionem invitabat, ac in aliis datis ab Innocentio XII. Pontifice ad Archiepiscopum Æthiopiæ, quibus ipsum hortabatur, ut audiret Patrem de Salem, ejusque Socios Minores Observantes Reformatos, de unione ipsius, universæque Nationis suæ cum Romana Ecclesia secum acturos, ob præadductam rationem, titulum *Venerabilis Fratris* iisdem attribui: præter complura alia exempla videnda in collatione Brevium Pontificis Clementis XI., & nominatim *tom.* 1. *pag.* 575. *& tom.* 2. *pag.* 135. Atque hic Epistolæ finem imponimus, Apostolicam tibi Benedictionem impertientes.

§. 20. Il giorno della funzione sarà quello dei 28. del mese corrente, giorno festivo de' SS. Simone e Giuda; così anche prescrivendo il Pontificale Romano: *Statuta die consecrationis, quæ debet esse Dominica, vel Natalitium Apostolorum, vel etiam festiva, si Summus Pontifex hoc specialiter indulserit.* Il luogo e l'ora le saranno indicati da Monsignore Reali primo nostro Maestro di Cerimonie. E fatta la consecrazione, capitando l'occasione di doverle scrivere qualche altra nostra lettera, le daremo il titolo, non di *Dilecte Fili*, come ora abbiamo fatto, ma di *Venerabilis Frater*, titolo talmente affisso al Carattere, che s'imprime nella consecrazione, che da esso non sono esclusi nemmeno i Vescovi, che per loro disgrazia l'hanno ricevuto illecitamente, purchè validamente l'abbiano ricevuto. Di ciò abbiamo veduto esserci discorso in una particolare Congregazione *de Propaganda Fide*, tenuta nel giorno 8. di Novembre 1631. in cui fu proposto il quesito sopra il titolo, con cui il Papa poteva onorare i Patriarchi, gli Arcivescovi, ed i Vescovi scismatici; ed avendo in essa il celebre Padre Waddingo, tanto prattico delle Bolle, e Brevi, asserito, che, purchè la loro ordinazione sia stata valida, rispettando i Papi il Carattere in essa impresso, hanno sempre mantenuto ad essi il titolo *Venerabilis Frater*, così fu risoluto che si facesse. E Noi stessi abbiamo veduto, che in alcuni Brevi scritti dal Sommo Pontefice Innocenzo XI. a Giovanni Patriarca Alessandrino scismatico, ne' quali l'invitava alla santa unione, ed in altri scritti dal Pontefice Innocenzo XII. all'Arcivescovo di Etiopia, in cui l'esortava a sentire il Padre da Salem coi suoi compagni Minori Osservanti Riformati, sopra la bramata unione d'esso, e della sua Nazione colla Chiesa Romana, per la ragione sopradetta, si dà ad essi il titolo di *Venerabilis Frater*: oltre molti altri esempj, che possono vedersi nella Raccolta de' Brevi del Pontefice Clemente XI., e particolarmente *al Tom. I. pag.* 575., *ed al Tom. II. pag.* 135. Terminiamo col darle l'Apostolica Benedizione.

S'indica il luogo, giorno, e tempo della funzione.

Titulo Venerabilis Fratris, Episcopi quoque Schismatici a Pontificibus decorantur.

Anche ai Vescovi Scismatici è dato dai Papi il titolo di Venerabile Fratello.

Dat. 20. Octobr. 1756. Pont. 17.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 20. Octobris 1756. Pontificatus Nostri Anno Decimoseptimo.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 20. Octobris 1756. Pontificatus Nostri Anno Decimoseptimo.

Dat. 20. Ottobre 1756. del Pont. 17.

CONFIR-

LXVIII. Confirmantur Motus proprius S. Pii V., & Conſtitutio Urbani VIII., contra tondentes monetas aureas & argenteas: necnon Bannimenta & Decreta adverſus falſificantes, alterantes, ac expendentes Cedulas Montis Pietatis, & Menſæ Nummariæ Sancti Spiritus: & pœnæ in illis inflictæ ad omnes Eccleſiaſticas perſonas extenduntur.

Quos degradandos, & brachio Sæculari tradêdos decrevit.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Præcemium. Pœnales quandoque leges ampliãdas, ſuadet publicum bonum.

AD curam Noſtram pertinere dignoſcimus, pro ea vigilantia, quam rectæ Juſtitiæ in Civitatibus & locis temporali Dominio Noſtro ſubjectis adminiſtrandæ præſtare debemus, omni ſtudio ſatagere, ut meritis juſtiſque pœnis ea præſertim delicta coërceantur, quæ humanæ Societatis leges perturbant, & publicæ utilitatis rationibus magnopere officiunt; eumque in finem non modo veteres Prædeceſſorum Noſtrorum Conſtitutiones confirmare, atque in uſum & memoriam hominum revocare, verum etiam eaſdem extendere, & ad caſus in ipſis non ſatis expreſſos ampliare non recuſamus, prout labentium temporum & occurrentium cauſarum neceſſitates expoſcere videntur, Noſque ad providum Reipublicæ regimen expedire in Domino judicamus.

Pœnas, in tondentes monetas aureas inflictas, ad tondentes argenteas extendit Pius V.

§. 2. Sane felicis record. Prædeceſſor Noſter S. Pius Papa V. per ſuam Schedulam Motus proprii datam Romæ apud S. Petrum octavo Kal. Novembris Pontificatus ſui anno V., cujus initum eſt: *Cum nil magis;* attendens, quod licet monetarum aurearum tonſoribus ultimi ſupplicii pœna de jure inflicta eſſet, argenteas tamen monetas tondentibus ſatis minor pœna impoſita erat; animoque reputans, pro publici commercii ſubſiſtentia nimis neceſſarium eſſe eodem juris rigore in utroque delicti hujuſmodi genere adverſus delinquentes procedere; ſtatuit atque decrevit, eos, qui argenteas tonderent monetas, ultimi ſupplicii, & ea, qua aurearum tonſores eatenus puniti fuerant, & de jure puniri debebant, pœna puniendos eſſe; volens hujuſmodi Sanctionem ab omnibus Judicibus tam in Urbe, quàm alibi in toto Statu Eccleſiaſtico, remotis impedimentis, quæ ipſis a temporalibus Terrarum, Locorum, & Civitatum Dominis objici forſan potuiſſent, debitæ executioni mandari.

Urbanus VIII Pianæ Sanctioni obnoxios voluit Eccleſiaſticos tam Sæculares, quàm Regulares intra Italiam, & inſulas adjacentes.

§. 3. Poſtmodum verò recol. mem. Prædeceſſor pariter Noſter Urbanus Papa VIII. per ſuam perpetuo valituram Conſtitutionem incipientem: *In ſuprema*, datam apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1627. Idibus Novembris, Pontificatus ſui anno IV., ejuſmodi ſtatutum, decretum, & voluntatem præfati S. Pii Prædeceſſoris approbavit, confirmavit, & innovavit; ac ad omnes & ſingulas perſonas Eccleſiaſticas, etiam quomodolibet exemptas, tam ſæculares, quàm cujuſvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Inſtituti, etiam de neceſſitate exprimendi, necnon Militiarum quarumcumque, etiam Hoſpitalis Sancti Joannis Jeroſolymitani, Regulares, non ſolum in Statu Eccleſiaſtico tunc ſibi & Sedi Apoſtolicæ mediate vel immediate ſubjecto, ſed etiam in omnibus & ſingulis Provinciis, Regnis, Civitatibus, Terris, & Locis, in Italia dumtaxat, exiſtentes, quæ aureas & argenteas monetas tondere, vel aliàs, ut ibi latius exponitur, circa eas delinquere præſumpſiſſent, extendit & ampliavit; volens ut Eccleſiaſtici hujuſmodi, culpabiles in præmiſſis reperti, prævia degradatione, Curiæ ſæculari puniendi traderentur.

§. 4. Cum autem hujuſmodi delicta, perverſis hominum cupiditatibus ſuadentibus, interdum pullulare non deſinant, ac præterea nonnulli perditionis filii ſæpe reperti fuerint, qui majore commercii publici, & privatorum, ſeu etiam Communitatum, & Univerſitatum, ac Locorum Piorum, ipſiuſque forſan Cameræ Apoſtolicæ detrimento, Syngraphas, ſeu Cedulas tam Montis Pietatis & Depoſitorum hujus Noſtræ Almæ Urbis, quàm Menſæ Nummariæ Sancti Spiritus, aut falſas conficere, aut genuinas corrumpere & alterare, alii autem, qui eas vel falſas, vel corruptas & alteratas, ſive in Urbe, ſive in aliis Civitatibus & Locis Ditionis Eccleſiaſticæ, ubi nimirum hujuſmodi Syngraphæ liberum obtinent curſum, & non ſecus ac auri & argenti ſignati monetæ, expenduntur, expendere præſumpſerint; & licet adverſus hujuſmodi delinquentes, cujuſcumque ſtatus, ordinis, & conditionis exiſtant, condignæ pœnæ, etiam ultimi ſupplicii, in generalibus Bannimentis, tam per Congregationem Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſuper Conſultationibus Negociorum univerſi Status Eccleſiaſtici, quàm per pro tempore exiſtentes prædictæ Almæ Urbis Gubernatores ejuſdem S. R. E. Vice-Camerarios, ac etiam Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarios, Noſtra & Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum auctoritate, editis & promulgatis, aliiſque Pontificiis legibus & Conſtitutionibus, inflictæ, latæ, & decretæ comperiantur; Cum tamen in occurrentibus cauſarum judiciis dubitari contigerit de omnimoda & plenaria hujuſmodi pœnalium ſanctionum extenſione ad perſonas Eccleſiaſticas hujuſmodi delictorum reas compertas, nec ſine ſpeciali definitione Noſtra hujuſmodi dubia ſubmoveri poſſe viſum fuerit.

Pœna ultimi ſupplicii ſæpius quoque decreta in falſantes, ſeu corrumpentes Cedulas Montis Pietatis, vel Banci S. Spiritus; eaſque ſcienter expendentes.

Suborta queſtio, an ſanctionibus hiſce pœnalibus omnimode afficerentur Eccleſiaſtici.

§. 5. Idcirco Nos præfatas S. Pii V. & Urbani VIII. Prædeceſſorum leges atque Conſtitutiones contra tondentes monetas aureas & argenteas, ſeu alias circa eas delinquentes, nec non præmiſſa Bannimenta, aliaque ſtatuta & decreta adverſus falſificantes, & alterantes dictorum Montis, & Menſæ Nummariæ Syngraphas, ſeu Cedulas, eaſdemque falſas, ſeu alteratas ſcienter expendentes, quarum & quorum tenores præſentibus litteris pro inſertis haberi volumus & decernimus, in omnibus & per omnia approbamus, confirmamus, & innovamus: Ac præterea earumdem præſentium tenore, necnon Motu proprio, & certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis Noſtræ plenitudine, prædictam Urbani VIII. Conſtitutionem, quæ incipit: *In ſuprema* *, cum omnibus decretis & clauſulis in ea contentis, ad omnes & ſingulas perſonas Eccleſiaſticas, etiam quomodolibet exemptas, tam ſæculares, quam cujuſvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Inſtituti, etiam de neceſſitate exprimendi, necnon Militiarum quarumcumque, etiam Hoſpitalis S. Joannis Jeroſolymitani, Regulares, prædictas Cedulas falſificantes, ſeu aliter circa eas, & cum iis, ut infra, delinquentes, expreſſe extendimus & ampliamus; Itaut quicumque, etiam Eccleſiaſtici hujuſmodi, prædictorum Montis Pietatis hujus Almæ Urbis, & Menſæ Nummariæ Sancti Spiritus, Cedulas falſificaſſe, nimirum falſas ad verarum imitationem & ſimilitudinem confeciſſe, ſeu veras in ſubſtantialibus corrupiſſe, & quoad valorem in quacumque ſumma alteraſſe, quique in hujuſmodi falſificatione, ſeu corruptione & alteratione, quolibet modo complices fuiſſe, nimirum aliqua ratione ea in re doloſe operam præſtitiſſe, etiamſi falſificatio,

Tollitur, ſubjiciendo ipſos Eccleſiaſticos Cedulas hujuſmodi corrumpentes, vel doloſe expêdentes, omnibus pœnis in Urbani Conſtit. ſtatutis.

* In hac Editione Tom. V. Conſtitut. CLVIII. pag. 233.

corru-

corruptio, & alteratio hujuſmodi extra Ditionem Eccleſiaſticam patrata fuerit, quique demum hujuſmodi Cedulas, ſeu falſas, ſeu, ut ſupra, corruptas & alteratas, tam in prædicta Urbe, quam in Bononien., Ferrarien., Beneventana, aliiſque Civitatibus, Terris, Oppidis, & Locis Italiæ, Nobis & Sedi Apoſtolicæ prædictæ mediate vel immediate ſubjectis, ſcienter expendiſſe comperti fuerint, iiſdem pœnis, etiam ultimi ſupplicii, quibus tondentes monetas aureas & argenteas, ſeu aliter circa eas delinquentes, juxta præmiſſas S. Pii V. & Urbani VIII. Prædeceſſorum leges & Conſtitutiones ſubjecti ſunt, pariformiter puniantur, & cum effectu ſubjiciantur; &, ſi Eccleſiaſtici fuerint, etiam exempti & privilegiati, ut ſupra, prævia degradatione, Curiæ Sæculari puniendi tradantur.

Prohibitio aliter judicandi.

§. 6. Atque ita, & non aliter, in quibuſvis ejuſdem Urbis, & Ditionis Eccleſiaſticæ Tribunalibus, ac per quoſcumque Judices in hac materia competentes, etiam ſpecifica & individua mentione dignos, contra delinquentes in præmiſſis, etiam Eccleſiaſticos exemptos, & privilegiatos, ut ſupra, in Judicio confeſſos, ſive legitime convictos, procedi, decerni, judicari, & ſententiari omnino mandamus; ſublata cuilibet aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate; ac irritum & inane decernentes, ſi ſecus ſuper his a quolibet eorum ſcienter vel ignoranter judicari contigerit.

Ampliſſima derogatio cõtrariis.

§. 7. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis aliis, etiam Apoſtolicis, & in Generalibus, Provincialibus, aut Synodalibus Conciliis editis Conſtitutionibus & Ordinationibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apoſtolicis, præfatis Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Inſtitutis, etiam de neceſſitate exprimendis, nec non Militiis quibuſcumque, etiam Hoſpitali Sancti Joannis Jeroſolymitani, & aliis Religioſis ac piis locis, aliàs conceſſis, ac ſæpius confirmatis & innovatis; ac eorumdem, & quarumvis, etiam Urbis præfatæ, nec non Bononien., Ferrarien., Beneventanæ, aliarumque Ditionis prædictæ Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Caſtrorum, & Locorum, ac omnium & quorumcumque Tribunalium in ipſis conſiſtentium, etiam confirmatione Apoſtolica, ſeu quavis alia firmitate roboratis, ſtatutis, reſolutionibus, uſibus, ſtylis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus: Quibus omnibus & ſingulis, eorum omnium tenores pro expreſſis, ac de verbo ad verbum præſentibus inſertis, necnon præſcriptas in ipſis derogationum formas pro plene obſervatis habentes, ad præmiſſorum effectum dumtaxat, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine præfatis, ſpecialiter & expreſſe derogamus, ac ſufficienter derogatum fore decernimus; cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Sumptuum fides.

§. 8. Volumus autem, quod præſentes in Valvis Eccleſiæ Lateranen., Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac in aliis conſuetis ejuſdem Urbis locis, publicentur & affigantur; & poſtquam ſic affixæ & publicatæ fuerint, omnes & ſingulos perinde arctent & afficiant, ac ſi unicuique nominatim & perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Sanctio pœnalis.

§. 9. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam Noſtræ approbationis, confirmationis, & innovationis, extenſionis, ampliationis, mandati, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. 31. Octobris 1756. Pont. anno 17.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLVI., pridie Kalendas Novembris, Pontificatus Noſtri Anno 17.

J. Card. Pro-Dat. *D. Card. Paſſioneus.*

VISA De Curia J. C. Boſchi.

Loco † Plumbi. L. Eugenius.

Præſcribitur ratio conſtruendi Proceſſus tum ſuper ſtatu Eccleſiarum in partibus infidelium exiſtentium, & Populum fidelem habentium, quarum proviſiones in Congregatione de Propaganda Fide proponuntur; tum ſuper meritis præficiendorum iiſdem Eccleſiis. LXIX.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prœmium. Providentia Pontificis circa ea, quæ a Prædeceſſoribus ſancita ſunt, pro iis, qui ad paſtorale munus ſunt promovendi.

GRaviſſimum Apoſtolicæ procurationis miniſterium, quod a ſupremo Paſtorum Principe Jeſu Chriſto per ineffabilem divinæ bonitatis ſuæ abundantiam imbecillitati Noſtræ impoſitum eſt, & præclara Apoſtolicæ providentiæ ratio a ſel. record. Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris inita, ſervata, ac tradita, jure ac merito a Nobis quoque exigunt, ut illa, quæ ipſi Romani Pontifices Prædeceſſores quomodolibet, ac præſertim pro forma ac diſpoſitione promovendorum ad paſtorale Eccleſiarum in infidelium partibus exiſtentium, populumque fidelem habentium regimen ſtatuerunt, ſive nova confirmatione, quò firmius ſubſiſtant, & ſerventur exactius, ſive pro rerum viciſſitudine novis præſcriptionibus, & additamentis indigeant, de novo deinceps approbare, & Apoſtolicæ auctoritatis præſidio, quatenus opus ſit, munire; aliiſque Pontificiæ benignitatis documentis, & ſtatutis ampliare, & augere ſatagamus, & adnitamur.

Conſtitutio hac de re edita a Gregorio XIV. atque etiam inſtructiones ab Urbano VIII., & Clemẽte XI. pro conficiendo in Promovẽdos proceſſu evulgatæ.

§. 1. Sane poſt provida, ac ſalutaria decreta Concilii Tridentini ſuper iis, qui ad Cathedrales Eccleſias promoveri deberent, ſel. record. Gregorius PP. XIV. Prædeceſſor Noſter, qui dum in minoribus eſſet, eidem Tridentino Concilio interfuerat, ſtatim Apoſtolicas ſuas ſub plumbo expeditas Literas dedit. In ipſis certe omnia ad hujuſmodi negotium opportuna, ac neceſſaria continentur. Porro, quò clarius ad praxim eadem ab ipſo Gregorio Prædeceſſore ſtatuta reducerentur, juſſu recol. mem. Urbani PP. VIII. itidem Prædeceſſoris Noſtri anno 1627. ex Typographia Cameræ Apoſtolicæ prodiit in lucem Inſtructio particularis circa conficiendos Proceſſus inquiſitionis in qualitates eorum, qui promovendi ſunt ad regimen Cathedralium, aut aliarum ſuperiorum Eccleſiarum, vel Monaſteriorum, ad hoc ut in dictis Proceſſibus conficiendis ſerventur Sacri Canones, & Concilia Generalia, præſertim Tridentinum, & Conſtitutio ſel. rec. Gregorii PP. XIV. ſuper forma Proceſſuum conficiendorum ſub dat. Idibus Maiis 1591. Pontificatus ſui anno primo. Hanc autem Inſtructionem alia quoque ſubſequuta fuit, quæ in Congregatione particulari nonnullorum Romanæ Curiæ Prælatorum deputata a ſel. pariter rec. Clemente PP. XI. itidem Prædeceſſore Noſtro, & de Nobis meritiſſimo, atque in ædibus bon. mem. Joſephi ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Sacripanti tunc temporis Congregationi de Propaganda Fide Præfecti die 9. menſis Octobris anno 1716. habita, maxime vertitur, cum adveniente caſu vacationis, ac proinde proviſionis earum Eccleſiarum, quæ ſunt in partibus infidelium, & nihilominus habent populum fidelem, Proceſſus promovendorum ad hujuſmodi Eccleſias plerumque difficulter in hac alma Urbe Noſtra confici poſſit.

Pro Eccleſiis, quæ ſunt in partibus Infidelium haud

§. 2. Verum cum Eccleſiæ, quæ ſunt in partibus infidelium, & populum habent fidelem, proponantur in Congregatione de Propaganda

Fide,

haud facile, quæ in illis instructionibus decreta sunt, præstari possunt.

Fide, & consentaneum sit, ut quantocius de iisdem provideatur, ne diutius Pastore careant cum spirituali animarum detrimento; atque etiam cum Processus super statu Ecclesiarum, meritisque eligendorum, juxta laudatam utramque Instructionem, difficulter in Urbe confici possint, & experientia compertum sit, hujusmodi Processus longius protrahi, si alicui Episcopo in illis partibus immoranti committantur; eapropter Nos pro Apostolica omnium Ecclesiarum solicitudine Nobis injecta a Pastorum Principe Jesu Christo, cujus supremas vices in terris plane immerentes gerimus, primum quidem Apostolica Auctoritate, tenore præsentium, utramque Instructionem tum Urbani, tum Clementis Prædecessorum Nostrorum, quas hisce præsentibus pro insertis haberi volumus, confirmamus, atque in iis, quæ infra dicenda sunt, quatenus adversentur, & opus sit, derogamus, & derogatum esse statuimus; deinde vero decernimus, & mandamus, ut ad omnes & singulos Venerabiles Fratres Antistites transmittantur Interrogatoria in hisce Nostris præsentibus Literis inserta. Præterea præcipimus, ut responsiones ipsi Antistites reddant, easque sua manu subscribant, ac proprio sigillo obsignent. Insuper jubemus hujusmodi responsiones asservari in Archivo ejusdem Congregationis de Propaganda Fide, ut quoties vacatio alicujus Ecclesiæ contigerit, loco Processus super illius statu, exhibeantur. Denique volumus, ac statuimus, ut cum novus Episcopus vel Archiepiscopus possessionem Ecclesiæ susceperit, ad ipsum mittantur prædicta Interrogatoria, quibus ut supra respondebit: ex quo colligi possit, utrum spatio temporis aliqua mutatio intervenerit.

Eædem instructiones, confirmatur, & approbantur: subjiciuntur tamen, quæ loco processus satis haberi debeant, super statu Ecclesiarii in partibus infidelium.

Interrogatoria super statu Ecclesiarum Albaniæ, Macedoniæ, Serviæ, Bulgariæ, Persidis, & Armeniæ.

I. In qua Provincia sit Civitas &c.; cujus situs, qualitatis, & magnitudinis sit; quot confletur domibus, & a quibus Christifidelibus inhabitetur; cujus dominio in temporalibus subjaceat?

II. An in illa Civitate sit Ecclesia Cathedralis, vel Metropolitana; sub qua invocatione; cujus structuræ, & qualitatis? aut aliqua reparatione indigeat?

III. Si est Ecclesia Archiepiscopalis, quot Episcopos Suffraganeos habeat, & qui sint? si vero est Episcopalis, cui Archiepiscopo sit Suffraganea?

IV. An in dicta Ecclesia cura animarum exerceatur; per quem; an sit in ea Fons Baptismalis, an servetur Sacrosancta Eucharistia publice, an vero privatim cum lampade, nec non olea sacra cum decentia?

V. An habeat Sacrarium sufficienter instructum cum sacra suppellectili, cæterisque rebus ad Divinum cultum, & etiam ad Pontificalia exercenda necessariis; & Cœmeterium, in quo Catholicorum corpora solummodo sepeliantur.

VI. An sint in ea Corpora, vel aliquæ insignes reliquiæ Sanctorum; & quomodo asserventur?

VII. An habeat domum pro Archiepiscopi, vel Episcopi habitatione, ubi, & qualem; quantum distet ab Ecclesia; & an reparatione indigeat?

VIII. Qui sit verus valor reddituum mensæ Archiepiscopalis, vel Episcopalis; ad quam summam annuatim ascendant, & in quibus consistant?

IX. Quot existant in illa Civitate Ecclesiæ Parochiales; & an unaquæque habeat Fontem Baptismalem; quot item in illa existant Beneficia Ecclesiastica, legata pia, & Confraternitates? Quinam ibi sint Regulares, & an Conventus formatos habeant, aut Hospitia?

X. Quantum sit ampla Diœcesis; quot, & quæ loca amplectatur; & quot in singulis locis existant familiæ Catholicæ?

XI. An, & quantum, Catholicæ Religionis exercitium, Sacramentorum administratio, divinique verbi prædicatio a Gubernatoribus infidelibus permittatur?

XII. Quot Sacerdotes seculares indigenæ, & exteri sint in Diœcesi; & quot Clerici sint studiorum causa in aliquo Collegio, vel Seminario?

XIII. An sit magister aliquis, qui juventutem in literis, & rudimentis fidei instituat.

Interrogatoria super statu Ecclesiarum Maris Ægei.

I. In qua Provincia sit Civitas &c.; cujus situs, qualitatis, & magnitudinis sit; quot confletur domibus; & a quibus Christifidelibus inhabitetur; cujus dominio in temporalibus subjaceat?

II. An in illa Civitate sit Ecclesia Cathedralis, vel Metropolitana; sub qua invocatione, cujus structuræ, & qualitatis; aut aliqua reparatione indigeat?

III. Si est Ecclesia Archiepiscopalis, quot Episcopos Suffraganeos habeat, & qui sint; si vero est Episcopalis, cui Archiepiscopo sit Suffraganea?

IV. Quot, & quales sint in dicta Ecclesia Dignitates, Canonicatus, & alia Beneficia Ecclesiastica; quis sit numerus omnium Presbyterorum, & Clericorum inibi in Divinis inservientium; quæ sit Dignitas major post Pontificalem; quales sint redditus Dignitatum, Canonicatuum, & aliorum Beneficiorum; & an adsint præbenda Theologalis, & Pœnitentiaria?

V. An in ea cura animarum exerceatur; per quem; an sit in ea Fons Baptismalis?

VI. An habeat Sacrarium sufficienter instructum sacra supellectili, cæterisque rebus ad Divinum cultum, & etiam ad Pontificalia exercenda necessariis, Chorum, Organum, campanile cum Campanis, & Cœmeterium?

VII. An sint in ea Corpora, vel aliquæ insignes reliquiæ Sanctorum; & quomodo asserventur?

VIII. An habeat domum pro Archiepiscopi, vel Episcopi habitatione, ubi, & qualem; quantum distet ab Ecclesia; & an reparatione indigeat?

IX. Qui sit verus valor reddituum mensæ Archiepiscopalis, vel Episcopalis; ad quam summam annuatim ascendant; in quibus consistant?

X. Quot existant in illa Civitate Ecclesiæ Parochiales; & an unaquæque habeat Fontem Baptismalem; quot Monasteria virorum, & mulierum; quot Confraternitates, & Hospitalia; & an ibi sit Mons Pietatis?

XI. Quantum sit ampla Diœcesis; quot, & quæ loca amplectatur; quot in singulis locis existant familiæ Catholicæ; an, & quantum, Catholicæ Religionis exercitium, Sacramentorum administratio, Divinique verbi prædicatio a Gubernatoribus infidelibus permittatur?

XII. Quot Sacerdotes seculares indigenæ, & exteri, sint in Diœcesi; & quot Clerici sint studiorum causa in aliquo Collegio, vel Seminario?

XIII. An sit magister aliquis, qui juventutem in literis, & rudimentis fidei instituat?

§. 3. Qui ad hujusmodi Ecclesias promovendi sunt, si Romæ adfuerint, vel in Italia; Processus super qualitate personæ conficiatur: Si vero extra

Quid in processu super qualitatibus promovendi servandum sit, præscribitur.

extra Italiam morentur, ac duo teſtes in Urbe ſint, qui poſſint de illis ferre teſtimonium, tunc idem Proceſſus ſuper qualitate perſonæ minime prætermittatur. Quod ſi prædicti teſtes non adſint, tunc ſufficiens habeatur judicium ejuſdem Congregationis, quæ illum a Summo Pontifice eligendum conſuluit.

Interrogatoria ſuper qualitatibus Promovendi.

I. An cognoſcat promovendum, quomodo, a quo tempore citra; an is ſit ejuſdem promovendi conſanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, æmulus, vel odioſus?

II. An ſciat, in qua Civitate, vel loco, & Diœceſi, promovendus ſit natus; & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

III. An ſciat, ipſum eſſe natum ex legitimo matrimonio, atque honeſtis, & Catholicis parentibus; & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

IV. An ſciat, cujus ætatis ſit, præſertim an expleverit annum trigeſimum; & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

V. An ſciat, eum eſſe in ſacris ordinibus conſtitutum; quibus, a quo tempore citra, præſertim an ante ſex menſes; & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

VI. An ſciat, eum eſſe in Eccleſiaſticis functionibus, & in exercitio ordinum ſuſceptorum diu verſatum in ſuſceptione Sacramentorum frequentem, & devotum; & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

VII. An ſciat, eum ſemper Catholice vixiſſe, & in fidei puritate permanſiſſe; & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

VIII. An ſciat, eum prædituм eſſe innocentia vitæ, boniſque moribus, & an ſit bonæ converſationis, & famæ: & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

IX. An ſciat, eum eſſe virum gravem, & prudentem, & uſu rerum præſtantem; & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

X. An ſciat, eum aliquo gradu in Jure Canonico, vel in ſacra Theologia inſignitum eſſe; quibus in locis; quanto tempore; & quo fructu ipſi Theologiæ, vel Juri Canonico operam dederit; & an vere ea doctrina polleat, quæ in Epiſcopo requiritur, ad hoc, ut poſſit alios docere; & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

XI. An ſciat, eum aliquo munere aliquando functum eſſe, vel circa curam animarum, aut regimen alterius Eccleſiæ ſe exercuiſſe; & quomodo in eis ſe geſſerit, tam quoad doctrinam, quam quoad prudentiam, integritatem, & mores; & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

XII. An ſciat, eum aliquando publicum aliquod ſcandalum dediſſe circa fidem, mores, ſive doctrinam; vel aliquo corporis, aut animi vitio, aliove Canonico impedimento teneri, quominus poſſit ad Eccleſiam Cathedralem promoveri; & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

XIII. An eum idoneum eſſe exiſtimet ad bene regendam Eccleſiam Cathedralem, & præſertim eam, ad quam ipſe eſt promovendus; an dignum, qui ad illam promoveatur; & an ipſius promotionem eidem Eccleſiæ utilem, & proficuam futuram eſſe cenſeat; & quare ita exiſtimet?

Quid in Epiſcopo ab una ad aliam Eccleſiam transferendo.

§. 4. Si quis Epiſcopus ab una Eccleſia ad aliam transferendus ſit, tunc obſerventur ea omnia, quæ num. 1. decernuntur, quoad Proceſſum ſuper ſtatu Eccleſiæ; pro altero vero, qui conficiendus erit ſuper qualitate transferendi, ea ſerventur, quæ num. 2. præſcribuntur.

Interrogatoria ſuper qualitate Epiſcopi ad alteram Eccleſiam transferendi.

I. An teſtis cognoſcat Epiſcopum transferendum; quomodo, & a quo tempore citra; an ſit ipſius conſanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, inimicus, æmulus, vel odioſus?

II. An ſciat, ipſum conſecrationis munus ſuſcepiſſe; & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

III. An ſciat, per quot annos fuerit Epiſcopus illius Eccleſiæ; & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

IV. An ſciat, eum in ſua Eccleſia, & Diœceſi aſſidue reſediſſe; & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

V. An ſciat, eum diligenter ſæpedictam ſuam Eccleſiam, & Diœceſim viſitaſſe; opportune omnibus neceſſitatibus occurriſſe, & provideriſſe; ejuſque decreta, & mandata debitæ exequutioni demandari curaſſe; & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

VI. An ſciat, eum ſæpe ſolemniter celebraſſe; Ordinationes juxta neceſſitatum exigentiam habuiſſe; Confirmationis Sacramentum adminiſtraſſe; cæteraque Pontificalia exercuiſſe; & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

VII. An ſciat, eum pietatis, caritatis, & prudentiæ in gubernando ſpeciem dediſſe, ac verbo, & exemplo profeciſſe; & quæ ſit cauſa ſcientiæ.

VIII. An ſciat, eum prudenter ubilibet, & diligenter ſe geſſiſſe in defendendis, conſervandis, & augendis juriſdictionibus ſpirituali, & temporali, juribus, ac bonis omnibus ſuæ Eccleſiæ; & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

IX. An ſciat, vere ea doctrina ipſum ad præſens pollere, quæ in Epiſcopo requiritur, ad hoc, ut poſſit alios docere; & quæ ſit cauſa ſcientiæ?

X. An dignum eum exiſtimet, qui transferatur ad Eccleſiam N.; & an cenſeat, ejus translationem fore ipſi Eccleſiæ N. utilem, & proficuam; & quare ita exiſtimet, & cenſeat?

Quid dena in Vicariis Apoſtolicis charactere Epiſcopali inſignitis?

§. 5. Denique cum pro Vicariis Apoſtolicis titulo, & charactere Epiſcopali inſignitis nullus Proceſſus conficiatur ſuper ſtatu Eccleſiæ; attamen ſi in Urbe, vel in Italia commorentur, ſin autem extra Urbem, & Italiam exiterint, ac duo teſtes in Urbe reperiantur, qui teſtimonium ferre poſſint, tunc fiat Proceſſus ſuper qualitate perſonæ. Proceſſus vero in hac alma Urbe Noſtra conficiendi omnino conficiantur coram Noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis Auditore. Quod ſi etiam teſtes deficiant, ſufficiens habeatur judicium ejuſdem Congregationis, quæ illum a Summo Pontifice eligendum conſulet.

Firmitati præmiſſorum conſulitur.

§. 6. Omnia itaque, & ſingula a Nobis, ut præmittitur, præſcripta, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, approbamus, & confirmamus; illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus: ſalva tamen ſemper auctoritate memoratæ Congregationis de Propaganda fide. Decernentes, præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, ſemper firma, valida, & efficacia exiſtere, & fore; ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter obſervari debere: ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, & eorumdem Cardinalium Congrega-

gregationes, & quoſvis alios quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quibuſcumque Decretis in genere, vel in ſpecie, aut aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Sumptuum fides.

§. 7. Volumus autem, ut earumdem præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu Præfecti, & Secretarii præfatæ Congregationis ſubſcriptis, & ſigillo ejuſdem Congregationis munitis, eadem prorſus fides habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Dat. die 18. Januar. 1757. Pontificatus XVII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 18. Januarii MDCCLVII. Pontificatus Noſtri anno decimoſeptimo.

Cajetanus Amatus.

LXX.

Confirmatur Decretum Congregationis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium univerſali adverſus hæreticam pravitatem Inquiſitioni Præpoſitorum, coram Sanctitate Sua habitæ, pro tollendis conciliandiſque diſſidiis & controverſiis, inter nonnullos Antiſtites Indiarum Occidentalium, & Miſſionarios Societatis Jeſu, exortis, ſuper conceſſione Diſpenſationum Matrimonialium, juxta facultates ab Apoſtolica Sede utriſque concedi ſolitas.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Catholici Regis ſtudiſu pro tollendis diſſidiis inter Miſſionarios Soc. Jeſu, & Ordinarios locorum in Indiis circa diſpenſationes, quoad impedimenta Matrimonii, excitatis.

CUm Venerabilis Frater Noſter Joachimus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Portocarrero nuncupatus Epiſcopus Sabinenſis, nomine Cariſſimi in Chriſto Filii Noſtri Ferdinandi Hiſpaniarum Regis Catholici, cujus regiis negotiis apud Nos & Apoſtolicam Sedem agendis præeſt, Nobis expoſuerit, obortis quibuſdam dubiis circa facultates concedendi Diſpenſationes Matrimoniales, quibus Dilecti Filii Presbyteri Societatis Jeſu, Miſſionarii per Indias Orientales & Occidentales conſtituti, ex Apoſtolicæ Sedis Indultis gaudere dicuntur, & circa hujuſmodi facultatum uſum & exercitium; ad removendas diſſenſiones inter eoſdem Presbyteros Miſſionarios, & Ordinarios locorum, ſedandoſque conſcientiarum & animorum motus, Noſtram ejuſdemque Apoſtolicæ Sedis definitionem magnopere exoptari; cumque, præter urgens paſtoralis curæ & ſollicitudinis debitum, quo ad hujus præſertim generis officia impellimur, gratiſſimum Nobis accidat juſtis ſemper & æquis præfati Catholici Regis votis obſecundare; ſtatim propoſitæ materiæ diſcuſſionem demandavimus Congregationi Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium, in rebus Fidei, aliiſque Sancti Officii nuncupati negotiis Generalium Inquiſitorum; haud tamen propterea refugientes laborem ſtudiumque ſingula per Nos ipſos inſpiciendi atque diſcutiendi. Itaque coacta coram Nobis die 29. Julii elapſi anni 1756. prædictorum Cardinalium Congregatione, auditis etiam prius Conſultoribus, tum Sacræ Theologiæ Magiſtris, tum Canonici Juris Peritis, captæ editæque fuerunt ſequentes reſolutiones, diſtinctim expreſſæ in infraſcripto Decreto, quod ipſi jam tum approbavimus & confirmavimus, cujuſque tenor talis eſt, videlicet.

Libentiſſime a Pontifice præſtita ad hoc negotium opera, coacta coram ſe Cong. Cardinalium S. Officii.

Hoc editum ab ea decretum.

DECRETUM.

Occaſio obortæ controverſiæ recenſetur.

CUm olim R. P. Ignatius de Padilla, quo tempore Civitati Sancti Dominici in Inſula Hiſpaniola Indiarum Occidentalium præerat Archiepiſcopus, complures excitaſſet controverſias adverſus Presbyteros Societatis Jeſu, circa Diſpenſationes Matrimoniales, quibus nimirum ipſi, in vim ſpecialium facultatum ſibi, ut aſſerebant, competentium, cum Neophytis Indiarum Orientalium & Occidentalium, ſuper impedimentis Matrimonii dirimentibus, & antea diſpenſaverant, & adhuc diſpenſare pergebant; cumque ſubinde R. P. Joſeph Moreno Curiel, qui, poſtquam præfatus R. P. Ignatius ad Eccleſiam Jucatanenſem in Indiis Occidentalibus Hiſpanicis ſitam tranſlatus fuit, eidem in Archiepiſcopatu Sancti Dominici ſucceſſit, illius actionem ea de re ſtudiumque proſequutus fuerit; ut hujuſmodi controverſiis quantocitius finis imponatur, infraſcripta dubia propoſita, diſcuſſa, & dirempta ſunt a Sanctiſſimo N. D. Benedicto PP. XIV. feliciter regnante, audita prius ſententia & conſilio Reverendiſſimorum DD. Cardinalium Generalium Inquiſitorum in Congregatione coram Sanctitate Sua habita die 29. Julii anni 1756.

Dubia propoſita in Congreg.

Dubia autem propoſita ſunt, quæ ſequuntur: Primum, an facultates in Apoſtolicis Brevibus conceſſæ Presbyteris Societatis Jeſu, qui Miſſionariorum munus per Indias exercent, atque illæ potiſſimum, quæ Matrimoniales Diſpenſationes reſpiciunt, ad eas Provincias protendantur & loca, quæ pluribus abhinc annis ad Sanctam Catholicam Religionem redacta ſunt, in quibus reperiuntur Infideles aliunde profecti, & ultro Chriſti Fidem amplexi; adeo ut Miſſionarii operam ſtudiumque ſuum impendant, non quidem in iis ad Sanctam Religionem convertendis, ſed tantummodo in iiſdem Chriſtianæ Doctrinæ inſtitutionibus, rectiſque moribus informandis.

Secundum: quatenus memoratæ facultates ad hujuſmodi Regiones protendantur, ac præſertim facultas concedendi Diſpenſationes quoad prædictorum Matrimonia exerceri valeat; an id ita accipiendum ſit, ut conceſſa dicatur auctoritas diſpenſandi ſuper impedimentis publicis pro foro externo, tum ante, tum poſt contractum Matrimonium.

Tertium: an poſita extenſione facultatum ad publica quoque impedimenta pro foro externo, & in caſibus contrahendi, æque ac jam contracti, Matrimonii, hujuſmodi facultatibus uti poſſint Miſſionarii per ea loca, in quibus Epiſcopus Diœceſanus eaſdem obtinet facultates ſibi ab Apoſtolica Sede peculiaribus Indultis conceſſas.

Quartum: etſi poſſent Miſſionarii Diſpenſationes concedere, ſuiſque uti facultatibus etiam pro foro externo, an tamen id ipſis præſtare liceat ſine prævia ſummaria Informatione, coram Notario, locique Vicario capta, ad comprobandas diſpenſationis cauſas, & impedimentorum qualitates; an potius ſatis ad id habenda ſit verbalis & extrajudicialis inſtructio ſeu informatio.

Quintum: an, quatenus hujuſmodi facultates conceſſæ tantummodo dignoſcantur Miſſionariis adlaborantibus pro converſione Infidelium, & non aliis; revalidanda ſint Matrimonia celebrata in vim diſpenſationum, quas pro exteriori foro indulſiſſent Miſſionarii illi, qui in tradendis Fidei rudimentis, informandiſque moribus ſolummodo exercentur.

Nonnulla ad rectam dubiorum resolutionem expendenda præmittuntur.

Priusquam vero ad propositorum dubiorum decisionem procedatur, summatim recensenda sunt ea, quæ pertinent ad facultates, quæ Presbyteris e Societate Jesu Missionariis, cum pro Orientalibus, tum pro Occidentalibus Indiis, peculiaribus Apostolicis Brevibus tribuuntur; exinde enim pendet justa dubiorum resolutio. Utque res ordine procedat, primo exponetur summa memoratarum facultatum, quoad impedimenta Matrimonii; deinde expendetur concessum jus ipsis facultatibus utendi, tam in interiori, quam in exteriori foro; tertio indicabuntur personæ, cum quibus dispensare possunt Missionarii; quarto recensebuntur loca, in quibus integrum ipsis est præfatis facultatibus uti; quinto denique attingentur quæcumque ad rectum dispensationum usum conferre possunt; atque hæc omnia desumentur ex concessionum Brevibus, a superioribus Romanis Pontificibus, atque etiam a Sanctissimo Domino Nostro feliciter regnante expeditis.

Et primo, quæ vis insit facultatibus dispensandi concessis Missionariis Soc. Jesu.

Ducto itaque initio, juxta præstitutam methodum, ab ipsa vi atque substantia facultatum quoad impedimenta Matrimonii concessarum; quum olim facultas amplissime protenderetur ad omnia impedimenta, sive gradus, non vetitos jure Divino, ea in subsequentibus Pontificiis Brevibus nonnihil cohibita fuisse dignoscitur: prohibentur namque modo Missionarii dispensare *in primo Consanguinitatis vel Affinitatis gradu* (*A*): excepto tantum *primo gradu, etiam rectæ lineæ, affinitatis, ex illicita tamen copula resultantis* (*B*). Atque hæc quidem omnia, ad hoc ut *Fideles Matrimonium inter se contrahere, seu in eo etiam scienter contracto remanere possint* (*C*): Quibus verbis tam inita, quam ineunda Matrimonia comprehenduntur.

Qualis esse debeat earum usus quoad internum externumque forum.

Proximum est, ut de præfatarum facultatum usu, quoad internum externumve forum videatur. Licet autem facultates in prioribus indultis concessæ, ad forum conscientiæ restrictæ essent, in posterioribus tamen concessionibus ad externum quoque forum ampliatæ conspiciuntur; ea tamen lege adjecta, ut quibus in locis reperiuntur Ordinarii easdem habentes facultates, ab Apostolica Sede sibi de more concessas, vel absunt ducentis saltem passuum millibus, nequeant Societatis Missionarii suis uti facultatibus pro foro externo. Ordinariis etenim reservata est privativa facultas dispensandi in exteriori, seu judiciali foro; neque datum est Missionariis, ut dispensationes ejusmodi indulgere, concessisque sibi pro foro externo facultatibus uti valeant, præterquam in iis locis, in quibus nulli adsunt Ordinarii, Episcopi nimirum, seu eorum Vicarii; vel, si qui existunt, ultra duas dietas, non minus ducentis passuum millibus inde absunt; aut si præsentes adsunt, vel parum distant, non tamen a Sede Apostolica impetrarunt facultativa dispensandi indulta, quæ Patribus Missionariis concessa reperiuntur (*D*). Ad forum porro conscientiæ tantùm semper cohibita apparet tributa facultas dispensandi *in primo gradu rectæ lineæ affinitatis ex copula illicita resultantis*, super quo impedimendo dispensare permittuntur *in occultis, & in foro conscientiæ tantum, ac urgentibus justis causis* (*E*).

Cum quibus personis dispensare possint.

Hinc transeundo ad personas, cum quibus Missionarii, sive pro conscientiæ, sive pro judiciali foro, juxta præmissa, dispensare possunt; Neophyti quidem hi sunt. Neophytorum autem appellatione, secundum editas & a Summis Pontificibus approbatas resolutiones, non solum intelliguntur ii, qui paulo ante Baptismum susceperunt, sed etiam eorum filii, quamvis in infantia baptizati fuerint; ac insuper ii, qui ex Indo Neophyto, & ex Muliere Europæa, vel ex Europæo Viro, & Indica Muliere sunt progeniti, ideoque *mixti*, seu *mistitii* vocantur. Atque hæ sunt omnino personæ, cum quibus dispensare possunt Missionarii (*F*): interdicta ipsis quacumque facultate dispensandi cum *Quarteronibus* & cum *Pucuellibus*; cum iis nimirum, qui vel pro una tantum parte ducunt originem ab Indis Neophytis, ideoque dicuntur *Quarterones*; vel per Proavum, aut Proaviam dumtaxat ab Indis Neophytis trahunt originem, proindeque *Pucuelles* appellantur; quum hi Neophytorum nomine seu appellatione contineri non possint, ac consequenter nequeant Missionarii cum illis, sive in foro conscientiæ, sive in foro judiciali, super Matrimonii impedimentis dispensare: Eorum enim facultas cohibita est ad Neophytos; quorum nomine veniunt tantummodo ii, qui fuerunt superius designati (*G*).

Loca, in quibus Missionarii facultate uti possunt.

Quod spectat ad loca, in quibus Missionarii præfatis dispensandi facultatibus, ut supra, uti possunt, satis perspicua res est, quum Indulta ipsis concessa, utriusque, Orientalis nempe, & Occidentalis, Indiæ partes, seu Provincias, aliasque Maris Oceani Regiones, diserte complectantur (*H*).

Justa debet subesse causa dispensationis, & omnia gratis expedienda.

Quare nil aliud reliquum est, quam ut ea tradantur, quæ ad rectum probatumque Dispensationum usum conferre possunt. In quo sane, præter exactam observationem eorum, quæ superius adnotata sunt, duæ potissimum generales regulæ servari debent: prima nimirum, ut in omni Dispensatione justa adsit illius concedendæ causa; altera, ut tunc etiam, quum pro exteriori foro conceditur Dispensatio, nihil plane recipiatur, sed omnia gratis fiant (*I*). Quamvis autem in Brevibus facultativis, quæ olim tradi solebant Episcopis & Ordinariis præfatarum Regionum, pro Dispensationibus super impedimentis Matrimonialibus in foro interno externoque concedendis, injunctum iis legeretur, ut in Dispensationibus pro foro externo indulgendis, Missionariorum consilium exquirerent, quoties hi tam longe non abessent, ut id sine magno incommodo præstari non posset: cum tamen Episcopi subinde petiissent se levari hoc onere, quod etsi aliàs poterat opportunum videri, nunc quidem temporis nonnisi ad ferendas discordias aptum dignoscebatur; ut omnis diffidiorum & offensionum inter Ordinatios locorum, & Missionarios occasio submoveretur, plena libertas iisdem Ordinariis relicta est dispensandi etiam in foro externo, sublato penitus onere memoratum antea consilium requirendi (*K*).

Ordinarii locorum in dispensationibus concedendis non tenentur Missionariorum consilii exquirere.

In quo casu teneantur Episcopi subdelegare Missionarios pro elargiendis dispensationibus.

Præterea cum Episcoporum arbitrio concredita reperiatur facultas subdelegandi idoneos probatosque Sacerdotes, qui pro ipsis Episcopis subdelegantibus, in remotioribus Diœcesim locis, Dispensationes concedant pro exteriori seu judiciali foro (*L*); ad consovendam eo magis inter Episcopos & Missionarios animorum consensionem, statutum est, ut, si pro iis locis nulli deputati reperiantur Vicarii, vel absint spatio ducentorum milliariorum, non possint ab Episcopis alii subdelegari Sacerdotes, quam qui ab Apostolica Sede habent dispensandi facultatem; hi autem soli consueverunt esse Missionarii.

Quamdiu facultas dispensandi in Missionariis duret.

Denique ad rectum usum facultatum dispensandi, adnotasse juvabit, facultatem dispensandi in foro conscientiæ perpetuò concessam esse; eam vero, quæ ad fortum judiciale spectat, intra viginti annorum curriculum esse cohibitam (*M*). Cumque juxta receptam praxim, soleat hujusce facultatis confirmatio indulgeri, omnino necesse est, ut Missionarii hac in re sibi provide consulant, non redigentes ad suprema propemodum statuti termini momenta cogitationem & curam petendæ confirma-

tionis;

tionis; ne periculum subeant, vel nullitatis actus, si quid efficiant post elapsum facultatum terminum, vel fraudandi pauperes Christifideles opportunis malorum remediis, quatenus eo deveniant, ut hujusmodi facultatibus amplius uti non valeant. Hæc sunt, quæ in Apostolicis Constitutionibus San. Mem. Pii IV. Pont. Max. aliorumque ipsius Successorum, & in Pontificiis Brevibus Clementis IX. Alexandri VIII. Clementis XI. Clementis XII., & Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI XIV. feliciter Regnantis, continentur; quibusque, ut par est, observatis ac respective perpensis, non solum omnes submoventur controversiæ, verum etiam facilis evadit & obvia responsio ad Dubia, quæ ad Sacram Congregationem examinanda ac dirimenda transmissa fuerunt.

Responsa ad proposita dubia.

Primo itaque Dubio, quo quæritur, an facultates concessæ Presbyteris Societatis Jesu Missionariorum munus per Indias obeuntibus, & nominatim illæ, quæ Dispensationes Matrimoniales respiciunt, ad ea protendantur loca & provincias, in quibus non alii reperiuntur Infideles, quàm qui aliunde venerunt, Christique fidem ultro amplexi sunt; affirmativum redditur responsum, ad formam tamen Brevium, & Constitutionum Apostolicarum, quæ superius indicatæ fuerunt.

Secundo itidem Dubio, quo quæritur, an quatenus facultates ad memorata quoque loca protendantur, eædem comprehendant Dispensationes Matrimoniales super impedimentis publicis, pro foro externo, tam ante, quam post contractum Matrimonium, concedendas; affirmative respondetur, juxta tamen disposita in Apostolicis Brevibus superius indicatis.

Tertio Dubio, quo exquiritur, an Missionarii præfatis facultatibus uti possint in iis locis, in quibus Diœcesani Episcopi similes obtinent facultates; respondetur, posse eos uti memoratis facultatibus, pro foro externo, tam in Matrimoniis contractis, quam in contrahendis dispensando, in iis tamen locis, in quibus non existunt Ordinarii similibus facultatibus instructi, vel absunt ultra duas Dietas, non minus ducentis millibus passuum, juxta id, quod itidem in Brevibus & Constitutionibus Apostolicis cautum reperitur.

Quarto, quo definiendum proponitur, num in iis casibus, in quibus possunt Missionarii dispensare in judiciali foro, hoc ipsis præstare liceat sine prævia summaria informatione coram Notario & Vicario loci capta, ad comprobandam Dispensationis causam & impedimenti qualitatem, vel potius sufficere dicenda sit verbalis & extrajudicialis informatio; responsum est, nihil esse innovandum; &, quoniam superioribus temporibus sufficiens visa est moralis certitudo tum causæ dispensandi, tum obstantis impedimenti, quantumvis judicialibus documentis non innixa, satius esse, ut eadem methodus in futurum quoque tempus retineatur.

Ad quintum denique Dubium, respiciens convalidationem Matrimoniorum, de qua quærebatur sub hypothesi eorum nullitatis, desumptæ ex defectu facultatum in iis, qui Dispensationes concesserunt ad ea Matrimonia ineunda; quum ex data superius responsione ad primum dubium satis deprehendere licuerit, hujusmodi positionem, seu hypothesim non subsistere, nullus relinquitur respondendi locus.

A Pontifice approbantur.

Hæc itaque sunt responsa data, seu resolutiones captæ in Congregatione Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium adversus hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum habita coram Sanctissimo Domino Nostro BENEDICTO PP. XIV., quas Sanctitas Sua, prævio maturo examine, approbavit & confirmavit; volens easdem, ad majorem solemnitatem, Apostolicis literis in forma Brevis roborari; præcipiensque, ut, quoties casus confirmandi hujusmodi facultates obvenerit, imposterum confirmatio non concedatur, nisi præmissa feria adnotatione temporis, quo indultum antea concessum fuerat, ut ita deprehendatur, an constitutus in eo terminus sit elapsus, exindeque valeat hac super re opportune provideri: Ac denique injungens omnibus Ministris seu Officialibus utriusque Secretariæ, videlicet Brevium Secretorum, & Congregationis de Propaganda Fide, ut sive nova fiat concessio, sive confirmatio facultatum jampridem obtentatum indulgeatur Missionariis Societatis Jesu, tam concessio, quam confirmatio, ad normam eorum: quæ præsenti Decreto exposita sunt, atque statuta, in omnibus & per omnia redigantur & conformentur.

Monumenta, quibus innixa sunt ea, quæ in supradicto Decreto SSmi D. N. BENEDICTI Papæ XIV. statuuntur.

(A) *IN quocumque, seu quibusvis, non tamen in primo, Consanguinitatis vel Affinitatis gradibus*: Ita legitur in Brevi San. Mem. Alexandri PP. VIII., quod incipit: *Animarum saluti*: quod est 14. in ordine Tom. IX. novissimi Bullarii Romæ impressi §. 9. *

(B) *In primo gradu etiam rectæ lineæ ex copula illicita resultantis*: Hæc sunt verba Brevis San. Mem. Clementis PP. XII., quod incipit: *Cum dudum*: & est 142. in ordine, Tom. XIV. * citati Bullarii §. 2.

(C) *Ut Matrimonium inter se contrahere, seu in eo etiam scienter contracto remanere valeant*: Ita legitur in Brevibus Summorum Pontificum Alexandri VIII., Clementis XII., & aliorum.

(D) *Præterea ejusdem Societatis Jesu Provincialibus, vel ab eis deputandis Presbyteris, cum Neophytis Provinciarum utriusque Indiæ, aliarumque Maris Oceani Regionum, in quibus inter Infideles Fideles existunt, & non adsunt Ordinarii similem facultatem habentes, vel ultra duas dietas existunt, in quocumque, seu quibusvis, non tamen in primo, Consanguinitatis, vel Affinitatis gradibus, vel alias, conjunctis, seu se attinentibus, ut Matrimonium inter se contrahere, seu in eo etiam scienter contracto remanere valeant, in foro conscientiæ tantum, gratis tamen dispensandi; & insuper ibidem, locorum Ordinariis &c. etiam in judiciali foro: in reliquis autem Provinciis præfatis, Ordinariorum præsentia destitutis, vel ab eis ultra duas dietas prædictas, non minus ducentis millibus passuum remotis, Provincialibus & Deputatis Presbyteris prædictis cum eisdem Neophytis, non tamen in primo gradu, in utroque foro, gratis dispensandi*: Ita legitur in citato Brevi San. Mem. Alexandri VIII. §. 9. & in citato Brevi San. Mem. Clementis XII. §. 2.

(E) *Cum eisdem Neophytis in primo gradu, etiam rectæ lineæ, Affinitatis ex copula illicita resultantis se attinentibus, ut Matrimonium quoque inter se contrahere, seu in eo etiam scienter contracto remanere similiter valeant, in occultis tamen, & in foro conscientiæ tantum, ac urgentibus justis causis, gratis tamen dispensandi*: Sunt verba citati Brevis San. Mem. Clementis XII. §. pariter 2.

(F) *Et insuper quia a nonnullis dubitatum, seu hæsitatum fuit, an omnes Indigenæ illarum Regionum oriundi & naturales, & Christianorum indigenarum etiam baptizatorum filii, etiam in eorum infantia baptizati, jure* Neophyti *appellari possint, idcirco tenore earumdem præsentium decernimus & declaramus, omnes oriundos seu naturales supradictarum omnium tam Orientalium, quam Occidentalium partium; imo etiamsi Æthiopes, Angulani*, vel

* In hac Editione Tom. VII. Const. VII. pag. 100. & seq.

* In hac Editione Tom. XV. Const. CXLVII. p. 3. & seq.

vel quarumvis aliarum transmarinarum regionum, etiamsi Christianorum filii, & in infantia baptizati, vel etiam inter se, vel cum Europæis mixtim progeniti sint, ad concessionis hujusmodi effectum, esse & intelligi debere Neophytos. ..... Quin etiam quia de mixtim progenitis, quos Mixtos *vocant, majus dubium accepimus, cum eisdem mixtis, quos similiter ad hunc effectum Neophytos censendos esse decernimus, in gradibus & Matrimoniis contractis & contrahendis prædictis, gratis tamen, dummodo non ita facile id fiat, dispensare posse; eisdemque Presbyteris facultatem desuper concedimus opportunam*: Verba sunt citati Brevis San. Mem. Alexandri VIII. §. 16., in quo etiam confirmatur similis alia præcedens Constitutio San. Mem. Clementis PP. IX. quæ incipit : *Animarum saluti* : expedita die 8. Januarii 1669.

(*G*) Proposito in generali Congregatione Cardinalium Generalium Inquisitorum habita feria IV. die 2. Junii 1618. sequenti dubio : *An appellatione* Neophytorum *Indi solum noviter conversi comprehendantur; an non etiam qui sunt originarii per omnes eorum lineas, qua pro una dumtaxat parte ab illis originem trahunt, vulgo* Quarterones *appellati; & an comprehendantur, qui octavam partem per Proavum & Proaviam, & sive ab alterutro, sive ab utroque habeant, vulgo* Pucuelles *nuncupati* : Huic dubio responsum fuit : *Non comprehendi Quarterones, multoque minus Pucuelles* : Hoc Congregationis Responsum confirmatum subinde fuit, instante Rege Catholico, una cum aliis Declarationibus, a San. Mem. Clemente PP. XI. in suis Apostolicis literis expeditis in forma Brevis die 29. Aprilis 1701. & iterum aliis literis Apostolicis in forma Brevis expeditis a Summo Pontifice Benedicto XIV. die 17. Julii 1748.

(*H*) Verba Brevium pro re, de qua nunc agitur, sunt comprehensiva *omnium tam Orientalium, quam Occidentalium partium, & etiam Æthiopum, Angolanorum, & quarumvis aliarum transmarinarum Regionum* : Id colligitur ex præcitatis verbis contentis in Brevi San. Mem. Alexandri VIII. §. 16.

(*I*) Verbum : *gratis* : reperitur in omnibus Apostolicis literis, & concessionibus ad hanc materiam spectantibus.

(*K*) Feria IV. die 3. Maii 1752. Lecto Memoriali, in quo Procurator Generalis Societatis Jesu postulabat renovationem facultatum extraordinariarum in forma Brevis, quæ ab anno 1734. a San. Mem. Clemente XII. ad annos viginti pro Missionariis ejusdem Societatis prorogatæ fuerant, Eminentissimi ac Reverendissimi DD. Cardinales Generales Inquisitores dixerunt : *Pro gratia* renovationis Brevis, dempta tamen clausula, si Sanctissimo Domino Nostro placuerit; & est, quæ sequitur : *Et insuper locorum Ordinariis, ut de Presbyterorum eorumdem, tamquam Adjutorum & Assessorum suorum, in locis præfatis, & ubi eorum commode haberi potuerit copia, consilio, & cum illis, etiam in judiciali foro* : Et Feria V. die 4. ejusdem mensis in consueta Audientia per R. P. Assessorem S. Officii a Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papa XIV. habita, Sanctitas Sua benigne annuit pro renovatione Brevis, dempta tamen clausula, ut supra. Hoc Decretum communicatum fuit per R. P. Assessorem S. Officii, R. P. Secretario Sacræ Congregationis de Propaganda Fide sub eadem die quinta Maji 1752.

(*L*) *Dictisque Ordinariis alios Presbyteros idoneos a se prius approbatos, in locis, ubi non adsint Missionarii similem facultatem habentes, quoad præmissa in sui locum subdelegandi, licentiam & facultatem auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus & impertimur* : Ita legitur in citato Brevi San. Mem. Clementis PP. XII. §. 2.

(*M*) In Brevi Apostolico San. Mem. Pii IV. expedito die 15. Junii 1563. habentur hæc verba : *In foro conscientiæ tantum perpetuo* : Prorogatio ad annos viginti *pro foro externo* legitur tam in hoc, quam in aliis subsequentium Summorum Pontificum Brevibus.

§. 2. Nunc autem cupientes, ut ea, quæ prævio tam sedulo accuratoque examine, in præinserto Decreto definita, decisa, & constituta fuerunt, eo semper firmius subsistant, & serventur exactius, præinsertum Decretum singulaque in eo contenta, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, confirmamus & approbamus, & quatenus opus esset, eadem illa ex integro, ac in omnibus & per omnia juxta præinserti Decreti seriem & tenorem, dicta Apostolica auctoritate, ac earumdem præsentium literarum tenore, statuimus, decernimus, & ordinamus, illisque inviolabilis firmitatis robur adjicimus. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas & efficaces existere, suosque integros & plenarios effectus sortiri & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari, ac respective ab iisdem observari debere; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Congregationes, dictæque Apostolicæ Sedis Nuntios, judicari & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum hujusmodi Apostolicæ auctoritatis munimine roboratur.

§. 3. Non obstantibus contrariis forsan, etiam Apostolicis, seu in Synodalibus, aut Provincialibus Conciliis editis Constitutionibus & Ordinationibus, seu per dictas Indiarum Regiones invectis usibus & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, dictarum Regionum Ecclesiis, etiam Metropolitanis, earumque Præsulibus, seu cujusvis Ordinis, & Instituti, etiam præfatæ Societatis Jesu, Missionibus, & Presbyteris Missionariis, in genere, aut in specie, etiam ad Regum, aliarumque sublimium Personarum instantiam, seu quorumcumque meritorum intuitu, sub quacumque forma conceptis, ac sæpius confirmatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum dumtaxat, specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Quibuscumque in contrarium non obstantibus.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio & extrà adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Sumptorum fides.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xxvii. Januarii MDCCLVII. Pontificatus Nostri anno Decimoseptimo.

Dat. 27. Januarii 1757. Pont. XVII.

Cajetanus Amatus.

LXXI.

Antiquum Urbis Pantheon, nunc Ecclesia Sanctæ Mariæ ad Martyres nuncupata, sub peculiari Romanorum Pontificum tutela susciptur, ejusque Fabricæ conservatio Apostolicarum Ædium Præfecto pro tempore committitur, Palatii Apostolici sumptibus procuranda.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

AD summi Sacrorum Christianorum Antistitis curam specialiter pertinere non ambigitur, ut conservationi & decori Sacrarum Ædium diligenter prospiciat, earumque præsertim, quæ remotissimæ antiquitatis memoria, egregii operis amplitudine, & quod magis est, pretiosis Sacrarum Reliquiarum thesauris, ac singulari Christifidelium cultu jampridem conspicuæ, inter alia Deo sacra loca supereminere, peculiarisque sollicitudinis studium sibi vindicare conspiciuntur.

Quam celebre Romæ fuerit Templum Pantheon.

§. 1. His porro nominibus neminem ignorare arbitramur, quantum clarescat celeberrimum Romæ Pantheon, quod olim a Marco Vipsanio Agrippa in Campo Martio extra Urbem insigni æternoque opere extructum, nunc in ipsius Urbis interiori, ac frequentissima regione situm deprehenditur, ex quo nimirum Aurelianus Imperator ejusdem Urbis ambitum latius prolatum, novis mœnibus circumcluserit; quod quidem Pantheon, ineunte septimo Ecclesiæ seculo, Prædecessor Noster S. Bonifacius Papa IV. ab Imperatore Phoca sibi concessum, & ab omni Gentilium superstitione expurgatum, vero æternoque Deo sub invocatione Beatæ Mariæ Virginis Martyrum Reginæ dicavit.

A. S. Bonifacio IV. Deo in honorem B. Mariæ Virginis Martyrum Reginæ dicatum, atque ingenti Sacrarum Reliquiarum copia insignitum.

Ea occasione Sanctissimus Pontifex, veteris disciplinæ retinentissimus, juxta quam incruentum Religionis Nostræ Sacrificium, aut ad ipsa Sepulchra Martyrum, aut super Altaria, quæ simul eorum corporum conditoria evasissent, Omnipotenti Deo convenientissime offerri consuevit, ingentem vim Sacrarum Reliquiarum e variis Martyrum Cœmeteriis collectam, solemni instituta pompa, non minus XXVIII. curribus, ut vetus traditio docet, impositam, in acquisitum Christianæ Religioni Templum invexit; nec alia occasione putandum est sub Ara majore collocata fuisse Corpora Sanctorum Martyrum Rasii & Anastasii, quæ inibi reperta Anno Jubilæi MDCLXXV., jubente piæ memoriæ Prædecessore Nostro Clemente Papa X., festiva prius supplicatione in eorum honorem, & ad intermortuam ipsorum memoriam in populo revocandam, per Urbem ducta, in eumdem locum religiosissime restituta fuerunt.

Solemnis ubique extitit hujus Dedicationis memoria.

§. 2. Ecclesiæ hujus Dedicatio, utpote insignis Christianæ Fidei triumphus de extincta Idololatriæ tyrannide, in Romana quidem Ecclesia adhuc ipso die consecrationis ejus, qui fuit tertio Idus Martii, anniversaria celebritate recolitur; idque ab antiquo tempore jugiter observatum fuisse evincit Sacramentarium vetus Gregorianum nuncupatum, ab Hugone Menardo editum, in quo prædictæ diei Missa ita inscribitur; *In Natali Ecclesiæ Sanctæ Mariæ ad Martyres:* quo scilicet *Natalis* nomine, non solum Martyrum obitus, sed Ecclesiarum quoque Dedicationes, ac etiam Sedium Episcopalium constitutiones, ipsasque Sacrorum Pastorum consecrationes ac enthronismos appellari consueviſſe constat. Quum autem hujusce diei solemnitas per Christianum Orbem longe lateque propagata, frequentes ad Urbem attraheret Fideles eo anni tempore, quo consumptis jam superioris anni frugibus, sæpe eveniebat, ut confluenti multitudini nequaquam sufficiens annona suppeteret; hinc satius visum est Prædecessori Nostro Gregorio Papæ IV. circa annum Domini octingentesimum trigesimum quartum, hujusmodi solemnitatem ad opportunissimum anni tempus, ad diem videlicet Kalendarum Novembrium, celebrandam transferre: quo facto, solemne Festum, quod nunc prædicta die, non solum in honorem Deiparæ Virginis, & Sanctorum Martyrum, sed etiam in cæterorum omnium Cœlestium spirituum, atque Sanctorum cum Christo regnantium memoriam, universa per Orbem Ecclesia concelebrat, institutum fuisse non dubitatur.

Atque hinc, translata hujusmodi solemnitate a Gregorio IV. ad diem Kalend. Novemb., omnium Sanctorum festum celebrari coepit.

§. 3. Celebris quoque fuit superioribus sæculis ad eamdem Ecclesiam Sanctæ Mariæ ad Martyres Romanæ Ecclesiæ Conventus, alia per singulos annos stata die haberi solitus, Dominica videlicet, quæ Festum Pentecostes immediate præcedit; dum Pontifex cum universo Clero ad eam accedens, Stationemque ibi & Missarum solemnia celebrans, sermonem ad Populum habebat de Spiritus Sancti adventu proxime recolendo, in cujus typum, (ut ait Benedictus Canonicus in suo Cæremoniali, quod Prædecessori Nostro Cœlestino Papæ II. tunc S. R. E. Cardinali Vidoni de Castello nuncupato, inscriptum edidit) *de altitudine Templi mittebantur Rosæ in figuram Spiritus Sancti*, quæ scilicet igneas linguas decidendo repræsentabant; unde etiam apud Scriptores Ecclesiasticos hujusmodi dies Dominica *de Rosis*, seu *de Rosa* appellata fuit, & adhuc hujusce ritus vestigium retinetur ab ipsius Ecclesiæ Canonicis, quibus prædicta die Officia Divina in Choro persolventibus Rosæ distribuuntur.

Magnus quoque ad idem Templum conventus erat Romanæ Ecclesiæ proxima ante Pentecosten Dominica.

§. 4. Ecclesia isthæc a vetustissimis temporibus non solum Parochialis, sed etiam Collegialis fuisse dignoscitur, insigni videlicet Sæcularium Canonicorum Capitulo jugiter decorata: ac insuper ex authenticis Romanæ Ecclesiæ monumentis eruitur, eam aliquando Presbyteri Cardinalis Titulum extitisse, quamvis recentioribus sæculis inter Urbis Titulos minime adnumerata fuerit, donec fel. record. Prædecessor Noster Benedictus Papa XIII. adlecto in Diaconorum Cardinalium Ordinem bon. mem. Nicolao de Judice, qui sub Clemente XI., Apostolicarum Ædium Præfectus quum esset, eidem Ecclesiæ instaurandæ ornandæque præfuerat, Ecclesiam ipsam ad Diaconiæ dignitatem evexit, dictumque Nicolaum primum Sanctæ Mariæ ad Martyres Diaconum Cardinalem renunciavit.

Collegialis Ecclesia jampridem extitit, tituluſque Presbyteri Cardinalis.

Ad Diaconiæ dignitatem a Benedicto XIII. restituta.

Sunt etiam, qui eamdem Ecclesiam Cappellæ Pontificiæ nomine appellarint, seu quia Pontifices propinquas illi Ædes ab Anastasio Papa IV. extructas, urbanis negociis commodius consulturi, identidem incolere consueverint; seu quia eamdem singulari studio sartam tectamque tueri, sacrisque donariis, vasis, ac vestibus instructam ornatamque habere, ac de omnibus ad eam pertinentibus, quasi peculiaris dominii jure, disponere nunquam omiserint.

Olim quoque Cappellæ Pontificiæ nomine nuncupata, & quare.

§. 5. Et sane in vitis Pontificum apud vulgatum Anastasium, frequens occurrit mentio tum profusæ in eamdem Ecclesiam liberalitatis ac munificentiæ, tum etiam assiduæ circa illius statum & conservationem providentiæ & curæ Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum; inter quos merito commemorandus videtur S. Gregorius Papa III., qui illata huic Sacro Templo graviſſima damna ab Imperatore Constante, dum æreum amplissimi fornicis rectum, aliaque

Nonnullorum Pontificum providentia pro hujus Templi conservatione.

ædificii ornamenta simul ac firmamenta, hostilem in modum abstulerat, murario primum opere diligentissime emendari curavit, mox plumbeis superinductis laminis totam molem ita communiit, ut gravissimæ impensæ opus nonnisi post septem elapsa sæcula sub Nicolao Papa V. ex integro renovari necesse fuerit, idemque adhuc tegumentum, aliorum Pontificum studio temporibus suis opportune ac diligenter aptatum, augustam Ædem adversus vim temporibus tempestatumque injurias satis tueatur.

Aliorum cura in eo ornando.

§. 6. Simili cura Prædecessores Nostri S. Benedictus II., & Hadrianus I. ad interiorem Templi ornatum conversi, illius Parietes marmoribus incrustasse narrantur; quamobrem alteri eorum merito tributus videtur ornatus ille, qui supra Ædificii Coronam, ad usque Fornicis curvaturam assurgens, dum per ætatem licuit, stetit; porphyreticis quidem, aliisque e vario marmore laminis speciosus, sed neque ad reliqui operis soliditatem exactus, neque ad priscam ædificandi rationem, quæ Augustæo seculo viguit, elaboratus. Idem Hadrianus Aram Templi principem contexerat argenteo Ciborio, quod sive hominum manibus sublatum, sive temporum injuria detritum, Innocentius VIII. marmoreum restituit.

Quod autem a Templi solo ad supradictam Coronam interjacet, sel. record. Prædecessor Noster Clemens Papa XI. hac Nostra ætate, aptissimo simul, ac splendidissimo ornatu decoravit, perpolitis ingentibus pretiosisque columnis, incrustatis vario marmore parietibus, novaque Ara Maxima magnifico opere extructa.

Externam vero Templi faciem, quam vetustate fatiscentem similis memoriæ Prædecessor Noster Urbanus Papa VIII., (æreï lacunaris reliquiis, ad ornandam Principis Apostolorum Confessionem, instruendamque tormentis bellicis Hadrianam Arcem, translatis) nova contignatione communierat, ac binis extructis ad usum æris campani Turribus exornaverat, idem ipse Clemens XI., area laxata, Ægyptioque Obelisco supra Fontem erecto, speciosiorem pulchrioremque reddidit.

Pontifex etiam insigni opere tum conservationi, tum ornatui prospexit.

§. 7. Horum itaque aliorumque Prædecessorum Pontificum exemplis, Officiique Nostri debito, quod in aliarum Sacrarum Ædium decore tuendo, ac pro viribus augendo implere semper curavimus, excitati, & commonefacti; quum accepissemus, interiorem Testudinis partem, non solum contracto tot seculis volventibus situ sordescere, sed etiam decidentibus quotidie cæmentis, quæque reliqua erant ex plumbeis laminis, quibus olim interius obducta fuerunt ipsius fornicis laquearia, secum trahentibus, non sine confluentium periculo, sensim labefactari; rem omnem sedulo explorari præcepimus, compertoque jampridem a sel. record. Alexandro PP. VII. Prædecessore Nostro admotas fuisse manus hujusmodi reparationi, quæ, eodem morte intercepto, absolvi non valuit, opus ipsum ex integro resumi jussimus, appositisque miro Opificum Nostrorum artificio machinis, ingentes undique rimas obstrui, laquearia redintegrari, universumque fornicem firmari & perpoliri curavimus; mox etiam subjectum parietis gyrum, qui inter utramque Coronam intercurrit, ab antiquo squallore vindicaturi, novum illius ornatum totius ædificii formæ respondentem albario rectorioque opere perficiendum mandavimus.

Exemplo Clementis XI. Card. Hieronymo Columnæ Apostolica-

§. 8. Qua in re dirigenda urgendaque, quum egregia extiterit diligentia & opera Dilecti Filii Nostri Hieronymi SS. Cosmæ & Damiani S. R. E. Diaconi Cardinalis Columnæ nuncupati, ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarii, & Apostolicarum Ædium Pro-Præfecti, cui Nos, præfati Clementis XI. Prædecessoris exemplo, hanc curam demandavimus: ad afferendam perpetuo Sacri Augustique Templi conservationem valde opportunum, simulque recensitis superius Prædecessorum Pontificum studiis convenientissimum fore judicavimus, illius specialem tutelam in posterum in Nos & Successores Nostros susceptam, ejus vigilantiæ committere, qui nunc & pro tempore Pontificii Palatii, ac cæterarum Ædium, quæ peculiari jure ad Romanorum Pontificum curam, aut usus pertinent, Præfectus, & pro Officii sui munere Curator existet.

rum Ædium Pro-Præfecto hujus operis cura demandata.

Apostolicarum Ædium pro tempore Præfecto in perpetuum committitur, ut præsit conservationi Pantheon, Palatii Apostolici sumptibus perficiendæ.

§. 9. Itaque motu proprio, & certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac Nostra perpetuo valitura Constitutione, Dilectos Filios Conservatores Cameræ Urbis Romæ, necnon ejusdem Cameræ Fabricerios nuncupatos, ab omni cura & sollicitudine, qua hactenus circa sarta tecta ipsius Panthei, ad instar aliorum veterum Urbis Ædificiorum & monumentorum, intendere consueverunt, absolventes & penitus liberantes; Dilecto etiam Filio Nostro Prospero S. Mariæ ad Martyres Diacono S. R. E. Cardinali Columnæ de Sciarra nuncupato, ejusque Successoribus præfatæ Ecclesiæ Diaconis pro tempore futuris, committimus & mandamus, ut a Capitulo Canonicorum ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ, nunc quidem, cum primum commode fieri poterit, deinde vero singulis annis, seu quoties aliorum ipsius Capituli Officialium electio celebrabitur, duos ex ipsorum Canonicorum numero Æditos seu Fabricerios nuncupandos eligi & deputari curent, qui hujusmodi munus, ea, qua decet, cura & diligentia assumere atque obire sciant & valeant: Quibus sic electis, atque deinceps, ut præfertur, eligendis, Nos earumdem præsentium tenore injungimus, & mandamus, ut diligenter studioseque Panthei fabricam identidem scrutentur, explorantes numquid a quoquam factum, illatum, appositumve fuerit, quod ei detrimento esse possit, vel quidquam vetustate labefactatum, seu imbrium ac tempestatum vi dejectum vitiatumve appareat, quod opportuna reparatione emendari conveniat. Quæcumque autem providenda, ordinanda, aut restauranda compererint, ea omnia quamprimum deferre non omittant ad nunc & pro tempore existentem Palatii Apostolici Præfectum; quem volumus deinceps, ad eum plane modum, quo cæteris Pontificiis Ædibus præest, hujus quoque Templi fabricæ conservandæ restaurandæque præesse; illiusque indemnitati pro Officii sui auctoritate prospicere; ejusdemque reparationibus & restaurationibus pro tempore necessariis & opportunis, Apostolici Palatii sumptibus & expensis, consulere & providere: Nos enim præfato Hieronymo Cardinali & Pro-Præfecto, ejusque Successoribus, per easdem præsentes, hujusmodi curam committimus & demandamus, atque ad præmissos effectus plenam & omnimodam facultatem & potestatem tribuimus & impertimur.

Præmissorum robur, non obstantibus quibuscumque.

§. 10. Decernentes, has Nostras Litteras & in eis contenta hujusmodi, etiam ex eo quod quicumque in præmissis aliquod interesse habentes, seu habere prætendentes, ad id vocati & auditi non fuerint, seu ex quovis alio capite, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, vel quovis alio defectu notari, impugnari, aut in jus vel controversiam vocari posse; sed semper & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere & fore, atque ab iis, ad quos pertinet, seu in posterum pertinebit, omnimode observari, iisque, quorum favorem concernunt, pleniſſime suffragari. Non obstantibus, de jure quæsito non tollendo,

aliisque

aliisque Regulis, Constitutionibus, & Litteris Apostolicis, nec non prædictæ Urbis, & Cameræ Capitolinæ, seu præfatæ Ecclesiæ, ejusque Capituli & Canonicorum, Statutis, usibus, consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel immemorabili observantia, seu quavis firmitate alia roboratis, ac iteratis vicibus confirmatis & innovatis: Quibus omnibus & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum dumtaxat, specialiter & expresse derogamus, aliisque contrariis quibuscumque.

Sanctio pœnalis.

§. II. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum absolutionis & liberationis, commissionum & mandatorum, facultatum impertitionis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contrai re. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. 18. Februarii 1757. Pontificatus XVII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quinquagesimo sexto, duodecimo Kalendas Martii, Pontificatus Nostri anno decimoseptimo.

J. Card. Pro-Dat. D. Card. Passionei.

VISA

De Curia J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco † Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

LXXII. Acta Consistorialia pro Concessione Pallii Patriarchæ Antiocheno Syro Maronitarum.

In Consistorio Secreto habito die 28. Martii 1757.

ARGUMENTUM.

Die duodecimo Februarii, Anni 1756. cùm è vivis excessisset Reverendissimus Dominus Simon Petrus Evodius, Patriarcha Antiochenus Syrorum Maronitarum: is nimirum, quem Sanctissimus Dominus Noster BENEDICTUS XIV. Pontifex Maximus datis die 16. Martii 1743. Literis, ad compescendas dissensiones in Electione Patriarchæ subortas, Patriarcham Auctoritate Apostolica constituerat; die autem 13. Julii 1744. in Consistorio Semipublico, ad complementum Patriarchalis dignitatis, Pallio Pontificio donaverat: Peractis de More Novendialibus, Archiepiscopi & Episcopi ejusdem Nationis Syrorum Maronitarum, quibus eligendi Patriarchæ jus competit, convenerunt in Chesroano apud Anturam in Æde Sancti Josephi; & unanimi omnium consensu, die 28. ejusdem mensis Februarii, elegerunt in Patriarcham, Reverendissimum Dominum TOBIAM GAZENIUM, *Cypri Archiepiscopum: quemadmodum ex hoc Synodico ipsorum Decreto perspicuum redditur.*

Archiepiscoporum & Episcoporum Decretum Electionis Reverendissimi Domini TOBIÆ GAZENII, Archiepiscopi Cypri, in Patriarcham Antiochenum Syrorum Maronitarum.

LAUS DEO SEMPER.

PRæsentibus Litteris pateat, Nos infrascriptos in Æde Sancti Josephi apud Anturam convenisse, ibique juxta Sacros Canones, præscriptasque in Sanctis Synodis Constitutiones, elegisse Reverendissimum Dominum TOBIAM GAZENIUM, in Beatissimum Patriarcham Sedis Theopolis Antiochiæ, plenaque omium nostrum libertate, atque unanimi consensu, eundem in Patriarcham nostrum, nostræque Nationis Patrem adsciviisse; debitam ipsi obedientiam, subjectionemque secundum Statuta Sanctarum Synodorum exhibituros; dummodo idem ipse Formulam Professionis suæ, Pontifici Sanctæ Romanæ Sedis exhibeat, Fidemque Catholicam usque ad sanguinis effusionem conservet. In quorum fidem in Sancto nostro Concilio hanc syngraphum a nobis subscriptam dedimus die vigesima octava Februarii, Anno 1756.

Archiepiscopi & Episcopi.

Philippus Listræ.
Stephanus Botri.
Gabriel Ptolemaidis.
Joannes Laodiceæ.
Germanus Tripolis.
Michaël Damasci.
Antonius Arcæ.
Josaphat Tyri.
Petrus Paneadis.
Joseph Sidonis.
Joseph Beryti.
Joachim Eden.
Arsenius Tagriti.

Postea, tum ab Electo Patriarcha Tobia, tum ab Archiepiscopis, & Episcopis Electoribus, ad SS. Dominum Nostrum PP. BENEDICTUM XIV., & ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide, una cum R. P. D. Arsenio Heliopolitano Archiepiscopo, ipsius Electi Patriarchæ Oratore & Procuratore, Literæ missæ sunt, quibus demississime Sanctitatem Suam rogant, ut Electum Patriarcham confirmare, eique Pallium, plenitudinis Pontificiæ Potestatis insigne, concedere dignetur. Sunt autem hujusmodi.

I.

Epistola Electi Patriarchæ Tobiæ Petri Gazenii ad Sanctissimum Dominum nostrum BENEDICTUM Papam XIV.

SANCTISSIME PATER.

EGo Tobias Gazenius Sanctitatis Tuæ servus, Cypri olim Archiepiscopus, nunc verò miseratione divina Antiochenus Patriarcha, licet indignus, coram sanctis pedibus Tuis procumbens, eosque submisse ac reverenter, sicuti Christi Domini Vicarium decet, deosculans, Sanctitati Tuæ expono, duodecima die Februarii, hujus anni, Simonem Patriarcham Antiochenum, decessorem meum, ad Deum migrasse: cui ut requiem donet Dominus, suffragio sanctarum tuarum precum contingat. Die autem vigesima octava ejusdem mensis, fratres meos, tuosque famulos, Archiepiscopos & Episcopos, in Æde Sancti Josephi apud Anturam, Patrum Societatis Jesu, in Chesroano, convenisse, ibique secundùm Statuta Sacri Libanensis Concilii, latis ad eligendum novum Patriarcham cum plena libertate, nullaque vi adhibita suffragiis, me tametsi immerentem, Patriarcham constituisse: quemadmodum Sanctitati Tuæ palam faciunt datæ ab ipsis ad Sanctam Apostolicam Sedem, & ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide Literæ. Quoniam verò, Sanctissime Pater, Beati Petri Apostolorum Principis es Successor, cui dictum est: & Tu conversus confirma fratres tuos: ideo coram pedibus tuis provolutus, enixis precibus a Te peto, ut Pallium mihi Pontificium concedas, meque in Sede Antiochena confirmes, sicuti decessores Tui felicis recordationis cum meis antecessoribus facere consueverunt; idque mihi præstare digneris

per

per fratrem meum, servum autem tuum, Arsenium Heliopolis Archiepiscopum, quem tanquam Procuratorem meum misi ad deosculandum pedes tuos, & ad impetrandam a Te confirmationem: Virum virtutibus ornatum; prudentia, pietate, & patientia in excitatis adversus ipsum ex invidia persecutionibus præditum: quem, quum adhuc Monachus esset, ego autem ipse Patriarchalem dignitatem nondum iniissem, ex longa consuetudine probe cognovi; dignum proinde censui, ut illum ad Apostolicam Sedem ablegarem. Decebat sanè, ut egomet ad Sacra Apostolorum Limina visitanda accederem: Verùm ab hoc me proposito detinuit, primum quidem immensa locorum distantia; deinde, quia vereor, ne quid detrimenti res Maronitarum publicæ, me absente, capiant. Itaque paterna Tua benignitate fretus, etiam atque etiam rogo, ut meis, meæ Nationis, atque Ablegati ejusdem Votis obsecundans, Pater Beatissime, & Pallium mihi transmittas, & reliquis me spiritualibus temporalibusque beneficiis cumulare digneris: quæ quantulacumque sint, in summum tamen mihi honorem cessura reputabo. Meæ autem erga Te, & Sanctam Sedem Tuam demissæ obedientiæ argumentum habes Orthodoxæ Fidei professionem, manu mea subscriptam, quam Tibi Nuncius meus exhibebit. Voveo enim, & promitto, coram Deo & Angelis ejus, me Sedi Apostolicæ & Romano Pontifici usque ad extremum vitæ spiritum semper & ubique obtemperaturum: operam insuper omnem collaturum, ut huic meæ Nationi, quæ perpetuis erga Sanctam Sedem obsequii & reverentiæ documentis claruit, Deo favente, Teque annuente, amputatis dissensionibus, pacem ac tranquillitatem restituam. Interim Tuis sanctis pedibus iterum demississime oscula defigens, ut ad multos Te annos incolumem servet, precibus à Deo Optimo Maximo quàm possum studiosissime contendo. Datum die 20. Martii 1756.

Sanctitatis Tuæ Servus.
Tobias Petrus Gazenius,
Patriarcha Antiochenus.

II.

Epistola ejusdem Electi Patriarchæ Tobiæ ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide.

Eminentissimi, ac Reverendissimi Domini.

CErtiores Vos facio, die duodecima Februarii, hujus anni, Simonem Evodium Patriarcham Antiochenum è vivis excessisse; die autem vigesima octava ejusdem mensis congregatos juxta Decreta Sacræ Libanensis Synodi in Æde S. Josephi Anturensi Patrum Societatis Jesu in Chesroano Archiepiscopos & Episcopos fratres meos, latis libere suffragiis, me licet immerentem, in Patriarcham Antiochenum elegisse: quemadmodum ex Literis ipsorum ad Sanctissimum ac Beatissimum Pontificem Maximum, & ad Sacram Congregationem Vestram datis perspicere potestis. Quum igitur æquum decensque sit, ut optimis traditionibus sacrisque consuetudinibus mos geratur; idcirco vestigiis Decessorum meorum ego insistens, a Sanctitate Sua petere decrevi & Pallium Pontificium, & Apostolicam in Sede Antiochena confirmationem; signum autem, & pignus obedientiæ meæ ac reverentiæ erga Sanctam Romanam Sedem, patebit Sacræ Congregationi Vestræ ex Formula Professionis Fidei, mea manu subscriptæ, ac sigillo firmatæ, quam ad Apostolicam Sedem transmitto. Quamobrem Eminentias Vestras Reverendissimas rogo, ut a Sanctissimo Patre Pallium mihi Pontificium, & Confirmationem Apostolicam impetretis, una cum gratiis, & privilegiis, quæ meis Decessoribus concedi consueverunt: eidem insuper Beatissimo Patri significetis, quod, nisi me locorum distantia, & imminens Nationi meæ ex mea absentia periculum detinerent, per me ipsum ap visitanda Sacra Apostolorum Limina, & ad accipiendum è manibus Sanctitatis Suæ Pallium accederem. Quàm verò sim Sedi Apostolicæ Romanisque Pontificibus obsequentissimus, id palam faciet frater meus Arsenius Archiepiscopus Heliopolitanus, quem Nuncium meum, Oratorem, ac Procuratorem ablegavi, ut pro me obedientiam exhibeat, & Pallium petat. Illum siquidem ad hoc obeundum munus idoneum existimavi, utpote Virum bonis moribus præditum, vitutibus ornatum, mihique probe notum, antequam ad Patriarchalem dignitatem evectus essem. Vos igitur post Deum obsecro, Eminentissimi Domini, ut quas ipse nomine meo porriget, ne patiamini irritas esse & inanes preces. Interim Deum Optimum Maximum oro & obtestor, ut totus terrarum Orbis ditioni vestræ subdatur, & obductæ ab adversariis nebulæ dissipentur. Datum die 20. Martii 1756.

Tobias Petrus Patriarcha Antiochenus.

III.

Epistola Archiepiscoporum & Episcoporum ad Sanctum Dominum Nostrum BENEDICTUM Papam XIV.

SANCTISSIME PATER.

POst oscula Liminum Apostolicorum, sanctorumque pedum tuorum, Nos infrascripti exponimus, quod die 12. mensis Februarii, servus tuus Simon Petrus Patriarcha Antiochenus ex hac luce ad Dominum migravit: oramus, ut Deus Sanctitatem Tuam nobis conservet: post illius autem decessum, congregati apud Anturam in Chesroano in Æde Sancti Josephi, quæ Patrum Societatis Jesu est, die 28. ejusdem mensis, latis secundum Decreta Sanctæ Libanensis nostræ Synodi suffragiis, elegimus servum tuum, fratrem nostrum, Tobiam Gazenium, Cypri Archiepiscopum, nobili genere natum, eumque unanimi consensu, spontanea voluntate, omnique vi remota, nostrum Patriarcham constituimus. Itaque coram Apostolicis pedibus tuis procumbentes, supplices petimus, ut eidem Reverendissimo Domino Patriarchæ nostro Tobiæ Pallium Apostolicum, & Pontificiam in Sede Antiochena Confirmationem concedere digneris: aliis insuper eumdem cumulare velis tùm consuetis gratiis, tùm etiam majoribus, quàm quibus decessores ipsius Patriarchæ ab Apostolica Sede sunt ornati: idque tam propter ipsius generis nobilitatem, morum honestatem, in rebus agendis solertiam, religionis fervorem; quàm propter eximiam, quam Apostolicis mandatis tuis semper exhibuit obedientiam, impensosque ab eodem in Sedis Patriarchalis beneficium, Patriarcharumque obsequium, & in procuranda Pontificiarum Tuarum Literarum executione, labores. Rogamus quoque paternam Tuam clementiam, Pater Beatissime, ut oculos tuos ad Sedis nostræ Patriarchalis favorem benigne convertas: non enim Sanctitatem Tuam latere arbitramur, quantis illa malis ob tyrannicam Infidelium oppressionem hactenus succubuerit. Demum sanctis tuis pedibus iterum oscula defigentes, Deum oramus, ut Beatitudinem Tuam diu incolumem tueatur. Datum apud Anturam die 29. Februarii 1756.

Archiepiscopi & Episcopi.

Philippus Lystræ.
Stephanus Botri.
Gabriel Ptolemaidis.
Joannes Laodiceæ.
Germanus Tripolis.
Michaël Damasci.

Antonius Arcæ.
Josaphat Tyri.
Petrus Paneadis.
Joseph Sidonis.
Joseph Beryti.
Joachim Eden.
Arsenius Tagriti.
Abdalla Cypri.

Aliæ præterea ab iisdem Archiepiscopis & Episcopis Maronitis, necnon a Proceribus Gazeniis, & Habaiscitis, in idem argumentum scriptæ sunt Epistolæ, tùm ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide, tùm ad Eminentissimos ac Reverendissimos Dominos Cardinales Protectores Nationis, & Monachorum Maronitarum: quibus Epistolis Electi Patriarchæ Tobiæ merita, omnium assensu & plausu, enunciantur.

Totius igitur negotii examine per Sanctitatem suam ad Eminentissimos Patres ejusdem Sacræ Congregationis de Propaganda Fide remisso, in Congregatione Generali habita die 8. Martii, currentis anni, editum est hujusmodi Decretum.

DECRETUM

Sacræ Congregationis Generalis de Propaganda Fide

Habitæ die 8. Martii 1757.

REferente bon. mem. Nicolao Lercario Archiepiscopo Rhodiensi, Secretario, postulationem ab Episcopis & Clero Maronitarum de more factam R. P. D. Tobiæ Gazeni Archiepiscopi Cypri, viri zelo, doctrina, & prudentia, cæterisque virtutibus plurimum commendati, in Patriarcham Antiochiæ ejusdem Nationis, in locum R. P. D. Simonis Petri Evodii nuper defuncti, necnon preces eorumdem Episcoporum, Cleri, & Populi Maronitarum, pro suprædictæ postulationis admissione, & Patriarchæ confirmatione; Sacra Congregatio censuit, consulendum esse Sanctissimo pro admissione prædictæ postulationis, & confirmatione ejusdem R. P. D. Tobiæ Gazeni in Patriarcham Antiochenum nationis Maronitarum.

Quam Sacræ Congregationis sententiam, Sanctissimo Domino Nostro relatam ab Eminentissimo & Reverendissimo Domino Domino Josepho Cardinali Spinelli Præfecto, in Audientia habita die 18. ejusdem mensis, Sanctitas Sua in omnibus approbavit, & in Consistorio ad ulteriora procedi mandavit. Datum ex Ædibus dictæ Sacræ Congregationis die 19. Mensis & Anni, quibus supra.

N. Antonellus Secretarius.

His præmissis, die 27. Martii, ejusdem anni 1757. indicto de more Secreto Consistorio, postquam in eo Propositiones Ecclesiarum, & alia occurrentia negotia fuerunt absoluta, Sanctissimus Dominus noster de Pallio Latino Patriarchis Orientalibus, quoties illud, positis omnibus necessariis conditionibus, postularent, concedendo, deque Maronitis, eorumque ritibus Latino similimis, & eximio in Sanctam Sedem obsequio præfatus, quid in Electione tum hujus novi Patriarchæ Tobiæ, tum decessoris ejus Simonis Petri Evodii gestum fuerit, luculentissima hac Allocutione exposuit.

VENERABILES FRATRES.

QUadraginta jam, & ultra, effluxerunt anni, ex quo, suborta controversia, num Patriarchæ Alexandrino Græci ritus indulgeri posset Latinum Pallium, quantumvis idem opportunis prolatis monumentis comprobaret, se schisma ejurasse, summque legitimum Procuratorem ad Urbem ablegasset, qui humiles enixasque preces suas ad ipsum Pallium obtinendum afferret; coacta fuit coram sanctæ memoriæ Clemente XI. Prædecessore nostro satis frequens S. R. E. Cardinalium, ac Prælatorum Congregatio, cui Nos quoque interfuimus, & in qua statutum fuit, ut expetitum Latinum Pallium concederetur; Nobisque ipsis contigit, pro Advocati Consistorialis munere, quo tunc fungebamur, ipsam Paliii petitionem in Consistorio exponere [1]: quod magnæ postmodum consolationi Nobis extitit, quum scilicet in manus nostras subinde pervenit vetus decretum, seu resolutio multos ante annos edita [2], per quam ad propositum dubium, an Patriarchis Græci ritus Latinum Pallium esset concedendum, quoties illud, positis omnibus necessariis conditionibus, postularent, affirmative responsum fuit; quæ quidem resolutio ignota tunc erat, quum Patriarchæ Alexandrino facta est Latini Pallii concessio [3].

Ex quo autem Nos nullis nostris meritis ad Summum Pontificatum evecti fuimus, nostris ipsi manibus Patriarchæ Armeniæ minoris, & Ciliciæ, confirmata prius illius Electione, Latinum Pallium imposuimus [4]. Atque id ipsum, in Consistorio semipublico, concedendum, transmittendumque decrevimus Cyrillo Patriarchæ Antiocheno Græcorum Melchitarum, postquam examini subjecta, probataque fuerat illius Electio, ipseque per legitimum ad id constitutum Procuratorem, enixis precibus sibi Latinum Pallium concedi postulaverat [5]. Quod ipsum Latinum Pallium aliis duobus Patriarchis Armenis, subsequentibus temporibus, a Nobis ipsis datum est [6].

Quod autem ad Maronitas pertinet, compertum unicuique est, eos uti Azymo, non secus ac utitur Occidentalis Ecclesia, & sacra adhibere indumenta nostris simillima [7]. Nostis præterea, Venerabiles Fratres, Nos olim, ad compescendas dissensiones in eorum Patriarchæ Electione subortas, Patriarcham Antiochenum Maronitarum illis constituisse Simonem Petrum Evodium, atque hunc fuisse a Maronitis libentissime exceptum, eidemque subinde concessum a Nobis fuisse Latinum Pallium, pro quo legitimus ipsius Procurator necessariis documentis instructus, in Consistorio insteterat [8].

E vivis nuper excessit præmemoratus Simon Petrus Evodius; quumque Maronitæ elegerint ipsi successorem, is plane est, qui per suum Ablegatum, opportuna quæque documenta proferentem, Pallium sibi concedi postulat, quemadmodum mox ipsi audietis ex ipsius legitimo Procuratore, quem jam nunc in Consistorium ab eo, cui id munus est, induci mandamus.

Expleta Sanctissimi Allocutione, Aulæ Consistorialis foribus apertis per unum ex DD. Cæremoniarum Magistris R. P. D. Philippus Maria Pirelli Prælatus Domesticus Pontificius, Signaturæ Justitiæ Auditor, & Sacri Consistorii Advocatus, & R. P. D. Arsenius Heliopolitanus Archiepiscopus, Electi Patriarchæ Tobiæ Procurator, introducti fuere, & e regione Pontificis in Lecto sedentis, flexis genibus, prædictus R. P. D. Pirelli Sacri Consistorii Advocatus Sanctitatem Suam sic allocutus est.

BEATISSIME PATER.

ANtiochena Maronitarum Ecclesia, Sanctitatis Vestræ auctoritate & providentia maximis olim perturbationibus liberata,

enixe

1 Vid. Acta Consistorialia, impressa inter Consistoriales Orationes ejusdē Pontificis *pag* 139. *& seq.*

2 Videlicet *die 9. Junii* 1642.

3 Ut in nostro Opere *De Synodo Diœces. lib.* 13. *cap.* 15. *num.* 19.

4 *Cit. lib.* 13. *ejusd. Operis cap.* 15. *sub num.* 18.

5 In nostri Consistoriali Allocutione *die* 3. *Februarii* 1744., & impressa *Tom.* 2. *nostri Bullarii in Append. sub n.* 6. In hac Editione Tom. XVI. Const. LXXXVII. p. 166. & seqq.

6 Scilicet in Consistorio habito *die* 23. *Septem.* 1750. & in Consistorio habito *die* 22. *Julii* 1754.

7. Vid. nostra Epistola Encyclica *ad Missionarios per Orientem constitutos, quæ est* 47. *nostri Bullarii Tom.* 4. *num.* 23. 25. & 31. In hac Editione Tom. XIX. Const. L. pag. 151. & seqq.

8 In nostra Consistoriali Allocutione habita *die* 13. *Julii* 1744. & impressa *cit. Tom.* 2. *nostri Bullarii in Append. sub n.* 7. In hac Editione Tom. XVI. Const. CI. pag. 207. & seqq.

enixe petit, ut Pallium e B. Petri Corpore sumptum, in quo est plenitudo Pontificalis Officii, nunc tradatur suo nuperrime electo Patriarchæ R. P. Tobiæ Gazenio Archiepiscopo Cypri: quem non minus Gentis Maronitarum merita, quam sua pietas, & probata in Sanctam Sedem fides, & observantia commendant, ut hunc honorem obtineat, quem habuit decessor suus, quemque, uti est eximia Sanctitatis Vestræ in omnes late populos, qui Christiano censentur nomine, digna Pontifice Maximo beneficentia, Orientalis Ecclesiæ Patriarchæ, parum usitato antea exemplo, hoc tempore quinquies impetraverunt.

Ea de re R. P. Arsenius Archiepiscopus Heliopolitanus Procurator ad Urbem missus, demississime rogat, ut religiosissima, quæ nunquam ad partes factiosorum, aut errantium declinavit, Ecclesia, constanti Romanæ Cathedræ judicio, diuturna hujus decoris accessione fruatur; atque id ipsum in genua provolutus, Tobiæ Patriarchæ nomine & verbis, instanter postulat, instantius, & instantissime.

Post hæc Sanctissimus intermissam Allocutionem prosequens, Electionem ipsius Patriarchæ Tobiæ quam libenter, & qua clausula se confirmasse, eidemque optatum Pallium benigne concedere, emissa prius tam hic in Urbe ab ipsius Procuratore, quàm in Monte Libano ab ipsomet Patriarcha Fidei professione; totam denique Syrorum Maronitarum nationem, ne unquam obliviscantur sinceram suam adhæsionem Catholicæ Fidei & Sedi Apostolicæ, modendam esse, eisque simul nomine Pontificio Apostolicam Benedictionem impertiendam, ornatissimis hisce verbis exponere dignatus est.

ALLOCUTIO SANCTISSIMI.

AUdistis, Venerabiles Fratres, expositam a legitimo Electi Patriarchæ Procuratore, pro Pallio instantiam. Audistis præterea, quibus illa fundamentis innitatnr. In Congregatione negociis Propagandæ Fidei præposita, jam expensa fuerunt Electionis validitas, Electi merita, quique peractam Electionem consequutus est, omnium assensus & plausus. De his omnibus ad Nos accuratissime relatnm fuit: Nosque exhibitum a Congregatione consilium sequentes, Electionem ipsam quàm libenter confirmavimus. In ipsa Confirmatione clausulam illam prætermisimus, per quam aliæ nonnunquam Electiones validari solent, *etiam quoad substantialia*; quum nihil in ea desideretur ex iis, quæ ad validitatem actus, juxta Orientalem disciplinam, necessaria existimantur; neque verò affirmari pro certo valeat, Occidentalis Ecclesiæ leges, quibus aliquæ inductæ fuerunt substantiales Electionum nullitates, Orientalem quoque Ecclesiam afficere, de qua in ipsis legibus nulla accurrit mentio 9. Quæ quum ita sint, annuentes precibus ab Electi Patriarchæ Procuratore expositis, libenti animo optatum Pallium ipsi concedimus; ita tamen ut idem legitimus Procurator, nomine illius, a quo constitutus est, priusquam ipsi fiat Pallii traditio, Professionem Fidei emittat, juxta formulam ab Urbano VIII. Prædecessore nostro statutam; & id ipsum subinde fiat ab ipsomet Patriarcha: cui impense injungimus, ut suos Maronitas moneat, ne unquam obliviscantur sinceram Nationis suæ adhæsionem Catholicæ Fidei, & Sedi Apostolicæ, quæ tanto eos amore amplexa est, & complectitur; eisdemque simul nostro nomine Apostolicam Benedictionem impertiatur.

9 Vid. citata nostra Epistola Encyclica, quæ est 47. *Tom. 4. nostri Bullarii num.* 44. In hac Editione Tom. XIX. Const. I. pag. 151. & seq.

Postquam absolutum est Consistorium, quoniam prænemorati Patriarchæ Tobiæ Procurator R. P. Arsenius Heliopolitanus Archiepiscopus desiderio flagrabat, quo singulari impertito beneficio, Sanctitati Suæ, ejusdem Patriarchæ nomine, gratias saltem privatim redderet, quum in publico id facere ei non licuerit; ideo post Consistorium voti compos a Pontifice perhumaniter factus, in intimo suo Cubiculo flexis genibus, hunc in modum verba fecit Arabice, quæ deinde Latine a R. P. D. Josepho Simonio Assemano, Bibliothecæ Vaticanæ Præfecto, Sanctissimi Domini Nostri Prælato Domestico, & utriusque Signaturæ Referendario, reddita sunt.

BEATISSIME PATER.

TOT, ac tanta sunt eximiæ Tuæ in Antiochenum Electum meum, atque a Te in hoc Augustissimo Consensu confirmatum Patriarcham Tobiam Petrum Gazenium, benevolentiæ, charitatis, ac benignitatis argumenta, ut fateri ultro compellar, vires mihi non suppetere, quo dignas Sanctitati Tuæ grates rependam. Conabor tamen genuinos ipsius Patriarchæ sensus, sinceraſque grati animi significationes pro modulo meo palam contestari. Est enim, Sanctissime Pater, est meus Patriarcha, obsequentissimus Apostolicæ Sedis filius, suæque erga Sanctitatem Tuam obedientiæ signa minime dubia, non verbis tantum, sed illustribus etiam factis, dedit: tum nempe, quum nullam interposuit moram, quin facto a Te judicio de controversa olim Patriarchali dignitate, statim acquiesceret, constituroque Auctoritate Tua Patriarchæ Simoni Evodio, suo proximo Decessori, sese submitteret. Qua agendi moderatione, quantum virtutis suæ opinio omnibus accreverit, datis ad ipsum humanissimis Literis, Beatitudo Tua declaravit. Itaque idem ipse, qui justis Tuis obtemperans, ut teterrimum illud schisma ex duplici in Patriarcham Electione conflatum extingueretur, delata sibi dignitate se confestim abdicavit, facile erit unicuique animo concipere, quàm sit in posterum luculentiora erga Sanctam Sedem observantiæ suæ documenta præbiturus, posteaquam & Patriarchalis dignitatis, unanimi Antistitum Maronitarum suffragio collatæ, Confirmatione, & honore Pallii de Corpore Beati Petri sumpti, ipsum honorificentissime cumulasti. Quamobrem sicuti hactenus habuisti, Pontifex Optime Maxime, Ecclesiarumque Orientalium amantissime, ita nunc, & semper habebis Antiochenum Patriarcham Tobiam, & beneficiorum Tuorum gratum memoremque, & Pontificiorum mandatorum observantissimum.

BREVIA LXXIII.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

Ad Patriarcham, Archiepiscopos, Episcopos, & Proceres Maronitarum.

I.

Venerabili Fratri Tobiæ Petro Patriarchæ Antiocheno Maronitarum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

ET Venerabilem Fratrem Arsenium Archiepiscopum Heliopolis a Fraternitate Tua ad Nos, atque Apostolicam hanc Sanctam Se-

dem

dem omnium Ecclesiarum Catholici Orbis Matrem & Magistram ablegatum, & humanissimas litteras præclaris tuæ erga Nos observantiæ, & debitæ erga eamdem Sanctam Sedem reverentiæ, obedientiæque documentis insignes Nobis inscriptas, Nobisque a memorato Arsenio Archiepiscopo redditas, ea, quæ Prædecessores nostri Romani Pontifices, Nosque ipsi alias prosecuti fueramus, Pontificia benignitate & Apostolica caritate excepimus. Quemadmodum autem Nobis permolestum accidit nuntium, viam nimirum universæ carnis ingressum, &, uti in justo remuneratore supremo Pastorum Principe JESU CHRISTO sperare decet, ad æterna beatæ stationis in Cælis tabernacula receptum fuisse cl. mem. Simonem, dum in humanis ageret, Patriarcham Antiochenum multis nominibus commendatum; ita ingenti lætitia in Domino exultavimus, quod Tu, Venerabilis Frater, in ipsius locum & Patriarchalem Sedem per unanimem Venerabilium Fratrum Antistitum suffragantium concordiam electus, suffectusque fueris. Nobis sane compertum, exploratumque erat, Fraternitatem Tuam Sacerdotalibus, Pastoralibusque virtutibus insignitam, in excolenda Christi Vinea Tibi commissa laudabiliter adlaborare; atque adeo Nobis pro certo pollicemur, Te, Venerabilis Frater, majori dignitate, auctoritate, & honore cumulatum, majori sollicitudine, vigilantia, operaque fore adnixurum, ut istam inclytam Maronitarum Nationem, de qua districtam æterno Judici JESU CHRISTO rationem reddere debes, Apostolicæ huic Sanctæ Sedi semper addictissimam, & veluti solem inter offusissimas tot errorum tenebras, & caligines lucidius præfulgentem, magis magisque confirmes, illustres, adaugeas, & promoveas. Porro quod ad Electionem tuam a Nobis probandam, confirmandamque, Palliumque de Corpore Sancti Petri Apostolorum Principis sumtum Tibi mittendum, enixis precibus exposcis, Fraternitati Tuæ persuasum esse cupimus, Nos, a gravissima diuturnaque infirmitate sensim per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam convalescentes, ubi Nobis integrum fuit, ne quidquam per Nos moraretur, e electo Secretum cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Constistorium habuisse. In hoc itaque Consistorio Electionem tuam approbavimus, & Apostolica auctoritate nostra confirmavimus, Palliumque de more Tibi tradendum mandavimus, prout ex aliis nostris Apostolicis Literis plenius intelliges. Nec dubitamus, quin idem Arsenius Archiepiscopus Ablegatus tuus, a quo & Pallium accipies, de omnibus per Nos in hoc negotio actis gestisque Fraternitatem Tuam fusius edoceat. Præterea Fraternitatem Tuam, quam plurimi facimus, magnoque honore prosequimur, & Apostolica caritate in vinculo unitatis complectimur, vehementer rogamus, atque in Domino hortamur, ut nostram imbellicitatem in ferventioribus tuis apud Deum obsecrationibus commendatam habere satagas. Cæterum, Venerabilis Frater, bono animo esto, prædica verbum, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina, vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelistæ, ministerium tuum imple, certa bonum certamen Fidei, apprehende vitam æternam cum corona justitiæ, quam repositam digne laborantibus in Cælo reddet Tibi quoque Dominus in illa die justus Judex. Nos interim ad prosperi successus, divinique præsidii auspicium, & studiosæ nostræ ad Fraternitati Tuæ, universæque Maronitarum Nationi, cum opportuna sese dederit occasio, gratificandum voluntatis pignus, Apostolicam Benedictionem uberrima cum cælestium charismatum copia conjunctam, Tibi, Venerabilis Frater, eidemque Maronitarum Nationi tuæ, peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXX. Aprilis MDCCLVII. Pontificatus Nostri Anno Decimoseptimo.

Cajetanus Amatus.

II.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis Patriarchatus Antiocheni Nationis Maronitarum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

NOn possumus sane satis aptis verbis explicare, Venerabiles Fratres, & dolorem, quo affecti sumus ob interitum clar. mem. Simonis, dum viveret, Patriarchæ vestri Antiocheni meritis laudibus nominandi, & ingentem Pontificii cordis nostri lætitiam inde conceptam, quod Fraternitates Vestræ tanta cum animorum alacritate & consensione, tantaque cum celeritate & sollicitudine, ne quidquam detrimenti interea temporis viduata Pastore suo Patriarchalis Sedes Antiochena pateretur, legitime & canonice eligere, & in Patriarcham vestrum constituere studueritis Venerabilem Fratrem Tobiam Petrum Cypri Archiepiscopum. Nos autem, statim atque faustum de Electione hujusmodi nuntium ad Nos perlatum fuit per humanissimas & ipsius Tobiæ Petri electi, constitutique Patriarchæ, & Fraternitatum Vestrarum, ac dilectorum filiorum Procerum Maronitarum literas, Supremo Pastorum Principi JESU CHRISTO, cujus vices in terris plane immerentes gerimus, immortales agere gratias non omisimus. Nulla igitur gravissimæ, diuturnæque infirmitatis nostræ ratione habita, lecto etiam decumbentes, Secretum cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Consistorium habere voluimus, ut quamcitissime peragerentur de more omnia, quæ ad Electionem hujusmodi Apostolica auctoritate approbandam, confirmandamque, & ad Pallium de Corpore S. Petri Apostolorum Principis sumtum laudato Tobiæ Petro Patriarchæ vestro mittendum, tradendumque, semper servata fuere. Quamobrem Vos, Venerabiles Fratres, de hisce per Nos actis certiores facientes, Vobiscum ex animo gratulamur; atque insimul bonorum omnium largitorem Deum, qui dat affluenter omne donum optimum, & ad æternam animarum salutem semper profuturum, supplices exoramus, ut Fraternitates Vestras nova virtute induat ex alto, quo de virtute in virtutem crescatis in Templo Sancto Dei, & magis magisque satagatis vigilare, custodire, ac per viam mandatorum Dei ducere populos pastorali curæ vestræ commissos. Hinc profecto factum fore in Domino confidimus, ut consentanea vitutibus laboribusque vestris merces tribuatur a justo remuneratore Deo. Interea hujus voti nostri auspicem, & Pontificiæ nostræ erga Fraternitates Vestras benevolentiæ testem esse cupimus Apostolicam Benedictionem, in populos quoque vestræ curæ creditos redundaturam, quam Vobis, Venerabiles Fratres, peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXX. Aprilis MDCCLVII. Pontificatus Nostri Anno Decimoseptimo.

Cajetanus Amatus.

III.

Dilectis Filiis Proceribus Maronitis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filii, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

QUAM præclaram de vestra omnisque inclytæ Maronitarum Nationis Catholica sinceraque Fide, & constanti Apostolicæ huic Sanctæ Sedi adhæsione opinionem Prædecessores nostri Romani Pontifices, Nosque ipsi semper habuimus, magis magisque confirmaverunt humanissimæ vestræ literæ, quas una insimul cum literis Venerabilium Fratrum tum Tobiæ Petri Archiepiscopi Cypri in Patriarcham Antiochenum vestrum electi, tum cæterorum Nationis vestræ Antistitum conjunctas ad Nos attulit Venerabilis item Frater Arsenius Archiepiscopus Heliopolis. Per ipsas sane literas vestras explicare studuistis, & filialem vestram erga Nos, & Apostolicam hanc Sanctam Sedem observantiam, reverentiamque, & Electionem de eodem Tobia Petro in Parriarcham unanimi memoratorum Antistitum consensu, Vobisque plaudentibus factam. Nos autem Vobis omniumque studiis benigne annuentes, nihil omisimus, quod ad hujusmodi negotium Apostolica auctoritate nostra peragendum, conficiendumque requirebatur. Quamobrem hoc unum superest, ut Vobis, Dilecti Filii, quos paterna Pontificiaque caritate complectimur, ab Omnipotenti Deo bonorum largitore uberrimam cælestium charismatum copiam apprecemur; atque vestram pietatem, religionemque meritis laudibus celebremus. Interim, Dilecti Filii, Vobis Apostolicam Benedictionem, perenne nostræ erga Vos præcipuæ benevolentiæ, dilectionisque testimonium, peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXX. Aprilis MDCCLVII. Pontificatus Nostri Anno Decimoseptimo.

Cajetanus Amatus.

LXXIV. Confirmatio Concordiæ inter Archiepiscopum Moguntinum, S. R. I. Electorem, & Episcopum, atque Abbatem Fuldensem initæ, super jure Metropolitico Ecclesiæ Moguntinæ in Episcopatum, atque Ecclesiam Fuldensem; nec non super aliis utriusque Ecclesiæ controversiis.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

Pontificis studium pro tuenda quiete & tranquillitate inter Personas Pastorali dignitate insignitas.

AD sacram Petri Sedem in plenitudine potestatis, divina dispositione evecti, ad ea potissimum, quæ pro personarum quarumlibet, præsertim Pastorali dignitate præditarum, quete, & tranquillitate observari debere dignoscuntur, libenter intendimus, ac iis, quæ vicissim providè per concordiæ ministerium ordinata fuisse comperimus, ut illa firma persistant, Apostolici muniminis robur adjicimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte Venerabilium Fratrum nostrorum Joannis Friderici Caroli moderni Archiepiscopi Moguntin., ac S. R. I. Electoris, necnon Adalberti moderni Episcopi, & Abbatis Fulden., ac ejusdem S. R. I. Principis, petitio continebat, quod cum inter dictum Joannem Fridericum Carolum Archiepiscopum, & Electorem, ac Decanum, & Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ Moguntin. ex una, ac prædictum Adalbertum Episcopum, & Abbatem, ac Decanum, & Capitulum Ecclesiæ Episcopalis, & Abbatialis Fulden. ex altera partibus, ad removendas omnes controversias, & ad omnium dissensionum semina penitus tollenda quædam concordia inita fuerit, cujus tenor est qui sequitur.

Tenor instrumenti Concordiæ.

§. 2. Nos Joannes Fridericus Carolus Dei gratiâ S. Sedis Moguntinæ Archiepiscopus, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius, & Princeps Elector: Et Nos Adalbertus electus Episcopus, & Abbas Fuldensis, Sacri Romani Imperii Princeps, Augustissimæ Romanorum Imperatricis Archi-Cancellarius per Germaniam, & Galliam, Primas &c. notum facimus, & profitemur &c. Dudum inter Archiepiscopatum, & Electoratum Moguntinum, ac principalem Abbatiam Fuldensem, optata per Divinam gratiam concordia, novisque frequenter ab Archiepiscopis Electoribus eidem Abbatiæ impensis favoribus aucta viguit amicitia, ita quidem, ut cum circa annum 1532. cogitatum esset de erigendo Episcopatu Fuldensi, Archiepiscopus Elector Moguntinus tum temporis existens, ejusque Capitulum Metropolitanum erectioni hujusmodi, & Fuldensis tunc Abbatis sibi exposito desiderio faciles se præbuerit, & dum res ad exitum non perduceretur, ut Abbates Fuldenses Jura Moguntina porrò libenter agnoverint, Archiepiscopi verò Moguntini eisdem Abbatibus sæculo præcedente Ecclesiasticam in Fuldensi Ditione Jurisdictionem reliquerint, eâque super re per Commissarios Moguntinos solemnem Anno 1662. concordiam inter Moguntinam Metropolitanam, Cathedralem Herbipolensem, & Abbatialem Fuldensem Ecclesias conciliarint, tenoris, qui sequitur:

Vetus transactio stipulata an. 1662. inter Archiepiscopum Moguntinum, eumdemque etiam Episcopum Herbipolensem, atque Abbatem Monasterii Fuldensis, integre hic reperitur.

§. 3. „ Nos Dei gratiâ Joannes Philippus „ Sedis Moguntinæ Archiepiscopus, Sacri Ro- „ mani Imperii per Germaniam Archicancella- „ rius, & Princeps Elector, quà Episcopus „ Herbipolensis, & Franciæ Orientalis Dux „ &c.: Et Nos Joachimus Abbas Fuldensis Sa- „ cri Romani Imperii Princeps, Romanorum „ Imperatricis Archicancellarius per Germa- „ niam, & Galliam, Primas &c. notum facimus, „ & pro Nobis, nostrisque Ecclesiis Herbipo- „ lensi, ac Fuldensi, earumque Successoribus „ tenore præsentium cunctis palam profitemur: „ posteaquam inde a pluribus annis inter hono- „ rabiles Prædecessores nostros, Nos & con- „ creditas Nobis Ecclesias multifariæ differen- „ tiæ, & contentiones, & in specie quidem „ ob prætensam a Nobis Episcopo Herbipolensi „ in diversa loca, & Parochias dictæ Fuldensis „ Ecclesiæ potestatem Ecclesiasticam, & Juris- „ dictionem Episcopalem, exortæ sunt, ex „ quo schismata, & inordinationes in rebus tam „ Ecclesiasticis, quàm sæcularibus, in notabile „ utriusque Ecclesiæ, & boni publici detrimen- „ tum, non vanè suspicari potuimus, quod „ tandem Nos Episcopus Herbipolensis, & Nos „ Abbas Fuldensis, suasu, & fideli interposi- „ tione, atque hortatu Eminentissimi Princi- „ pis, ac Domini Joannis Philippi S. Sedis „ Moguntinæ Archiepiscopi, Sacri Romani „ Imperii per Germaniam Archicancellarii, & „ Electoris, Episcopi Herbipolensis, & Franciæ „ Orientalis Ducis, quà Archiepiscopi, & E- „ lectoris Moguntini, Domini, & Amici no- „ stri in primis dilecti, maximèque veneran- „ di, ex studio vicinitatis, & affectu, prævià „ inter nostros ad id demandatos utràque ex „ parte, Consiliarios, & respectivè Legatos,

„ tracta-

„ tractatione, præ primis autem cum præſci-
„ tu, & conſenſu Reverendorum noſtrorum Epi-
„ ſcopi Herbipolenſis dilectorum devotorum
„ Præpoſiti, Decani, & Capituli noſtræ Ec-
„ cleſiæ Cathedralis Herbipolenſis, uti etiam
„ Reverendorum nobilium noſtrorum Abbatis
„ Fuldenſis dilectorum ac devotorum Decani,
„ & Capituli Eccleſiæ Fuldenſis, ad incre-
„ mentum, & conſervationem bonæ vicinita-
„ tis, & mutuæ conſenſionis, necnon in ma-
„ tura perdifficilium, noſtroſque ante oculos
„ obverſantium temporum, ac circumſtantiarum
„ contemplatione, atque hinc perſpecta ſum-
„ ma neceſſitate arctioris inter Nos conjun-
„ ctionis, & in noſtræ præſertim Abbatis Ful-
„ denſis Eccleſiæ bonum tendentis concordiæ
„ ineundæ, ſequenti ratione per amicam tran-
„ ſactionem inter Nos conventum fuerit, pro-
„ ut etiam hiſce tranſigimus modo, quo ſe-
„ quitur.

Pleniſſima juriſdictio Abbati Fuldenſi tribuitur in Clerum, & Populum ſibi ſubjectum.

§. 4. „ Et primò quidem, cum ratione
„ Epiſcopalis, & Eccleſiaſticæ Juriſdictionis,
„ (quam Nobis Epiſcopo Herbipolenſi, & Ve-
„ nerabilibus noſtris Prædeceſſoribus in diverſa
„ Fuldenſis ſuæ dilectionis Eccleſiæ Loca, Cœ-
„ nobia, & Parochias competere hactenus præ-
„ tendimus) differentiæ eſſent obortæ, dum di-
„ lectio ſua Fuldenſis ſupra dictam Juriſdictionem
„ Epiſcopalem a tempore immemoriali exerci-
„ tam, & ad ſe traductam fuiſſe conſtantiſſi-
„ mè tueri voluit; ita convenit inter Nos, &
„ promiſimus Nos Epiſcopus Herbipolenſis, qua-
„ tenus Dilectionem ſuam Fuldenſem, ejuſque
„ Succeſſores, & Eccleſiam, ratione Juriſdictio-
„ nis Eccleſiaſticæ hucuſque prætenſæ, nullate-
„ nus poſt hac impugnare velimus, ſed eam-
„ dem pro nunc, & perpetuis temporibus in-
„ tegraliter relinquimus liberè, atque ultroneè
„ penes Dilectionem ſuam, ejuſdem Succeſſo-
„ res, & Eccleſiam Fuldenſem; ut Eccleſia Ful-
„ denſis ſit, maneatque eatenus nullius Diœce-
„ ſis, habeatque ejuſdem Antiſtes in Clerum
„ & Populum Juriſdictionem Ordinariam pri-
„ vativè, qualis Prælatis Epiſcopo inferioribus,
„ & de facto Rmo Fuldenſi ſive de jure, ſive
„ ex conſuetudine, competere; hancque Juriſ-
„ dictionem exerceat, ut hactenus exercita
„ eſt, tam in Civilibus, & Matrimonialibus
„ Laicorum, quàm in Beneficialibus, & Crimi-
„ nalibus Clericorum, aliiſque Eccleſiaſticis
„ Cauſis quibuſcumque, ſive per ſe, ſive per
„ Vicarium, (aut Commiſſarium ſuum) quos
„ conſtituere, & deſtituere, ſicut & Clerum
„ in omnibus tam Curatis, quàm non Curatis
„ Beneficiis inſtituere, & deſtituere, viſitare,
„ Synodum convocare, & alia omnia face-
„ re, quæ ab hac Juriſdictione quaſi Epiſcopa-
„ li dependent, ipſi ſemper integrum ſit, ſine
„ ullo appellandi Jure ad Nos Epiſcopum Her-
„ bipolenſem, ſalvo tamen Jure Metropolita-
„ no, & remedio appellationis ad Metropoli-
„ tanum, juxta ordinem ab Eccleſia Catholica,
„ cunctiſque Diœceſibus hujus Provinciæ Mo-
„ guntinæ laudabiliter receptum, & in viridi
„ obſervantia conſtitutum: ſalvâ item libertate
„ pro iis, quæ ſunt Ordinis, quæque ex defectu
„ gradus, Rmo Fuldenſi competere nequeunt,
„ non tantum Regulares, ſed & Clericos ſæ-
„ culares ſui Principatus mittendi, ſive ad Me-
„ tropolitanum, ſive ad Nos Epiſcopum Herbi-
„ polenſem, pro Ordinibus ſacris ſuſcipiendis:
„ ſalva item libertate quemcumque accerſendi Ca-
„ tholicum Antiſtitem pro Sacramento Confirma-
„ tionis, conſecrandis Eccleſiis, Altaribus &c.,
„ idque ſine noſtra, noſtrorumque Succeſſo-
„ rum, & Eccleſiæ interpellatione, contra-
„ dictione, & impedimento, quomodolibet hæc
„ nuncupari, aut excogitari queant. Nos ta-
„ men Abbas, & Princeps Fuldenſis hiſce
„ per expreſſum declaramus, quod Juriſdictio
„ quaſi Epiſcopalis a Dilectionibus ſuis Domino
„ Archiepiſcopo, & Electore Moguntino, uti
„ etiam a Domino Epiſcopo Herbipolenſi, ut
„ præfertur, Nobis relicta, non diutius, quàm
„ dum Eccleſia & Principatus noſter Fuldenſis,
„ juxta fundationem, in Catholicorum ma-
„ nibus perſtiterit, vigere, & in ſuo robore per-
„ manere debeat. Ubi verò per vim majorem,
„ vel aliam quamcumque viam (quod, uti ſpera-
„ mus, avertet Dei clementia) in alienas, ſive
„ Catholicorum, ſive Acatholicorum manus de-
„ venerit, volumus, ac ſtatuimus, ut tali caſu
„ hæc tranſactio neque Archiepiſcopo Mogunti-
„ no, neque Epiſcopo Herbipolenſi ullatenus
„ cedat in præjudicium, nec illi hac teneantur,
„ ſed Jus ſuum Epiſcopale plenariè tunc manu-
„ tenendi, atque exercendi liberam habeat po-
„ teſtatem. Quemamodum etiam Nos Joannes
„ Philippus quà Archiepiſcopus Moguntinus, &
„ Nos Joannes Philippus quà Epiſcopus Herbi-
„ polenſis, hoc inſperato caſu, Nobis Jura no-
„ ſtra, & Poteſtatem per expreſſum reſervamus,
„ hancque ceſſionem eò uſque dumtaxat excluſivè
„ valituram hiſce declaramus.

Nuper electis Abbatibus injungitur, ut de ſua electione certiores faciant Archiepiſcopum Moguntinũ, & Epiſcopũ Herbipolenſem.

§. 5. „ E contrario, ac pro ſecundo;
„ quoniam præſentis concordiæ finis unicus,
„ ſcopus, ac propoſitum eſt, ut noſtrâ utriuſ-
„ que Archiepiſcopi Moguntini, & Epiſcopi Her-
„ bipolenſis amica, & vicinali cooperatione,
„ atque aſſiſtentia, noſtra Abbatis Fuldenſis Ec-
„ cleſia eò meliùs adverſus hoſtiles, ac violen-
„ tos impetus defendatur & protegatur: Hinc
„ noſtri Abbatis Fuldenſis Succeſſores pro tem-
„ pore exiſtentes, vigore præſentium obligen-
„ tur, ut quamprimùm aliquis a nobili Capitulo
„ per canonicam Electionem in locum Abbatis
„ & Principis fuerit ſuffectus, idipſum ſemper
„ Nobis Electori Moguntino, ut Mediatori, &
„ abſque eo Provinciæ Moguntinæ Metropolita-
„ no, tum etiam Nobis Epiſcopo Herbipolenſi,
„ per literas notificare, atque unà confirmationem
„ ſupradictæ ceſſionis, necnon actualem, quate-
„ nus neceſſitas exegerit, apud ipſos manutenen-
„ tiam amicè teneantur poſtulare.

Salvo tamen Metropolitico jure Eccleſiæ Mogũtinæ, aliiſque nonnullis cõditionibus.

Hi verò, juriſdictionẽ, & ſuperioritatem Eccleſiaſticam eidem Abbati, in vim hujus concordiæ, relictã, confirmare tenentur.

§. 6. „ Tertiò: quo facto etiam Nos Ar-
„ chiepiſcopus ac Princeps Elector Moguntinus,
„ & Nos Epiſcopus Herbipolenſis, pro Nobis,
„ Succeſſoribus, & Eccleſiis noſtris ſpondemus
„ per præſentes, ac pollicemur, quod ad con-
„ firmationem a Dilectione ſua Fuldenſi prædicto
„ modo petitam ſuperioritatis Eccleſiaſticæ, &
„ Juriſdictionis quaſi Epiſcopalis, vigore hu-
„ jus Concordiæ eidem relictæ, & quidem
„ abſque ullis impenſis, vel taxæ cujuſdam
„ penſione impertiendam, necnon ad præ-
„ ſtandam reipſâ manutenentiam, caſu eveniente, pariter obſtricti & obligati eſſe debeamus
„ ac velimus.

Tenor Epiſtolæ, qua Abbas ſuam electionem Archiepiſcopo Moguntino, & Epiſcopo Herbipolenſi nunciat.

§. 7. „ Quarto: ad evitandam verò in ejuſ-
„ modi petitione reſpectivè confirmationis, &
„ reſponſoria declaratione, omnem ambiguita-
„ tem, & diſſenſiones, conventum inter Nos
„ omnes, ac conſtitutum eſt, quatenus illæ ſe-
„ quentis tenoris eſſe, & conſtanter manere
„ debeant; ex parte videlicet noſtra Abbatis
„ Fuldenſis ad utramque ſuam Dilectionem Mo-
„ guntinam, & Herbipolenſem (mutatis mutan-
„ dis) ut ſequitur - - *Prævia paratâ Officiorum*
„ *noſtrorum oblatione. Dilectionem Veſtram pro-*
„ *penſæ vicinitatis confidentia celare non debemus,*
„ *qualiter Nos poſt deceſſum (N.) Venerabilis*
„ *Prædeceſſoris noſtri p. m. concordibus ſuffragiis,*
„ *& electione nobilis noſtri Capituli hujatis, in*
„ *Abbatem, & Principem Fuldenſem non ita pri-*

„ *dem, & die quidem (N.) electi fuerimus, si-*
„ *musque in actuali, & tranquilla nostræ Abba-*
„ *tiæ, & Principatus Fuldensis possessione consti-*
„ *tuti. Cum itaque probè recordemur, qualem*
„ *concordiam Venerabilis Prædecessor noster Ab-*
„ *bas (N.) anno (N.) die (N.) cum Dilectionis*
„ *Vestræ Domino Prædecessore tanquam Mediatore,*
„ *uti etiam cum sua Dilectione Herbipolensi cele-*
„ *braverit, conventumque inter ipsos præter alia*
„ *fuerit, ut quivis Princeps, & Abbas Fulden-*
„ *sis, mox ab electione, confirmationem Juris-*
„ *dictionis Ecclesiasticæ ea in concordia nostræ Ec-*
„ *clesiæ reliktæ, tum etiam manutenentiam, neces-*
„ *sitate flagitante, per literas petere, & vicissim*
„ *Dilectio Vestra eam Nobis pariter per literas re-*
„ *sponsorias sine recusatione impertiri, & respecti-*
„ *vè assecurationem præstare teneatur, ac velit;*
„ *Eapropter Dilectionem Vestram officiosè requiri-*
„ *mus, ut ad has nostras memoratæ supra Concor-*
„ *diæ conformes petitorias literas, eatenus se erga*
„ *Nos declarare dignetur, quatenus in pratacta*
„ *Concordia continetur, & pacisentium congruit*
„ *intentioni. Qui ad officia Dilectionis vestræ*
„ *omni tempore prompti permanemus.*

Exemplar responsionis ab his Abbati reddendæ.

§. 8. „ Quinto: Ad responsorias verò tam
„ a Nobis Archiepiscopo, & Electore Mogun-
„ tino, quàm a Nobis Episcopo Herbipolensi,
„ & Franciæ Orientalis Duce, ad Dilectionem
„ suam Fuldensem dandas, quod attinet, erunt
„ hæ (mutatis mutandis) vicissim tenoris sequen-
„ tis -- *Prævia &c. Redditæ Nobis fuerunt Di-*
„ *lectionis Vestræ perhumanæ literæ de die (N.) ex*
„ *quibus perlegimus, eamdem unanimi Nobilis Ca-*
„ *pituli sui consensu in Abbatem, & Principem*
„ *Fuldensem fuisse electam, esseque in actuali, &*
„ *pacifica possessione constitutam: & quæ præ-*
„ *terea in vim Concordiæ anno (N.) erectæ Ipsa*
„ *Nobis revocare in memoriam voluit. Quem-*
„ *admodum igitur Dilectioni Vestræ ad obtentam*
„ *istam Principalem Dignitatem, & Fuldensis Ec-*
„ *clesiæ Administrationem, omnem a Deo benedi-*
„ *ctionem, gratiam, opemque apprecamur; ita*
„ *quoque ex præscripto memoratæ Concordiæ non so-*
„ *lùm relictam tum temporis Dilectionis Vestræ*
„ *Prædecessori p. m., ejusque Successoribus, & Ec-*
„ *clesiæ, Jurisdictionem Ecclesiasticam, in præ-*
„ *sens plenarie denuo confirmamus, & ratificamus,*
„ *verum etiam promptos Nos paratosque declara-*
„ *mus, ubi Dilectionem Vestram, ejusdem Succes-*
„ *sores, & Ecclesiam, præter omnem spem & opi-*
„ *nionem, a quocumque demum, spectatim verò a*
„ *Catholicis, vel Acatholicis vicinis, aut exteris,*
„ *in memorata Jurisdictione Ecclesiastica, aliisve*
„ *Juribus suis infestari, aut turbari contingeret,*
„ *Nos eidem omnem vicinalem assistentiam, ope-*
„ *ram, ac manutenentiam (prout eo casu a Dile-*
„ *ctione Vestra fuerimus requisiti, & reliquæ tule-*
„ *rint circumstantiæ) nullo non tempore præstituros.*
„ *Dum Nos Dilectioni Vestræ grata &c.*

Integra utrinque ſpondetur Tranſactionis obſervantis.

§. 9. „ Secundum hæc omnia, asserendo
„ promittimus ac spondemus Nos Joannes Phi-
„ lippus quà Archiepiscopus Moguntinus, &
„ Mediator, & Nos quoque Joannes Philippus
„ quà Episcopus Herbipolensis, Franciæ Orien-
„ talis Dux, ac Nos Joachimus Abbas Ful-
„ densis &c. respectivè Elector, & Principes,
„ pro Nobis, nostris in Metropolitana Moguntì-
„ na, Herbipolensi, ac Fuldensi Ecclesiis Succes-
„ soribus, interpositis nostris Electorali, &
„ Principalibus Dignitatibus, fide & fidelitate,
„ quod contenta in hac Concordia puncta om-
„ nia & singula firmiter inviolata servare, ne-
„ que iis unquam contraire, vel ut contraea-
„ tur, permittere velimus, sive per Nos, sive
„ per nostros, quacumque ratione, aut via,
„ ac quocumque id demum fiat nomine, aut
„ excogitare in contrarium mens humana valeat;
„ prout etiam præter nunc adducta hujus tran-
„ sactionis puncta, omnes & singulos olim for-
„ tasse habitos tractatus, & conventiones præ-
„ sentium tenore penitus abolemus, iisque per
„ expressum perpetuò renuntiantes universim ab-
„ rogamus, & cassamus. In cujus rei fidem,
„ ac perenne robur Nos sæpè memoratus Joan-
„ nes Philippus quà Archiepiscopus Moguntinus,
„ & Mediator &c. tum etiam Nos Joannes Phi-
„ lippus quà Episcopus Herbipolensis, & Fran-
„ ciæ Orientalis Dux &c. & Nos Joachimus Ab-
„ bas Fuldensis &c. hanc Concordiam manu pro-
„ pria subscripsimus.

„ Et Nos Joannes ab Hoppenheim con-
„ dictus de Saal, Decanus, & universum Ca-
„ pitulum Ecclesiæ Metropolitanæ Moguntinæ,
„ necnon Nos Joannes Hartmannus de Rosen-
„ bach, Decanus, & Capitulum universum
„ Ecclesiæ Cathedralis Herbipolensis, & Nos
„ Matthias Benedictus de Rindorff Decanus,
„ & Capitulum universum Ecclesiæ Fuldensis;
„ profitemur, & notum facimus per præsentes
„ literas, pro Nobis, & Successoribus nostris,
„ hanc Concordiam Nobis scientibus, & consen-
„ tientibus initam, atque erectam fuisse, quem-
„ admodum in eam vigore præsentium consen-
„ timus fideliter, fraude ac dolo remotis. In
„ cujus rei testimonium Eminentissimi, & Reve-
„ rendissimorum Dominorum nostrorum Electo-
„ ris, & Principum sigillis, etiam consueta Ca-
„ pitulorum nostrorum sigilla his Literis appositi-
„ mus. Actum die 23. Martii Anno 1652.

„ *J. Philippus A. M. E. H. manu propria.*
„ *Joachimus Abbas manu propria.*

(L.S.) (L.S.) (L.S.) (L.S.) (L.S.)

„ *Archiep. Mog. Abbatis Cap. Metrop. Cap. Cath. Cap.*
„ *& Ep. Herbip. Fulden. Mog. Herbip. Fuld.*

Sequitur tenor recentis Concordiæ.

§. 10. Quæ quidem Concordia ab Archie-
piscopopo Moguntino, quà tali, necnon simul
quà Episcopo Herbipolensi, ac Abbate Fuldensi
subscripta, triumque Ecclesiarum Moguntinæ,
Herbipolensis, & Fuldensis Capitulari consensu,
& sigillis munita, plures per annos inviolata fe-
liciter subsitit; sed cum Apostolicâ careret con-
firmatione, & Herbipolensi Ecclesiæ Cathedra-
li minus utilis videretur, eaque propter impugna-
ta pro parte Episcopi Herbipolensis, per judi-
cata Sacræ Rotæ rescinderetur, acrior Herbipo-
lensem inter & Fuldensem Ecclesias coram Sa-
cræ Rotæ Tribunali lis exorta fuit, donec tan-
dem ad novas easdem inter Ecclesias Concordiæ
leges anno videlicet 1722., ac novissimè anno 1751.
deventum est; quam postremam quidem Concor-
diam Hammelburgi initam Sanctissimus Dominus
Noster Benedictus XIV. Pontifex Maximus
dignatus est confirmare. Archiepiscopi interea
Moguntini, rogatu Placidi Abbatis Fuldensis
in Concordia anni 1662. persistentes, nec litem
Herbipolensis Ecclesiæ quantumvis implorati suam
facientes, Abbatiam novis favoribus prosequi
non dubitarunt, atque tum maximè, cum pro
obeundis in Fuldensi Ditione Pontificalibus, Epi-
scopus in Partibus ab Apostolica Sede indulgere-
tur, cui concessioni non tantùm minimè sunt re-
luctati, verùm etiam ut Consecrationis munus in
ipsa reciperet Electorali Urbe Moguntina, fece-
runt facultatem; cum verò anno 1752. de erì-
gendo Episcopatu Fuldensi ageretur, re cum Ec-
clesia Metropolitana Moguntina haud communica-
ta, ac ipsa erectio Episcopatus a SSmo Domino
Nostro Benedicto XIV. Pont. Max. Bulla de-
super 5. Octobris 1752. edita perficeretur; tunc
verò temporis existens Abbas, & Princeps Ful-
densis Episcopatum istum Fuldensem neo-erectum

Plures lites ſuper concordia anni 1662. inter Epiſcopum Herbipolenſem & Abbatem Fuldenſem excitatæ per aliâ concordiam inter eoſdem initam anno 1751. ſedatæ ſunt.

Vide ſupra pag. 18. Conſt. III. In hac Editione Tom. XIX. p. 9 & ſeq.

Archiepiſcopi Moguntini perſtiterunt in concordia anni 1662.

Vide ſupra pag. 28. Conſt. IV. In hac Editione Tom. XIX. p. 15. & ſeq.

exemp-

Post erectionem Abbatiæ Fuldénsis in Episcopatum, lis exorta super jure Metropolitico Archiepiscopi Moguntini. Ejus tamen favore a Pontifice definita.

exemptum, nullique Metropolitano, sed soli S. R. Sedi subjectum crederet; ea super re ex parte Metropolitanæ Ecclesiæ Moguntinæ conquestum fuit, & in litis hujus decursu, supradicta Concordia de anno 1662. Moguntinam inter, & Fuldensem Ecclesias inita, ab Abbate Fuldensi asserta fuit insubsistens. Demum verò decima Augusti anno 1755. a Sanctissimo Domino BENEDICTO XIV. Pontifice Maximo re maturè discussâ, ac adhibitis in consilium omnibus Sacræ Rotæ Auditoribus, habitoque illorum in scriptis unanimi suffragio, definitum fuit, constare de jure Metropolitico Moguntino in totum Territorium Fuldense, edito subinde desuper Apostolico Brevi dato 15. Septembris 1756. tenoris sequentis.

BENEDICTUS PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Literæ Apostolicæ in forma Brevis desuper expeditæ.

§. 11. *Saluberrimum Apostolicæ providentiæ, benignitatisque institutum a Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus sapientissimè initum, servatumque, ut iis quidem, quibus potuissent titulis & honoribus insignes Ecclesias magis magisque ad Numinis Divini cultum, & Christifidelium utilitatem adaugerent, sed pari nihilominus circumspectione, ac diligentiâ Hierarchicum Ecclesiæ Catholicæ ordinem, in hisce ipsis honorum largitionibus inviolatum, atque intactum, Decretis, ac rescriptis suis custodirent: a suscepti Pontificatus Nostri exordio ita, quoad Nobis integrum fuit, tenere, & sequi studuimus, ut nullas hac in re Apostolicæ nostræ vigilantiæ partes ubique Gentium desiderari passi fuerimus. Quamobrem cum insignis, & antiquissima Abbatia Fuldensis, quæ intra fines Provinciæ Moguntinæ sita esse non ambigitur, multis nominibus clara, maximè verò propter privilegia, quibus per Romanos Pontifices, atque ipsos etiam sæculares Principes locupletata fuit, in Germania plurimi fieret, magnoque in honore haberetur, non immeritò Nos, ad majus Catholicæ Fidei præsidium, atque ornamentum, Abbatiam ipsam in Episcopatum ereximus, ejusque Abbatem pro tempore existentem in Episcopum, & Abbatem insimul constituimus; quemadmodum ex aliis nostris sub plumbo expeditis literis, quarum tenorem, quatenus opus sit, hisce præsentibus pro expresso, & inserto haberi volumus, uberiùs continetur. Cum verò post Episcopatus hujusmodi erectionem, atque Episcopi ordinationem, quædam eruperit controversia super authoritate, quæ Archiepiscopo Moguntino in dicta nova Episcopali Diœcesi Metropolitico Jure competere deberet; Ut ea quàm citiùs, & absque ullo judiciali strepitu absolveretur, controversiam ipsam ad Nos avocavimus, reque totâ per Nos ipsos diligenter consideratâ, itemque in Consilium adscitis peritissimis in Jure Canonico Viris nostræ Romanæ Rotæ Auditoribus, quemadmodum eximia Moguntinæ Sedis Dignitas non inter Germanos tantùm, sed universo Christiano Orbi perspecta exposcere videbatur, lætati admodum sumus, quod eorum suffragia tum oretenus, tum etiam scripto exposita, & in manibus nostris relicta, cum concepta jam prius in mente nostra sententia prorsus convenirent. Quapropter uniformi prædictorum Auditorum sensui inhærentes, eâ ipsâ die, videlicet decima Augusti superioris anni 1755. decrevimus, ac declaravimus, prædictas nostras literas super erectione Abbatiæ Fuldensis in Episcopatum, atque alias præcedentes itidem nostras super approbatione, & confirmatione cujusdam concordiæ inter Episcopum Herbipolensem, & Abbatem Fuldensem peractæ, ita semper accipiendas esse, interpretandas, atque intelligendas, ut per eas nihil omnino detractum, aut imminutum censeatur de authoritate, & Jure Metropolitico, quod in tota Provincia, atque adeo etiam in novo Episcopatu Fuldensi, & universa ejus Diœcesi, Moguntino Archiepiscopo competit, juxta præscriptum SS. Canonum, & S. Concilii Tridentini; salvâ tamen ex alia parte, atque illæsa manente exemptione passivâ, atque immediatâ subjectione huic S. Sedi Apostolicæ, quibus hactenus juxta formam suorum Privilegiorum gavisi sunt, & gaudere debent Monachi omnes, & Monasterium Fuldense, cum sua Abbatiali Ecclesia, quæ nuper in Cathedralem erecta est, aliisque Ecclesiis, quæ secundum præsentem statum, eidem Monasterio pleno Jure incorporatæ, & subjectæ reperiantur: Ita tamen ut Populus, & Clerus sæcularis ab ejusmodi Ecclesiis quomodolibet dependens, propter hoc a Jure Metropolitico prædicto nequaquam exemptus censeatur. Quo itaque firmiùs Decretum hoc nostrum subsistat, & servetur exactiùs, Decretum ipsum tenore præsentium Apostolicâ authoritate confirmamus, atque inviolabili Apostolicæ firmitatis robore communimus. Decernentes, idem Decretum, & præsentes nostras literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari debere; sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, & eorumdem Cardinalium Congregationes, necnon Apostolicæ Sedis Nuntios, & quosvis alios quacumque præeminentiâ, & potestate fungentes, & functuros, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, quidquid secus super his a quoquam, quavis authoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, vel Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, & quibuscumque aliis in contrarium præmissorum etiam a Nobis quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 15. Septembris 1756. Pontificatus Nostri anno decimo septimo.*

Cajetanus Amatus.

Primum recentioris transactionis caput, quo Episcopus Fuldensis plenam observantiam concordiæ anno 1662. promittit.

§. 12. Nos itaque Joannes Fridericus Carolus Archiepiscopus Moguntinus, & Princeps Elector &c., & Nos Adalbertus electus Episcopus, Abbas, & Princeps Fuldensis &c. ad reducendam inter utramque Ecclesiam Moguntinam, & Fuldensem pristinam concordiam, ac ad illam inviolabiliter, & in perpetuum stabiliendam, & ad removenda omnia, quæ futuris perpetuis temporibus Catholicorum, & Vicinorum Principum amicitiam, & quietem turbare possent, re maturè diuque deliberatâ, habitoque cum Capitulis Ecclesiarum nostrarum tractatu, deque eorum consilio, & consensu, in sequentes reductæ pacis, & concordiæ leges convenimus -- Nos Adalbertus electus Episcopus Abbas, & Princeps Fuldensis, præhabitâ jam tempore Sedis nuper vacantis in Capitulo nostro deliberatione, ac re etiam deinceps uberiùs perpensa, cognoscentes, non aliam futuræ cum Ecclesia Moguntina pacis, ac stabiliendi novi Episcopatus Fuldensis basim esse posse, quàm supradictam Concordiam anno 1662. inter utramque Ecclesiam feliciter initam, & usque ad recentes annos magno Fuldensis Abbatiæ bono observatam; Nos ab Eminentissimo & Celsissimo Principe Archiepiscopo Electore Moguntino Domino nostro cum primis Venerando, ejusque Capitulo Metropolitano, ejusque Concordiæ continuationem decenter petivimus, & petimus

per præsentes, eamdemque futuris perpetuis temporibus illibatam servare, tam pro Nobis, quàm nostris in Ecclesia Fuldensi Successoribus, promittimus, Nosque, Successoresque nostros ad literas in eadem concordia præscriptas, nihil immutato illorum tenore, nisi quoad Episcopi nomen, obligamus.

Mutatis tamen iis, quæ sunt de exercitio Pontificalium.

§. 13. Cum tempore concordiæ anni 1662. in Fuldensi nostro Territorio non extaret Episcopus cum exercitio Pontificalium, sed Ordinandi, juxta Concordiæ leges, mittendi essent, sive ad Metropolitanum, sive ad Episcopum Herbipolensem, hæc & reliqua ibi de Pontificalium exercitio dicta, ipsa novi Episcopatus Fuldensis erectione mutata intelligantur.

Jus quoque Metropoliticum Archiepiscopi Moguntini in universam Diœcesim suam agnoscit, & Brevi Apostolico obedientiam se præstiturum pollicetur.

§. 14. Cum ab omni retro tempore Prædecessores nostri Abbates, & Capitulum Fuldense, Archiepiscopos Moguntinos, usque ad nuperæ litis exordium, agnoverint totius Territorii Fuldensis Metropolitanos, Nos quoque Dilectionem suam modernum Eminentissimum Dominum Archiepiscopum & Electorem Moguntinum; ejusque in perpetuum Successores, tanquam Metropolitanos nostros, & universæ Diœcesis nostræ Fuldensis cis & trans amnem Fuldam, agnoscimus, ac pro Nobis, & Successoribus nostris promittimus Nos supremæ Apostolicæ Definitioni supradictæ, & Brevi Apostolico desuper edito die 15. Septembris anno 1756. supra de verbo ad verbum inserto, plenariam debitam paritionem præstare velle, sicque totum, & integrum Episcopatum nostrum Fuldensem (salvâ tamen, atque illæsâ manente exemptione passivâ, atque immediatâ subjectione S. Sedi Apostolicæ quoad Personas in eodem Brevi expressas) Metropolitanæ Moguntinæ Ecclesiæ subjectum, & suffraganeum esse, & manere debere profitemur.

Profitetur se curaturum ne Appellationes ad Metropolitanum a quopiam impediantur.

§. 15. Et cùm contra bonam fidem, & amicitiæ leges ageretur, si nostri Fuldenses subditi a quopiam quomodolibet absterrerentur ab appellationibus ad Metropoliticum Moguntinum Judicium, juxta ordinem ab Ecclesia Catholica præscriptum, interponendis, cavere studebimus omnino, ne ab Ecclesiasticis, vel Sæcularibus nostræ Ditionis Magistratibus, vel Particularibus etiam Personis, impediantur iidem Fuldenses nostri subditi ab appellationibus in omnibus Causis ad Vicariatum Generalem Episcopatus nostri devolutis, ad Metropolitanum Moguntinum interponendis, vel prosequendis; quem in finem etiam hanc nostram concordiam, Apostolicâ confirmatione secuta, Vicariatui nostro Generali, Parochisque notam faciemus. Cumque sic omnis discordiæ fomes sublatus sit, Nobis promittimus, fore, ut sua moderni Eminentissimi Domini Archiepiscopi Electoris Moguntini Dilectio Abbatiam nostram in Episcopatum legitimè erectam, Nosque, & Successores nostros legitimos Episcopos Fuldenses tam cis, quàm trans amnem Fuldam agnoscat, & ut in S. R. Imperio, ejusque Comitiis, & Tribunalibus, ac ubicumque opus fuerit, Nobis & Successoribus nostris prædicatum, ac titulus Episcopi tribuatur, officia sua impendat.

Archiepiscopus Moguntinus quoque suam fidem obligat pro observanda Concordia anni 1662.

§. 16. Et Nos Joannes Fridericus Carolus Archiepiscopus, S. R. I. per Germaniam Archicancellarius, & Princeps Elector &c. Prædecessorum nostrorum, præsertim Joannis Philippi Archiepiscopi Electoris Moguntini exempla secuti, de consilio, & consensu Metropolitani nostri Capituli, ob salutares fines supra expressos Concordiam sæpedictam de anno 1662. superiùs insertam hisce renovatam volumus, ac renovamus, declarantes pro Nobis & Successoribus nostris, eamdem Concordiam perpetuis temporibus valere, & quæ ibidem in favorem Abbatiæ Fuldensis disposita sunt, observari inviolabiliter debere. Nosque, & Successores nostros prædictos ad Episcopatum cujuscumque neo eligendi Fuldensis Principis, eâ, quæ in Concordia præscribitur, formulâ respondsuros esse, ac promissam in iis opem, assistentiam, ac manutentionem præstituros.

Admittit exemptionem passivam Abbatiæ Fuldensis in Apostolico Brevi præservatam.

§. 17. Sicuti nihil novi unquam petere, vel Fuldensis Abbatiæ Juribus, & privilegiis quidquam detrahere voluimus, ita non tantùm exemptionem passivam Fuldensem in supradicto Apostolico Brevi præservatam & stabilitam sponte agnoscimus, sed etiam ne contra illam quidquam a quocumque tentetur, invigilabimus.

Ejusdem erectionem in Episcopatum, & Abbates in Episcopos se agnoscere profitetur.

§. 18. Similiter Antecessorum nostrorum Archiepiscoporum benevola erga Fuldensem Abbatiam vestigia, & faventem Episcopatus Fuldensis erectioni intentionem secuti, eamdem Episcopatus Fuldensis erectionem a SSmo Domino Nostro Benedicto XIV. Pontifice Maximo factam, hisce probamus & laudamus, atque Dilectionem suam modernum Reverendissimum Dominum Abbatem, & Principem Fuldensem, legitimum totius Diœceseos Fuldensis cis & trans amnem Fuldam Episcopum, nostræ tamen Ecclesiæ Metropolitanæ Moguntinæ suffraganeum agnoscimus, & ut ubique in Sacro Romano Imperio agnoscatur, officiis nostris non deerimus.

Cavetur, ut ab utraque parte Apostolicum Beneplacitum impetretur pro hujus Concordiæ confirmatione.

§. 19. Hanc nostram Concordiam Nos Joannes Fridericus Carolus Archiepiscopus Moguntinus, & Princeps Elector, & Nos Adalbertus electus Episcopus, Abbas, & Princeps Fuldensis, ut eo magis roboretur, & perpetuis temporibus inviolata perduret, Sanctæ Sedi Apostolicæ, prout Præsules, & Principes eidem verè devotos decet, submittemus, ejusque Apostolicam Confirmationem per nostros ibidem Ministros, ante confirmationem modernæ novæ Electionis Fuldensis, unà rogabimus. Ante obtentam verò eamdem Apostolicam confirmationem hujus Concordiæ, & omnium in illa contentorum, eadem hæc Concordia in nullius partis præjudicium poterit allegari, sed utriusque Ecclesiæ Jura, salva, & integra manere debent.

Utraque pars hanc Concordiam sanctissimè se observaturam promittit & recipit.

§. 20. Atque hæc nostra Concordia maturâ deliberatione feliciter inita, sicque a S. Sede confirmata, perpetua basis mutuæ inter Ecclesiam Metropolitanam Moguntinam, & Cathedralem, & Abbatialem Fuldensem amicitiæ existet, neque contra illam exceptiones ullæ cujuscumque nominis, aut Pontificum, Cæsarumque Constitutiones, Bullæ, Literæ, vel Privilegia, nomine tenus verò Bulla SSmi Domini Nostri Benedicti XIV. Pontificis Maximi super confirmatione Concordiæ Hammelburgensis inter Herbipolensem & Fuldensem Ecclesias initæ, vel subsecuta Episcopatus Fuldensis erectio, & desuper edita Apostolica Constitutio, aut aliud quodcumque poterit allegari; prout altè fatus Sanctissimus Dominus Noster in Brevi Apostolico supra inserto jam disertè declaravit, hæc omnia Juribus Moguntinis nihil derogare. In cujus rei majorem fidem Nos Joannes Fridericus Carolus Archiepiscopus Moguntinus, & Princeps Elector, & Nos Adalbertus electus Episcopus, Abbas, & Princeps Fuldensis has Concordiæ paginas signavimus, & nostris jussimus communiri sigillis. Moguntiæ die duodecima Februarii, Fuldæ die 18. Februarii anno 1757.

J. Fridericus Carolus Archiepiscopus, & Elector. *Adalbertus Electus Episcopus Abbas & Princeps Fuld.*

(L. S.) (L. S.)

Accedit Concordiæ consensus utriusque Capituli Moguntini & Fuldensis.

Nos similiter Joannes Franciscus Antonius ab Hohneck Decanus, totumque Capitulum Metropolitanum Moguntinum, necnon Nos Carolus de Fechenbach, Decanus, & totum Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, & Abbatialis Fuldensis, pro Nobis, nostrisque utrinque Successoribus, profitemur Concordiam hanc suprascriptam, cum scitu, consilio, & consensu nostro in omnibus, & per omnia fuisse initam, prout eidem omni meliori modo consentimus, eademque omnia probamus & laudamus. In quorum fidem Eminentissimi & Reverendissimorum DD. Nostrorum Electoris, & Principum sigillis, etiam consueta Capitulorum nostrorum Metropolitani Moguntini, & Cathedralis, ac Abbatialis Fulden. sigilla his literis appositimus. Moguntiæ 15. Febr. Fuldæ 18. Febr. anno 1757.

(L. S.) (L. S.)

Quod copia præcedens vero suo originali, præhabitâ diligenti & accuratâ collatione in omnibus de verbo ad verbum consona & conformis sit, vigore appositi Sigilli Electoralis Moguntini corroboratur. Moguntiæ die 16. Februarii 1757.

In fidem

(L. S.) *P. Matthæus Maria Regim. Electoralis Moguntini Secretarius & Expeditor.*

Pontifex ante confirmationem Concordiæ, ejus cognitionem remisit Congregationi particulari super rebus Consistorialibus.

§. 21. Joannes Fridericus Carolus Archiepiscopus, & Elector, ac Adalbertus Episcopus, & Abbas præfati, Concordiam hujusmodi pro debito erga Sedem Apostolicam obsequio, & reverentia, in omnibus ejus judicio, & authoritati subjectam esse voluerunt; quapropter Nobis supplicari fecerunt, ut Concordiam prædictam Apostolica authoritate approbare, & confirmare de benignitate Apostolica dignaremur; hujusmodi autem precibus Nos inclinati, hujusmodi negotium confirmationis ad Congregationem Particularem super rebus Consistorialibus præpositam expendendam remittere dignati fumus, ac eadem Congregatio præfatæ Concordiæ Instrumento diligenter inspecto, omnibusque in ea contentis accuratè perpensis, sub die 22. Mensis Martii proximè præteriti, censuit Concordiam prædictam esse confirmandam, adjectis tamen nonnullis clausulis, quibus Nobis placuit, alias quoque clausulas etiam adjungere, prout ex Decreto ejusdem Congregationis latiùs apparet: cujus quidem dictæ Congregationis Decreti tenor est, qui sequitur:

Moguntin. & Fulden. Confirmationis Concordiæ.

Ejusdem Congregationis decretum.

§. 22. *Cum inter Eminentissimum, & Reverendissimum Dominum Joannem Fridericum Archiepiscopum, & Electorem, ac RR. Decanum, & Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ Moguntinæ ex una, & R. P. Adalbertum electum Episcopum, & Abbatem, ac RR. Decanum, & Capitulum Ecclesiæ Episcopalis, & Abbatialis Fulden. ex altera partibus, ad removendas omnes controversias, & ad omnium dissensionum, ac simultatum semina penitus tollenda, Concordia inita, & mense Februario proximè præterito propriis subscriptionibus munita fuerit, quam pro debito erga Apostolicam Sedem obsequio, ac reverentia, in omnibus ejus Judicio, & authoritati subjecta esse voluerunt; ideo tam prædicti Archiepiscopus Moguntin., quàm Episcopus, & Abbas Fuldenses, Literis ad Sanctissimum Dominum nostrum datis, humiliter supplicarunt, ut eam Apostolica authoritate approbare, & confirmare dignaretur. Hujusmodi autem precibus per Sanctitatem suam ad Congregationem Consistorialem Particularem remissis, eadem Congregatio, Concordiæ Instrumento diligenter inspecto, omnibusque in ea contentis accuratè expensis, censuit, Concordiam esse confirmandam; Ita tamen ut nullum unquam inde præjudicium illatum intelligatur alteri Concordiæ initæ inter Episcopum Herbipolensem, & Abbatem nunc Episcopum Fuldensem, & a Sede Apostolica confirmatæ per Apostolicas Literas sub plumbo Kal. Octobris 1752. tum etiam erectioni Episcopatus Fulden., ejusque jurisdictioni Ordinariæ, per similes Literas tertio nonas Octobris anno 1752. necnon Juri Metropolitico Archiepiscopi Moguntini per alias Literas in forma Brevis die 15. Septembris 1756. expeditas; factaque per me infrascriptum Secretarium relatione, Sanctitas Sua dictæ Congregationis sententiam benignè approbavit, decrevitque, ut omnia in iisdem Apostolicis Literis suis contenta, quatenus opus sit, de novo data, indulta, concessa, approbata, & confirmata censeantur. Datum Romæ die 22. Martii 1757.*

Loco † Sigilli.

J. Cardinalis Millo.

N. Antonellus Sac. Congregationis Consistorialis Secretarius.

Congregatio eadem censuit Concordiam esse confirmandam, nonnullis adjunctis clausulis.

Juxta Congregationis Decretum Concordia confirmatur Apostolica auctoritate.

§. 23. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, ea, quæ ab Apostolica Sede approbantur, & confirmantur, firmius subsistant, & ab omnibus exactiùs observentur; proindeque Joannes Fridericus Carolus Archiepiscopus, & Elector, ac Adalbertus Episcopus, & Abbas prædicti, plurimum cupiant Concordiam prædictam, cum dictis adjunctis clausulis in prædicto Decreto appositis, ac Decretum hujusmodi, per Nos & Sedem Apostolicam, ut infra, approbari, & confirmari: Quare pro parte tam dicti Joannis Friderici Caroli Archiepiscopi & Electoris, quàm Adalberti Episcopi, & Abbatis prædicti, Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eorum, ac Archiepiscopi, & Electoris Moguntin., necnon Episcopi, & Abbatis Fulden. prædicti pro tempore respectivè existentium, quieti, & tranquillitati in præmissis opportunè providere, ipsosque specialis gratiæ favore prosequi de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui quantum cum Domino possumus, diuturnam pacem, mutuamque amicitiam inter Ecclesiasticas Personas, præsertim Pontificali dignitate insignitas, non tantùm promovere, sed & stabilire sinceris desideramus affectibus, Joanni Friderico Carolo Archiepiscopo, & Electori, ac Adalberto Episcopo, & Abbati prædictis, specialem gratiam facere volentes, eorumque singulares personas, a quibusvis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Concordiam hujusmodi, cum prædictis clausulis in eodem Decreto expressis, necnon Decretum hujusmodi, Apostolica auctoritate, earumdem tenore præsentium, perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur, vim, & efficaciam adjicimus, ac Concordiam hujusmodi cum prædictis clausulis in eodem decreto expressis, necnon Decretum prædictum, ab ipsis modernis, & pro tempore

existentibus Archiepiscopo & Electore Moguntin., ac Episcopo & Abbate Fulden., ac ab aliis, ad quos spectat & pertinet, ac spectare & pertinere poterit in futurum, perpetuò observari, nec illi ullo unquam tempore derogari posse, neque debere.

Decreta cum derogatione contrariis.

§. 24. Præsentes quoque Literas Apostolicas semper, & perpetuò validas & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & sic ab omnibus censeri; & ita per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-legatos, dictæque Sedis Nuncios, judicari & definiri debere, & quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictarum Ecclesiarum Moguntin. & Fulden., etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque.

Sanctio.

§. 25. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, roboris adjectionis, ac decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. 21. Maji 1757. Pontificat. XVII.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quinquagesimo septimo, duodecimo Kalendas Junii, Pontificatus Nostri anno decimoseptimo.

J. S. Villa.

Loco † Plumbi.

LXXV.

Missam celebrantes, aut Fidelium Confessiones excipientes, ad Presbyteratus Ordinem non promoti, quibus pœnis ex sacrorum Canonum, & Apostolicarum Constitutionum præscripto subjiciantur; quæ praxis hactenus in Judiciis adversus hujusmodi reos sit servata, & quomodo inposterum sit providendum.

Epistola Encyclica ad Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, Locorum Ordinarios.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem, &c.

Pontificum Constitutiones de Celebrantibus nō promotis, eorumque pœnis.

QUAM grave horrendumque scelus admittat, quicumque Sacerdotali Ordine non initiatus, Sacrificium Missæ celebrare præsumit, superfluum censemus multis verbis demonstrare; quum omnibus perspectæ sint rationes, ob quas sacrilegum hujusmodi crimen merito detestandum, atque districto pœnarum gladio vindicandum censetur. Satis itaque erit Apostolicas Prædecessorum nostrorum Constitutiones hìc indicare, quibus severissimæ adversus memorati criminis reos pœnæ statuuntur; quæ scilicet a fel. record. Paulo IV., Sixto V., Clemente VIII., & Urbano VIII. Romanis Pontificibus editæ fuerunt; quarum sanctionibus decernitur, ut quicumque Sacerdotali charactere destitutus, compertus fuerit Missam celebrasse, Foro sæculari puniendus tradatur.

Addita hujusmodi sanctionibus firmitas contra excogitatas fraudes.

§. 2. Has omnes Constitutiones Nos ipsi memoravimus, & confirmavimus in nostra, quam usque ab anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLIV. Pontif. Nostri IV., sub Dat. XII. Kal. Majas edidimus, cujus initium est: *Sacerdos in æternum*, quæque impressa est in Bullario Nostro *Tom. 1. num. 97.*, ubi præterea plures tolluntur exceptiones, & subterfugia, quæ per Defensores reorum afferri solebant, ut eos eximerent a decreta pœna traditionis brachio sæculari; quantumvis legitimis probationibus plane constaret, eosdem, Sacerdotali ordinatione nunquam susceptâ, Missam celebrasse.

Pœnam in perditos homines sic irrogat Ecclesia ut lenis, piæque Matris spiritum servet.

§. 3. Quamvis autem Ecclesia præfatos celebrantes non promotos, justitiâ sic exigente, sæculari Foro tradendos decreverit; quum tamen eadem pia mater sit, & ut omnibus constat, lenitatis & misericordiæ viscera gerat, nec unquam omisit, nec adhuc desinit mansuetudinis suæ argumenta præbere, tum in statuenda forma degradationis verbalis, quæ realem degradationem præcedit; tum in ipsa reali degradatione exequenda; tum denique in providis legibus, & cautelis editis atque susceptis, ut nequissimos homines arceret a sacrilego ausu se se immiscendi Sacrorum Mysteriorum celebrationi, absque Sacerdotali ordine & charactere; viam illis quodammodo præoccupando, qua in præfatam pœnam traditionis brachio sæculari prorueré possent.

Id evitatur primò expræscripta verbalis degradationis forma.

§. 4. In Pontificali Romano habetur forma degradationis verbalis, per quam videlicet profertur sententia decernens realem degradationem, non minus in eos, qui Sacris Ordinibus, excepto Presbyteratu, insigniti sunt, quàm & in cæteros Clericali tantum Tonsura, aut Minoribus Ordinibus initiatos. Hoc solum inter utrosque intercedit discrimen, quod in Clericos Minorum Ordinum, aut simpliciter Tonsuratos, verbalis degradatio peragitur, seu quod idem est, degradatio realis decernitur, a solo Episcopo, absque aliorum quorumcumque interventu: in alios vero Majoribus Ordinibus infra Sacerdotium insignitos, non licet Episcopo ad verbalem degradationem procedere, nisi assistentibus, & suffragium simul ferentibus aliis quibusdam personis, quarum præsentiam, sententiamque Canonicæ Leges exposcunt.

Indicantur de ea canonicæ sanctiones.

§. 5. Celebris est Decretalis Prædecessoris Nostri Bonifacii Papæ VIII. *in Cap. degradatio, de Pœnis, in sexto*, ubi hæc leguntur: *Super quo tibi taliter respondemus, quod verbalis degradatio, seu depositio ab Ordinibus, vel Gradibus Ecclesiasticis, est a proprio Episcopo, sibi assistente in degradatione Clericorum in sacris constitutorum Ordinibus certo Episcoporum numero definito Canonibus, facienda; quamquam proprii Episcopi sententia, sine aliorum Episcoporum præsentia, sufficiat in degradatione eorum, qui Minores dumtaxat Ordines receperunt.*

Subsidiaria degradationis forma a Concilio Tridentino permissa.

§. 6. Notæ sunt etiam sanctiones Canonum, quos indicat Glossa Canonica, *in cit. Cap. Degradatio, in verb. Canonibus -- de pœnis, in sexto*, quique definiunt numerum Episcoporum, qui assistere debent, ubi pronuncianda sit degradatio verbalis adversus Clericum in Majoribus Ordinibus constitutum.

§. 7. Nec quemquam latere potest quod in Sacro Concilio Tridentino statutum fuit *Sess. XIII. cap. 4. de Reform.*, ubi, quum animadversum fuisset, non ita facile in occurrentibus degradationum casibus reperiri posse numerum Episcoporum a Canonibus requisitum, facultas sit Episcopis procedendi etiam absque illis; adhibitis tamen, sibique ea in re assistentibus totidem Abbatibus, in Civitate, aut Diœcesi residentibus, atque usu Mitræ & Baculi ex Apostolicæ Sedis indulto decoratis, vel, si hi non adsint, aliis personis in Ecclesiastica Dignitate constitutis, matura ætate, & sacrarum legum scientia spectabilibus.

Assessores in verbali degradatione quo jure fruantur.

§. 8. Quoniam vero juxta veterem disciplinā, verbales degradationes peragebantur in Synodis

Provin-

Provincialibus, & in his quidem singuli Episcopi suum proferebant suffragium; quum nunc Episcopi, vel alii Ecclesiastici viri, de quibus diximus, locum gerant Patrum in Conciliis Provincialibus assidentium, facile intelligitur, in hos derivatum esse jus ferendi suffragii in degradationibus verbalibus, ad quas, uti Assessores, invitantur; quemadmodum plene demonstratum a Nobis fuit in nostro Tractatu *De Synodo Diœcesana, lib. 9. cap. 6. num. 4. novissimæ edit.*

In reali quoque degradatione Ecclesia eadem præbet lenitatis argumenta.

§. 9. Verbalem degradationem sequitur degradatio realis, cujus exequendæ ratio distincte præscribitur in Pontificali Romano. Et in hac etiam Ecclesia minime omittit perspicua lenitatis, & pietatis suæ argumenta præbere. Etenim priusquam degradatum tradat sæcularis Curiæ Ministro, pro eo efficaciter deprecatur, ne pœna mortis, aut mutilationis membrorum eidem infligatur: *Domine Judex*, verba sunt citati Pontificalis, *rogamus Vos cum omni affectu, quo possumus, ut amore Dei, pietatis, & misericordiæ intuitu, & nostrorum interventu precaminum, miserrimo huic nullum mortis, vel mutilationis periculum inferatis.* Multoque ante Pontificalis Romani compilationem, idipsum expressum legitur in *Cap. Novimus*, quod est Innocentii III. *De Verbor. signific.*, ibi: *Pro quo tamen*, sermo est de degradato, sæculari Curiæ tradendo, *debet Ecclesia efficaciter intercedere*, apud Judicem laicum, *ut citra mortis periculum, circa eum sententia moderetur.* Videri quoque potest Alteserra *ad cit. Cap. Novimus, de verb. signif.*, ubi plures colligit Patrum auctoritates congruentes iis, quæ in præindicata Decretali statuuntur.

Idem spiritus eruitur ex cautelis ad præcavenda delicta statutis.

§. 10. Ad confirmandum autem assumptum nostrum, de summo pietatis studio, quo Ecclesia etiam nil tale meritos prosequitur, viamque ipsis intercludere nititur, ne mortis pœnam per delicta incurrant; dicimus, antiquissimâ providentiâ cautum fuisse, ut qui e propria in alienam Diœcesim transgrediturr, nisi fuerit in hac plane cognitus, secum ferat Ordinarii sui literas, quibus fides fiat, eum esse Sacerdotem, nulloque, quod sciatur, Canonico impedimento detentum, quominus Sacra Mysteria celebrare queat. Jam id decretum habetur in Sacra Calchedonensi Synodo; ubi quum interdictum legatur Clerico atque Lectori, e sua in aliam Diœcesim commigrare, non præobtentis memoratis literis, quas Discessus appellamus, a proprio Episcopo; Jacobus Cujacius, aliique post eum accurati Scriptores, monuerunt, cum vera Textus lectione non congruere verbum, *Lectori*, sed *ignoto*; quemadmodum & ipsi adnotavimus *in nostra Institutione 34. editionis latinæ §. 1.* Quod si vetustiora etiam propositæ disciplinæ principia investigare libeat, consuli possunt Canones, qui Apostolici vocantur, apud Cotelerium in editione *Patrum Apostolicorum Tom. 1. lib. 8.* inter quos adest Canon XIII. ita decernens: *Si quis Clericus, aut laicus, a communione suspensus, vel communicans, ad aliam properet Civitatem, & suscipiatur præter commendatitias literas; & qui susceperunt, & qui susceptus est, communione priventur: excommunicato verò proteletur ipsa correptio, tamquam qui mentitus sit, & Ecclesiam Dei seduxerit.* Consonat huic Canon XXXIV., ut patet ex subjectis illius verbis; *Nullus Episcoporum peregrinorum, aut Presbyterorum, aut Diaconorum, sine commendatitiis suscipiatur epistolis, & cum scripta detulerint, discutiantur attentiùs; & ita suscipiantur, si probatione pietatis exiterint; sin minus, nec quæ sunt necessaria subministrentur eis, & ad communionem nullatenus admittantur, quia per subreptionem multa proveniunt.*

Provida sanctio de Sacerdotibus e propria in alienam Diœcesim commigrantibus.

Vetustiora circa id ipsum monumenta.

Canonum Apostolicorum auctoritas & antiquitas.

§. 11. Porro, quidquid disputent eruditi de vero Canonum Apostolicorum Auctore, certum est, eos magnum auctoritatis pondus habere, quum saltem sæculo Ecclesiæ tertio decurrente collecti fuerint ex pluribus Conciliis ante Nicænam Synodum celebratis; uti nunc temporis inter sacrarum antiquitatum investigatores convenire videtur.

Vetustioribus cóguunt recentiores Ecclesiæ leges.

§. 12. Sanctissimis hisce legibus conformes sunt Concilii Tridentini sanctiones; conformes sunt Epistolæ Encyclicæ a Congregationibus Urbis ad Ecclesiarum Antistites sæpe transmissæ. Idque etiam pro firmo tenendum est, quod licèt non oporteat Episcoporum sollicitum esse de Regularibus, qui in propriis Ecclesiis Missas celebrare intendunt, quum ejus rei cura reservata sit eorum Superioribus Regularibus; si quis tamen sæcularis Sacerdos in Ecclesiis Regularium Missam celebrare velit, hic etiam debet literas Discessus a proprio Ordinario obtentas exhibere Episcopo, in cujus Diœcesi Sacrum vult peragere; uti videre quoque est in Nostra *Institutione 34. latinæ editionis §. 1.*

Novæ cautelæ in idipsum excogitatæ, ac præscriptæ.

§. 13. Veterem hanc, justissimamque sanctionem, de cujus executione plura tradiderunt nostri Scriptores pragmatici, (quos inter merito memorandus est diligentissimus Monacellius, *Formular. Legal. Part. 1. Tit. 4. Formul. 8. pag. 81., & Formul. 6. pag. 79. item Tit. 6. Formula 18. pag. 160.*) providis excogitatis cautelis plurimum roboravit magnus Ecclesiasticæ disciplinæ restitutor S. Carolus Borromæus, cujus hac de re Decreta pluribus in locis extantia studiose legenda, & expendenda monemus; videlicet in Concilio Provinciali Mediolanensi primo habito anno 1565. *part. 2.* in secundo pariter Provinciali anni 1569. *Tit. 2. Decret. 1.* ac Provinciali tertio, anni 1573. item in Instructione ad Sacerdotes de celebratione Missæ, ac denique in Concilio Provinciali quarto celebrato anno 1576. Quibus in locis constitutum hebetur, ut Parochus, in cujus Paroecia Sacerdos alienigena domicilium figit, si id per Diœcesim contingat, intra octo ad summum dies, illius adventum nunciare debeat Vicario Foraneo, qui rem ad Episcopum deferat; si autem in Civitate, Parochus ipse de omnibus certiorem faciat Episcopum, qui sibi literas discessus ab hujusmodi Sacerdote exhiberi mandet, easque inspiciat, totumque earum tenorem sedulo expendat. Si enim Ordinarius subdito sibi Sacerdoti licentiam abessendi ad certum definitumque tempus indulserit, facultas celebrandi Missam eidem non ultra tempus illud concedenda decernitur. Notanda quoque jubetur dies, qua expeditæ fuerunt literæ discessus; ne scilicet ante eam diem, qua inspiciendæ, ac discutiendæ offeruntur, antiquiores sint duobus, vel quatuor, aut respective sex mensibus; duobus nimirum, si literæ confectæ sint intra Provinciam; quatuor verò, si extra Provinciam, in Italia tamen expeditæ fuerint; sex denique, si extra Italiam datæ comperiantur.

Præmissarum conclusio.

§. 14. Ex omnibus hisce tum generalibus, tum peculiaribus sanctionibus manifeste desumitur, quantopere Ecclesia abhorreat ab ea pœna ad effectum perducenda, quam Sacri Canones in Celebrantes non promotos sanxerunt; quandoquidem tot veluti aggeres hominibus objiciuntur, ne in ejusmodi delictum labantur, unde locus fiat executioni ejusdem pœnæ Sacris Legibus definitæ.

Instauratur validius argumentum.

§. 15. Majoris tamen ponderis, ad hoc ipsum evincendum, est id, quod subjicimus. Sistit se aliquis coram Ecclesiastico Judice, seque ipse denunciat, quamvis Sacerdotali Ordine destitutum, Missarum Sacrificia celebrasse, vel etiam Sacramentales Christifidelium Confessiones audisse. Ita se sponte sistens, eo privilegio gaudet, ut impositis ipsi salutaribus pœnitentiis, dimittatur; nisi tamen in ipso suo Constituto diminutus, ut ajunt, vel aliunde præventus fuerit; in his enim casibus carceribus custodiendus includitur. Sed si idem subinde Judici interroganti, an sciat causam, ob quam carceribus mancipatus sit,

Cum se sponte sistèntibus, vel crimen statim fatentibus quomodo res transigatur.

statim, non expectatis ulterioribus interrogationibus, seu quæsitis, sincere rem totam aperiat; quamvis de illius incursu in pœnales Apostolicarum Constitutionum sanctiones non dubitetur; ideoque dignus sit, qui sæculari Foro, uti capitalis criminis reus, liberè tradatur; nihilominus admittitur ad beneficium minorationis pœnæ, commutatâ ipsi pœnâ mortis in damnationem perpetuam ad triremes; uti testatur bon. mem. Cardinalis Albitius harum rerum peritissimus, in suo Tractatu *de Inconstantia in Fide part. 1. cap. 14. num. 70. Si verò citatus, & vocatus, ad generalem interrogationem, an sciat qua de causa fuerit vocatus, vel sciat causam suæ carcerationis, vel quomodo hic reperiatur, fatetur de plano veritatem, is tractatur, ac si esset sponte confessus, & cum eo mitius agitur, præsertim post condemnationem, ut scilicet gravior pœna commutetur in mitiorem &c. Et ita fuit resolutum in sacra Congregatione sub die 12. Maii* 1604.

Hodierna praxis circa verbalem & realem degradationem.

§. 16. Illud etiam animadversione dignum est, quod quamvis in Pontificali Romano præscripta reperiatur degradatio, etiam a prima Clericali Tonsura; licèt de hac quæstio sit, an inter Ordines numerari debeat, nec ne; possitque Judex Ecclesiasticus, uti prænotavimus, quando agitur de Minoribus Ordinibus, solus per se verbalem Degradationem peragere, quod ipsi non licet sine aliorum interventu, ubi res est de Ordinibus Majoribus; nihilominus nunc temporis Sacerdotes, aliique Clerici, tàm Majorum, quàm Minorum Ordinum, ad Triremes liberè amandantur, vel etiam perpetuo carceri mancipantur, sine prævia verbali, multoque minus reali Degradatione; uti cuique perspectum est, & adnotatum quoque fuit a Sacerdote Catalani *Comment. ad Pontif. Rom. Tit. 16. §. 4. num. 6. Tom. III.*

Factum, unde exorta præsens quæstio.

§. 17. In Tribunalium Ecclesiasticorum carceribus nunc quoque satis superque reperiuntur aliqui, eo nomine detenti, quod Sacerdotali Ordine carentes, Missas celebraverint, Sacramentales Fidelium Confessiones exceperint, iisdemque etiam Eucharisticam Communionem expetentibus, Particulas distribuerint a se nulliter consecratas. Hos inter, duo erant, qui statim ac interrogati fuerunt, num detentionis suæ causam scirent, omnia ingenuè confessi sunt; ex quo orta est quæstio, an iidem admittendi essent ad beneficium minorationis pœnæ; ita nimirum, ut non quidem Sæculari Foro traderentur, tamquam capitis rei; sed potius in Triremes, seu Carcerem perpetuò detruderentur.

Judicum, Consultorumque circa ipsam sententiam.

§. 18. Nulla quidem discordia detecta est in suffragiis eorum, qui sive consulendo, sive judicando, in prædictorum Causis sententiam dixerunt, super eo, an uterque reus pœnam traditionis Foro Sæculari, atque adeo Capitis pœnam incurriffet. Verum nonnulli subdiderunt, attenta eorum prompta confessione, qua unusquisque delictum suum plene aperuerat, non expectatis ulterioribus Judicis interrogationibus; ambos promeritos esse, ut pro sponte confessis haberentur, utque propterea ad Triremes dumtaxat, vel Carcerem perpetuò damnarentur. Alli autem numero plures censuerunt, eosdem, tamquam capitis reos, brachio sæculari liberè tradendos esse.

Definitivum de eadem judicium Pontificis.

§. 19. Nos vero, quamvis ob ægritudinis nostræ pervicaciam, Congregationibus super his habitis, ut semper aliàs Nobis in more positum fuit, interesse non potuerimus; quum tamen subinde omnia perlegere, & expendere non omiserimus, Pontificiæ Clementiæ & mansuetudini magis consentaneum existimavimus, in mitiorem sententiam concedere; eò vel magis, quod & Cardinalis Albitius in hujus generis rebus adeo versatus, testatum reliquit, ejusmodi pœnæ minorationem, veluti præmium, indulgeri consuevisse iis, qui ad primam Judicis interrogationem delictum suum integrè, apertèque fatentur; & plura suppetunt exempla causarum, quæ in similibus circumstantiis ita transactæ fuerunt. Itaque volumus præfatos reos promeritæ pœnæ minoratione in præsenti casu gaudere, nimirum Triremibus perpetuò addici, ita ut ab iis nunquam dimitti, seu pœnæ hujusmodi commutationem ullam impetrare valeant, præter quam a Romano Pontifice pro tempore existente, ac de eorum delictis, cum omnibus adjunctis circumstantiis, edocto; relicta dumtaxat Judicibus facultate, ut quoties perpetuum triremium Opus præfatis reis minime congruere videatur, in illius locum subrogare valeant perpetuam in ergastulo aut carcere reclusionem, si reliqua ipsis ad id necessaria non desint. Præterea volumus atque mandamus, ut quum damnatio ad Triremes, seu ad perpetuam reclusionem, ut supra, præfatis reis formiter intimanda erit, id fiat a Judice, præsentibus iis, qui ad Ecclesiarum Sacraria moderanda deputati sunt, quique ad hujusmodi actum evocandi erunt ab ipso Judice, sub pœnis ejusdem arbitrio infligendis; atque ea occasione gravis admonitio iis fiat, de omnimoda observantia & executione eorum, quæ sæpe præscripta sunt; nè scilicet ignotos Sacerdotes Missam celebrare permittant, nisi postquam Literæ discessus, quas secum a propria Diœcesi prodeuntes attulerunt, recognitæ & examinatæ fuerint per eum, cui hujusmodi cura demandata est. Id ipsum enim præstitum alias fuisse meminimus in hac eadem Urbe, sub fel. rec. Prædecessore nostro Clemente Papa XI. tunc quum sæculari Foro traditus fuit reus quidam capitali pœna plectendus, eò quod Sacerdotali Ordine non insignitus, Missam celebraverat.

Sententia in hujusmodi reos quomodo a Judice ferenda.

§. 20. Cum iis igitur, qui usque nunc comperti fuerint ad Sacrum Presbyteratus Ordinem non promoti, Missam celebrasse, aut Sacramentales Confessiones excepisse, juxta rationem hactenus descriptam, a competentibus Judicibus, & Tribunalibus agendum decernimus. Sed quoniam hujusmodi crimen, utpote gravissimum, & satis superque frequentatum, omni ratione præcavendum, &, quantum fas est, a Christiana Republica eliminandum, extirpandumque Nobis esse cognoscimus; novam hac de re legem a Nobis statutam per Apostolicam Constitutionem, (cujus exemplum Epistolæ huic adnexum Fraternitas Tua accipiet) in posterum, post tres scilicet menses ab ejusdem Constitutionis data computandos, omnino servari, & ad effectum perduci mandamus. Tibique interim, Venerabilis Frater, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Hæc quoad antea actum tempus. Nova in futurū cōtra nequissimum scelus parantur subsidia.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 2. Augusti MDCCLVII. Pontificatus Nostri Anno XVII.

Dat. 2. Augusti 1757. Pont. XVII.

Celebrantibus Missam, aut Fidelium Confessiones excipientibus, sine Sacerdotali Charactere, sincera criminis confessio facta in primo interrogatorio generali nihil suffragatura decernitur, ad evadendam pœnam traditionis brachio sæculari, indictam in Constitutionibus Apostolicis.

LXXVI.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

DIVINARUM, humanarumque Legum custodia vigilantiæ Nostræ concredita hoc Nobis onus imponit, ut & assiduo studio caveamus, ne scelera atque flagitia contra ipsas Leges committantur, & ut ea, quæ ab iniquitatis filiis perpetrari contingat, justo pœ-

narum

narum rigore, ad formam Sanctionum iisdem Legibus adscriptarum, puniri & vindicari curemus.

Prædecessorum Pontificum Constitutiones de Celebrátibus nonpromotis jam pridem a Pontifice cõfirmatæ, ac pluribus additamentis elucidatæ.

§. 2. Sanè Nos aliàs, gravissimum eorum delictum detestantes, qui ad Sacerdotalem Ordinem non promoti, Missarum Sacrificia celebrare, Fidelium Confessiones excipere, & accedentibus ad Eucharisticam Mensam, Panem a se nulliter consecratum distribuere, ausu temerario præsumerent; edita Constitutione, quæ incipit: *Sacerdos in æternum*: data XII. Kal. Maji Anno Incarn. Dominicæ MDCCXLIV. Pontificatus Nostri IV., antiquiores Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum Constitutiones adversus hujus generis delinquentes jampridem editas confirmantes & innovantes, complures alias declarationes, atque cautelas addidimus, ad eliminandum a Christiana Republica sacrilegum ejusmodi facinus maximè opportunas, quæ distinctè legi possunt in citata Constitutione nostra, impressa in Bullario nostro *Tom. I. num.* XCVII. *

* In hac Editione Tom. XVI. pag. 196

Nova providêtia, adversus novum effugium nunc roborãdæ.

§. 3. His tamen ampliorem providentiam nunc superaddere cogimur, ut aliud delinquentibus effugium ibi non enunciatum, & ab invecta sensim in Tribunalibus consuetudine jam ipsis pene concessum, quo debitas sibi graviores pœnas plerique evadere possent, unà cum cæteris per dictam Constitutionem nostram sublatis, pariter adimamus.

Benigna agendi ratio cum reis delictum suum prompte fatentibus, jam pro consuetudine recepta.

§. 4. Invenimus siquidem hunc morem hactenus observari consuevisse, ut si Reus constitutus, quum primum a Judice interrogatus fuerit, an sciat qua de causa carceribus inclusus sit, apertè & candidè delictum suum fateatur & narret; tunc is, veluti sponte confessus, ad obtinendam pœnæ minorationem habilitetur; quod nimirum eò recidit, ut ad Triremes, vel ad carcerem perpetuo damnetur, sed nequaquam Foro Sæculari tradatur, tamquam capitalis criminis reus, quemadmodum præfatæ Prædecessorum nostrorum Constitutiones, a Nobismet ipsis, ut supra diximus, confirmatæ, & innovatæ præscribunt; uti latius a Nobis expositum est in Epistola Encyclica ad Antistites Ordinarios Locorum, & Judices in hac materia competentes, hac ipsa die per Nos data.

Eadem delinquentibus nota, impunitatem plerisque præstat

§. 5. Quum autem experientia compertum fuerit, plerosque reos, qui Sacerdotali Charactere carentes Missam celebrarunt, aut Sacramentum Pœnitentiæ nulliter ministrarunt, de hujusmodi Tribunalium indulgentia satis edoctos, vix unquam omittere, quin statim atque carceribus detenti, & coram Judice constituti fuerint, delictum suum diserte confiteantur, ad hoc ut traditionem Foro Sæculari, extremumque supplicium exinde consequens, evadant; quumque hac ratione reipsa eveniat, ut vix ullus sit ex hujusmodi criminis reis, qui moderationem pœnæ in præfatis Apostolicis Constitutionibus statutæ non obtineat; eoque beneficio fruatur, ut quum Sæculari Foro, tamquam capitali judicio damnatus, & mortis reus, tradendus fuisset, perpetuo potius Carceri, aut Triremibus mancipetur:

Hujusmodi praxis in posterum tempus proscribitur, & Constitutionum rigor servandus jubetur.

§. 6. Idcirco Nos pernicioſam hujusmodi praxim de medio tollere coacti, motu proprio, & certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, per hanc nostram perpetuo valituram Constitutionem decernimus, atque statuimus, in posterum, videlicet post tres menses a data præsentium Literarum computandos, nulli amplius Clerico, sive Laico sæpedicti criminis reo, promeritæ pœnæ minorationem ullam concedi debere, sive posse, intuitu promptæ, apertæque confessionis, qua delictum suum in circumstantiis superius enunciatis Judici fassus fuerit; sed, ea non obstante, omnes & singulos in præcedentibus Constitutionibus hac de re editis comprehensos, a Judice competente, in casibus ibidem expressis, prævia etiam degradatione, quatenus opus sit, tradendos omnino fore, & esse Brachio Sæculari, capitali pœna puniendos.

Tollitur aliter judicandi, interpretandique facultas.

§. 7. Sicque, & non aliter in præmissis censeri, atque ita per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam S. R. E. Cardinales, Nostrosque & Apostolicæ Sedis etiam de Latere Legatos, seu Nuntios, & in quibuscumque Tribunalibus, & Officiis, etiam specifica mentione dignis, sublatâ cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, definiri, & post lapsum trium mensium, ut supra, ad executionem, & effectum omnino perduci debere.

Derogatio contrariorũ.

§. 8. Non obstantibus contrariis quibusvis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, Ordinationibus, & Decretis; nec non dictorum Tribunalium, & Officiorum praxi, stylo, statutis, usibus & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; Personarum quoque, Locorum, & Ordinum, Congregationum, Societatum, Institutorum, & Militiarum, Privilegiis, Exemptionibus, & Indultis, quæ supradictæ prioris Constitutionis Nostræ executioni decrevimus non obstare: Quibus omnibus & singulis, etiam ad præsentium Literarum nostrarum effectum, iterum pleniſſime & ampliſſime derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio pœnalis.

§. 9. Nulli ergo hominum liceat paginam hanc nostrorum Decretorum, Statutorum, & Derogationum infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Dei Omnipotentis, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLVII., Quarto Nonas Augusti, Pontificatus Nostri Anno Decimoseptimo.

Dat. 2. Augusti 1757. Pont XVII.

J. Card. Pro-Datar. D. Card. Passioneus.

VISA
De Curia J. C. Boschi.

Loco † Plumbi.

L. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.
Publicata die 11. *Augusti* 1757.

LXXVII.

Damnatio & prohibitio Epistolæ manuscriptæ, quæ directa legitur: *Amplissimis S. R. E. Cardinalibus, & clarissimis Theologis in Urbe Præneste congregatis post pacem Ecclesiæ Gallicanæ restitutam, & methodum propediem edituris pro studiis peragendis ab Alumnis Collegii Urbani de Propaganda Fide ad Hæreticos profligandos, ad Gentiles, & Atheos in sinum Ecclesiæ reducendos.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Epistola, cui præfixa est directio hujusmodi: *Amplissimis &c.* Theologi, quorum examini a Pontifice subjecta fuit, damnandam & proscribendam esse censuerunt.

CUM ad nonnullos ex Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus pervenerint Exempla manuscripta cujusdam Epistolæ, cui præfixa est Directio hujusmodi -- *Amplissimis S. R. E. Cardinalibus, & clarissimis Theologis in Urbe Prænestę congregatis post pacem Ecclesiæ Gallicanæ restitutam, & methodum propediem edituris pro studiis peragendis ab Alumnis Collegii Urbani de Propaganda Fide, ad Hæreticos profligandos, ad Gentiles, & Atheos in sinum Ecclesiæ reducendos;* quæque incipit: *Hæc sunt Dubia &c.;* ac definit in ea verba: *& explodendam novitatem*: unumque etiam ex hujusmodi

Exem-

Exemplis tranſmiſſum fuerit ad dilectum Filium Noſtrum Albericum ejuſdem S. R. E. Cardinalem Archintum nuncupatum, Noſtrum in univerſi Status negociis Secretarium, eo ſcilicet conſilio, ut Noſtris quoque oculis Epiſtola ipſa ſubjiceretur, id quod eſt factum: Cumque officii Noſtri partes ſint, pro commiſſi Nobis divinitus Gregis Dominici cura, animarum periculis, atque detrimentis, quæ ex præfatæ Epiſtolæ lectione & uſu provenire poſſent, Paſtorali ſollicitudine, quantum cum Domino poſſumus, occurrere: Idcirco Nos ſtatim aliquot Viros doctos, Theologicæ facultatis profeſſores, nulliuſque partis ſtudio addictos, elegimus, iiſque injunximus, ut de prædicta Epiſtola, deque in ea contentis, judicium facerent; qui ſanè mandatis Noſtris diligenter obtemperantes, ſententiis ſuis docte prudenterque conſcriptis, unanimiter cenſuerunt, prædictam Epiſtolam, utpote refertam aſſertionibus reſpective falſis, temerariis, ſcandaloſis, multimode injurioſis, contumelioſis, impudentibus, captioſis, ſeditioſis, & ſchiſmati faventibus, damnandam a Nobis & proſcribendam fore.

Horũ Theologorum judicium comprobarunt nonnulli S. R. E. Cardinales, quibus a Pontifice juſdem Epiſtolæ examen fuit demandatum.

§. 2. Relato Theologorum examini ſucceſſit aliud, quod Nos ipſi pariter commiſimus nonnullis Venerabilibus Fratribus Noſtris prædictæ S. R. E. Cardinalibus Theologicarum Diſciplinarum ſcientiâ præſtantibus; qui eâdem Epiſtolâ maturè perpensâ, ponderatiſque dictorum Theologorum ſuffragiis, in eamdem cum ipſis ſententiam convenerunt, quæque ab illis adducta & firmata ſunt, ſuis quoque calculis comprobarunt.

Rem totam ipſe per ſe Pontifex cõſideravit & expẽdit, negotiumque communicavit cum S. R. E. Cardinalibus S. Inquiſitionis, qui pariter Epiſtolam proſcribendam judicarunt.

§. 3. Nos denique ipſi, quæcumque in primo & altero examine diſcuſſa fuerant, inſpicere, legere, & conſiderare non prætermiſimus; dictæque Epiſtolæ tenorem cum illius cenſura ſtudioſe comparavimus. Subinde vero Nos ipſi rem totam communicavimus cum Venerabilibus Fratribus Noſtris S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana Generalibus Inquiſitoribus adverſus hæreticam pravitatem Auctoritate Apoſtolica deputatis, in Sacrorum Canonum ſanctionibus, graviorumque negociorum tractatione apprime verſatis; quibus quum omnia diſtincte expoſuerimus, quæ tum a Nobis geſta ſunt, tum a prædictis Theologis & Cardinalibus in priori & poſteriori Epiſtolæ examine præ oculis habita fuerunt; his quoque cenſentibus prædictam Epiſtolam damnandam & proſcribendam eſſe; Nos, inhærentes hujuſmodi Theologorum & Cardinalium judiciis atque conſiliis, ac etiam motu proprio, & certa ſcientia Noſtra, præſentium Litterarum tenore, ſæpedictam Epiſtolam, tamquam continentem aſſertiones reſpective falſas, temerarias, ſcandaloſas, multimode injurioſas, contumelioſas, impudentes, captioſas, ſeditioſas, & ſchiſmati faventes, Auctoritate Apoſtolica damnamus & reprobamus, ejuſque Exempla legi, deſcribi, & retineri prohibemus; mandantes omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus, qui ejuſmodi Exempla penes ſe habuerint, ſeu in quorum manus ſubinde pervenerint, ut illa, ſtatim atque præſentes Litteræ eis innotuerint, hæreticæ privatatis Inquiſitoribus, ſeu eorum Vicariis, ubi adſit Sancti Officii Tribunal, alioquin Epiſcopis, ſeu Ordinariis locorum, tradere & conſignare teneantur: ſub pœna excommunicationis majoris, quoad Perſonas ſeculares, quo vero ad Perſonas Eccleſiaſticas, etiam Regulares, hujuſmodi mandato Noſtro non obedientes, & contrafacientes, ſub pœna ſuſpenſionis a Divinis, ipſo facto, abſque alia declaratione incurrendis; quarum abſolutionem, & reſpective relaxationem, Nobis & Succeſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus, reſervamus; excepto dumtaxat, quoad excommunicationem prædictam, uniuſcujuſque mortis articulo, quo nimirum Confeſſarius quilibet ab hujuſmodi cenſura, ut præfertur, incurſa, abſolvere poterit.

Apoſtolica Idcirco auctoritate damnatur, ejuſque epiſtolæ exempla legi, deſcribi, & retineri prohibentur.

§. 4. Quia vero æquum non eſt, ut impunitus remaneat Auctor prædictæ damnatæ, & proſcriptæ Epiſtolæ, qui per aſſertiones, ut ſupra, reprobatas, carpere atque traducere auſus eſt rectiſſimam agendi rationem eorum Cardinalium, quorum Nos conſilio, & opera uſi ſumus, ubi actum fuit de conſcribenda Epiſtola Encyclica, quæ prodiit ſuperiore anno 1756. ſub Dat. die XVI. menſis Octobris; idemque contra ipſam Epiſtolam Noſtram Encyclicam audendo, Nos etiam, qui eam conſcripſimus, malignitatis ſuæ jaculis petere non veretur; Idcirco Nos Officio Sanctæ Inquiſitionis committimus & injungimus, ut exactiſſimâ diligentiâ adhibitâ, curet Auctorem ſæpedictæ damnatæ Epiſtolæ, qui adhuc latet, detegere & agnoſcere: Volentes, ut ſtatimac collecta fuerint indicia, quæ ſemiplenam, ut ajunt, probationem conſtituant, ad capturam Rei ejuſmodi indiciis gravati, juxta ſtylum, & conſuetudinem Sancti Officii, deveniatur; deindeque completo & concluſo Proceſſu, ad ulteriores pœnas adverſus eum procedatur, juxta Sacrorum Canonum & Conſtitutionum Apoſtolicarum ſanctiones; ſic exigente juſtitia publica, quæ pernicioſos hujuſmodi auſus ſeveriori vindicta coerceri jubet.

Officio S. Inquiſitionis injungitur damnatæ epiſtolæ auctorem detegere.

§. 5. Ut autem eædem præſentes Litteræ ad omnium notitiam faciliùs perducantur, nec quiſquam illarum ignorantiam allegare poſſit, volumus, & auctoritate prædicta decernimus, illas ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, nec non Curiæ Generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Curſoribus Noſtris, ut moris eſt, publicari, illarumque exempla ibi affixa relinqui; ſic vero publicatas, omnes & ſingulos, quos concernunt, perinde afficere, ac ſi unicuique illorum perſonaliter notificatæ, & intimatæ fuiſſent: ipſarum autem præſentium Litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ munitis, eamdem prorſus fidem, tùm in judicio, quàm extra illud, ubique locorum haberi, quæ haberetur eiſdem preſentibus, ſi exhibitæ forent vel oſtenſæ.

Publicatio harum Litterarum Apoſtolicarum decernitur, & fides earum ſumptis habenda.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 5. Septembris MDCCLVII. Pontificatus Noſtri Anno decimo octavo.

D. 5. Sept. 1757. Pont. XVIII.

D. Card. Paſſionеus.

Publicat. eodem Die, Menſe, & Anno.

APPENDIX AD TOMUM XIX.* BULLARII SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI BENEDICTI PAPÆ XIV.

ANN. 1744. 1745. & 1748.

* Edit. Rom. Tom. IV.

I.

ACTA, ET DECRETA

In Causis Beatificationum, & Canonizationum, aliisque ad Sacrorum Rituum materiam spectantibus, addenda ad Tomum VI. Operum Sanctissimi Domini Nostri Romæ editum anno 1751.

Decretum generale Sanctissimi D. Nostri Benedicti Papæ XIV. super testibus de auditu auditus, in causis Beatificationis & Canonizationis.

CUM nonnulla post annum Pontificatus sui decimum BENEDICTUS XIV. Decreta, Epistolas, Constitutionesque ediderit ad materiam Sacrorum Rituum spectantia, quæ in Tomo VI. Operum ejusdem SS. Domini Nostri edito anno 1751. locum habere non potuerunt, ea hìc in unum collegimus, singula suis, prout indicantur, locis postea inserenda, quandocunque nova horum Operum editio fieri contigerit. Igitur ad caput I., ubi referuntur *Decreta Generalia*, post IV. Decretum pag. 19. addatur V. scilicet.

DECRETUM GENERALE

SANCTISSIMI D. N.

BENEDICTI PAPÆ XIV.

An testes de auditu auditus, qui soli extant in Processu Apostolico, jungi possint in linea probationis cum testibus de visu, qui extant in Processu Ordinario?

CUM ex relatione eorum, quæ in Congregationibus Sac. Rituum, aut Antepræparatoriis, aut Præparatoriis proponuntur, & discutiuntur, facta Nobis pro sui muneris adimplemento tum a Congregationis Secretario, tum a Fidei Promotore, innotuerit, sæpe excitatam fuisse inter ejusdem Congregationis Consultores controversiam, an in Causis Beatificationis, & Canonizationis Servorum Dei, procedentibus per viam non Cultus, cum disputandum proponitur Dubium super Virtutibus aut Martyrio, Testes de auditu auditus, qui soli extant in Processu Apostolico, in linea probationis jungi possint cum Testibus de visu, qui extant in Processu Ordinario; contendentibus nonnullis, id tantum fieri posse, si Testes de auditu, qui extant in Processu Apostolico, sint de auditu a videntibus; aliisque asserentibus, id ipsum fieri debere, etiamsi Testes non sint de auditu a videntibus, sed de auditu auditus, dummodo cætera alia non desint, quæ requiruntur pro conjunctione Processus Ordinarii cum Processu Apostolico, & alia etiam concurrant a Congregatione Rituum statuta, ut rite, & recte admittantur Testes de auditu, de quibus omnibus in Nostro Opere de Canonizatione Sanctorum lib. 2. cap. 4. & 5.

Id fieri non posse, & solis testibus de auditu a videntibus id competere decernitur.

§. 2. Nos ad amputandam quamcumque controversiam, decernimus primo, non posse in linea probationis conjungi Testes de auditu auditus in Processu Apostolico examinatos, cum Testibus de visu, qui extant in Processu Ordinario, prædictamque conjunctionem in linea probationis competere tantum Testibus de auditu a videntibus, qui sint in Processu Apostolico examinati, dummodo cætera supra indicata non desint requisita: & ex conjunctione Testium de visu examinatorum in Processu Ordinario, cum Testibus de auditu a videntibus, examinatis in Processu Apostolico, propositis Dubiis super Virtutibus, aut Martyrio, responderi posse, Constare de Virtutibus &c. *aut* constare de Martyrio: *Et in progressu ad ulteriora pro obtinenda formali Beatificatione sufficere debere duo miracula, quæ ante Beatificationem patrata sint, & approbata; & pro obtinenda Canonizatione sufficere debere alia duo miracula, post Beatificationem secuta & approbata.*

Robur tamen & vim adminiculi testes de auditu auditus habere quandoque possunt.

§. 3. Decernimus secundo loco, quod, si in Processu Ordinario Testes extent de visu, & in Processu Apostolico non reperiantur nisi Testes de auditu auditus, Testes hi de auditu auditus, in Processu Apostolico excepti, vim & robur adminiculi habere valeant, modo quidem levis, modo gravis, prout eorum numerus, & qualitas exposcit, ita ut, exclusa a Postulatoribus quacumque fraudis, aut negligentiæ suspicione, ex qua factum sit, ut soli Testes de auditu auditus in Processu Apostolico fuerint examinati, si, attentis numero, & qualitate Testium de visu in Processu Ordinario examinatorum, habitaque consideratione adminiculi non levis, sed gravis, desumpti ex Testibus de auditu auditus in Processu Apostolico examinatis, res ad eum statum redacta sit, ut faciat fidem, & auctoritatem Viro prudenti de re gravi judicaturo, propositis Dubiis super Virtutibus, aut Martyrio, responderi possit, ita constare de Virtutibus, *aut* ita constare de Martyrio, ut procedi possit ad ulteriora, hoc est ad discussionem Miraculorum: *Nec obtineri posse Decretum Beatificationis, nisi tria Miracula præcesserint, quæ fuerint approbata; neque demum Canonizationis Decreto locum esse debere, nisi duo alia post Beatificationem Miracula superveniant, quæ pariter fuerint approbata.*

Præsenti Decreto nihil immutatum pro causis, quæ procedunt per viâ casus excepti, aut in quibus soli testes de auditu extant in utroque Processu.

§. 4. Demum tertio loco decernimus, nihil per præsens Decretum a Nobis fuisse immutatum super Dubio Virtutum, aut Martyrii, in Causis, quæ procedunt per viam casus excepti, aut in quibus, etsi procedant per viam ordinariam non Cultus, soli Testes de auditu extant in Processu tum Ordinario, tum Apostolico; quoad eas enim exacte observari mandamus Decretum Generale a Nobis editum die 23. Aprilis 1741. *& impressum in Nostro Opere* de Canonizatione Sanctorum lib. 3. cap. 3. num. 25. editionis Patavinæ, & editionis Romanæ, *quod etiam nunc confirmamus tum quoad numerum Miraculorum, tum etiam quoad cætera, quæ in dicto Decreto continentur; & in quibus statuitur, Miracula semper esse comprobanda per Testes conteste de visu, sive agatur de Causis procedenti-*

bus per viam ordinariam de non Cultu, sive per viam extraordinariam de casu excepto, & sive res sit de Miraculis pro obtinenda Beatificatione, sive de aliis, quæ proponuntur pro Canonizatione obtinenda. Et Secretario Congregationis Sacrorum Rituum mandamus, ut præsens Nostrum Decretum inter acta Congregationis referat, & typis edi curet, ut ad omnium notitiam deveniat.

Datum hac die 17. Julii 1744.

D. F. Card. Tamburinus Præf.

Loco † Sigilli.

M. Marefuscus S. R. C. Secr.

Data 17. Julii 1744.

II.

Sanctissimi Domini Nostri Benedicti PP. XIV. Epistola ad Capitulum, & Canonicos Metropolitanæ Ecclesiæ Bononiensis data, occasione, qua S. Proci Martyris Corpus repertum in S. Thrasonis Cœmeterio, in eadem Ecclesia collocandum, transmittitur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filii, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Procœmium.

JAm dudum Nobis erat in animo, unum aliquod Sancti Corpus cum suo nomine proprio inventum mittere ad istam Nostram Metropolitanam Ecclesiam, inter cætera dona, quæ ei largiri solemus quotannis, occasione Solemnitatis S. Petri Apostolorum Principis, in cujus honorem eadem Ecclesia dedicata est.

Quælibet pars Corporis cujuscumque Sancti veneratione prosequeda.

§. 1. Non ignoramus, veneratione coli debere non solum cujuscumque Sancti Corpus integrum, sed quamlibet etiam partem a reliquo ejus corpore divisum: *Hæc est enim Sanctorum Martyrum gloria, quorum etsi per universum Mundum seminetur in cineribus portio, manet tamen integra in virtutibus plenitudo*: ita loquitur Sanctus Maximus *Serm.* 55. inter Sermones, qui olim Sancto Ambrosio adjudicabantur, ut videre est in Operibus hujus Sancti Patris *tom. 2. editionis Parisiensis anni 1690. pag.* 466. Cum Sancto Maximo cohæret Sanctus Gregorius Nazianzenus, qui *in suo Carmine de Virtute* juxta interpretationem Petavii *lib.* 14. *de Incarnatione cap.* 11. §. 3. ait:

Tanta porro est veritatis veneratio,
Ut vel exiguus pulvis, aut aliquod reliquiarum
Ossium vetustorum, vel capillorum particula,
Aut panniculi, aut aspersi cruoris
Nota quæpiam, ad totius honorem aliquando sufficiant,
Et appellatione sanctæ sunt reliquiæ:
Cum certis locis attributa fuerint illa pro toto Martyre:
Eadem quippe vi prædita. O Miraculum!
Salutem enim affert etiam sola recordatio.

Etiamsi ejusdem Sancti nomen ignoretur.

§. 2. Nobis constat præterea, quod quotiescunque habentur indicia certa, corpus aliquod, aut partem ipsius, esse corpus, aut partem corporis alicujus Sancti, licet hujus nomen lateat; corpori tamen, aut parti illi religiosus cultus debetur, qui cæteris Sanctorum Reliquiis præstari solet, ut late ostendimus *in Nostro Opere de Canonizatione lib.* 4. *part.* 2. *cap.* 27. editionis præsertim Patavinæ, a Nobis, etiamsi assiduo gravissimarum occupationum pondere premeremur, plurimum locupletatæ; qua editione, pro nunquam intermissa benevolentia vestra erga Nos, laboresque Nostros qualescumque, minime vos carere arbitramur.

Major tamen est fidelium devotio erga integrũ Corpus alicujus Sãcti, si præsertim de ejus proprio nomine constet.

§. 3. Ut ut vera sint quæ diximus, nemo tamen inficiabitur, multo præclarius quid esse Corpus integrum, quam pars insignis ejusdem Corporis; & multo majorem esse Fidelium devotionem erga Corpus alicujus Sancti, de cujus nomine proprio constet, quam alterius, cujus nomen ignoretur. Et propterea juxta veterem Romanæ Ecclesiæ consuetudinem, Sanctorum corporibus, quorum nomen ignoratur, appellativum nomen imponitur; ut recte ad rem Nostram, dum loquitur de consuetudine imponendi nomen appellativum Corporibus Sanctorum, qui sine nomine inveniuntur, ani-

Lettera della Santità di Nostro Signore Benedetto PP. XIV. scritta al Capitolo, e Canonici della Metropolitana di Bologna, in occasione che mandava loro il Corpo di S. Proco Martire, ritrovato nel Cimiterio di S. Trasone, per farlo collocare nella medesima Metropolitana.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filii, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Proemio.

E' Qualche tempo, che ci venne in pensiere di mandare a cotesta Nostra Chiesa Metropolitana, fra gli altri regali, che siamo soliti di mandare ogni anno per la Festa del glorioso S. Pietro Principe degli Apostoli, in onore del quale la detta Chiesa è dedicata, un Corpo Santo intero, ritrovato col proprio nome.

Qualunque porzione del Corpo d'un qualche Santo è degna di venerazione.

§. 1. Sappiamo doversi venerare non solo il Corpo intero di qualunque Santo, ma ancora ogni parte d'esso staccata dal rimanente: *Hæc est enim Sanctorum Martyrum gloria, quorum etsi per universum Mundum seminetur in cineribus portio, manet tamen integra in virtutibus plenitudo*: sono parole di S. Massimo nel Sermone cinqua tesimo quinto fra quelli fin ora attribuiti a S. Ambrogio, come può vedersi nel tom. 2. delle Opere di questo Santo Padre della stampa di Parigi dell' anno 1690. alla pag. 466., col quale concorda S. Gregorio Nazianzeno nel suo Componimento poetico *de Virtute*, secondo l' interpretazione del Petavio al lib. 14. *de Incarnatione cap.* 11. §. 3.

Tanta porro est veritatis veneratio,
Ut vel exiguus pulvis, aut aliquod reliquiarum
Ossium vetustorum, vel capillorum particula,
Aut panniculi, aut aspersi cruoris
Nota quæpiam, ad totius honorem aliquando sufficiant,
Et appellatione sanctæ sunt reliquiæ:
Cum certis locis attributa fuerint illa pro toto Martyre:
Eadem quippe vi prædita. O Miraculum!
Salutem enim affert etiam sola recordatio.

Ancorchè sia ignoto il nome del medesimo Santo.

§. 2. Sappiamo in oltre, che quando vi sono gl' indizj certi, che il Corpo, o parte d'esso, è d'un Santo, ancorchè non sene sappia il nome, deesi al Corpo, o alla parte, il culto religioso proprio delle Reliquie de' Santi; come da Noi fu dimostrato nella Nostra Opera *de Canonizatione* al lib. 4. part. 2. cap. 27., e particolarmente dell'ultima stampa fatta in Padova, arricchita da Noi, non ostanti le Nostre incessanti occupazioni, di nuove notizie, e che ci lusinghiamo, che non avrete tralasciato di procurarvi, per il affetto, che avete sempre dimostrato alla Nostra Persona, ed alle Nostre quali siansi fatiche.

Sempre però è maggiore la divozione de' fedeli verso un intero Corpo, e più ancora, se ha il proprio nome.

§. 3. Ma non si può negare, che, non ostante il detto fin ora, non vi sia un non se che di più luminoso in un Corpo intero, che in una parte ancorchè riguardevole del detto Corpo, & che la divozione de' Fedeli non sia più fervorosa verso un Corpo Santo, di cui si sa il nome, che verso un altro Corpo Santo, il di cui nome s' ignora; per la qual cosa, giusta l' antica consuetudine della Chiesa Romana, s' impone ai Corpi Santi, il nome de' quali s' ignora, un nome appellativo; come molto bene al Nostro proposito, parlando dell' uso d' imporre i nomi appellativi ai Cor-

Itaque vetus est Ecclesiæ Romanæ consuetudo imponendi nomen appellativum Sanctorum Corporibus, quæ sunt sine nomine.

animadvertit eruditus Ferrandus *in Disquisit. Reliq. lib. 1. cap. 5. Minime superfluum est, certa nomina incertis Sanctorum Reliquiis attribuere, quod experientia, usuque quotidiano videamus, Fideles multo minori affectu, studio, ac pietate affici, & ferri erga Divorum illorum exuvias, quorum nomina mortales latent, quam adversus eas, quæ certis nominibus indigitantur: potentius enim Nobis nota, & certa, quam obscura, ignota, & incerta, solent movere animos; ideoque major Dei gloriæ, atque Cælitum cultus, ac venerationis plerumque accessio fit:* præter ea, quæ collecta videre licet in Nostro supra citato Opere editionis Patavinæ *lib. 4. part. 2. c. 28.*

E perciò usa la Chiesa Romana d' imporre il nome ai Corpi Santi.

Diligentiæ adhibitæ, ut Corpus alicujus Sancti inveniretur, Bononiam transmittendum.

§. 4. Hisce rationibus permoti Corpus alicujus Sancti integrum cum proprio nomine invenire studuimus, illudque mittere ad vos, ut, quemadmodum significavimus, in Nostra Metropolitana Ecclesia collocaretur.

Diligenze praticate per rinvenire un Corpo Santo per mandarlo a Bologna nella Chiesa Metropolitana.

Catacumbarum origo.

Atque ut id, quod in animo erat consequeremur, necesse fuit Nostras perquisitiones ad ea venerabilia loca convertere, quæ tantopere almam hanc Urbem Romam illustrant: Loca, quæ excavata olim, & effossa a Gentilibus, ut extraheretur arena communis, & dicæarchea, ad extruenda magnifica illa ædificia, quorum adhuc apparent reliquiæ, fuerunt postea decursu temporis a primis Christifidelibus sanctificata, qui illuc se ob persecutionum metum recipiebant, suos religiosos conventus ibi facturi, ita ut ibidem sacræ etiam functiones a Summis Pontificibus perficerentur, & Ecclesiastica sepultura defuncti donarentur. De Cœmeteriis loquimur, seu Catacumbis, de quibus tam devote Sanctus Hieronymus scribit, præter alios quamplures Antiquitatis Scriptores a Nobis citatos *in cap. 27. Operis Nostri*, quibus in editione Patavina Joannem Bottarium addidimus, Bibliothecæ Vaticanæ Custodem, & Nobis ab intimo Sacello, qui *Tom. 1. Romæ subterraneæ* Catacumbarum modo explicatam originem feliciter detexit.

Origine delle Catacombe.

Præmittendi examen, num Corpus cum martyrii notis signisque fit conditum.

§. 5. Invento autem in Catacumbis Corpore integro cum nomine proprio, necesse fuit ultra procedere. Certum est enim, quod nulla sepeliebantur in Catacumbis nisi Christianorum Corpora; sed quod omnia Christianorum Corpora ibi sepulta, essent Sanctorum Corpora, certum non est. Propterea examinanda veniunt signa, quæ in sepulchro erant, ubi condebatur corpus integrum, aut ejus pars, sive cum nomine proprio, sive non. Nostri enim primitivæ Ecclesiæ Patres collocabant semper in Sanctorum sepulchris signa indicantia sanctitatem; ea vero nunquam collocabant in sepulchris illorum, quos uti Sanctos non habebant.

§. 5. Ritrovato nelle Catacombe il Corpo intero col nome proprio, è stato d' uopo il passar oltre: essendo certo, che nelle Catacombe non si seppellivano, che i Corpi de' Cristiani; ma non essendo certo, che tutti i Corpi de' Cristiani ivi sepolti, fossero Corpi de' Santi: il che porta seco l' impegno d' esaminare i Segni, che erano nel Sepolcro, in cui giaceva o il Corpo, o parte d' esso, o col nome proprio, o senza nome proprio; avendo i Nostri primi Padri posto nei Sepolcri de' Santi i Segni indicativi della Santità, e non avendoli posti ne' Sepolcri di quelli, che essi non avevano per Santi.

Necessario esame, se il Corpo Santo abbia i segni del martirio.

In Catacumbis Christianorum dumtaxat Corpora sepeliebantur.

Basnagio in suis Operibus minime arridet sententia, quod in Catacumbis non sepelirentur nisi Christianorum Corpora. Sed illum egregie confutavit in suo Opere *de Monogrammate Christi Domini* Capellanus Noster intimus Dominicus Georgius, cujus nomen claret in Republica Litteraria celeberrimum. Idem præstitit supra laudatus Bottarius, Basnagii sequacibus respondens. Nos vero, qui in prima editione Operis Nostri *de Canonizatione* conati fumus clare ostendere, quod soli Christifideles in Catacumbis, de quibus loquimur, sepelirentur; summa animi Nostri voluptate in nupera editione Patavina addidimus ea pariter, quæ duo prædicti Scriptores egregii animadverterant, eosque, uti par erat, nominavimus: abhorruimus namque semper, semperque abhorrebimus a prava quorumdam consuetudine, qui ut suos faciant alienos

Il Basnagio si è nelle sue Opere dimostrato non sodisfatto dell' assunto, che nelle Catacombe non si seppellissero, che i Corpi de' Cristiani. Ma il Sacerdote Domenico Giorgi Nostro Cappellano Segreto, il di cui nome è assai celebre nella Repubblica Letteraria, gli ha molto bene risposto nella sua Opera *de Monogrammate Christi Domini.* Lo stesso ha fatto il sopraccitato Bottari rispondendo ai seguaci del Basnagio. E Noi, che nella prima stampa della Nostra Opera *de Canonizatione* ci eravamo ingegnati di porre in chiaro, che i soli Cristiani si seppellivano in queste Nostre Catacombe, abbiamo avuto un sommo piacere nella nuova stampa di Padova d' aggiugnervi le riflessioni dei due predetti Valentuomini, nominandoli, come era del dovere: non essendoci mai piacciuta, nè essendoci mai per piacere la prattica di taluni,

Nelle Catacombe i soli Corpi de' Cristiani si seppellivano.

labores, indigno plagio tegunt Auctorem verum, cujus nomen poſtea nihilo tamen ſecius innoteſcit.

Prætextati Cœmeterii primo viſitatum.

§. 6. Hoc ſyſtemate præſtabilito, prima Catacumba, ſeu Cœmeterium, quod viſitari juſſimus, fuit Prætextati Cœmeterium, in Martyrologiis adeo celebre, ſitum in via Appia, & vix unum milliare ab Urbe Roma diſtans. De ipſo loquitur Marcus Antonius Boldertus Canonicus Sanctæ Mariæ trans Tyberim, in ſuo laudabili Opere, cujus titulus: *Oſſervazioni ſopra i Cimiterj de' Santi Martiri, ed antichi Criſtiani di Roma, lib. 2. cap.* 18. quod Opus Auctor eruditus compoſuit poſt continuatum triginta annorum ſtudium, poſt iteratas locorum perquiſitiones, & animadverſiones varias, poſt multos mentis & corporis ſuſceptos labores, ac feliciter exantlatos, ut materiam præpararet, ſimulque ut ſuo muneri quoad Cœmeteria ſatisfaceret.

Ricerche fatte nelle Catacombe di Preteſtato.

In eo detectum Corpus cum proprio nomine *Ilari*.

§. 7. In hoc eodem Prætextati Cœmeterio detectum fuit anno elapſo Corpus integrum cum nomine proprio *Ilari*: quod nomen Chriſtianis valde erat commune, ut colligitur ex antiquis inſcriptionibus apud Arringhium, Fabrettum, & Reineſium; neque erat incognitum Eccleſiaſticis Martyrologiis, ut videre eſt in Martyrologio Florentini *die prima Februarii*, atque in alio item Martyrologio apud Bollandum *tom.* 1. *Februarii pag.* 294. Sepulchro inſculptum apparebat Monogramma Chriſti cum littera A ab uno latere, ab altero littera Ω. Inſcriptio vero hujuſmodi erat: *Hic requieſcit in pace fede conſtitutus Ilarus qui vixit annus PL. MS. XXV.* Errores, qui huc irrepſerunt, neminem debent in admirationem adducere, niſi quem ipſæ latent notiones primæ in hac materia. Siquidem extra omnem controverſiam certum eſt, quod verba recte præparata, ut inciderentur in lapidibus, corrumpebantur ab imperitis ſculptoribus in ipſo incidendi actu, at non tamen ita corrumpebantur, ut verus ſenſus omnino deperderetur.

In questo fu trovato un Corpo intero col nome proprio d'*Ilaro*.

Una cum inſcriptione.

E colla propria iſcrizione.

Varia Signa, ex quibus eruitur Corpora, quæ in Catacumbis condebantur, Chriſtianorum tantum fuiſſe.

§. 8. In Noſtro Opere *de Canonizatione cap.* 27. *ſæpius citato num.* 14. *editionis Patavinæ*, dum loqueremur de ſignis, unde Sancti Corpus a Corpore alterius Chriſtiani diſtinguitur, non dubitavimus ita aſſerere; *Primum itaque Signum eſt, ſi aliquod forte Corpus reperiatur cum Inſcriptione, dummodo Inſcriptio ipſa nullis ambagibus ſubjecta ſit, ſed in ea expreſſa ſint, quæ verum pro Chriſto Martyrium præſeferant, & ideo indubitatam Sanctitatem.* Ibidem *num.* 18. diximus etiam, quod ex Monogrammate *Pro Chriſto* ſepulchris inſculpto, unum hoc inferri poteſt, Corpus ſcilicet ibi repoſitum, fuiſſe Corpus alicujus Chriſtiani: quod inſuper in editione Patavina comprobavimus, adducentes auctoritatem prælaudati Georgii, & Ludovici Antonii Muratorii viri in Republica Litteraria adeo inſignis. Litteræ autem A, & Ω quæ ſignificant Chriſtum eſſe principium rerum omnium & finem, ejuſque divinitatem exprimunt; quæque olim inſcribebantur Chriſtianorum Monumentis etiam ante Arii, & Conſtantini ætatem, ut luculenter oſtendunt Lupus *in Diſſertatione de Sancta Severa pag.* 142. & Georgius citatus *de Monogrammate Chriſti Domini cap.* 2. indicant ſimiliter, quod Corpus illud erat Corpus Chriſtiani alicujus. Eodem collimant verba *requieſcit in pace*, quæ nunquam adhibita fuerunt a Paganis, ſed a Chriſtifidelibus tantummodo, quod ipſum demonſtrat Mabillonius *de Cultu Sanctorum ignotorum pag.* 557. Jam vero, omiſſis ſiglis *PL. MS.* ſignificantibus *plus minus* ad indicandam defuncti ætatem: quæ ſigtæ in tot Inſcriptionibus inveniuntur apud Aringhium, & Fabrettum, quæque in uſu eſſe cœperunt quarto ſæculo, ſi fides habenda eſt Sponio in Antiquitatum inveſtigationibus *pag.* 350., tota difficultas

§. 8. Nella Noſtra Opera *de Canonizatione* nel più volte citato capo XXVII. al num. 14. della ſtampa di Padova, non abbiamo avuta difficoltà, ſcrivendo de' Segni, pe' quali un Corpo Santo ſi diſtingue dal Corpo d'un Criſtiano, di aſſerire come in appreſſo: *Primum itaque Signum eſt, ſi aliquod forte Corpus reperiatur cum Inſcriptione, dummodo Inſcriptio ipſa nullis ambagibus ſubjecta ſit, ſed in ea expreſſa ſint, quæ verum pro Chriſto Martyrium præſeferant, & ideo indubitatam Sanctitatem.* Nella ſteſſa Opera al num. 18. abbiamo ancor detto, che dal Monogramma *Pro Chriſto*, impreſſo nel Sepolcro, non ſi può altro inferire, ſe non che il Corpo in eſſo giacente, foſſe Corpo d'un Criſtiano: il che nella nuova ſtampa di Padova abbiamo avvalorato anche col ſentimento del citato Giorgi, e del cotanto celebre Abbate Lodovico Antonio Muratori. L'A, ed Ω, che ſignificano eſſer Criſto il principio, ed il fine di tutte le coſe, ed eſprimono la ſua Divinità, e che erano in uſo ne' Monumenti de' Criſtiani, prima ancora dell'età d'Ario, e di Coſtantino, come molto bene hanno dimoſtrato il Lupi nella Diſſertazione *de S. Severa* alla pag. 142., e l'allegato Giorgi *de Monogrammate Chriſti Domini cap.* 2. provano altresì, che il Corpo era Corpo d'un Criſtiano: al che pure alludono le parole *requieſcit in pace*, che non ſono mai ſtate adoprate da' Pagani, ma unicamente da' Criſtiani, come anche dimoſtra il Mabillonio *de Cultu Sanctorum ignotorum* alla p. 557. E laſciando da parte il *PL. MS.* che vogliono dire *plus minus*, e che eſprimono l'età del defunto: Cifra, che ſi ritrova in tante altre Iſcrizioni appreſſo l'Arringhi, ed il Fabretti, e che incominciò ad uſarſi nel quarto ſecolo, ſe

Vaj ſegni, dai quali ricavaſi eſſere i Corpi, che ſi trovano nelle Catacombe, de' ſoli Criſtiani.

reduci debet ad illa verba *fede conſtitutus*, hoc eſt *fide conſtitutus*, ut inciſoris ſphalma corrigatur.

Inquiritur, quid ſignificent illa verba *fede conſtitutus*, quæ in laudata inſcriptione leguntur.

§. 9. Ut conſtaret, num prædicta verba in aliis quoque inſcriptionibus invenirentur, & quiſnam eſſet eorumdem ſenſus, rem totam communicavimus Litteratis illis viris, qui frequentes adſunt eruditis Exercitationibus, quæ ſingulis ſecundis Feriis habentur coram Nobis de rebus Eccleſiaſticis, aut Romanis Antiquitatibus tum ſacris, tum profanis, quo ſolatio inter moleſtiſſimas Pontificatus Noſtri ſpinas unice recreamur. Poſt accuratas igitur perquiſitiones, relatum eſt Nobis, hujuſmodi verba nullibi in Lapidibus Sepulchralibus inveniri potuiſſe. Quo vero ad eorum intelligentiam putarunt aliqui, eo loco Sacramentum Confirmationis ſignificari, quo Ilarus inſignitus fuerit, cum legatur in antiquo Canone *Spiritus Sanctus, de Conſecrat. diſt.* 5. quod Spiritus Sanctus in Baptiſmate *plenitudinem tribuit ad innocentiam, in Confirmatione augmentum præſtat ad gratiam.* Sed ea ſententia minime placuit; nam licet in Inſcriptione quadam, quam afferunt claræ memoriæ Cardinalis Noriſius *in Faſtis Conſularibus pag.* 43., & Fabrettus *in Inſcriptionibus pag.* 577. legatur de quodam Severo Paſchaſio, quod *percepit* XI. *Kal. Majas*, abſque eo quod ſubjungatur quid perceperit, idque de Baptiſmo intelligatur; neſcimus tamen an ulla Inſcriptio inveniatur, quæ expreſſe mentionem faciat de Confirmatione; ob eam fortaſſe cauſam, quia ubi mentio fieri vellet de perceptis Sacramentis, cum omitti nullatenus poſſet Baptiſmus, ibi idem erat dicere aliquem fuiſſe baptizatum, ac dicere fuiſſe quoque confirmatum; tunc enim in pluribus Eccleſiis Confirmatio immediate conferebatur poſt Baptiſmum, quæ conſuetudo vigebat etiam in Eccleſia Romana, ut videre eſt *in Ordine Gelaſiano* in lucem edito a Ven. Servo Dei Card. Thomaſio *pag.* 84. & 85. De hujuſmodi ritu fuſe egimus *in Diſſertatione de Synodo Diœceſana*, quæ a Nobis Bononiæ compoſita, deinde Noſtri Pontificatus tempore locupletata, Deo annuente, publica luce donabitur. Baptiſmi, & Confirmationis Sacramentis addebatur olim in quibuſdam Eccleſiis etiam Euchariſtia, quamvis Baptizati, & Confirmati; eſſent adhuc lactentes pueruli, ut colligere poteſtis ex Noſtro Opere *de Feſtis Jeſu Chriſti, & Beatæ Mariæ Virginis, & de Miſſæ Sacrificio*, quod Opus, quanto major eſt librorum copia, qui Nobis poſt Noſtri Pontificatus exordia ſuppeditantur ab inſigni Bibliotheca Dominici Cardinalis Paſſionei, variis notitiis tanto magis adauctum, atque inſuper ex Italico ſermone in Latinam linguam feliciter translatum a Michaele Angelo de Giacomellis Nobis ab intimo Sacello, hoc ipſo anno typis Patavinis prodiit in lucem.

Nonnullorum opinio, Sacramentum Confirmationis iis verbis indicari.

Alii putant fidei firmitatem notari.

§. 10. Sacerdos Petrus Morettus Canonicus S. Mariæ trans Tyberim, qui tam egregia volumina de rebus Eccleſiaſticis edidit, aliaque plura actu præparat, quamvis non levi oculorum incommodo laboret; duas Nobis indicavit S. Cypriani epiſtolas, alteram Rogatiano Epiſcopo ſcriptam, in qua ſic legitur: *Salomon in Spiritu Sancto conſtitutus teſtatur, & docet, quæ ſit Sacerdotalis auctoritas & poteſtas, dicens &c.* alteram, ad Populum Tibaritanum, quæ ſic habet: *Nemo quidquam de ſæculo jam moriente deſideret, ſed ſequatur Chriſtum, qui & vivit in æternum, & vivificat ſervos ſuos in fide ſui nominis conſtitutos*: atque hinc inferebat per illa verba *in fide conſtitutus*, quæ ſunt in Ilari lapide, ſignificari, quod Ilarus plenus fide, ſtabilis in fide, radices in eadem fide jecerat admodum profundas.

preſtiamo fede allo Sponio nella Ricerca delle Antichità alla pag. 350. il vero punto dee ridurſi alle parole *fede conſtitutus*, cioè *fide conſtitutus*, correggendo l'errore dell'Inciſore.

Eſame del ſignificato delle parole *fede conſtitutus*, che ſi trovano nell'Iſcrizione ſopradetta.

§. 9. Comunicammo il tutto a quei Letterati, che in buon numero intervengono alle Noſtre Accademie, che ogni Lunedì teniamo avanti di Noi ſopra le materie Eccleſiaſtiche, e ſopra le Antichità ſacre, e profane di Roma; e che ſono l'unico riſtoro, che proviamo in queſto Noſtro ſpinoſiſſimo Pontificato; incaricandoli a riconoſcere con eſatta diligenza, ſe in altre Lapidi vi foſſero le ſteſſe ſopradette parole, e quale ſia l'intelligenza delle medeſime. Dopo accurato ſtudio ci fu riferito, non eſſerſi ritrovate ſomiglianti parole in verun'altra Lapide Sepolcrale. Circa poi la loro intelligenza, vi fu chi penſò, alluderſi da eſſe alla Creſima ricevuta da Ilaro, leggendoſi nell'antico Canone *Spiritus Sanctus, de Conſecrat. diſt.* 5. che lo Spirito Santo nel Batteſimo *plenitudinem tribuit ad innocentiam, in Confirmatione augmentum præſtat ad gratiam.* Ma ciò non ci ſoddisfece: perchè ſebbene in un'Iſcrizione riportata dalla chiara memoria del Cardinale Noris ne' Faſti Conſolari alla pag. 43., e dal Fabretti nelle Iſcrizioni alla pag. 557. ſi legge d'un certo Severo Paſcaſio, che *percepit* XI. *Kal. Majas*, ſenza dir che; e ciò s'intenda del Batteſimo: non ſappiamo però, che vi ſia Iſcrizione, che parli eſpreſſamente della Creſima; forſe per la ragione, che volendoſi farjmenzione de' Sagramenti ricevuti, nè potendoſi omettere il Batteſimo, era lo ſteſſo l'eſprimere, che uno era ſtato battezzato, che il dire, che il medeſimo era ſtato creſimato; dandoſi allora in molte Chieſe la Creſima immediatamente dopo il Batteſimo: il che pure pratticavaſi nella Chieſa Romana, come può vederſi nell'Ordine Gelaſiano pubblicato dal Venerabile Servo di Dio Cardinal Tommaſi alla pag. 84. ed 85. Di queſto rito abbiamo diffuſamente trattato in una Noſtra Diſſertazione *de Synodo Diœceſana*, che compoſta da Noi in Bologna è ſtata da Noi medeſimi riempita nel tempo del Pontificato, e che, ſe piacerà a Dio, daremo alle ſtampe. Ai due Sagramenti di Batteſimo, e di Creſima, univaſi in alcune Chieſe ancor quello dell'Eucariſtia, benchè i battezzati, ed i creſimati foſſero fanciulli lattanti: come potrete riconoſcere dalla Noſtra Opera delle Feſte di Gesù Criſto, e della Santiſſima Vergine, e del Sacrifizio della Meſſa; che abbiamo riempita di varie altre cognizioni acquiſtate nel tempo del Pontificato pel maggior comodo de' lìori, che ci vengono ſomminiſtrati dalla inſigne Biblioteca del Noſtro Cardinale Segretario de' Brevi Domenico Paſſionei, e che compoſta da Noi in lingua Italiana, è ſtata felicemente tradotta in lingua Latina dal Sacerdote Michelangelo Giacomelli noſtro Cappellano Segreto, ed in queſt'anno medeſimo è ſtata ſtampata in Padova.

Opinione d'alcuni, che credono indicarſi con queſte parole il Sacramento della Creſima:

§. 10. Il Sacerdote Pietro Moretti Canonico di Santa Maria in Traſtevere, e che ha dato alle ſtampe tante belle Opere nelle materie Eccleſiaſtiche, e che ſta preparandone altre, non oſtante il grave incomodo, che patiſce della viſta, ci additò due Lettere di S. Cipriano, quella ſcritta a Rogaziano Veſcovo, nella quale ſi legge: *Salomon in Spiritu Sancto conſtitutus teſtatur, & docet, quæ ſit Sacerdotalis auctoritas & poteſtas, dicens &c.* l'altra alla plebe Tibaritana, ove così ſi legge: *Nemo quidquam de ſæculo jam moriente deſideret, ſed ſequatur Chriſtum, qui & vivit in æternum, & vivificat ſervos ſuos in fide ſui nominis conſtitutos*: deducendo da eſſe, ſignificarſi nelle parole *in fide conſtitutus*, che Ilaro era pieno di Fede, ſtabile nella Fede, e ben radicato in eſſa.

Hanno ſtimato altri ſignificarſi la fermezza e ſtabilità nella fede.

Alii tandem judicant intelligi ea verba de Sacramento Baptismi.

§. 11. Porro dum hanc ipsam Epistolam dictaremus, ecce Nobis exhibita est Dissertatio pulcherrima typis edita, & prælaudato Dominico Georgio Nobis ab intimo Sacello dicata. Ea habet Auctorem Sacerdotem Alexium Symmachum Mazzochium Canonicum Ecclesiæ Metropolitanæ Neapolis, virum tum sacra, tum profana eruditione clarissimum. Ibi ad examen revocantur ea verba *fide constitutus*, ab iisque significari ostenditur Sacramentum Baptismi susceptum ab Ilaro. Legitur enim in Tertulliano *lib. de Pudicitia cap.* 18. & alibi, *ante fidem*, & *post fidem*, ad significandum *ante* & *post Baptismum*, immo vetera Monumenta passim utuntur hac phrasi *fidei Sacramentum* ad Sacramentum Baptismi indicandum.

§. 11. Mentre appunto stiamo dettando questa lettera, ci vien presentata una bella Dissertazione del Sacerdote Aleffio Simmaco Mazocchi Canonico della Metropolitana di Napoli, Soggetto pieno di sacra, e profana erudizione, data alle stampe, ed indirizzata al Nostro sopradetto Cappellano Segreto Domenico Giorgi. In essa si esaminano le parole *fide constitutus*, che sono nella Lapide d'Ilaro, ed in essa si dimostra, additarsi nelle medesime il Sagramento del Battesimo ricevuto da Ilaro; leggendosi in Tertulliano nel *lib. de Pudicitia cap.* 18. ed in molti altri luoghi, *ante fidem*, e *post fidem*, per esprimere, *ante*, e *post Baptismum*, ed essendo pieni i monumenti antichi della frase *fidei Sacramentum*, per additare il Sagramento del Battesimo.

Duæ Christianorum Classes, altera Baptizatorum, Catechumenorum altera.

Et quia intelligit posse opponi, totum hoc superfluum videri, quandoquidem si Ilarus Christianus erat, necesse pariter erat, fuisse baptizatum, animadvertit quam diligentissime, quod tunc tempus suscipiendi Baptismum protrahebatur, adeoque Christiani dividebantur in duas veluti classes, quarum unam constituebant Catechumeni, alteram Baptizati; atque hi quidem *Fideles* nominabantur; *a Fidei Sacramento*, non *a virtute Fidei*; qua Fidei virtute imbuebantur Christiani Catechumeni Parochorum catechismum sua præsentia frequentantes. Non est admodum inverisimile, quod aliæ ad Nos super eodem argumento Dissertationes perveniant. Si ita erit, libenti animo eas percurremus. Nos interim hanc materiam intactam relinquentes, ad aliud Sacrum Corpus curam Nostram convertere statuimus, quod ad Ecclesiam Nostram Bononiensem mittamus.

E perchè prevede, che potrebbe risponderfi, parer ciò superfluo, mentre se Ilaro era Cristiano, era altresì d'uopo, che fosse battezzato, osserva con molta accuratezza, che in que' tempi prorogavasi il tempo, in cui da' Cristiani si riceveva il Sagramento del Battesimo, e che allora i Cristiani dividevansi in due classi, una de' Catecumeni, l'altra de' Battezzati; appellandosi questi ultimi *Fideles*, *a Fidei Sacramento*, non a *virtute Fidei*, della qual Fede, come virtù, s'imbevevano i Cristiani Catecumeni coll'assistere a' Catechismi de' Parrochi. Non è cosa tanto inverisimile, che ci siano mandate altre erudite Dissertazioni sopra l'intelligenza delle dette parole. Se verranno, ben volentieri le leggeremo: ed intanto, lasciando l'affare nello stato, in cui è, ci siamo risoluti di rivolgere il Nostro pensiero ad altro Corpo Santo da mandare alla Nostra Chiesa di Bologna.

Due Classi de Cristiani, altri Battezzati, altri Catecumeni.

Sancti Thrasonis Cœmeterium Romæ detectum.

§. 12. Paucis abhinc annis detectum fuit Cœmeterium S. Thrasonis; de quo mentionem facit Martyrologium Romanum *die* 11. *Decembris: Romæ Passio Sancti Thrasonis, qui cum Christianos laborantes in Thermis, aliisque operibus publicis fatigatos, & in carcere positos de suis facultatibus aleret, jubente Maximiano, tentus, cum aliis duobus Pontiano, & Prætextato, Martyrio coronatus est.* Ut notum est unicuique, Maximianus ædificium aggressus est Thermarum Diocletiani. Excessu crudelitatis abreptus, atque ut experiretur, utrum id, quod obtinere non poterat prompta morte Christi sequacibus violenter illatâ, obtinere posset ignominioso & diuturno supplicio, milites Christi damnavit ad excavandam arenam pro tam ingenti ædificio necessariam. Immanis proculdubio fuit illorum numerus, qui in Christiana Religione perseverantes mortui sunt ex nimio labore. Qui superstites vixerunt decem mille ducenti & tres, ii occisi sunt in odium Christianæ Fidei intra Vallis Planitiem extra Portam Trigeminam, in loco, qui appellatur *Gutta jugiter manans, ad Aquas Salvias*, ut fuse narratur in Annalibus Cardinalis Baronii *ad annum Christi* 298., ubi piissimus Auctor animadvertit, quod cum dirutæ sint & redditæ inutiles reliquæ omnes Romanorum veterum Thermæ, unicæ, si minus integre, saltem magna ex parte subsistunt Diocletiani Thermæ, in Ecclesiam commutatæ ad honorem Beatissimæ Virginis, & Angelorum, fortasse quia sudoribus Confessorum Christi fuerunt exædificatæ.

§. 12. Non molti anni sono fu scoperto il Cimiterio di S. Trasone, di cui si fa menzione nel Martirologio Romano agli 11. di Dicembre: *Romæ Passio Sancti Thrasonis, qui cum Christianos laborantes in Thermis, aliisque operibus publicis fatigatos, & in carcere positos de suis facultatibus aleret, jubente Maximiano, tentus, cum aliis duobus Pontiano, & Prætextato Martyrio coronatus est.* Come è noto ad ognuno, Massimiano intraprese la gran fabbrica delle Terme di Diocleziano. Per eccesso di crudeltà, e per vedere se ciò, che non poteva ottenere col dar prontamente la morte ai seguaci di Cristo, l'avesse potuto ottenere con un'ignominiosa, e lunga pena, condannò i Soldati Cristiani all'opera di fare le cave d'arena necessaria per la grand'opera. Grandissimo senza dubbio fu il numero di quelli, che sen' abbandonar la Cristiana Religione morirono nel penoso travaglio. Dieci mila dugento e tre ne supravvissero, e questi furono fatti morire in odio della Fede di Cristo nel concavo della valle fuori della Porta Trigemina nel luogo detto *Gutta jugiter manans ad Aquas Salvias*; come diffusamente si vede negli Annali del Cardinal Baronio all'anno di Cristo 298., ove piamente osserva, che essendo cadute, o rese inutili tutte le altre Terme degli antichi Romani, non resta in piedi, che una gran parte di quelle di Diocleziano, commutata in uso di Chiesa in onore della Vergine Santissima, e degli Angeli, forse per essere state fabbricate colle fatiche dei Confessori di Cristo.

Scoperta in Roma del Cimiterio di S. Trasone.

Christiani damnati a Maximiano ad arenam pro Diocletiani Thermis excavandam.

Cristiani condannati da Massimiano alla fabrica delle Terme di Diocleziano.

Narratur, quomodo in Cœmeterio S. Thrasonis repertum fuerit Corpus S. Proci, cum propria inscriptione, & Vase sanguine respersio.

§. 13. Sed ut reditum faciamus ad Cœmeterium Sancti Thrasonis Via Salaria, quod detectum fuit in arenariis ad fodiendam arenam apertis pro Thermarum prædictarum ædificio: Joannes Marangonius Sacerdos supra commendati Canonici Boldetti studiorum laborumque, per triginta & amplius annos, socius indivisibilis, historiam fideliter narrat in Appendice ad Acta S. Victorini Episcopi typis edita simul cum longa

§. 13. Ma ritornando al Cimiterio di S. Trasone posto nella Via Salaria, il di lui ritrovamento nelle cave d'arena aperte per la fabbrica delle Terme sopraddette, viene fedelmente esposto dal Sacerdote Giovanni Marangoni, compagno già da trenta, e più anni indivisibile negli studj e nelle fatiche del sopradetto Canonico Boldetti, nell'Appendice agli Atti di S. Vittorino Vescovo, che esso ha dato alle stampe con una serie

Si narra come fosse ritrovato nel Cimiterio di S. Trasone, il Corpo di S. Proco, colla propria Iscrizione, e col Vaso tinto di Sangue.

serie marmorearum Inscriptionum, quas in Cœmeteriis collegerat; & quarum memoria in fatali incendio ejus domicilii ideo non periit, quia priusquam ædes conflagrarent, eas jam viris eruditis ipse communicaverat.

Joanni igitur Marangonio Sacerdoti una cum Canonico Boldetto feliciter successit, ut via quædam subterranea sese aperiret, valde lutulenta, in qua ipsi operariis insistentes, ut excavationem prosequerentur, tum demum invenerunt sepulchra nonnulla, quorum alia suas inscriptiones præseferebant, alia non item; in omnibus tamen habebatur vasculum aut sanguinis plenum, aut tinctum colore sanguineo, aut crustas saltem sanguineas aliquo modo occludens.

Inter cætera, unum inventum est Sepulchrum cum sequenti Epigraphe:

Pater Filio Proco Qui
vixit annis VIIII. *mens.* VIII.
in pace fecit.

Epigraphe hæc insculpta erat marmori Salino, & poris pleno, quod ab aqua penetratum & corrosum, leviſſimo quoque attactu in pulverem redigebatur. Quapropter cum providus, & peritus antea laudatus Marangonius clare animadvertisset fieri non posse, ut marmor illud extraheretur, deliberavit verba transcribere, eaque in citata Appendice *pag.* 88. in lucem proferre.

Nullum os desiderabatur ad corporis integritatem, quin etiam in Sepulchri loco consueto existebat vas tinctum, cum crustis sanguineis: quæ ossa cum vasculo a Sacerdote, pro sui Officii munere, exhibita Cardinali Guadagni Romæ Vicario, reposita fuerunt de more in Custodia, ut deinde opportuno tempore illustri alicui viro concederentur, qui preces porrigeret ad impetrandum aliquod Corpus sacrum integrum, cum proprio nomine, ut in insigni quapiam Ecclesia collocaretur.

Extracta fuerunt ossa cum vase supra memorato die 9. Maji anni 1737. Nos autem, quoniam nihil amplius de corpore invento cum Ilari nomine cogitabamus, Sacerdoti Marangonio communicavimus desiderium Nostrum habendi sacrum aliquod Corpus insigne, quod Ecclesiæ Nostræ Bononiensi, ut diximus, mitteremus. Hoc audito, ipse indicavit Nobis Corpus Sancti Proci, ipse idem Nobis illud attulit in parva capsa sigillo Card. Vicarii munita, ipse Nobis fideliter narravit ea, quæ supra exposuimus; additque præterea, prope Sancti Proci Sepulchrum duo pariter Sepulchra inventa esse cum sanguinis vasculo, ubi ossibus pene in cinerem solutis, lapides indicabant, illa duo esse Puerorum Corpora, quorum alter septem, alter erat annorum trium: ex quo colligebat eruditus vir, persecutionem illam, qua Martyrio coronatus est Sanctus Procus, esse non potuisse nisi gravem, atque unam ex crudelissimis. In hujusmodi enim persecutionibus crudelis Tyrannorum barbaries neque sexui pepercit, neque ætati, quamtumlibet infantili. Denique in urna, quam confici fecimus, vobisque pariter donamus, idem ipse propria manu collocavit vas, aptavitque ossa singula, quæ, mandantibus Nobis, recognita ab intimo Cubiculario Nostro & Archiatro Antonio Leprotto, integrum Corpus perficiunt.

Huic Corpori cultus debetur, & titulus Sancti; quandoquidem Vas respersum sanguine, indubia est martyrii nota.

§. 14. Ecce igitur, Dilecti Filii narrationem completam tum loci, tum temporis, cæterarumque circumstantiarum omnium, quæ spectant ad seriem facti, per quod inventum est atque extractum Sancti Proci Corpus, quod vobis mittimus, ut juxta Nostra mandata collocetur sub una ex aris Metropolitanæ Nostræ publico cultui exposi-

ancora di Lapidi ritrovate ne' Cimiterj, la memoria delle quali, dopo il fatale incendio seguito nella sua abitazione, sopravanzò, per essere state prima dell' incendio comunicate dal detto Sacerdote a Persone erudite.

Al Sacerdote dunque Marangoni unitamente col Canonico Boldetti toccò la bella sorte di ritrovare una strada sotterranea, ripiena di fango, e facendo proseguire il lavoro, di ritrovar dipoi alcuni Sepolcri, altri con Iscrizioni, altri senza Iscrizioni, e tutti, o con un Vasetto pieno di sangue, o tinto di color sanguigno, o con croste di sangue in qualche parte del Vaso.

Fra gli altri Sepolcri ne fu trovato uno colla seguente Iscrizione:

Pater Filio Proco Qui
vixit annis VIIII. *mens.* VIII.
in pace fecit.

Era l'Iscrizione scolpita in un marmo salino, e poroso, e che penetrato, e corroso dall'acqua, ad ogni leggier tatto andava in polvere: per lo che avendo il provido, e pratico Marangoni ben compreso, ch'era impossibile estrarlo, prese il partito di copiar le parole, e di stamparle nella sua citata appendice alla pag. 88.

Non mancava verun osso integrante il Corpo: eravi nel Sepolcro, nel luogo solito, il Vaso tinto, e colle croste di sangue. Ed essendone stata fatta dal Sacerdote, secondo il suo dovere, la consegna al Cardinal Guadagni Vicario di Roma, furono le Ossa, ed il Vaso posti nella solita Custodia, per essere poi in qualche opportuna occasione consegnati a qualche riguardevole Personaggio, che facesse istanza per qualche Corpo Santo intero, e col proprio nome, da collocarsi in qualche illustre Chiesa.

Seguì l'estrazione di tutte le Ossa, e del Vaso ai 9. di Maggio del 1737. Ed avendo Noi, dopo aver abbandonato il pensiere dell'altro Corpo ritrovato col nome d'Ilaro, comunicata al Sacerdote Marangoni la Nostra brama d'avere un Corpo Santo qualificato, come sopra, da mandare alla Nostra Chiesa di Bologna, esso è quello, che c'indicò il Corpo di S. Proco, che ce lo portò in una Cassetta sigillata coi Sigilli del Cardinal Vicario, che ci raccontò con ogn' ingenuità, e fedeltà quanto di sopra abbiamo esposto: aggiungendo, che atroce dovette essere la Persecuzione, nella quale S. Proco ricevè il Martirio, essendosi ritrovati vicini al di lui Sepolcro due altri Sepolcri col Vaso di Sangue, ma colle Ossa quasi ridotte in cenere, e colle Lapidi indicanti, ch'erano Sepolcri di due Fanciulli, uno d'anni sette, e l'altro d'anni tre; non avendo nelle gravi, ed atroci Persecuzioni, la barbarie perdonato nè al sesso, nè all'età benchè infantile. Esso finalmente è stato quello, che nell'Urna fatta fare da Noi, e che pure vi mandiamo, ha colle proprie mani collocato il Vaso, accomodate le Ossa, che, fatte riconoscere dal Nostro Cameriere Segreto e primario Medico Antonio Leprotti, formano un Corpo intero.

§. 14. Eccovi, Diletti Figliuoli, tutta la storia del luogo, del tempo, e di tutto ciò, che appartiene al ritrovamento, ed estrazione del Corpo di S. Proco, che vi mandiamo, acciò, secondo gli ordini opportuni, che già da Noi sono stati dati, sia collocato sotto uno degli Altari della Nostra Metropolitana, ed esposto al pub-

Devesi a questo Corpo il culto di Santo, perchè il Vaso tinto di Sangue è segno indubitato del Martirio.

positum. Ipsi debetur cultus, & titulus Sancti, quia procul dubio, ut eruditioni vestræ notum esse debet, nulli unquam venit in mentem, quantumvis acuto ingenio is fuerit, & cupidus quærendi, ut ajunt, nodum in scirpo, nulli, inquam, venit in mentem dubitatio, quod Corpus in Catacumbis Romanis inventum cum vasculo sanguinis aut pleno, aut tincto, non sit Corpus alicujus, qui mortem pro Christo sustinuerit. Arringhius, Mabillonius, bonæ memoriæ tum Senator Buonarruoti, tum Raphael Fabrettus, & qui unus pro cunctis valere debet Ludovicus Antonius Muratorius, Canonicus Boldettus, Sacerdos Marangonius, Eques Victorius, aliique Ministri Corporum extractionibus invervientes, in hoc unanimiter conveniunt; ut eruere facile potestis *ex cit. Cap. 27. Operis Nostri de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. à num. 22. usque ad finem, editionis Patavinæ*, ubi fideliter enumerantur, & adoptantur a Nobis auctoritates prædictæ, simul cum experimento prælaudati Fabretti, quo redarguit nimis audacem eorum opinionem, qui contendebant illorum vasculorum crustas non improbabiliter a salium mineralium concretione fuisse productas; atque ostendit, eas sine ulla controversia provenire a sanguinis massa. Arrhingius, Muratorius, Nos ipsi, verba facimus de pia veterum Fidelium consuetudine colligendi & conservandi Sanctorum Martyrum Sanguinem, de qua re si plura discere exoptatis, percurrite *primam Partem Tom. II. de Cultu Sanctorum Dissert. 7. cap. 1. §. 7. & cap. 31.* concivis Nostri Joannis Chrysostomi Trombelli Abbatis, qui ea, qua solet, ingenti eruditione etiam hoc argumentum pertractavit.

blico culto. Ad esso poi deesi il culto, ed il titolo di Santo: perchè senza dubbio sarà noto alla vostra erudizione, che non è mai caduto in capo a veruno, quantunque acuto, e desideroso, come suol dirsi, di vedere il pelo nell'uovo, di dubitare, che un Corpo ritrovato nelle Catacombe di Roma col Vaso o pieno, o tinto di sangue, non sia il Corpo d'uno, che ha sofferta la morte per Cristo. L'Arringhi, il Mabillon, il fu Senatore Buonarroti, il fu Raffaello Fabretti, e vaglia per tutti l'Abbate Lodovico Antonio Muratori, il Canonico Boldetti, il Sacerdote Marangoni, il Cavaliere Vittori, i Ministri dell'estrazioni de'Corpi, concordano pienamente in questo sentimento, come potrete facilmente vedere nel citato capo 27. della Nostra Opera *de Canonizatione Sanctorum* lib. 4. part. 2. dal num. 22. fino al fine, della stampa di Padova; ove sono fedelmente registrate, ed abbracciate da Noi le autorità de' predetti, unitamente con un'esperienza fatta dal citato Fabretti, colla quale convinse chi troppo arditamente pretendeva, che le croste di que' Vasi avessero potuto provenire da una concrezione di sali minerali; avendo fatto conoscere, che sicuramente provenivano dalla massa del sangue. L'Arringhi, il Muratori, Noi stessi, abbiamo parlato della pia costumanza de' primi Fedeli, di raccorre e conservare il Sangue de' Martiri: e quando aveste curiosità di vedere qualche cosa di più, potete dare un'occhiata alla prima parte del tomo secondo *de Cultu Sanctorum dissert. 7. cap. 1. §. 7.* ed al *cap. 31.* del Nostro comune Concittadino Abbate Gio. Grisostomo Trombelli, che ha colla sua solita molta erudizione discorso ancora di questo punto.

Quæritur, num in aliquo Ecclesiastico monumento Sancti Proci fiat mentio.

§. 15. Nihil amplius requiritur, ut pro certo habeatur, non modo titulum Sancti, Proco deberi, sed etiam cultum ejusdem Corpori, quod vobis mittimus, negari non posse. Verumtamen illud pariter pro complemento inquirere diligenter voluimus, atque alios indagare fecimus, utrum in veteri aliqua Litania, aut in Martyrologiis Rosvveydi, Bedæ, Flori, Rhabani, Notkeri, Wandalberti, in Ephemeridibus Græco-Moschis, & in Basiliano Menologio e Græco in Latinum sermonem translato a sanctæ memoriæ Clemente Papa XI., mentio de hoc Sancto Proco habeatur.

§. 15. Per assicurare il culto al Corpo, che vi mandiamo, ed altresì il titolo di Santo a Proco, null'altro è necessario. Ma ciò non ci ha punto liberato da una diligente indagine, fatta da Noi, e fatta fare da altri, per vedere, se in qualche antica Litania, se ne' Martirologj del Rosvveydo, del Beda, del Floro, del Rabano, del Notkero, di Wandalberto, nell'Efemeridi Græco-Mosche, e nel Basiliano Menologio tradotto dal Greco in Latino dalla santa memoria di Clemente XI. si ritrovasse fatta menzione di questo S. Proco.

Ricercasi, se in alcun Ecclesiastico monumento si faccia menzione di S. Proco.

Verisimile est, Sanctum Procum, de quo agitur, eumdem esse cum illo, de quo meminit Martyrologium S. Hieronymi.

§. 16. Nomen Proci non fuit ignotum Gentilibus, ut videre est in satis ampla Inscriptionum Collectione apud sæpe laudatum Muratorium *pag. 815. num. 4., & pag. 1472. num. 2.* Quod autem spectat ad Martyrologia; eruditioni vestræ manifesta fieret injuria, si dubitaremus vobis non esse perspectum, quanta in æstimatione sit, ac semper fuerit Martyrologium Sancti Hieronymi, cui decursu temporis multa a piis, ac religiosis viris facta sunt additamenta quorumdam Sanctorum, qui certe post Sanctum Hieronymum floruerunt. In Monasterio Corbejensi antiquum hujus Martyrologii exemplar inventum est, quod Hugo Menardus typis edere cogitaverat. Quod tamen ipse non potuit conficere, perfecit postea Lucas Acherius in suo Spicilegio, seu Collectione veterum quorumdam Scriptorum, quos in Galliæ Bibliothecis invenit. Hieronymianum hoc Martyrologium extat *in Tom. II. cit. Collect., editionis Parisiensis* 1723. ibique *pag. 12. die 2. Junii* inter cæteros Sanctos legimus Sanctum Procum: *Item Marthæ, Marcellæ, Proci, Datulæ, Victuriæ, Joviani.* Atque ibi cum fermo sit de Sancto Romæ passo, ut diximus, cumque pariter certum sit, quod, qui Romæ Martyrium sustinebant, sepeliebantur in Catacumbis cum Vase sanguinis, præcipuo sui Martyrii signo, verisimile admodum est, Sanctum Procum, cujus Corpus extractum est cum signo prædicto, esse utique illum

§. 16. Il nome di Proco non fu incognito appresso i Profani, come può vedersi in alcune Lapidi nella nobile Collezione del più volte citato Muratori alla pag. 815. num. 4. ed alla pag. 1472. num. 2. In ciò poi, che appartiene a' Martirologj, sarebbe un torto manifesto, che faressimo al vostro sapere, se temessimo, che vi giungesse nuovo il credito, che si deve, e che da tutti è professato al Martirologio di S. Girolamo, al quale poi da Persone divote sono state fatte varie aggiunte d'alcuni Santi vissuti in tempi posteriori a S. Girolamo. Nel Monastero Corbejense se ne ritrovò un antico esemplare, che Ugone Menardo avea pensato di dare alle stampe: ma quello, che esso non fece, fu di poi fatto da Luca d'Achery, nel suo Spicilegio, o sia Collezione d'alcuni antichi Scrittori ritrovati nelle Biblioteche della Francia. Questo Martirologio di S. Girolamo è nel tom. 2. della detta Collezione della stampa di Parigi del 1723., ed ivi alla pag. 12. al secondo giorno di Giugno, fra gli altri Santi di Roma ritroviamo annoverato S. Proco: *Item Marthæ, Marcellæ, Proci, Datulæ, Victuriæ, Joviani.* E trattandosi ivi d'un Santo di Roma, come abbiamo detto, e sapendosi, come pure si è detto, che chi in Roma sopportava il Martirio, era sepolto nelle Catacombe colla divisa particolarmente del Vaso di sangue, ogni verisimilitudine c'induce a credere, che quel S. Proco, il

Probabilità che il S. Proco, di cui si ragiona, sia quello stesso nominato nel Martirologio di S. Girolamo.

eumdem, de quo fit mentio in Martyrologio Sancti Hieronymi.

In alio Codice pro *Proco*, *Percus* legitur.

§. 17. Ne quid tamen diffimulemus; dicere neceſſe eſt, Martyrologium hoc ipſum editum pariter fuiſſe ab erudito viro Franciſco Maria Florentinio, qui ſecutus lectionem Codicis cujuſdam Lucenſis *die 2. Junii pag. 567.* non legit *Proci*, ſed *Perci*, aliud quoque MS. vetus Antuerpienſe *in Adnotationibus* producens. Sed cum *in iiſdem Adnotationibus pag. 568.* non prætermittat ingenuus Florentinius Codicem etiam Corbejenſem citare, qui legit non *Percum*, ſed *Procum*; &, quod majus eſt, cum in Sanctorum Indice ad finem Martyrologii mentionem faciant de *Proco*, non autem de *Perco*; hinc oritur validum argumentum inferendi, quod a Florentinio Corbejenſis Lectio Lucenſi anteponatur, atque Antuerpianæ. Eruditi viri, qui Acta Sanctorum collegerunt, Henſchenius nempe, Papebrochius, Baertius, & Janningus *tom. 1. menſis Junii die 2. pag. 209.* poſt Catalogum Martyrum Romanorum, in quem inſerunt nomen *Perci*, amplectentes lectionem editionis Florentinii *p. 210.* fateri deinde non dubitarunt, quod *Procus* legebatur in aliis Codicibus, non *Percus*.

In un'altro Codice ſi legge *Perco* in vece di *Proco*.

Sed *Perci* nomen nullibi occurrit.

§. 18. His omnibus addendum eſt, nullum aliud neque ſacrum, neque profanum monumentum, quacunque diligentia adhibita, potuiſſe inveniri, in quo nomen *Perci* haberetur; e contrario *Proci* nomen facile, ut diximus, in antiquis inſcriptionibus occurrere. Ex quo inferri poſſunt hæc duo: alterum, quod lectio Codicis Corbejenſis veriſimilior ſit, quàm lectio Codicis Lucenſis, & Autuerpiani: alterum vero, quod ſine temerarii judicii nota affirmare liceat, *Proci* nomen ab Amanuenſibus per iteratas exemplarium tranſcriptiones in illud *Perci* mutatum fuiſſe.

Ma il nome di *Perco* non trovaſi in verun Monumento, ſia ſacro, o profano.

Nil facilius, quã ab Amanuẽſibus *Proci* nomen in aliud *Perci* commutatum fuiſſe.

Quod ſi forte objiciatur, nomen *Perci* mutari potuiſſe ab Amanuenſibus in illud *Proci*, ſemper reponi poſſet, facilius eſſe, iterum atque iterum reſcribendo, mutare *Procum* in *Percum*, quàm *Percum* in *Procum*. Nam apud Martene, & Durand *tom. 3. Novi Theſauri Anecdotorum, edit. Pariſienſis 1717. pag. 1614.* apparet, nomen *Sanctorum Proti*, *& Hyacinthi* Amanuenſium incuria mutatum fuiſſe in quibuſdam Martyrologiis antiquis cum nomine *Sanctorum Preſti & Hyacinthi*, non vice verſa.

E' dunque veriſimile eſſerſi dagli Amanuenſi cãgiato nel copiare il nome di *Proco* in *Perco*.

E quando mai ſi riſpondeſſe, eſſerſi anche potuto mutare dagli Amanuenſi il nome di *Perco* in quello di *Proco*, ſi potrebbe ſempre replicare, eſſer più facile, copiando, e ricopiando, di mutare *Proco* in *Perco*, che *Perco* in *Proco*. Nel tomo terzo del Teſoro nuovo degli Anecdoti del Martene, e del Durand, della ſtampa di Parigi del 1717. alla p. 1614. ſi può vedere, che i nomi dei *SS. Proto*, e *Giacinto*, ſono, per incuria degli Amanuenſi, ſtati mutati in alcuni antichi Martirologj nei nomi dei *SS. Preſto*, e *Giacinto*, e non già i nomi dei *SS. Preſto*, e *Giacinto* nei nomi dei *SS. Proto*, e *Giacinto*.

Publicus Corpori S. Proci cultus decernitur.

§. 19. Valeat tamen quod diximus uſque adhuc, quantum valere poteſt. Nos afferimus *Proci* nomen, propter marmoris ſepulchralis auctoritatem: afferimus Martyrium, propter Vaſculum tinctum cruſtis ſanguineis: & nihil amplius requiri certi ſumus ad publicum cultum, & Sancti titulum Noſtro Martyri afferendum. Exponite igitur publico cultui Corpus, quod vobis mittimus; veſtra & totius Populi, ac Cleri pietas accendatur magis ac magis erga ſacras exuvias; illudque in mentem revocate, quod Corpora, & Sanctorum Reliquiæ in illis Civitatibus, ubi jacent, & venerantur, ſolent eſſe, divina favente miſericordia, validum præſidium ad arcendas inde calamitates, a quibus ſecus opprimerentur. Martyri Theodoro acceptum refert Sanctus Gregorius Nyſſenus, quod Civitas, in qua ejus Sacrum Corpus aſſervabatur, liberata fuerit ab impendenti devaſtatione, quam Scythæ minabantur, ut videre eſt *in Oratione de eodem Martyre.* Idem ſcribit Evagrius *lib. 4. cap. 27.* de Martyre Sergio, qui Civitatem, ubi erat Sacrum ejus Corpus, a terribili Regis Choſroæ invaſione liberavit. Superius

Si comanda d'eſporre al pubblico culto il Corpo di S. Proco.

Sanctorum Reliquiæ ad arcendas a Civitatibus calamitates præſidio ſunt.

Le Reliquie de' Santi ſogliono preſervare le Città da molte diſgrazie.

di cui Corpo è ſtato eſtratto dalle Catacombe col predetto Segno, ſia per appunto quello, di cui ſi parla nel Martirologio di S. Girolamo.

§. 17. Per non diſſimularvi coſa veruna, vi diremo, che queſto ſteſſo Martirologio di S. Girolamo è ſtato anche ſtampato dall' erudito Franceſco Maria Fiorentini, e che queſti ſeguitando un Codice di Lucca, al giorno ſecondo di Giugno pag. 567. non dice *Proci*, ma *Perci*, allegando anche nelle Note un altro Manoſcritto antico d'Anverſa. Ma non avendo nelle ſteſſe Note alla pag. 568. tralaſciato l' ingenuo Fiorentini di portar anche il Codice di Corbeja colle parole eſprimenti il nome di *Proco*, e non di *Perco*: e, quello che più importa, nell' Indice de' Santi poſto al fine del Martirologio, facendo menzione di *Proco*, e non di *Perco*: di qui naſce una forte congettura, ch'eſſo preferì la lezione Corbejenſe a quella di Lucca, e d' Anverſa. E gli eruditi Collettori degli Atti de' Santi, Henſchenio, Papebrochio, Baertio, e Gianningo, nel tom. 1. del meſe di Giugno al giorno ſecondo pag. 209. dopo aver teſſuto un Catalogo di Martiri Romani, ed avervi poſto il nome di *Perco*, ſeguitando la lezione del teſto ſtampato dal Fiorentini, alla pag. 210. non ebbero difficoltà di confeſſare, che in altri Codici, in luogo di *Perco*, leggevaſi *Proco*.

§. 18. Che ſe al già detto aggiugneraſſi, che in verun altro monumento o ſacro, o profano, per quante diligenze ſianſi fatte, non ſi ritrova il nome di *Perco*, il che, come pure è ſtato accennato, non ſuccede in quello di *Proco*, due ſono le illazioni, che da ciò ſi poſſono dedurre: una, ch' è più veriſimile la lezione del Codice Corbejenſe, dell'altra di Lucca, e d'Anverſa: e la ſeconda, che ſi può, ſenza nota di giudizio temerario, afferire, eſſerſi dagli Amanuenſi nel copiare, e ricopiare cangiato il nome di *Proco* in quello di *Perco*.

§. 19. Vaglia però quanto ſin ora ſi è detto, per quello, che può valere. Noi appoggiamo il nome di *Proco* alla Lapide; Noi il Martirio, al Vaſo colle croſte ſanguigne; e ſappiamo, che pel pubblico culto, e per la denominazione di Santo, ciò baſta. Eſpongaſi dunque il Corpo, che vi mandiamo, al publico culto, s' infiammi la voſtra divozione, e del rimanente del Clero, e del Popolo, verſo queſte nuove Sante Reliquie: e ſappiate, che i Corpi, e le Reliquie de' Santi ſogliono eſſere per miſericordia di Dio un valido preſidio per tener lontane dalle Città, nelle quali ſono collocate, e venerate, le diſgrazie, dalle quali ſarebbero oppreſſe. Al Martire Teodoro S. Gregorio Niſſeno attribuiſce l' eſſere ſtata preſervata la Città, in cui era il ſuo Sacro Corpo, da un' imminente devaſtazione minacciatale dagli Sciti, come può vederſi nella ſua Orazione ſopra lo ſteſſo Martire. Lo ſteſſo ſcrive Evagrio al lib. 4. cap. 27. del Martire Sergio, che liberò la Città, in cui era il ſuo Sacro Corpo, da una terribile invaſione di Coſroe. Abbiamo di ſopra nominato il noſtro Padre Abbate Trombelli. Ora di nuovo

mentionem fecimus de Concive Noſtro Joanne Chryſoſtomo Trombelli Abbate, nunc iterum ejus memoriam repetimus, qui pariter *ſupra cit. Diſſert. 7. cap. 24. & ſeqq.* hoc idem aſſumptum ſumma felicitate, atque eruditione comprobavit. Jam vero ut finem faciamus, paterna vos benevolentia complectentes, Apoſtolicam Benedictionem Vobis impertimur.

Dat. 20. Aprilis 1745. Pont. V.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 20. Aprilis 1745. Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

lo nominiamo; avendo eſſo pure nella cit. diſſert. 7. al cap. 24. e ſeguenti, dimoſtrato con molta felicità ed erudizione, queſto ſteſſo aſſunto. E quì intanto abbracciandovi, con Paterno affetto vi diamo l'Apoſtolica Benedizione.

Dat. 20. Aprilis 1745. Pont. V.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 20. Aprilis 1745. Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilectis Filiis Capitulo, & Canonicis Metropolitanæ Eccleſiæ Bononienſis.

Litteræ Apoſtolicæ in forma Brevis Capitulo & Canonicis Eccleſiæ Metropolitanæ Bononienſis ſcriptæ.

Dilecti Filii Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Inſignes, quæ ampliſſimam iſtam Metropolitanam Eccleſiam maxime illuſtrant & ornant, laudes, & decora, tum opportunis ad divini honoris & Eccleſiaſticæ diſciplinæ incrementum editis legibus, tum ædificiorum vel acceſſione vel inſtauratione, tum denique additis pretioſæ ſupellectilis ornamentis, pro viribus hactenus augere adeo ſollicite ſtuduimus; ut officio quidem minime defuiſſe Nobis ipſi quodammodo blandiamur; amori vero erga Sponſam, quæ gaudium & corona Noſtra ſemper erit, nunquam videamur ſatisfeciſſe. Ut autem conſtantiſſimam voluntatem Noſtram eidem novo teſtimonio amplius declaremus, ad cœleſte præſidium publicis neceſſitatibus confirmandum, Corpus S. Proci Martyris e Sancti Thraſonis Cœmeterio eductum & extractum, in eadem Metropolitana ſemper adſervandum, Vobis, paterni Noſtri amoris pignus, dono mittimus. Porro de hujus Sancti Martyris inventione, deque certiſſimis argumentis, notis ac ſymbolis, per quæ ejus Martyrium exploratiſſime deſignatur, pluribus ac ſubtiliter admodum ſcribimus in epiſtola, quam Italico idiomate ad Vos hac ipſa die damus; cui has etiam in forma Brevis literas adjungimus, quas pro publico authenticoque documento futuris temporibus eſſe volumus. Eapropter Venerabile Sancti Proci Corpus, una cum Ampulla vitrea ipſius Sanguine reſperſa, quacum fuit Sepulcro conditum (quemadmodum antiquis erat in more poſitum Martyrum Corpora tumulo mandare) decenter compoſuimus atque collocavimus in Capſula ex ære auro inducto ad urnæ inſtar compacta & conformata, elegantiſſimo opere elaborata, cryſtallinis ſex tabulis undique contecta; quam ad certam perpetuamque rei fidem Noſtris in cera hiſpanica rubri coloris impreſſis ſignis obſignavimus. Vobis igitur injungimus & mandamus, ut Sacra tanti Martyris pignora, cum perenni paternæ caritatis Noſtræ memoria, ad majorem Divini nominis gloriam, Sanctorumque cultum, in iſta Metropolitana Eccleſia publicæ Fidelium venerationi exponatis: Fore certo ſperantes, ut præſentiſſimo etiam ejuſdem Martyris patrocinio adjuti, ampliora in dies divinæ clementiæ munera Vobis comparetis, quibus euntes de virtute in virtutem, ambulentis digne Deo in omni opere bono fructificantes, & veritatem in caritate facientes, creſcatis in illo per omnia, qui eſt Caput Chriſtus: apud quem aſſiduas ad opportunam imbecillitati Noſtræ opem implorandam preces effundite. Ac Vobis, Dilecti Fili, quos eâdem, qua antea præſentes, nunc autem abſentes benevolentia complectimur, Apoſtolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ &c. 20. Aprilis 1745. Anno Quinto.

Sanctiſſimi Domini Noſtri BENEDICTI PP. XIV. Epiſtola prima ad R. P. Engelbertum Abbatem Monaſterii Campidonenſis, de facultate conſecrandi Abbatialem Eccleſiam Campidonenſem. III.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Noſter, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Abbas Campidonenſis Eccleſiam Abbatialem conſecrat ex privilegio Apoſtolico.

EX tuis precibus menſe Martii nuper elapſi ad Nos perlatis accepimus, Eccleſiam Abbatialem, cui præes, ſub invocatione Beatæ Mariæ Virginis, & Sanctorum aliquot Martyrum erectam, vetuſtate & dignitate conſpicuam, cum a Prædeceſſore Noſtro Hadriano PP. I. ſacro Eccleſiæ ritu fuerit conſecrata, occaſione belli contra Suecos initi, decimoſeptimo ſæculo fere dimidio funditus everſam, tandem nobili ædificio rurſus fuiſſe inſtauratam. Cumque, juxta Sacrorum Canonum Sanctiones, Eccleſia novo opere inſtructa, nova itidem conſecratione initianda ſit; illud a Nobis poſtulaſti, ut ejuſmodi conſecrationis miniſterium tibi, auctoritate Apoſtolica perficiendum demandaretur. Etſi vero tanti privilegii magnitudo Nobis perſpecta eſſet, nihilominus meritorum tuorum intuitu, ipſa quoque Eccleſiæ tuæ inſigni nobilitate, de qua Mabillonius *Analect. tom. 1. ad iter Germanicum*; ipſa item Campidonenſis Monaſterii remotiſſima vetuſtate, cujus initia, privilegia, prærogativas late enumerat Bruſchius *in ſerie Monaſteriorum Germaniæ illuſtr.*, tandemque iis circumſtantiis, in quibus verſabaris, id ſuadentibus, petitam facultatem, iis tamen, quas infra enumerabimus, conditionibus circumſcriptam, ultro conceſſimus. Par enim Nobis viſa eſt, cum ad Sacramenti Confirmationis, tum ad Eccleſiarum Dedicationis Miniſtrum deſignandum, cauſa, & exemplum. Enim vero, quamvis Sacramenti Confirmationis adminiſtratio ita ſoli conveniat Epiſcopo, ut nullus Antiſtes ſimplicem Sacerdotem, qui baptizatos confirmet, poſſit delegare; multis tamen Prædeceſſorum Noſtrorum exemplis domur, ejuſmodi munus Sacerdotibus, & præcipuis quibuſdam Abbatibus, eſto nullo charactere Epiſcopali inſignitis, fuiſſe collatum; modo extraordinarius Confirmationis Miniſter, Oleo, cui Epiſcopus pridem benedixit, utatur: ut fuſiori calamo ſcripſimus in Noſtro Tractatu *de Synodo Diœceſana*, qui nuper e typis prodiit, *lib. 7. cap. 7. & ſeqq.* Haud diſſimili diſpenſatione, Eccleſias conſecrandi privilegium, quod

Par in Sacramento Confirmationis exemplo.

alioquin

alioquin nulli convenit, nisi Episcopali dignitate præfulgeat, Apostolicæ auctoritatis limites non excedit, quamvis nulli Episcoporum jus sit, simplicem Sacerdotem ad id muneris designare. Hinc Nobis jure ac merito ex Apostolicæ potestatis plenitudine ad Ecclesiam Campidonensis Monasterii consecrandam Te Ministrum delegimus, his verbis, quæ ex litteris Nostris Apostolicis die 12. Martii proxime præteriti editis hìc subjicimus: *Hujusmodi supplicationibus inclinati, tibi, eamdem Ecclesiam Monasterii Campidonensis, juxta præscriptum in Rituali Romano, servatis alias de more servandis, recepto prius Oleo Sacro ab Episcopo benedicto, pro hac vice tantum, consecrandi facultatem, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, concedimus & indulgemus.* Hinc mense Majo sequenti, ejusdem Ecclesiæ Consecratio, te id agente, solemni ritu peracta est.

Canonistarum sententia de jure Episcoporum in Ecclesiis dicandis.

§. 2. Conveniunt Canonistæ, Episcopis jus esse Ecclesias in eorum Diœcesi existentes consecrandi, imo & alium delegandi Episcopum, qui, delegatione secluſa, consecrationem citra reatum non posset perficere; cum ex præscripto Synodi Tridentinæ *Sess. 6. cap. 5. de Reformat.*, nefas sit extraneo Antistiti, sine Ordinarii licentia, in aliena Diœcesi exercere Pontificalia. Addunt vero iidem Canonistæ, non posse ab Episcopo simplicem Sacerdotem ad consecrationis opus obeundum designari; quandoquidem uni Summo Pontifici peculiaris hæc jurisdictio reservatur. Ita sentiunt inter Hispanos Gonzalez *Cap. Aqua, num. 3. & seq. de Consecrat. Eccles.*, inter Belgas Van Espen *Juris Ecclesiast. part. 2. art. 16. n. 10.* inter Germanos Pirhing *ad lib. 3. Decretalium art. 4. §. 1.* & Schmalzgrueber *ad eumdem tit. §. 1.*, nostrosque inter Italos Tamburini *de jure Abbatum tom. 1. disput. 23. quæst. 7.*

Juxta Canones, Ecclesia dicanda est ab Episcopo, in cujus Territorio ædificatur.

§. 3. Hanc Canonistarum Sententiam nonnulla Ecclesiasticæ Historiæ monumenta illustrant, atque confirmant. In Concilio Arausicano I., quod anno Christi 441. coactum est, quodque in Collectione Labbeana refertur *tom. 3. pag. 1449.*, hæc ad rem nostram decernuntur: *Si quis Episcoporum in alienæ Civitatis Territorio Ecclesiam ædificare disponit, vel pro fundi sui negotio, aut Ecclesiastica utilitate, vel pro quacumque sua opportunitate, permissa licentia ædificandi, quia prohibere hoc votum nefas est, non præsumat dedicationem; quæ illi omnimodis reservatur, in cujus Territorio Ecclesia assurgit.* Neque exemplum Sidonii, qui, ut legimus *in Epist. 15. lib. 4.*, Ruthenorum Ecclesiam citra ullam Ordinarii licentiam consecravit, Ecclesiæ moribus, aut disciplinæ adversatur. Sicut enim Savarus *in Notis ad præallatam Sidonii Epistolam* animadvertit, nedum Ruthenorum, sed & aliæ, quæ circumpositæ erant Ecclesiæ, Pastoribus, quos Arianæ persecutionis impetus propulsaverat, jacebant destitutæ; quod idem vel ex ejusdem Sidonii *Epistola 6. lib. 7.* aperte colligimus. Hinc nil mirum, si, inconsulto Episcopo, qui non aderat, Sidonius ad alienæ Diœceseos Ecclesiam consecrandam accesserit, ne alioquin sacra illa Ædes eximia Consecrationis prærogativa fraudaretur.

Neque officit Sidonii exemplum.

Ex iisdem Sacris Canonibus, vetitum tum Presbyteris Ecclesias consecrare, tum Episcopis cõsecrationem Presbyteris delegare.

§. 5. Quod uni asseritur Episcopo, ex præstituto Arausicani Concilii Canone, aperte denegatur Presbyteris in secundo Bracarensi Concilio anno Christi 563. sub Pontifice Joanne III. In memorata Collectione Patris Labbe *tom. 5. pag. 842.* recitatur *Can. 19.* hisce verbis conceptus: *Item placuit, ut, si quis Presbyter post hoc interdictum cujus fuerit Chrisma benedicere, aut Ecclesiam, aut Altare consecrare, a suo officio deponatur; nam & antiqui hoc Canones vetuerunt.* Sed propius ad rem nostram Concilium Hispalense secundum, cui anno 619. præfuit S. Isidorus, aperte docet, non posse Episcopos simplicem Sacerdotem delegare ad Ecclesiarum Consecrationem perficiendam. Splendidi hujusce monumenti verba sic habent: *Septimo examine relatum est Nobis, venerandissimum quondam Agapitum Cordubensis Urbis Episcopum frequenter Presbyteros destinasse, qui, absente Pontifice, Altaria erigerent, Basilicas consecrarent. Quod quidem non est mirum id præcepisse virum Ecclesiasticis disciplinis ignarum, & statim a Jaculari militia in Sacerdotale Ministerium delegatum. Ergo, ne ultra talis a Nobis licentia usurpetur, communi sententia statuendum oportuit; scientes, quia sicut Presbytero illicita Consecratio est Altaris, ita & constitutio.*

Dubium, an Hispalensis Concilii Canon, etiam de Chorepiscopis meminerit.

§. 6. Codices nonnulli, in quibus præfati Canonis verba exscribuntur, nedum Presbyteros, sed & Chorepiscopos nominant, quibus Ecclesiarum dedicatio, etiamsi Episcopi delegatio faveat, pari jure denegatur. Verum Cardinalis de Aguirre *in Collectione maxima Conciliorum Hispaniæ tom. 2. pag. 464.* accuratiorum Codicum fidem secutus, Chorepiscoporum nomen, aliena manu additum, expungit; non enim de Chorepiscopis, sed de solis Presbyteris, Hispalensis Concilii Canon sermonem habet. Præterea doctus idem scriptor *loco citato pag. 473.* postquam satis probavit, Epistolam 88. quæ S. Leoni a nonnullis tribuitur, tanti Pontificis fœtum non esse, sed illam ex Canone septimo Hispalensis Concili fuisse desumptam; tandem concludit, Chorepiscoporum nomen Canoni insertum, in ipsam Epistolam, quæ ex Canone illo concinnata est, facile descendisse.

Chorepiscopi fere omnes Sacerdotes duntaxat fuere.

§. 7. Etii vero daremus, Hispalensis Concilii Canonem Presbyteros atque Chorepiscopos una sociasse, nihil inde conficitur; jam enim nostra ætate communis eruditorum opinio est, Chorepiscopos, si paucos excipias Episcopali charactere decoratos, puros putosque Sacerdotes fuisse. Qua de re consulendi Bellarminus *lib. 1. de Clericis cap. 17.*, Hallier *de Sacris Ordinationibus sect. 5. cap. 2.*, Morinus *Exercitat. 3. cap. 2.*, Thomassinus *de Ecclesiastica disciplina part. 1. lib. 2. cap. 1.*, Carolus du Fresne *in verb. Chorepiscopi*, Vvitasse *in Appendice ad dissertationem de Episcopis, art. 3.*, Le Droit *lib. 8. sect. ult.* Hoc in sensu Hispalensis Concilii Canon commode accipitur, ut nimirum de iis Cherepiscopis, qui Presbyteratus metam non excedunt, sit intelligendus. Juvatur hæc interpretatio ex alia lectione ejusdem Canonis, quem ex Concilio Hispalensi supra recitavimus, si editionem Conciliorum, quæ anno 1585. sub auspiciis Sixti V. Prædecessoris Nostri Venetiis procusa est, consulamus. Enim vero *vol. 3. pag. 55. num. 7.* in ipso Canonis contextu, Chorepiscopi, ac Presbyteri una sociantur; ita tamen, ut par utrisque tribuatur auctoritas. Canonis verba hìc atteximus: *Septimo examine relatum est Nobis, venerandissimum quondam Agapitum Cordubensis Urbis Episcopum frequenter Chorepiscopos, vel Presbyteros ordinasse, qui tamen juxta Canones unum sunt &c.*, qua verborum additione, nullum, ut cuique patet, Chorepiscopos inter, ac Presbyteros, statuitur discrimen.

Episcoporum nativa potestas in Ecclesiarum consecratione: simplicium Sacerdotum nulla.

§. 8. Cardinalis Bellarminus *lib. 2. de Confirmat. cap. 12.* docet, inesse Episcopis integram, absolutam, & quæ a nullo dependeat, authoritatem ministrandi Confirmationis, atque Ordinis Sacramenta, quibus Nos addimus & ipsam Ecclesiarum Consecrationem. Ex quo fit, ut possint Antistites in propria Diœcesi ejusmodi jurisdictione pro libito uti; quamvis, si forte qui Episcopis præest, id prohibeat, vel impediat, hoc in casu actus Superiore vetante exercitus, illicitus quidem sit, non etiam fruſtraneus. Verum, eodem Bellarmino teste *in loc. cit.* longe dissimilis, ubi de simplici Sacerdote sermo

est,

est, militat ratio. Etsi namque Ordinis potestas, quæ ex vi characteris Sacerdoti tribuitur, plena, integra, atque absoluta, sit in Baptismi, atque Eucharistiæ Sacramentis conficiendis; inops tamen, inchoata, atque a Superioris nutu dependens habenda est Sacerdotum potestas, quo ad collationem Confirmationis, ac Minorum Ordinum, atque ex pari ratione quoad ipsam Ecclesiarum Confecrationem. Hinc sequitur, ut, nisi Superioris accesserit delegatio, mutila hæc, atque infirma Sacerdotum auctoritas, neque in licitum, neque in validum actum erumpere possit.

Cum tamen hi potestate habeant in Corpus Christi verum;

§. 9. S. Thomas, Theologorum facile princeps, *in lib. 4. Sententiar. dist. 7. quæst. 3. art. 1. quæstiunc. 3.* asserit, Episcopatum, nihil Sacerdotio superaddere *per relationem ad Corpus Domini verum*, sed multo potiorem jurisdictionem conferre, habito respectu *ad Corpus Domini mysticum*. Ex quo infert, Summum Ecclesiæ Pontificem, Episcoporum omnium caput, in quo potestatis omnimoda resident plenitudo, eam, qua pollet, absolutissimam auctoritatem in Corpus Christi mysticum, hoc est in Ecclesiam, exercere posse, ideoque ad ea perficienda, quæ ad mysticum Christi Corpus quoquomodo pertinent, summo jure Sacerdotibus, qui ex vi Ordinis, ac præcipuo quodam jure Eucharistiæ Sacramentum conficiunt, potestatem conferre, quod tamen Diaconis, *qui non habent perficere Corpus Domini verum;* jure ac merito denegatur. Huic nixus fundamento S. Doctor affirmat, simplicem Sacerdotem, a Summo Pontifice delegatum, Sacramentum Confirmationis, ac minores Ordines rite ministrare. Quidni ergo & Ecclesias poterit consecrare? Simplices Sacerdotes in extraordinarios Confirmationis, ac minorum Ordinum Ministros pluries fuisse designatos, satis probavimus in prælaudato Tractatu Nostro *de Synodo Diœcesana*. Illud ergo inquirendum superest, quonam tempore delegatam ad consecrandas Ecclesias jurisdictionem in usum revocaverint.

A summo Pont. delegari possunt ad ea, quæ pertinent ad Corpus Christi mysticum.

§. 10. Ad id demonstrandum nonnulli proferunt Diplomata Stephani II. quem putant jus tribuisse S. Anselmo Abbati Monasterii Nonantulani in territorio Mutinensi, ut *Altaria simul, & Ecclesiam, Apostolica auctoritate consecraret*, verba sunt Pontificii Diplomatis apud Ughell. *Ital. Sac. tom. 2. in serie Episcoporum Mutinensium pag. 84. postremæ editionis*, cujus item Diplomatis seriem exhibet Abbas Muratorius *tom. 1. part. 2. scriptor. rer. Italicar. in Opuscul. de Fundatione Monasterii Nonantulani pag. 190.*; ac Bullarium Romanum Romæ excusum anno 1739. *Tom. I. Constitut. 2.* inter eas, quæ Stephano II. adscribuntur, *pag. 150.* Verum, si Apostolicæ Constitutionis verba paulo accuratius perpendantur, legenti patebit, Stephanum Pontificem Sergio Ravennatensi Archiepiscopo, non etiam Abbati Anselmo, Sergii dumtaxat consocio, auctoritatem contulisse, ut S. Silvestri, aliorumque Sanctorum Reliquas deferret Nonantulam, ibique Ecclesiam, ac Altaria initiaret; quandoquidem ea ætate vigebat adhuc mos, & disciplina, quæ insequentibus item temporibus aliquandiu obtinuit, ut nimirum nefas effet Episcopis Ecclesias, inconsulto Pontifice, consecrare. Quo pertinent verba illa Nicolai I. ad Consulta Archiepiscopi Vesonsionensis, relata *in cap. 5. tom. 1. Spicilegii* Lucæ d'Achery *pag. 597. Quomodo autem Chorepiscopos posse dicimus Ecclesiam consecrare, quas nulli Episcoporum, licet sine Nostro præcepto, secundum sanctas regulas, dedicare?* Vetustam hanc Ecclesiæ disciplinam colligimus *ex Can. de locorum 4. de Consecrat. dist. 1.*, atque ex iis, quæ edifferunt Gonzalez *in Cap. Ad hæc, de Consecrat. Eccles. num. 11. in fin.*, Grananet. *ad lib. 3. Decretal. tit. 36. in notis ad Cap. Ad hæc, de Religiosis Domibus, num. 3. & seq.*, & Garnerius *in notis ad lib. Diurn. Romanorum Pontificum cap. 5. pag. 91.*; Cæterum, ut in viam, a qua paulatim defleximus, regrediamur, Abbatiæ Nonantulanæ Ecclesiam a Ravennatensi Archiepiscopo fuisse initiatam, Auctor est Pater Mabillonus *part. 1. sæcul. IV. Sanctorum Ordinis Benedictini tom. 2. pag. 146. num. 62. editionis Lucensis*, ubi refert geminam in territorio Nonantulano, Stephani Papæ II. jussu, peractam Ecclesiarum Consecrationem; alteram quidem a Geminiano Mutinensi Episcopo, alteram vero ab Archiepiscopo Ravennatensi Sergio, qui post absolutum sacri ritus ministerium, tridui spatio cum Anselmo Abbate, ejusque Monachis commoratus est.

Exemplis agitur: illud Stephani II. de consecratione Ecclesiæ Monasterii Nonantulani ad rem non facit.

§. 11. Hoc igitur monumento posthabito, ad alia progrediamur. Constat cum primis, soli Episcopo jus competere Ecclesias consecratas, si polluantur, reconciliandi; contra vero simplici Sacerdoti id omnino vetitum, quamvis Episcopalis interceserit delegatio. *Aqua per Episcopum benedicta Ecclesiam reconciliari posse per alium Episcopum, non negamus: per Sacerdotes simplices hoc fieri de cætero prohibentes; non obstante consuetudine Provinciæ Bracarensis, quæ dicenda est potius corruptela*: verba sunt Gregorii IX. *in cap. Aqua, de Consecratione Ecclesiæ.* Posse tamen Summum Pontificem ejusmodi auctoritatem vel simplici Sacerdoti conciliare, fatetur Abbas *in dicto cap. Aqua*; quodque rem plane conficit, eamdem authoritatem pluries contulisse, testatur Innocentius *ad præfatum Caput, Aqua*, ita scribens: *audivimus ante, quod Papa pluribus Episcopis indulsit, quod per simplices Sacerdotes possent reconciliare Ecclesias, aqua tamen per Episcopum benedicta.* Nec desunt e Regularium numero, qui de hujusmodi privilegio sibi plaudant, adhibita tamen aqua ab Episcopo benedicta, ut scite animadvertit P. Bremond Ordinis Prædicatorum Generalis Magister *tom. 8. Bullarii Ordinis Prædicator. tit. 1. quæst. 4.* Eadem Basilicæ Vaticanæ Canonicis, nimirum Priori, ex Constitutione Innocentii VI. quæ in nupero Bullarii Vaticani *tom. 1. pag. 361.* late exscribitur; nec non Altaristæ, ex privilegio Urbani V., cujus autographum in Archivo ejusdem Basilicæ servatur, tribuitur facultas, ut Basilicam ipsam, ejusque Cappellas, ac Cœmeteria polluta, aquæ ab Episcopo benedictæ usu, valeant reconciliare. Hæc tamen in iis dumtaxat Ecclesiis, quas consecratio distinguit, locum habent: secus pollutas Ecclesias, quas sola benedictio, non etiam consecratio sanctificavit, reconciliare, cuique Sacerdotum conceditur, adhibita lustrali aqua, citra ullam delegationis necessitatem: *si Ecclesia non consecrata*, (inquit Gregorius IX. *cap. Si Ecclesia, de Consecratione Ecclesiæ*) *cujuscumque feminis fuerit, aut sanguinis effusione polluta, aqua protinus exorcizata lavetur, ne Divinæ Laudis organa suspendantur.*

Ecclesiam consecratam, si polluatur, a Sacerdotibus ex privilegio Apostolico reconciliari posse, exempla probant quamplurima.

Si vero polluta Ecclesia benedicta tantum fuerit, citra ullum privilegium, poterit a Presbytero reconciliari.

§. 12. Sicuti Ecclesiæ pollutæ reconciliatio, ita & solemnis consecratio a Summo Pontifice vel simplici Sacerdoti jure demandatur; esto nec ad expiandam pollutam, neque ad consecrandam novam Ecclesiam, fas sit Episcopis simplicis Sacerdotis ministerio uti. Ita censent Azorius *Institut. Moral. tom. 1. lib. 10. cap. 27. quæst. 4.*, & Anacletus *ad lib. 3. Decretal. tit. 40. §. 2. num. 32. & 33.* Dictis facta respondent; cum multa suppetant exempla Romanorum Pontificum, qui Abbatibus Regularibus auctoritatem consecrandi Altaria in eorum Ecclesiis erecta, concesserunt. Quod ad Cassinenses Abbates pertinet, luculentissimum privilegium suppeditant Constitutiones Prædecessoris Nostri Pii IV. consulendæ

Facultas Altaria consecrandi, ex Indulto Pii IV., Abbatibus Cassinensibus concessa.

in

in tom. 1. Bullar. Ordinis Benedictini sub num. 175. & 176.

Mira Consecratio Sacelli in Monasterio Einsildensi, si vera, in exemplum proferri nequit.

§. 13. Ab aliis abstinemus exemplis, cum illorum meminerit notissimus Auctor Clericatus *decis. 13. de Sacrificio Missæ num. 18. & seq. & n. 26.* Pari silentio missa facimus, quæ de celeberrimo Einsildensi Monasterio narrantur in Opere, cujus titulus : *Idea Congregationis Helveto Benedictinæ*, quod Opus Typis Monasterii S. Galli anno 1702. editum hæc habet *pag. 18. : Ad annum 948. a S. Eberhardo Conradus Constantiensis Episcopus Sacellum consecraturus invitabatur. At prævenit illum in benedictionibus summus e Cœlo Sacerdos, illudque Divina manu sacravit, humana, nisi oleum & operam perdere mallet, a Consecratione cessare jussa.* Quidquid enim sit de veritate historiæ, nihil inde, quod Nostram juvet causam, licet colligere.

Diplomata quidem Pauli III., & Pii IV. Einsildensis Monasterii Abbatibus jus tribuunt Ecclesias consecrandi.

§. 14. Illud vero ratum, indubiumque est, Paulum III. Prædecessorem Nostrum, Abbati Ludovico, ejusque in Einsildensi Abbatia Successoribus copiam fecisse, ut, quandiu hæreses obtinerent, Ecclesias, Oratoria, ac Cœmeteria dedicarent. Pontificium Diploma ann. 1542. die 19. Decembris evulgatum est, quod rursum Pius IV., Noster item Prædecessor, suis Litteris Apostolicis ann. 1562. nova sanctione roboravit, servato eodem verborum tenore, qui sic habet : *Quod ipse Ludovicus, & pro tempore existens Abbas Monasterii hujusmodi, durantibus dictis hæresibus, præfatum Monasterium, & quæcumque ad illud pertinentia, Ecclesias, Oratoria, Cœmeteria & loca hactenus consecrata & benedicta, quovis modo pro tempore polluta, reconciliare, & nondum consecrata, & benedicta, nec non Calices, Patenas, Libros, Vestimenta, & alia mobilia, ac etiam Tabernacula custodiæ Eucharistiæ, consecrare & benedicere.*

Eadem diplomata Nuncii Apostolici sententia probata.

§. 15. Neque ejusmodi privilegia ignota delituere ; quo enim tempore Rhodiorum Archiepiscopus Nuncii Apostolici munere in partibus Helveticorum fungebatur, Diplomatum Authographis in judicium delatis, atque iis probe discussis, præfatus Archiepiscopus, Partibus hinc inde contradicentibus, hanc contra Ministros Curiæ Episcopalis Constantiæ sententiam tulit : *visis documentis exhibitis, ex quibus constat manifeste, Reverendissimos Abbates Einsildenses pro tempore, a bis centum circiter annis, usque ad moderna tempora, quamplurimos, & varios actus solemnes ac publicos Consecrationis hujusmodi, gessisse, & exercuisse &c. ; dicimus, decernimus, & definitive pronunciamus, Reverendissimum Abbatem prædictum manutenendum, conservandum, ac defendendum fore & esse in quieta, & pacifica possessione Juris consecrandi Ecclesias, & Cappellas suo Monasterio subjectas, & incorporatas, pro ut Nos ipsi manutenemus, conservamus, atque defendimus.* Quæ quidem sententia viget adhuc. Quod si forte eveniat, ut ea in Judicii prosecutione aliquando revocetur, non jam ob defectum Apostolicorum Diplomatum, quæ Abbatibus concessa fuere, id eveniet, sed potius privilegiorum abusus, qui præfinitos limites excessit, damnabitur.

Aliud argumentum ex Abbatiæ Corbejensis monumentis petitum.

§. 16. Præterea extat Elenchus, quem Nos ipsi perlegimus, in quo Ecclesiæ, quas Corbejensis Abbas dicavit, enumerantur, nec numerantur dumtaxat, sed insuper momenta adduntur, ac probationes compulsatæ in actibus Tribunalis Romanæ Rotæ, occasione litis, quæ inter Paderbornæ Episcopum, & memoratum Abbatem exarsit ; quam deinde sequuta est decisio Rotalis coram Millino, nunc S.R.E. Cardinali, die 5. Februarii 1745. Porro Corbejenses Abbates, Apostolicis privilegiis destituti, ad ejusmodi consecrationes perficiendas manum profecto non admovissent ; ex quo indubia redditur sententia, quæ docet, Romanum Pontificem posse Sacerdotibus, iis potissimum, qui in Abbates evaserunt, auctoritatem ad Ecclesias consecrandas conferre ; quodque caput est, ejusmodi auctoritatem a Nostris Prædecessoribus reipsa in usum fuisse revocatam.

Hujus Epistolæ conscribendæ causa & occasio.

§. 17. Quo tandem spectent, quæ huc usque narravimus, atque in hac Epistola, quam tibi damus, collegimus, a Nobis si quæras, ingenuos animi Nostri sensus aperire non dedignabimur. Ad Nostras pervenit manus Libellus hoc eodem anno Campidonæ editus, cujus titulus : *Triplex Triumphus Campidonensis :* quòd nempe circa consecrationem Abbatialis Ecclesiæ ex Apostolico privilegio a te peractam, totus occupetur. In hoc Libello auctoritas a Nobis tibi collata usque adeo extollitur, ut *inaudita* dicatur ; ejusmodi privilegii nullum in Monachorum chartis extare vestigium tuto asseritur ; tandemque concessio tibi facta facilis nimirum indulgentiæ portentum nominatur, quod Germaniam universam in sui traxit admirationem. Equidem putamus, hæc, atque his similia, magnificis verbis ideo jactari, ut beneficii magnitudo extollatur, atque ut majores Benefactori grates referantur. Haud temere tamen suspicari licet, posse nonnullos, ex iis, quæ liberius scribuntur, in eam adduci opinionem, ut credant, Nos hac in re aliquid, quod Prædecessores Nostri intactum reliquere, tibi exequendum demandasse. Etsi vero a graviori censura immune sit opus, quod Romanus Pontifex ex indita sibi auctoritate, quam in præsenti casu nemo inficiatur, in actum revocat ; nihilominus ad quascumque ambages tollendas, illud tibi significandum duximus, morem hunc designandi Abbates, qui Ecclesias Chrismate per Episcopum benedicto consecrent, nec novum esse, nec a Nobis primo fuisse introductum.

Privilegium Abbati Campidonensi concessum, nec novum, nec sine causa.

§. 18. Equidem Tamburinus hac in re versatissimus, in Opere & loco a Nobis supra memorato, ait, se nescire, fuerit-ne unquam Abbatibus collata potestas, qua Ecclesias initiarent. Si hac verborum servata mensura Libellus loqueretur, jam nullus Nostræ huic Epistolæ fuisset locus ; verum, cum in exaggerationem effusus, modum excesserit, oportuit, ut de iis, quæ & Nostrum Diploma vindicant, & præposteram, quam ex Libello quis haurire posset, interpretationem evertunt, hic una colligeremus. Quocirca, ut rem hanc paucis conficiamus, fatemur, te ad consecrandam Abbatialem Ecclesiam a Nobis electum, magno utique, & eximio privilegio fuisse decoratum. Ejusmodi tamen privilegii alia succurrunt exempla, quæ a Nostris Prædecessoribus ad Nos promanarunt. Multa item ac gravia Nobis præsto fuerunt argumenta, ut petitam delegationem tibi concederemus. Horum nonnulla in Litteris Nostris Apostolicis die 12. Martii præsentis anni editis indicavimus ; alia, multo item in pretio habenda, præterire maluimus ; cum nulla Nos adigat ratio, ut imos animi Nostri recessus sive tibi, sive aliis manifestemus.

Altera Abbatis Campidonensis petitio, ut aut solus, aut una cum Episcopo aliam Ecclesiam consecraret, rejicitur.

§. 20. Consecratione peracta, ac Libello, cujus supra meminimus, evulgato, cum jam nulla tibi ad aliam consecrationem peragendam facultas superesset, quandoquidem pro una dumtaxat vice, privilegium concessimus, esto in cæteris Prædecessorum Nostrorum Diplomatibus favore Abbatum, ejusmodi limitatio nullibi occurrat, iterum oblatis tuo nomine precibus postulasti, ut Ecclesiam Ordinis S. Francisci intra jurisdictionis tuæ limites erectam, aut solus, aut una cum Episcopo consecrares. Verum postulata rejecimus ; nec Nobis grave erit in postrema harum Litterarum parte rationem, ac causas attexere, ob quas privilegium duximus denegandum.

Affertur ratio, cur privilegium alterius consecrandæ Ecclesiæ denegetur.

§. 21. Et primo, quod ad Ecclesiæ Ordinis S. Francisci consecrationem attinet, jam, ut putamus, eam, quæ Nobis difficultatem ingerit, rationem facile assequeris. Quod si ea adhuc tibi impervia sit, Nos ultro dabimus. Solida nimirum Nos urget suspicio, ne, grati animi impetu abreptus, eadem repetas, & majori fortasse verborum vi, ac amplitudine ingemines, quæ in Libello de triplici Triumpho nuper conscripta sunt. Quod vero alteram postulati partem attingit, de consecrationis ritu ab Episcopo ac Abbate insimul peragendo, id Ecclesiæ moribus, ac disciplinæ nullatenus Nobis consonare videtur. Porro si de Sacerdotum degradatione casus incidat, possunt sane, ex præscripto Synodi Tridentinæ *Sess. 13. cap. 4. de Reform.* Episcopi atque Abbates ad id exequendum una convenire. Si privilegia, quæ summi Pontifices electis Episcopis nonnunquam concessere, inspiciamus, haud inficiamur, Episcoporum consecrationem, quæ a tribus Episcopis perficienda esset, ab eorum uno, ac duobus sive Abbatibus, sive aliis in Ecclesiastica dignitate constitutis, impleri posse; cum aliquando difficile admodum sit, tres Episcopos una convenire; nec invalida, sed solum illicita sit Episcopi consecratio, quam unus peragit Episcopus citra Apostolicam dispensationem, ut ex communiori opinione docent Cabassutius *in Notit. Ecclesiast. sæculi IV. ad Can. 4. Nicænum*, Christianus Lupus *ad Concilia Generalia & Provincialia tom. 1. pag. 29. & pag. 33.* Juvenin *de Sacramentis dissert. 9. de Ordinibus in specie quæst. 1. de Episcopatu cap. 4.*, Cardinalis Gotti *de Eucharistia tom. 15. de Episcopatu dub. 4. §. 1. & 2.*

Exponitur quoque, cur consecratio ab Episcopo, ac Abbate insimul non sit peragenda.

Episcopum, & Abbatem Ecclesias simul consecrasse, nullo probatur exemplo.

§. 22. At vero nullum suppetit exemplum, quod in Ecclesiarum consecrationibus, Episcopum atque Abbatem una componat. Desunt Pontificum Privilegia; Episcoporum dispensationes frustra quæruntur, cum nequeant Episcopi Abbates in consecrationum Comministros designare. Nec mirum subeat, si nulla occurrunt exempla, quæ hac in re Abbates Episcopis addant consocios, cum possint Episcopi, seclusio alterius ministerio, consecrationis munus obire. Neque Abbatum ministra manus Episcopo, qui Ecclesiam consecrat, pondus addit, aut numerum, ut in Sacerdotum degradatione, aut Electi consecratione revera superaddit. Mirari quoque non debes, si asseramus, Episcopis jus nullum esse, ut in Ecclesiis dicandis, Abbates in Comministros assumant; quandoquidem Abbates & simplices Sacerdotes pari in numero habendi. Nequit Sacerdos in Comministrum eligi ab Episcopo; nec Abbas igitur poterit in Comministrum designari. Hæc sunt, quæ, rerum circumstantiis ita suadentibus, tibi duximus significanda. Interim vero tibi, tuisque Confratribus Apostolicam Benedictionem impartimur.

Dat. 16. Novemb. 1748. Pontific. IX.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 16. Novemb. 1748. Pontificatus Nostri Anno Nono.

Sanctissimi Domini Nostri Benedicti PP. XIV. Epistola secunda, ad R. P. Engelbertum Abbatem Monasterii Campidonensis, de Consecratione Ecclesiæ S. Apollinaris Romæ a Sanctitate Sua peracta. IV.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Quomodo dedicatio Ecclesiæ S. Apollinaris peracta fuerit, enarratur.

PEracta a Nobis est Consecratio Ecclesiæ S. Apollinaris, electo in Comministrum Cardinale Gentili Episcopo Prænestino, & universo Cardinalium adstante Collegio. Sacris Ritibus, qui cum intra, tum extra Ecclesiam præscribuntur, initium Nos ipsi dedimus, iisdemque supremam manum imposuimus; quæ vero ab initio ad exitum intercurrunt opera, Cardinalis Comminister implevit. Ara major Nostro sumptu erecta, Nostris item manibus dicata est; nec alius, præter Nos, Græcas, Latinasque Alphabeti Litteras super cineres exaravit. Interim vero Cardinalis Consocius, & Coadjutor, Pontificalibus indumentis ornatus, Faldistorio insidens, expleto consecrationis ritu, Missam ad Altare a Nobis pridem dicatum, de more celebravit; fas enim Episcopo consecranti, Romano Pontificali id permittente, Missam alteri Sacerdoti celebrandam committere, ni pares ad id agendum suppetant vires; ut Nobis plane contigit, qui idcirco in privata Apostolici Palatii Nostri Cappella sacrum pridem obivimus. Quo item tempore solemnem Altaris Consecrationem peregimus, Dilectus Filius Noster Carolus Albertus Cavalchini primo Episcopus, mox Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, in Ecclesia Beatæ Virgini dicata, ac S. Apollinaris Templo ita contermina, ut unum veluti Corpus cum illo constituat, Nostro jussu Altare Sacro Ritu initiavit.

Ratio adhibiti in dedicatione Comministri exponitur.

§. 2. Cumque ad Nostram devenerit notitiam, prædictam methodum adhibitam, a nonnullis fuisse reprobatam, eo sub obtentu, quod integra Ecclesiæ Consecratio aut a Nobis fieri, aut integra alteri demandari debebat, non inopportunum esse arbitrati sumus, tibi, Dilecte Fili, in hac secunda epistola aperire consilii Nostri rationes, ob quas Ecclesiæ Sancti Apollinaris Consecrationem peregimus modo supra expositio; tibi enim hac ipsa die aliam scripsimus epistolam de Ecclesiarum Consecratione tractantem.

Dedicationum ritus in Ecclesia per antiquus ac mysteriis refertus.

§. 3. Cardinalis Bona *Rer. Liturgicar. lib. 1. cap. 20. num. 3.* affirmat, Sacrum Ecclesias dicandi Ritum e veteri in novum Testamentum, atque ab Apostolis in eorum Successores fuisse translatum. Non eadem tamen Ecclesiæ disciplina in Consecrationibus peragendis ubique semper obtinuit. Eusebius, qui veterem dedicationum Ritum exhibet, neque Benedictiones aquæ lustralis usu, neque Cruces Sacro inungendas Chrismate, unquam commemorat: ex quo Dallæus *in Tract. adversus traditiones Latinorum lib. 3. cap. 15.* perperam infert, sacros hosce Ritus tunc temporis nondum obtinuisse: Imo vero Dallæo adhuc deterior Josua Arndius *in Lexico Ecclesiasticarum antiquitatum pag. 1085.* non veretur asserere, veteres Ecclesiarum consecrationes solis precibus, concionibus, atque hymnis fuisse institutas; quam sententiam sibi adoptavit Gotofredus Vvictus *de altaribus cap. 11. num. 15.* Hæc tamen, quæ ab Hæreticis insano ore jactantur, inania sunt, nec ulli subnixa fundamento. Si enim, ut scire ratiocinatur Si-

nesius

nesius *in Epistola 67. pag. 212. juxta edition. Parisien. anno 1633.* sola precum prolatio par est ad Ecclesias dicandas, jam locus nullus, non Oppidum, non Castrum occurret, cui dedicationis prærogativa non conveniat; quandoquidem vix, ac ne vix quidem ullus poterit inveniri locus, in quo aliquæ preces, hymni, laudes ad Deum effusæ aliquando non fuerint. Quod igitur hac in re inoffenso pede affirmari potest, illud est, Ecclesiarum consecrationes Sacrum Opus esse, quod solemni Ritu, precibus, aliisque ab Ecclesia præscriptis actionibus, Episcoporum ministerio perficitur; quamvis lateat adhuc, quo primum tempore multiplices illi dedicationum Ritus incœperint. Vetustos tamen esse fateri oportet, ac refertos mysteriis, quæ a sacris Nostris Scriptoribus elucidantur; quos inter primo loco eminet undecimo Ecclesiæ sæculo Ivo Carnotensis *in Sermone 4. de Sacramentis Dedicationis*, ubi de Crucibus, quæ Sacro inunguntur Chrismate, sermonem habens, ita loquitur: *De consecrato Altari chrismantur in parietibus illæ duodecim Cruces, quæ Typum gerunt Apostolicum, qui & primitias spiritus acceperunt, ut Crucis mysterium populis & gentibus manifestare studuerunt.* De Crucibus item, ac de candelis, quæ coram iisdem Crucibus in Ecclesiæ consecratione accenduntur, disserit Gretserus *de Cruce l. 2. cap. 7. §. Sacra hæc Dedicationis &c.*

Consecrationem Ecclesiæ vel ab uno Episcopo, vel a pluribus insimul perfici posse, scriptorum auctoritate comprobatur.

§. 4. Ecclesiarum consecratio duobus modis peragitur: vel etenim ab uno consecratur Episcopo, quod ut plurimum contingit, uti etiam adnotavit Vanespen *Juris Ecclesiastici par. 2. tit. 16. num. 10.*, vel à pluribus insimul Episcopis, Garnerius *in Notis ad lib. Diurn. Romanorum Pontificum tit. 5. cap. 16.* ea Textus verba expendens, *petitque, ut eadem Ecclesia solemniter debeat consecrari*, adnimadvertit, geminum consecrationis Ritum obtinuisse, alterum quidem communem, quem unus operabatur Episcopus; solemnem alterum, ad quem viciniores Episcopi conveniebant: *Observa*, inquit Garnerius, *geminum consecrationis modum, communem unum, de quo superiores formulæ, alterum solemnem, ad quem vicini Episcopi convocantur. Talis fuit dedicatio Basilicæ, quæ Synodo secundæ Arausicanæ causam dedit.* Consulendus in rem hanc Bellottus *de Ritibus Ecclesiæ Laudunensis pag. 849. num. 5. & seq.* Neque profecto credendum est, Ecclesiam ab uno Episcopo fuisse consecratam, cæteris tantum assistentibus; cum certum sit, omnes fuisse Comministros, & omnes sociam manum adhibuisse. Audiendus P. Martene *de antiquis Ecclesiæ Ritibus tom. 2. postremæ editionis Antuerpiensis lib. 2. cap. 13. num. 5.* ita scribens: *Cæterum non solum ut spectatores, & testes, quod forte existimabit aliquis, sed ut Coadjutores, & Ministri, ad ejusmodi Ecclesiarum Dedicationes convocabantur Episcopi, in quibus suas quique partes adimplebant.* Idem repetit Sacerdos Joseph Catalani *in suis ad Romanum Pontificalem Operosis Notis tom. 2. tit. 2. num. 9.* Ut hanc, quam tractamus, materiem magis adhuc illustret, eruditus Martene nonnulla producit exempla cuique consulenda; quibus Nos duo superaddimus, unum ex Venantio Honorio, cui etiam Fortunati nomen tribuitur, excerptum *in lib. 3. ad Felicem Episcopum de dedicatione suæ Ecclesiæ*, ubi Euphronium, Victorium, Donnulum, Domitianum, & Macarium consecrationis Comministros expresse nominat, quos omnes Episcopos revera fuisse probat Broverus *in Notis ad Venantii Honorii Opus lib. 3. cap. 4.* Alterum vero longe illustrius exemplum consecrationis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Valle, quæ contigit anno 1068. suppeditat d'Acherius *tom. 6. veter. edition. pag.* 444. ubi sic legimus: *Domnus Willhelmus Carpentoratensis Episcopus, sive Dominus Willhelmus Tolonensis Episcopus, moniti vice Domni Rostagni Aquensis Metropolitani Episcopi, anno Incarnati Verbi 1068. indictione 6. sub die 6. Idus Januarii hanc dedicaverunt Ecclesiam.*

Idem exemplis quoque confirmatur.

§. 5. Concordant ipsorum Romanorum Pontificum gesta. In actis Concilii Rhemensis sub Leone IX. legitur, ab eo fuisse peractam consecrationem Basilicæ Sancti Rhemigii hoc, qui sequitur, modo: *Dominus Papa, convocatis Episcopis .... Rhemensem Archiepiscopum cum Lisiensi Episcopo ternam circuitionem cum Crucibus & Sanctorum Reliquiis, secundum Ecclesiasticum Ordinem, exterius constituit agere, ibique consecrationis officium adimplere, ipse vero cum sibi necessariis remanens, interius Divini Tabernaculi sanctificationem strenue diligenterque exequitur.*

Adduntur in eandem rem Romanorum Pontificum gesta, & primum Leonis IX.

§. 6. Gelasius II. consecravit Metropolitanam Ecclesiam Pisanam, &, uti legitur in Codice apud Ughellium *in Italia Sacra tom. 3. pag. 377.*, *consecrationi adjutores & consecratores interfuerunt quamplurimi Episcopi.*

Gelasii II.

§. 7. A Calixto II. facta fuit Ecclesiæ consecratio, de qua *tom. 4. Galliæ Christianæ pag. 794. editionis anni 1656.* & Pontifex consecravit *Altare Dominicum*, idest *Majus*, aliique tres Episcopi Ecclesiæ consecrationem perfecerunt: *Tunc Pontificis ipsius jussu Ecclesiam dedicarunt.*

Calixti II.

§. 8. Alia plura cumulari possunt exempla: sed, iis omissis, sufficere posse videtur illud Summi Pontificis Urbani VIII., qui die 18. Novembris *1626.* Basilicam Vaticanam consecravit. De hoc solemni Ritu loquuntur Bonanni *tom. 2. Numismatum Romanorum Pontificum pag. 574.*, Paulius Alaleon Cæremoniarum Magister *in Diario*, ac Liber Turnarius Capituli S. Petri, qui in Archivo Basilicæ diligenter servatur. Omnium tamen accuratissimam historiam exhibet Diarium Vaticanum a Sacerdote Francisco Speroni Romano, ejusdem Basilicæ Mansionario, concinnatum, quod inter manuscripta celebris Bibliocæ, quam Cardinalis Renatus Imperialis in publicam Eruditorum utilitatem instituit, numeratur. Ita vero in hujusce Diarii *pag. 353.* rei series attexitur. Summus Pontifex Porticus Ecclesiæ benedictionem exorsus, sex Cardinalibus Episcopali charactere insignitis, nimirum Ginnasio, Peretto, Madruzzio, Sabellio, Lanti, ac Leni demandavit, ut extimos Templi parietes circumirent, ac illis benedicerent; quod in ea, quæ cuique obtigerat, Molis parte peractum est. Pari methodo, ut legimus *pag. 359.* interioribus Ecclesiæ muris collata benedictio; unam siquidem Templi partem ipsemet Pontifex dicandam suscepit; aliam vero sex iisdem Cardinalibus perficiendam reliquit. Ab Altaris consecratione Urbanus abstinuit; jam enim, ut in Alaleonis Diario, & Basilicæ Vaticanæ Turnario adnotatur, Clemens VIII. Urbani Prædecessor Aram maximam Vaticani Templi consecraverat.

Urbani VII. in dedicatione Basilicæ Vaticanæ.

§. 9. Quodque notatu dignum est, apud Scriptores Moralis Theologiæ adeo certa est Ecclesiarum dedicatio plurium Episcoporum ministerio obeunda, ut nullum de ea instituant disputationem; sed, ea supposita & admissa, ad alias quæstiones progrediantur. Quærunt hi apud Henriquez *de Indulgentiis cap. 32. §. 1.*, an Episcopi, qui ad unum idemque dedicationis opus perficiendum conveniunt, Indulgentiam dispensare possint majorem, & potiorem ea, quam unus Episcopus consecrationis Minister conferre solet, anni scilicet unius, iis, qui consecrationis die, aut dierum quadraginta, iis, qui anniversario dedicationis die recurrente, Ecclesiam visitaverint, *ex cap. Cum ex eo, §. Ad hæc, de pœnitentiis & remissionibus, & cap. ad hæc eod. tit. in sexto.* Porro hæc Theologorum

Moralium Theologorum consensus accedit.

disquisitio consecrationem Ecclesiarum plurium Episcoporum opere peragi posse, non tam affirmat, quàm præsupponit: uti bene observat Pasqualig. *de Sacrificio novæ legis quæst.* 514. *num.* 3. ubi proposita quæstione, an possit Ecclesia consecrari a pluribus Episcopis, retentaque affirmante opinione, hæc habet: *Secunda sententia asserit, posse consecrari a pluribus Episcopis simul concurrentibus ad consecrationem. Ita supponunt potius, quàm disputent, plures Doctores, dum quærunt, an, quando plures Episcopi consecrant Ecclesiam, possint singuli concedere illum annum Indulgentiæ, quem potest concedere, quando unus tantum consecrat.*

Muntis benedicendi, ungendique Cruces, inter plures Episcopos cõsecrantes partiri fas est.

§. 10. Non ab uno ergo tantum, sed a pluribus Episcopis ejusdem Ecclesiæ dedicatio fieri potest. Sed, cum adhuc examinandum supersit, an in hypothesi, in qua a pluribus Episcopis ejusdem Ecclesiæ fiat dedicatio, alter ex eis solus duodecim juxta morem Cruces benedicere & ungere debeat, vel hoc ministerium inter eosdem dividi possit, ita ut decem ex. gr. Cruces ab uno consecrari possint, & reliquæ duæ ab altero, quemadmodum a Nobis factum est in consecratione Ecclesiæ Sancti Apollinaris, in qua decem Cruces a Cardinali Episcopo Comministro, & reliquæ duæ a Nobis ipsis consecratæ sunt, alia subdimus exempla, quæ suadent, licite fieri posse quidquid a Nobis factum, & modo expositum est.

Urbani II. exemplum in id affertur.

§. 11. Urbanus Papa II. sæculo undecimo Ecclesiam Majorem consecravit Monasterii Turonensis. Sacri Ritus historiam describit Anonymus apud Patrem Mabillonium *tom. 5. suorum Annalium pag. 364. Editionis Parisiensis anno 1713.* Ea vero sic habet. Rodulphus Turonensis Archiepiscopus, Urbani jussu, Sanctorum Reliquias, quæ ad Ecclesiam translatæ fuerant, sub Altari collocavit. Ita textus Anonymi: *A Rodulpho Turonum Archiepiscopo, sub Dominico Altari, jubente Papa (Reliquiæ) fuerunt collocatæ.* Eodem die Summus Pontifex una cum Rangerio Rhegiensi Archiepiscopo Comministro, Græcum ac Latinum Alphabetum conscripsit, Cruces inunxit, ac postremo Aram dicavit. *Qua die idem (Pontifex)* ita prosequitur Anonymus, *cum Rangerio Archiepiscopo Rhegiensi duplex Alphabetum Græcum & Latinum in Basilica descripsit, & ipsius Basilicæ parietibus Crucis signum ex oleo imposuit, atque Altare Crucifixi sacravit.* Si ergo Pontifex una cum Archiepiscopo Alphabetum exaravit, si Cruces inunxit, oportet fateamur, aliquas Alphabeti Litteras, atque e Crucibus nonnullas, ipsius Archiepiscopi manu fuisse obsignatas. Ita namque ipsa textus docet Littera; ita historica suadet narratio, quæ Sacros Ritus a Pontifice, atque Episcopo conjunctim peractos, ab iis segregat, quos Pontifex, nullo in Comministrum adhibito, solus perfecit. Hi vero sic ab Anonymo explicantur: *Denique Pontifex ipse Dominicum Altare, in quo ineffabile Corporis Christi Sacramentum cum multis Sanctorum Reliquiis collocatum est, ipsamque Basilicam consecravit in honorem Sanctæ Crucis, ac Beatissimæ Dei Genitricis Mariæ.*

Alterum Urbani III.

§. 12. Urbanus Papa III. in districtu Veronensi Ecclesiam dedicavit Sancti Juliani de Lepia, seu Lepida. Duo Altaria in ea dedicatione consecrata fuerunt: unum in Cappella subterranea Sanctæ Mariæ; aliud in Ecclesia superiore Sancti Juliani. Inter Pontificem, & alios duos Episcopos Comministros ministeria divisa sunt, & Episcopi Cruces benedixerunt & unxerunt: cumque id alio modo peragi non potuerit, nisi alter ex Episcopis aliquas Cruces, & alter alias benedixerit; si enim alter Crucem unxisset, & alius verba benedictionis protulisset, vel alter benedixisset & unxisset eamdem Crucem, quam alius benedixerat, & unxerat, res undequaque absona, & ritibus Ecclesiæ adversa fuisset; Exemplun hoc satis aptum esse videtur rei, de qua nunc agitur, & ut ostendatur, novum non esse, ut in dedicatione Ecclesiæ, quæ fiat a pluribus Episcopis, ministerium etiam benedictionis & consecrationis Crucum inter eos modo prædicto dividatur.

Monumentum dedicationis Ecclesiæ S. Juliani ab Urbano III. peractæ.

§. 13. Ughellius *tom. 5. Italiæ Sacræ p. 808.* Instrumentum exhibet dedicationis memoratæ Ecclesiæ Sancti Juliani. En ejus verba: *D. Jonathas Concordiensis Episcopus, & D. Aldemarinus Xantonensis Episcopus ..... intraverunt in suprascriptam Ecclesiam, & fecerunt aquam benedictam cum sale, cinere, & vino, & sanctificaverunt Altaria S. Mariæ Virginis, & S. Juliani Martyris cum aqua benedicta, & iverunt de intus per circuitum suprascriptæ Ecclesiæ tribus vicibus, & fecerunt fieri quadrivium in prædicta Ecclesia cum cinere, & scripserunt litteras in quadrivio de cinere, & unxerunt pedes prædictorum Altarium, & mensas cum oleo exorcizato, & Chrismate, & fecerunt duodecim Cruces deintus per circuitum istius Ecclesiæ:* Describitur deinde delatio SS. Reliquiarum in Ecclesiam, & postremo hæc adduntur: *Hoc facto, D. Papa consecravit, & confirmavit propriis manibus Altare Sanctæ Mariæ, quod est intus Truina, cum Chrismate, & collocavit de Reliquiis prædictis in Altari, & confirmavit mensas altarium cum oleo & Chrismate, & fecit ardere quinque grana Incensi super illam mensam, & præcepit Episcopo Concordiensi, ut collocaret Reliquias S. Juliani cum aliis Reliquiis in Altare, quod est foris, & consecraret illud in honorem Sancti Juliani, qui statim fecit præceptum Domini Apostolici.* Hicque per transennam adnotare fas sit, *Truinæ* nomen, cujus du Cangius non meminit *in suo Glossario*, significare inferiorem Cappellam ad Sepulchra Sanctorum: in supra citato quippe Instrumento Altare S. Juliani, quod erat *Foris*, contraponitur Altari S. Mariæ *intus in Truina.* Interpretationem confirmat inscriptio ad sepulchrum SS. Benigni, & Chari in Agro Veronensi, quam exhibet Ughellius *tom. 5. pag. 864. B. anno Domini 1314. Indic. 12. de Mense Maii .... incœptum fuit opus hujus Truinæ, & eodem anno perfectum, & de mense Novembris Ven. Pater D. Fr. Theobaldus Dei gratia Episcopus Veronensis diligenter reposuit Reliquias, seu Corpora SS. Benigni, & Chari &c.* Derivatur forte a Trua, quæ, apud Varronem, subterraneum meatum, seu cuniculum significat ad exonerandas aquas; ex qua, *Truina*, subterraneum specus; *Nascondiglio.* Hinc in Vita Sancti Cæsarii Arelatensis *truere*, pro *abscondi*, legitur *lib. 1. num. 26.: At ille publica voce, elevatis oculis, & manibus in Cœlum, dixit, Domine Jesu Christe, ne in locum ultra Apri accessum habeant; & eadem hora usque in præsentem diem nunquam ibi truerunt*: ideſt *abscondi sunt*; quamquam Mabillonius interpretetur: *destruxerunt*: & ejus socii Maurini Patres, *inventi sunt*, a *Truir* antiquo Gallico *invenire.*

Truina nomen quid significet, explicatur.

Morales Theologi pari fere ratione Ecclesiarum cõsecrationem, & Sacramentorum naturam explicant.

§. 14. Qui dedicationis materiem tractant Morales Theologi, pari fere methodo Ecclesiarum consecrationem, atque sacramentorum naturam explicant; esto non nisi in latiori quadam significatione Ecclesiarum dedicatio Sacramentis adnumeretur; quatenus scilicet aut Cœlestis Templi, aut animæ, quam gratia sanctificat, signum est mysticum. Itaque docent, Sacrum Chrisma, quo Cruces inunguntur, consecrationis materiam esse; formam vero constituunt in hisce verbis, quæ in ipsa Chrismatis unctione proferuntur; *sanctificetur, & consecretur hoc Templum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti;* nec diffitentur, Ecclesiæ consecrationem ab Archiepiscopo una cum Suffraganeis perfici posse; modo unus, idemque sit Archiepiscopus, qui &

Cruces

Cruces inungit, & formam pronunciat. Conſulendus Clericatus *de Sacrificio Miſſæ deciſ. 41. num. 24. & ſeqq.*

Plures Comminiſtri Sacramentum Extremæ Unctionis valide conferunt.

§. 15. Nolumus hic ſententiam modo propoſitam de materia, & forma dedicationis Eccleſiarum impugnare. Illud tantum addimus, fieri aliquando poſſe, ut vel in ipſa Sacramentorum adminiſtratione, ſi partes ſubjecti ab invicem ſejunctæ ſint, uni parti ab uno Miniſtro, alteri ab altero, materia ac forma ſeorſim applicetur, & validus & licitus ſit actus. In Eccleſia Græca Extremæ Unctionis Sacramentum a pluribus Sacerdotibus adminiſtratur: de quo plura apud Arcudium *de concordia Eccleſiæ Occidentalis, atque Orientalis lib. 5. cap. 6.*, & etiam hodie modus hic adminiſtrationis Sacramenti Extremæ Unctionis admittitur quo ad Italo-Græcos, dummodo credant, illud Sacramentum, ſervata debita materia & forma, ab uno Presbytero valide & licite confici, ut in Noſtra Conſtitutione *Etſi Paſtoralis, la 57. §. 5. num. 3. & 4. Bullarii Noſtri tom. 1.* In Eccleſia quoque Occidentali hoc ipſum olim factum fuit, quemadmodum legi poteſt in Noſtro Tractatu *de Synodo Diœceſana lib. 7. cap. 19. num. 5.* & veriſimile admodum eſt, rem tunc ſic peractam fuiſſe, ut idem organum ſenſus non fuerit a pluribus Sacerdotibus inunctum, nec unus Sacerdos materiam ſenſui applicaverit, & alter ſuper eo formam protulerit, ſed quod ſinguli diverſos ſenſus unxerint, & verba unctioni correſpondentia effuderint. Legi poſſunt Chardon *in Hiſtoria de Sacramentis Tom. IV. cap. 1. de Sacramento Extremæ Unctionis*, Cardinalis Gottus *in Theologia Scholaſtico Dogmatica Tom. IV. in 3. part. D. Thomæ, Tom. XV. Operis quæſt. 3. de Miniſtro Extremæ Unctionis dub. 2. §. 2. num. 12.*, Benedictus de Gaetanis *in Tractatu de ſuprema Unctione cap. 11. in fine.* Favet modus hic adminiſtrationis Sacramenti Extremæ Unctionis, Eccleſiarum dedicationi, in qua alter ex Epiſcopis aliquas Cruces inungat, & inſimul preces proferat, & alter alias Cruces inungat, eaſque inungendo, ſuper ipſis effundat, proferatque preces; quemadmodum bene argumentatur Paſqualig. *de Sacrificio novæ Legis quæſt. 514. num. 6.* Quod ſi ſubdatur, modo in Eccleſia Occidentali ab uno tantum Presbytero valide & licite adminiſtrari Sacramentum Extremæ Unctionis; id libenter admittetur, cum ſic in Ritualibus Eccleſiæ ſtatutum ſit; dummodo tamen admittatur, quod, legitima concurrente cauſa, etſi Ritualia obſtent, nedum valide, ſed etiam licite hodie in Eccleſia Occidentali Sacramentum Extremæ Unctionis adminiſtretur a pluribus Sacerdotibus, quorum unus unum organum ſenſus inungat, proferatque formam, aliique idem præſtent ſuper aliis ſenſuum organis: quod ſatis eſt pro re, de qua nunc agitur. Si aliquæ partes jam fuerint unctæ ab uno Sacerdote, qui ob morbum deficiat, poteſt alter Sacerdos unctiones reliquas proſequi; in quo, licet dividatur miniſterium, adhuc valide & licite conficitur Sacramentum. Ita expreſſe S. Thomas *in 4. Sentent. diſt. 23. quæſt. 1. artic. 1. quæſtiuncula 2. ad 3. Dicendum, quod, quamvis in Euchariſtia, ſi poſt conſecrationem Panis moriatur Sacerdos, alius Sacerdos poſſit ad conſecrationem Vini incipere, ubi ille dimiſit, vel etiam incipere a capite ſuper aliam materiam; tamen in Extrema Unctione non poteſt a capite incipere, ſed debet ſemper procedere, quia unctio bis in eadem parte facta tantum valet, ac ſi conſecraretur bis eadem Hoſtia, quod nullo modo faciendum eſt*: Ita etiam Durandus ibi *quæſt. 1.*, Petrus de Palude *quæſt. 2. in fine*, Sotus *quæſt. 1. art. 1. §. Aliud tamen*, Suarez *Tom. IV. in 3. part. diſput. 43. ſect. 2. num. 4. & 5.*, aſſerens, eſſe communem ſententiam; Toletus *lib. 7. cap. 2. num. 3.* Ludovicus Meratius *Tom. III. de Sacramentis diſput. 10. de Extrema Unctione ſect. 1. num. 4.* atque ita fieri ſtatuiſſe Eccleſiam, ſcribit Platelius *cap. 3. num. 471. Tom. VII.*, ubi forte nomine ſtatuti Eccleſiæ, intelligit generalem conſuetudinem. Poſſe etiam modo dicto dividi unctiones inter duos Sacerdotes ob inſtans periculum vitæ infirmi, ut ſic citius ungatur, non pauci Theologi admittunt, Toletus, Meratius, Suarez *num. 8.* alios citans; in quo caſu, Sacramentum eſſe validum pro certo affirmat: *Quia*, ait, *unitas perſonæ miniſtrantis non eſt eſſentialis*; negat vero extra neceſſitatem licite fieri, quia contra uſum Eccleſiæ. Concordat Cardinalis de Lauræa *in 4. ſent. Tom. III. diſput. 11. art. 9. num. 114.*, cui Nos etiam adhæſimus in citato Tractatu *de Synodo Diœceſana lib. 7. cap. 19. num. 5.*

Reſolutionem in Cauſa *Ulyſſiponen.* a Congregatione Rituum editam, non obſtare, demonſtratur.

§. 16. At repones, fuiſſe olim a Congregatione Rituum reſolutum, Conſecrationem Eccleſiæ ab uno Epiſcopo inchoatam, ſi ex aliqua cauſa non perficiatur ex improviſo caſu, debere ab alio Epiſcopo denuo inchoari & perfici. Reſolutio edita eſt in cauſa *Ulyſſiponenſi* die 12. Aprilis 1614., ex qua intulit Epiſcopus Pax Jordanus *Tom. I. Lucubrat. lib. 5. tit. 9. num. 7.*, unum & ſolum Epiſcopum debere totam conſecrationem perficere. Reſolutio, de qua mox ſermo habitus eſt, refertur a Barboſa *in Collect. deciſ. Apoſtolic. verb. conſecratio.* At idem Barboſa alibi, *part.* videlicet 2. *Juris Eccleſiaſtici lib. 2. cap. 2. num. 52.* factum narrat, cujus occaſione declaratio emanavit. En ejus verba: *Cum in Diœceſi Ulyſſiponenſi quidam Suffraganeus Archiepiſcopi, de ejus ordine & mandato, Eccleſiam quamdam conſecrare incœperit cum omnibus Cæremoniis deſcriptis in Pontificali Romano, & circa medium conſecrationis improviſo accidenti correptus ipſe Epiſcopus defecerit, & Eccleſiæ Conſecrationem perficere non potuerit; pro parte ipſius Archiepiſcopi a S. Rituum Congregatione quæſitum fuit, an ab alio Archiepiſcopo Eccleſiæ prædictæ incœpta Conſecratio continuanda ſit, vel potius de novo inchoanda? Quæ quidem S. Congregatio commiſit prius hujuſmodi articuli examinationem Illuſtriſſimo D. Cardinali Bellarmino; qui in alia Congregatione ſententiam ſuam declaravit, poſſe utroque modo ſine ſcrupulo fieri, nempe, vel de novo inchoare a principio, vel ipſum cœptam continuare, & perficere: ſed melius ſibi videri, ut de novo ab alio Epiſcopo inchoaretur &c.* Et proſequitur narrando, quod ſub die 12. Aprilis propoſito dubio in Congregatione ordinaria, S. Congregatio cenſuit, iterum totam Eccleſiam a principio conſecrandam, quia credebatur Epiſcopus defeciſſe, antequam ullam Crucem inungeret.

Cœptæ pridem conſecrationis partes non poſſunt cum extremis, ſi longum intercedat temporis intervallum, in unam & integram conſecrationem coaleſcere.

§. 17. Cenſuit ergo Cardinalis Bellarminus, Conſecrationis partem ab Epiſcopo deficiente factam, poſſe ſine ſcrupulo continuari cum ea, quam ſecundus proſequeretur Epiſcopus. Addidit deinde, fore melius, ſi Conſecratio de novo ab alio Epiſcopo inchoaretur, prout etiam Congregatio cenſuit; non quia timuerint, multiplicitatem Miniſtri obfuturam valori Conſecrationis, ſed quia in caſu propoſito notabiliſſima intercedebat temporis interruptio; erat enim expectanda Congregationis reſponſio, quæ nonniſi poſt aliquot menſes ad Archiepiſcopum Ulyſſiponenſem poterat pervenire. Concurrente autem notabili temporis intercapedine, partes Conſecrationis factæ nedum a duobus Epiſcopis, ſed etiam ab uno & eodem, coaleſcere non poſſunt in unam & integram Conſecrationem; idque facit, ut Conſecratio fieri debeat perinde ac ſi nunquam cœpta fuiſſet; uti docent auctores ipſi, qui admittunt, plures Miniſtros, concurrente legitima cauſa, poſſe ingungere infirmum Oleo infirmorum: quemadmodum videri poteſt apud

apud Ludovicum Meratium *Tom. III. de Sacramentis disput.* 10. *de Extrema Unctione num.* 8., necnon concordant alii, qui admittunt, dedicationem Ecclesiarum fieri posse a pluribus Episcopis, quemadmodum legi potest apud Pasqualigum *de Sacrificio novæ Legis quæst.* 514. *num.* 9.

Quid in causa fuerit, cur Pontifex in dedicatione Templi S. Apollinaris, non omnes solus Cruces benedixerit & consecraverit?

§. 18. Quod si quæratur, qua de causa, Nobis annuentibus, decem priores Cruces fuerunt in Consecratione Ecclesiæ Sancti Apollinaris benedictæ & consecratæ a Cardinale Episcopo Comminimo, & ultimæ duæ a Nobis; ingenue respondebimus, de nostrorum genuum stabilitate timuisse in toties repetito ascensu & descensu per scalas, etsi tali nunquam timore fuerimus correpti, dum in viridi ætate constituti Ecclesias in Dioecesi & Civitate Bononiensi consecravimus, quas semper soli peregimus. Sed quæ in una ætate fiunt, in alia fieri non possunt. En tibi, Dilecte Fili, tota rei series, post quam tibi tuisque Confratribus Apostolicam Benedictionem impertimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 16. Novembris 1748. Pontificatus Nostri Anno Nono.

Dat. 16. Novemb. 1748. Pont. an. IX.

INDEX
RERUM, ET VERBORUM.

Numerus Romanus denotat Conſtitutionem : Arabicus autem indicat paragraphum & paginam.

A

ABBATES quandonam poſſint ſuis ſubditis Regularibus conferre Tonſuram, & minores Ordines? *Conſtit.* XL. §. 16. pag. 34. & 35.

ABBATI Generali Ordinis *S. Hieronymi* Congregationis Italicæ Locus in Pontificiis Cappellis conceditur, ac deſignatur. XLII. §. 2. p. 217.
Quibus Inſigniis idem utatur. *Ibidem.*

ABBATIA *Fuldenſis* in Epiſcopatum erigitur. IV. p. 15. & ſeq.
Recenſentur inſignes illius prærogativæ. *ibid.* §. 1. pag. *ead.*
Vetus Regularis ſtatus præſervatur. *ibid.* §. 2.
Epiſcopium, Cathedralis, & Capitulum deſignantur. *ibid.* §. 4. p. 16.
Pœnitentiarii, & Theologi munus quibus demandandum? *ibid.* §. 6. p. 16. Vid. *Fuldenſis Epiſcopus.*

ABBATIA *Sublacen.* Vid. *Sublacum.*

ABSTINENTIA a ſanguine, & ſuffocato, nec non diſtinctio ciborum in mundos, & immundos, diu viguit in Eccleſia Latina, vigetque adhuc in Græca. LVII. §. 66. p. 209.
Quomodo licere id potuit antiquitus, vel nunc quoque poſſit. *ibid.* Vid. *Ciborum diſtinctio.*

ACACIUS Conſtantinopolitanus Epiſcopus Eutychianæ hæreſis fautor, primus Romani Pontificis nomen a ſacris Diptychis abraſit. LVII. §. 11. p. 194.

ACADEMIA, ſeu Gymnaſium ad exercendos, erudiendoſque Picturæ, & Sculpturæ tyrones in Capitolio erigitur. XXXI. §. 5. p. 95.

ACTA Conſiſtorialia in confirmatione Tobiæ Petri Gazeni electi Maronitarum Patriarchæ, factaque ipſi conceſſione Latini Pallii. LXXII. p. 273.

ACTUS externi, excepto Sacrificio, Latriæ cultum per ſe non inducunt, ſed animi mentiſque affectio hujuſmodi actus elicientis. LVII. §. 37. p. 200. & ſeq.

ACTUS Fidei, Spei, & Charitatis, ante, vel poſt Miſſam Parochialem, a Paroco ſimul, & Populo recitandi. XXXV. §. 4. p. 109.

ADSCRIPTUS ſervitio alicujus Eccleſiæ in Urbe, non poterat juxta veterem diſciplinam, eâ deſertâ, ad alias Eccleſias tranſire. LXVII. §. 4. p. 254.

ADVENÆ in Sacris conſtituto non licet Ordines exercere, niſi Literas exhibeat ſui Ordinarii, teſtantis de ſuſceptione Ordinis, & exemptione ab omni cenſuræ vinculo. XVI. §. 6. p. 50.

ÆGROTUS : Sanctiſſimum Sacramentum non eſt ad ægros deferendum, adorationis, vel deoſculationis cauſa tantùm, ſi illud ſumere nequeant. LI. §. 13. p. 173.
Nec pro iis exponitur, ſed intus Tabernaculum adaperto oſtiolo relinquitur. *ibid.*

ÆREI Lacunaris reliquias a Pantheo eductas, quibus uſibus deſtinarit Urbanus VIII. Pontifex? LXXII. §. 6. p. 272.

AGENTES Communitatum ab ipſiſmet Communitatibus eligantur. XXV. §. 14. p. 76.

ALBANIÆ Epiſcopis facultas ſit concordandi, tranſigendi, atque etiam relinquendi Bona Eccleſiaſtica Albanis, licèt injuſtis Detentoribus, ad præcavenda deteriora incommoda. XXXIII. §. 3. & ſeq. p. 102. & ſeq. Vid. *Papa, Bona Eccleſiarum.*

ALEXANDER IV. turbas, & diſſenſiones Græcos inter, & Latinos exortas penitus eradicare curavit. L. §. 10. p. 153.

ALIENATIO Bonorum Hieroſolymitanæ Religionis, inconſulto Magno Magiſtro, eſt ipſo jure nulla. XIII. §. 13. p. 41. & 42. Vid. *Jeroſolymitani Ordinis.*

ALTARE : Nequit ſimplex Sacerdos celebrare ad *Altare*, ad quod Epiſcopus eo die Sacrificium obtulit, niſi prius obtenta ab Epiſcopo licentia. LXVII. §. 9. p. 256.
Ad Altaria Pontificia Baſilicarum Urbis nemini licet Miſſam celebrare, niſi obtenta ad id, per Litteras Apoſtolicas, opportuna facultate. *ibid.* p. 257.
Idem privilegium nonnullis Altaribus extra Urbem ſitis conceſſum reperitur ſub certis tamen modificationibus. *ibid.*

ALTARIA plura, anve potius unum tantummodo juxta veterem diſciplinam extiterit in Baſilicis Eccleſiæ Occidentalis, diſputant eruditi. L. §. 37. p. 163.
Unum tantùm extitiſſe in Eccleſiis Orientalibus, receptum. *ibid.*
Unamque Miſſam ad ſingula Altaria celebrari licere. *ibid.*
Falſa hac de re opinio in vulgus irrepta. *ibid.*
Nunc tamen in Eccleſiis Græcis ſecundum Altare plerumque cernitur erectum pro Latinis Presbyteris. *ibid.* §. 40. p. 164.

Altaria Græcorum ſacro lapide deſtituuntur. L. §. 36. p. 162.

Altaria ſpoliandi, lavandique ritus feria VI. majoris Hebdomadæ an in Latinam Eccleſiam a Græca promanarit. *ibid.* §. 28. p. 159.
Uſurpatur in aliquot Latinis Eccleſiis, & præcipuè in Vaticana Baſilica. *ibid.*
Quinam de Ritu hujuſmodi differuerint? *ibid.*

Altaria erecta in Baſilica S. Franciſci Aſſiſienſis, & in Parochialibus Eccleſiis eidem adnexis perpetuo Privilegio donantur. XXXII. §. 12. & 18. p. 98. & 100.

ALUMNI Collegii Wilnenſis, Epiſcopis, & Archiepiſcopis Ruthenis commendantur, ut propoſitis conſuetis virtutis præmiis ad ſtudia aliciantur. XX. §. 2. *& ſeq.* p. 63. *& ſeq.*

AMANUENSES ſæpe in nominibus exſcribendis Litteras immutant, ipſaque nomina corrumpunt. *In Append.* II. §. 18. pag. IX.

AMBITUS in Epiſcopatu conquirendo maximè damnandus. XV. §. 5. p. 48.

AMENTES in odium Chriſti occiſi, an ſint martyres? XLIV. §. 18. p. 130. §. 28. p. 136.

AMPULLA ſanguinis indubium eſt perpeſſi martyrii ſignum. XLIII. §. 12. & 20. p. 126. 131. *& ſeq.*

ANCONITANÆ Inquiſitionis ſimplices Familiares, Fori privilegio ex antiquiſſima, probataque conſuetudine gaudent. XLIX. §. 36. p. 149.

B. ANDREAS de Pago Rhinnenſi, triennis, a Judæis in odium Chriſti occiſus. XLIV. §. 1. p. 120. *& ſeq.*
Quinam Hiſtorici de eo ſcripſerint? *ibid.* §. 3. p. 121.

In ejus honorem conceſſum eſt Officium proprium, Miſſa, & Indulgentia Plenaria. XLIV. §. 4. pag. 122. Vid. *Canonizatio.*

Ven. ANDREÆ Bobola cauſa Beatificationis, ſeu declarationis martyrii, quibus decretis incœpta & abſoluta? XLIII. §. 1. *& ſeq.* p. 120.

ANDRONICUS Conſtantinopolitanus Imperator Michaelem Palæologum Patrem extra locum ſacrum ſepeliri paſſus eſt, quod unionem Græcæ Eccleſiæ cum Latina curaſſet. LVII. §. 15. p. 195.

ANGLICANÆ Miſſiones. Vid. *Miſſionarii Regulares Miſſionibus Anglicanis.*

ANTIMENSIA Græcorum quid ſint? L. §. 36. p. 163.

S. APOLLINARIS Eccleſia, qua ſervata methodo, fuerit a Pontifice conſecrata? *In Append.* IV. §. 1. p. XIV.

APOSTASIÆ periculum quando jure juſtam exhibet cauſam diſpenſationibus relaxandis. XXXIII. §. 6. p. 104.

APPELLATIONIS Commiſſiones in Congregatione Boni Regiminis quomodo ſignari debeant? XXV. §. 24. *& ſeq.* p. 78. *& ſeq.*

APPELLATIO in cauſis criminalibus interpoſita a ſententiis, ſive decretis Ordinariorum, an & ſub quibus cautelis recipi debeat ab Auditore Cameræ? XXVI. §. 11. *& ſeq.* p. 81. *& ſeq.* Vid. *Reus.*

APPELLARE an & quando liceat a decretis, vel ſententiis Proto-Archimandritæ Congregationis Ruthenæ, Ordinis S. Baſilii Magni. LIX. §. 4. *&* 5. p. 218.

APPELLATIO a decretis, ſeu ſententiis Rectoris Carpenctoraten. ad Vicelegatum Avenionen. quando & quomodo interponi poſſit? XXI. §. 9. p. 65.

Appellatio ſuſpenſiva ab electione in Bajulivos Magnæ Crucis Ordinis Jeroſolymitani non admittitur. XIII. §. 18. p. 43.

APPROBATIO ad audiendas Confeſſiones nil prodeſt extra Diœceſim Epiſcopi approbantis, XVI. §. 22. p. 54.

Idque etiamſi Sacerdos approbatus excipere vellet Confeſſionem perſonæ ſubditæ Epiſcopo, qui ipſum approbavit. *ibid.* p. 54.

Approbatio ad Curam Animarum, vel ad audiendas Chriſtifidelium Confeſſiones, quomodo facienda in Locis ſubjectis Monaſterio Monialium Ordinis S. Benedicti Aquilejen.? LXIV. §. 12. *&* 15. p. 249.

AQUÆ bene licendæ in Epiphania Ritus, Græcus eſt, in Latinis Eccleſiis uſurpatus. L. §. 28. p. 159.

AQUA tepida juxta Græcum Orientalem Ritum in Calicem poſt Conſecrationem infunditur. *ibid.* §. 26. p. 158.

Ruthenis Sacerdotibus Ritus hic noviſſimè interdictus. *ibid.* p. 159.

AQUILEJENSE Monaſterium Monialium B. M. V. Ordinis S. Benedicti ampliſſima exemptione fruitur tum in perſonis, tum in bonis, adnexiſque membris, a juriſdictione Ordinariorum. LXIV. §. 2. *& ſeq.* p. 246.

Quænam ſint adnexa Loca, hujuſmodi exemptione donata? §. 8. p. 248.

Monaſterii regimen adnexorumque Locorum, & Eccleſiarum, a Sede Apoſtolica committitur ſuo Delegato. *ibid.* §. 5. *& ſeq.* p. 247.

Quanta ſit hujuſmodi Delegati Apoſtolici juriſdictio, quibuſcumque in rebus, & cauſis, diſtinctim explicatur. *ibid.* §. 10. *& ſeq.* p. 248. *& ſeq.*

ARCHIDIACONI, & Diaconi antiquitus maximam ſibi partem in adminiſtratione Epiſcopatus, & Pontificatus ſumebant. LXVII. §. 11. p. 258.

ARCHIEPISCOPORUM, quâ Metropolitarum, commemoratio non fit a Latinis Sacerdotibus in Sacrificio Miſſæ. LVII. §. 20. p. 196. *& ſeq.*

ARCHIMANDRITÆ, ſeu Abbates Congregationis S. Baſilii M. Ruthenæ Nationis, in quibus Motropolitano, in quibus itidem Proto-Archimandritæ ſubjiciantur? LIX. §. 2. *&* 3. p. 218.

ARMA vetita deferentes, quibus pœnis ſubjecerit Alexander VIII:? VIII. §. 1. p. 21.

Iiſdem obnoxii ſunt tam Clerici Seculares, quam Regulares cujuſcumque Ordinis, Inſtituti, ſive militiæ. *ibid.* §. 2. pag. 21.

Nihil ad eas declinandas prodeſt excipere, quod non conſtet de dolo; vel patentes literas, aut privilegia proferre. *ibid.* §. 3. p. 22.

Pœnas ob armorum delationem promeritas per Judices remitti, aut emolliri vetuit Clemens XII. *ibid.* §. 4. p. 22.

Sed cum caſus id expoſtulare videretur, ſummum Pontificem adiri præcepit. *ibid.* §. 5. p. 22.

Evulgatas Prædeceſſorum Pontificum Conſtitutiones innovat Pontifex. *ibid.* §. 6. p. 22.

Inſuperque declarat, Fiſco id oneris tantum incumbere, ut factum delationis comprobet, a Reo autem probandas circumſtantias, quibus locum fieri moderationi pœnæ contendatur. *ibid.* §. 7. p. 22.

Arma offenſiva, & defenſiva, Officiales Sac. Inquiſitionis, ſub certis tamen exceptionibus, deferre permittuntur. XLIX. §. 13. p. 146.

Arma, ſive Inſigne Sac. Inquiſitionis nequeunt Patentati, etiam cum privilegio, ad eorum domos, apothecas, aliaque loca ſuſpendere. XLIX. §. 16. p. 146.

ARMENIS, Natalis Chriſti die, non licet tres Miſſas, more Latinorum Sacerdotum, celebrare. LV. *per tot.* p. 187. *& ſeq.*

Idem planè ſtatuitur tam de Armenis per Orientem, quàm de aliis in Occidentalibus Regionibus commorantibus. *ibid.* §. 4. *&* 6. p. 188. *&* 189.

Contrarius uſus celebrandi dicto die tres Miſſas, unde inter Armenos Orientales probabiliter invaluerit. *ibid.* §. 6. *&* 7. p. 189. *&* 190.

Armeni Presbyteri complures olim Regulam & Inſtitutum Ordinis Prædicatorum profeſſi fuerunt; & quomodo? *ibid.* Vid. *Miſſale, Miſſas.*

ARTIUM liberalium præſtantia. XXXI. §. 1. p. 94.

In Republica excolendæ, ac promovendæ. *ibid.* §. 2. p. 94.

ASSISIENSIS Baſilicæ prærogativæ, honores, & privilegia a compluribus Summis Pontificibus obtenta diſtinctim recenſentur. XXXII. §. 1. *&* 2. p. 96.

Jam inde a fundatione fuit S. Sedi immediatè ſubjecta. *ibid.* §. 1. p. 96.

Privilegia hujuſmodi & exemptiones quæcumque, modò non abrogatæ, confirmantur, & innovantur. §. 4. p. 97.

Ipſaque Baſilica a Juriſdictione, & viſitatione Ordinarii exempta. *ibid.*

In Baſilicam Patriarchalem, & Cappellam Papalem erigitur. *ibid.* §. 5. p. 97.

Pontificius Thronus, & Altare in ea deſignantur. §. 6. p. 97.

Quinam cœremoniales Ritus in ea ſervandi? *ibid.* §. 7. p. 98.

Non cogitur expectare ſignum Campanarum Cathedralis in Sabbato Sancto. *ibid.* §. 8. p. 98.

Jubilæo indicto, publiciſque precibus, perpetuò deſignatur pro una ex viſitandis Eccleſiis. *ibid.* §. 9. p. 98.

Aſſiſienſis Epiſcopus nullam obtinet, ſive ordinariam, ſive delegatam juriſdictionem in Baſilicam S. Franciſci Aſſiſien. XXXII. §. 9. p. 98.

Non prohibetur tamen ex ſpeciali delegatione, reos ab eadem extrahere, ſervata forma Conſtitutionum Apoſtolicarum. *ibid.* §. 15. p. 99.

AUCTORIS Catholici liber, quibus præmiſſis cautionibus, ſit proſcribendus? XIX. §. 10. p. 61.

AUDITOR Generalis Cameræ Apoſtolicæ ampliſſima fruitur juriſdictione non ſolùm in civilibus, ſed etiam in cauſis criminalibus. XXVI. §. 1. p. 80.

Criminales cauſas quandoque cognoſcit in prima inſtantia, inhibendo, eaſque avocando ab Ordinariis. *ibid.* §. 1. p. 80.

Pontifex ampliſſimam illius juriſdictionem, prærogativas, & præeminentias illimitatè confirmat. *ibid* §. 3. p. 80.

in

In causis criminalibus definiendis duos Prælatos Ponentes Sacræ Consultæ eidem adjungit. XXVI. §. 4. pag. 80.

Votum decisivum in Congregatione Criminali A. C. quinam obtineant, & qui consultivum? *ibid.* §. 5. p. 80.

Processus criminales, a quibus, & quomodo efformandi? *ibid.* §. 6. *& seq.* p. 80. *& seq.*

Congregatio criminalis in singulos quindecim dies coram Auditore ipso convocanda. *ibid.* §. 9. p. 81.

Et quindecim itidem antea diebus causæ propositio indicenda, allegationes verò triduo ante propositionem distribuendæ, & parti communicandæ. *ibid.* p. 81.

Executionem Constitutionis: *Ad militantis Ecclesiæ*: curare debet Auditor Cameræ in suo Tribunali. *ibid.* §. 11. p. 81. Vid. *Locumtenens, Processus, Reus.*

Avenionensis Vicelegatus. Vid. *Vicelegatus Avenionensis, Rector Carpentoraten.*

Aureola in Sanctis Martyribus quid sit? XLIV. §. 26. p. 135.

Aureolam non consequuntur pueri ante usum rationis in odium Christi occisi. *ibid.*

B.

Balsera, seu Bassora Civitas, celebre emporium. L. *sub init.* p. 151. & 152.

Baptismum non esse validum, nisi insimul Chrisma, & Eucharistia baptizato infanti tribuatur, tamquam hæreticum dogma, damnavit Benedictus XII. XLIX. §. 1. p. 151. *& seq.* Vid. *Eucharistia.*

Baptismus sub conditione est ministrandus iis, de quibus dubium subest, an fuerint, vel an ritè fuerint baptizati. LXI. §. 2. p. 222. *& seq.*

Baptizati ab Hæreticis debitam materiam, & formam adhibentibus, nec sub conditione iteratò baptizari debent. *ibid.* §. 3. & 5. p. 223. & 224.

Barberinum Euchologium. Vid. *Euchologium.*

B. Bartholomæus a Bononia Dominicanæ Familiæ, Apostolus Armenorum. LV. §. 6. p. 189.

P. Bartholomæus Gavanti de re ad sacros Ritus pertinente optimè meritus. LI. §. 26. p. 179.

Basiliani Monachi Ruthenæ Nationis, Episcopatibus, & Archimandriis illius Nationis privativè præficiuntur. XV. §. 1. p. 47.

Eorum votum non recipiendi hujusmodi dignitates, nisi præhabito Superiorum assensu, tollitur. *ibid.* §. 4. p. 47.

S. Basilii Monachi Ruthenæ Nationis in unam Congregationem sub uno Proto-Archimandrita sunt redacti. LIX. §. 1. *& seq.* p. 217.

Quam jurisdictionem in eos exerceat Proto-Archimandrita, quamve Metropolitanus? *ibid.* Vid. *Cura Animarum.*

Beatificatio quid sit, quidve Canonizatio? XLIV. §. 21. p. 133.

Beatificationum causæ, non patiuntur, ut testes de auditu auditus, allati in Processu Apostolico, conjungantur in linea coæqualis probationis cum testibus de visu, existentibus in Processu Ordinario. *In Append.* I. §. 2. p. 1.

An saltem vim adminiculi dare possint, quæve exinde promanet in hujusmodi causis absolvendis differentia? *ib.* §. 3. & 4.

Beatificatio Ven. Servi Dei Josephi a Cupertino Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci. XII. p. 37.

Ejus virtutes commemorantur. *ibid.* §. 1. *& seq.* p. 37. *& seq.*

In causa Beatificationis, seu declarationis martyrii Ven. Servi Dei Andreæ Bobola Sacerdotis Professi Societatis Jesu, Decretum. XLIII. §. 1. *& seq.* p. 120.

In causa Beatificationis Ven. Servi Dei Pauli Card. Buralis, Decretum. LVI. p. 191.

Bello sacro interfecti Pueri ab hostibus Fidei, Martyres a Theologis agnoscuntur. XLIV. §. 25. p. 134. Vid. *Pueri Canonizatio.*

Benedictio aquæ in Epiphania, Ritus est a Græca in Latinam Ecclesiam translatus. L. §. 28. pag. 159.

Benedictus XIII. Lateranensem Basilicam sub annum 1727. solemni Ritu per se consecravit. LXI. §. 8. p. 226. *& seq.*

Beneficia Ecclesiastica erecta in locis subjectis Monasterio Aquilejensi Monialium B. M. Virginis, Ordinis S. Benedicti, ab ipso Monasterio conferuntur. LXIII. §. 4. p. 246. *& seq.*

Beneficia jam obtenta retinendi, quin & alia consequendi, quandoque potestas facta est Simoniacis. XXXIII. §. 7. p. 105.

S. Bernardus Willelmum Aquitaniæ Ducem, objecta consecrata hostia, emendavit. LI. §. 7. p. 168.

B. Bertrando Aquilejensi Patriarchæ cultus ab immemorabili præstitus fuit in Utinensi Metropolitana Ecclesia, in qua ejus ossa asservantur. LXIII. §. 2. p. 245.

Missa de Spiritu Sancto die emortuali ipsius Beati, in eadem Ecclesia, celebrari certis adjectis orationibus, conceditur. *ibid.* §. 3. p. 245.

Bethleemitici Infantes. Vid. *Infantes Bethleemitici.*

Bono Ecclesiarum, ex prudenti Romanorum Pontificum dispensatione, injustis detentoribus quandoque relinquenda. XXXIII. §. 1. *& seq.* p. 101. *& seq.*

Exempla Pontificum, qui id præstiterunt. *ibid.* §. 5. p. 103.

Bonorum Ecclesiæ an dispensator sit, vel potius Dominus Romanus Pontifex. *ibid.* num. 4. p. 102. & 103. Vid. *Papa.*

Invasores Bonorum Ecclesiæ, excommunicatione ad restituendum adegit S. Nicolaus I. Pontifex. *ibid.* num. 8. p. 105.

Bonis suis non potest una Ecclesia privari, ut iisdem ditetur altera. *ibid.* §. 9. p. 105. & 106.

Sed ut Bona in certos pios usus destinata, ad alios, quantumvis pios, traducantur, auctoritate Apostolica opus est. *ibid.* p. 105. & 106.

Bona Ecclesiastica ab Hæreticis occupata an liceat Catholicis emere, sibique habere? XXXIII. §. 5. p. 103.

Bona Inquisitionum propria sunt Sedis Apostolicæ; ideoque exempta etiam a Decimis Papalibus. XLIX. §. 41. p. 149. & 150.

Boni Regiminis. Vid. *Congregatio.*

Bononiensem ad Metropolitanam Ecclesiam dono mittitur Corpus S. Proci Martyris, simulque plura de ejus nomine, martyrio, locoque, ubi repertum fuerat, eruditè disputantur. *In Append.* II. §. 12. p. VI.

Bononiensis Cathedralis Ecclesia, an, & a quo fuerit primitus consecrata? LXI. §. 6. p. 224. & 225.

Eadem antiquitus extra Civitatis muros extructa erat. *ibid.* §. 9. p. 227.

Subinde intra Civitatem fundata, iteratoque ignis & terræmotus casu vestata, a providis Præsulibus reparatur. *ibid.* & §. 16. p. 230.

Quomodo, quibusve auspiciis ad id elegantiæ & magnificentiæ pertigerit? *ibid. sub initio* & §. 17. p. 230. & 231.

Quantam in id curam contulerit Sanctissimus Pontifex, etiam tum cum Bononiensis esset Archiepiscopus? *ibid.* & §. 23. p. 233.

Ejusdem Consecratio Eminentissimo Cardinali Malvetio Archiepiscopo delegatur Pontificio nomine peragenda. *ibid.* §. 29. p. 236.

Bononiensis Archiepiscopus Centi residere non cogitur. XLI. §. 3. p. 116.

Bugia, sive Palmula, uti possunt Canonici Veronenses, tum in solemni, tum in privata celebratione Missæ, & tam intra, quàm extra Cathedralem. LXII. §. 14. p. 241.

C.

CAMERÆ Auditor. Vid. *Auditor Generalis Cameræ.*

CAMPIDONENSIS Abbas Eccleſiam Abbatialem a fundamentis extructam ex Pontificio Indulto conſecravit LXI. §. 15. p. 229.

CANON : *Solemnitates*, & Can. *Eccleſiæ, de Conſecrat. diſt.* 1. num genuini ſint, an potius apocryphi? *ibid.* §. 3. p. 223.

CANONICI, aliique à Capitulo deputati, prohibentur, ſub quocumque prætextu, etiam aſſecurationis, invadere, ſeu apprehendere res ægrotantium Præſulum Neapolitani Regni, etiamſi in extremis laborent. LX. §. 7. p. 220.

Quomodo Eccleſiarum indemnitati ſit ſuccurrendum? *ibid.* Vid. *Spolium.*

Canonici Veronenſes. Vid. *Veronenſis.*

Canonici Utinenſes, quibus inſigniis utantur? IX. §. 10. p. 26.

Qualis inter eos ſervetur præcedendi ordo? *ibid.* §. 3. p. 24.

Soli, excluſis Manſionariis, & Cappellanis, conſtituunt Capitulum. *ibid.* Vid. *Utinenſis Eccleſiæ.*

Canonici Præmonſtratenſes. Vid. *Præmonſtratenſis Ordinis.*

CANONIZATIO quid ſit, quidve importet Beatificatio? XLIV. §. 21. p. 133.

Canonizatio quandonam primis Eccleſiæ ſæculis facta cenſeretur? *ibid.* §. 17. p. 130.

Ad eam inducendam ſemper neceſſaria fuit Epiſcoporum, & Romani Pontificis auctoritas. *ibid.* & §. 21. p. 133.

Canonizatio non inducitur ex recenſione nominis in Martyrologium Romanum. *ibid.* §. 21.

Ad Canonizationem quænam ſint neceſſariò præmittenda? *ibid.* §. 7. p. 123.

Ad eam quandoque non ſatis habentur, quæ ad Beatificationem ſufficere viſa fuerunt. *ibid.*

Quatuor ſigna, vel miracula quandonam deſiderentur? *ibid.*

Canonizatio Pueri ante uſum rationis occiſi in odium Chriſti, exceptis Betleemiticis Infantibus, nulla hactenus facta legitur. *ibid.* §. 24. p. 134.

An novum hoc Canonizationis exemplum induci expediat? *ibid.* §. 22. 23. & *per tot.* p. 133. & 134.

An ſaltem peculiares quædam circumſtantiæ quoad hujuſmodi cauſas Canonizationis ſint requirendæ? *ibid.* §. 29. p. 130. Vid. *Cultus.*

CANONIZANDI geſta talia eſſe debent, ut omnibus per Orbem Catholicis in exemplum proponi queant. XLIV. §. 26. p. 135.

CANTUM Gregorianum in Choro, aliiſque Eccleſiaſticis functionibus à Fratribus, & Monialibus Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula adhiberi præcipitur. XXIX. §. 3. p. 92.

Cantum in Divinis Laudibus perſolvendis, cæteriſque Eccleſiaſticis functionibus obeundis adhiberi, perquam congruum eſt. *ibid.* §. 2. p. 92.

CAPITULATIONES, pactiones, ſeu concordata ante Electionem, ſeu Poſtulationem inita cum eligenda Abbatiſſa, vel Prioriſſa, ſive Monaſterium, & Capitulum ex ſolis fœminis, ſive utriuſque ſexus perſonis conſtet, Innocentiana Conſtitutione abrogantur. XXXVI. §. 3. p. 111.

Idque procedit, quantumvis per ſe iniqua non eſſent, ſeu etiam Eccleſiæ utilia. *ibid.* p. 111.

CAPIT. *cum in diſtribuendis, de tempor. ordinat.* an reipſa definitum ſit, Ordinatum à Papa non poſſe ab inferiore ad ſuperiores Ordines promoveri? LXVII. §. 3. p. 253. & *ſeq.* Vid. *Ordinatus.*

CAPITULA Mulierum, vel mixta utroque ſexu, ſubduntur Conſtitutioni Innocentianæ abroganti quæcumque pacta, ſeu concordata inita ante Electionem, ſeu Poſtulationem, cum Perſona eligenda. XXXVI. §. 2. & 3. p. 111.

Capitula Regni Neapolitani, quoad ſpolia Prælatorum? Vid. *Spolia.*

CAPITULUM Veronenſe. Vid. *Veronenſe Capitulum.*

CAPPELLA : Locus in Pontificia *Cappella* conceditur, & deſignatur Abbati Generali Ordinis S. Hieronymi Congregationis Italicæ. XLII. §. 2. p. 117.

CAPRULARUM Eccleſia, vulgo *Caorle*, qua occaſione fuerit fundata, in eaque poſita Sedes Epiſcopalis. XVIII. §. 2. p. 57.

CARDINALES in ſuis Titulis poſſunt conferre Tonſuram, & minores Ordines, perſonis addictis ejuſdem Eccleſiæ ſervitio. XI. §. 16. p. 34.

Cardinales Epiſcopi Suburbicarii, Suffraganeum non habentes, ſuos ſubditos promovendos ad Vicarium Urbis ablegare debent. XI. §. 11. & 12, p. 32. & 33.

Quid, ſi Suffraganeum habeant. *ibid.* §. 11. 12. & 13. p. 32. & 33.

Poſſunt tamen per ſe, vel per alium Epiſcopum, ordinare ſuos ſubditos, dum ipſi in Diœceſi commorantur. *ibid.* p. 33.

Cardinales Epiſcopi Suburbicarii poſſunt Tonſuram conferre ſuis ſubditis in Cappella Palatii Urbis, irrequiſito Urbis Vicario. XI. §. 21. p. 36.

Cardinales Epiſcopi Suburbicarii nequeunt in Sacello Palatii Urbani Tonſuram inſimul, & Minores Ordines conferre ſuis ſubditis, irrequiſito Cardinali Urbis Vicario. XI. §. 1. 7. 14. & *ſeq.* p. 30. & *ſeq.*

Cardinales Epiſcopi Suburbicarii, dum Romæ commorantur, manent extra Diœceſis ſuæ fines. *ibid.* §. 8. p. 31.

Cardinales Epiſcopi Suburbicarii cur à materiali reſidentia excuſentur? *ibid.* §. 15. p. 34.

Eorumdem Cappella ſita in Palatio Urbis an fictione Juris cenſeri debeat adhærens Epiſcopatui Suburbicario? *ibid.* §. 15. p. 34.

CARDINALIS Vicarius eſt Ordinarius Urbis. *ibid.* §. 8. p. 71.

Cardinalis Urbis Vicarii auctoritas in exteros Romæ degentes, & ad Ordines promovendos. *ibid.* §. 10. p. 32.

Cardinalis Præfectus Congregationis Boni Regiminis quoſnam redditus Communitatum adminiſtret? XXV. §. 14. p. 76. Vid. *Congregatio Boni Regiminis.*

Cardinalis Sanctorii commendatio plurima. LI. §. 15. & *ſeq.* p. 75. & *ſeq.*

Rituale compoſuit plurimo ſtudio, & labore. *ibid.*

Operis accurata hiſtoria, ac cenſura. *ibid.* §. 20. & *ſeq.* p. 177. Vid. *Rituale Cardinalis Sanctorii.*

CARNIBUS humanis, & præſertim Infantium, quod veſcerentur, cur incuſati fuerint Chriſtifideles à Gentilibus. LVII. §. 64. p. 208.

CAROLUS V. Imperator à Julio III. Pontifice facultatem obtinuit ſumendi Euchariſtiam poſt ſumptum aliquod jentaculum. LVIII. §. 11. & 12. p. 216.

Idem reſignatis Ferdinando Fratri Ditionibus Germanicis, aliis verò Philippo Filio, Monaſticæ vitæ ſe addixit intra Monaſterium S. Juſti in Extremadura. *ibid.* §. 11. p. 216.

S. CAROLUS Borromæus quantopere adlaboraverit, ut Fidei rudimenta rudes homines docerentur? XXXV. §. 3. p. 209.

CARPENCTORATENSIS Rector. Vid. *Rector Carpenctoraten.*

CASSINENSIS Eccleſiæ iterata ſubverſio, reſtitutio, & conſecratio. LXI. §. 15. p. 229.

CASUUM conferentiis an, & quando intereſſe debeant Confeſſarii Regulares, non Parochi? XLIII. §. 2. p. 118.

Caſuum reſervationes facere poteſt Delegatus Apoſtolicus præpoſitus regimini Monaſterii Monialium Ordinis S. Benedicti extra muros Civitatis Aquilejenſis erecti. LXIV. §. 11. p. 248. Vid. *Delegato Apoſtolico.*

CASUS ſibi reſervare, vel à reſervatis abſolvere nequit Capitulum Veronenſe. §. 27. LXII. p. 243.

CATACUMBARUM origo qualis fuerit, quive earum uſus apud veteres Chriſtifideles. *In Append.* V. §. 4. p. 111.

In Catacumbis Chriſtianorum quidem Corpora ſolummodo ſepeliebantur; at non æquè certum, omnia

corpora

corpora in illis ſepulta, eſſe Martyrum corpora. §. 5. pag. III.
Inter Catacumbas celebris eſt, quæ in Martyrologiis dicitur *Prætextati cœmeterium. ibid.* §. 6. p. IV.
De Catacumbis, ſeu cœmeteriis hujuſmodi quis peregregiè ſcripſerit? *ibid.*

Causæ graviores Epiſcoporum coram Romano Pontifice tantùm proponi, & terminari debent. LXVII. §. 18. p. 261.
Cauſæ, ſive civiles, ſive criminales Officialium Inquiſitionis a quo Judice cognoſci debeant? XLIX. §. 17. *& ſeq.* p. 146. *& ſeq.* Vid. *Fori Privilegio.*
Cauſæ judicio Congregationis Boni Regiminis examinandæ, & decidendæ, quales ſint. XXV. §. 15. p. 76. Vid. *Congregatio Boni Regiminis.*

Causas civiles criminales, & mixtas in Locis ſubjectis Monaſterio Monialium Ordinis Sancti Benedicti prope muros Civitatis Aquilejenſis cognoſcit Delegatus Apoſtolicus. LXIV. §. 19. p. 249.

Cedulas Montis Pietatis, vel menſæ nummariæ S. Spiritus falſantes, corrumpentes, vel ſcienter expendentes, pœna ultimi ſupplicii plectuntur. LXVIII. §. 4. p. 263.
Hujuſmodi pœna, ac reliquæ omnes ſtatutæ in tondentes monetas aureas, vel argenteas protenduntur ad quaſcumque Perſonas Eccleſiaſticas tam Sæculares, quàm Regulares, præfatas cedulas falſantes, vel corrumpentes, vel corruptas ſcienter expendentes. *ibid.* §. 5. p. 263. & 264.

Centum olim inſigne Oppidum inter Bononiam, & Ferrariam, nunc in Civitatem erectum. XLI. §. 1. *& ſeq.* p. 116.
Spirituale tamen, & temporale gubernium nihil planè immutatum. *ibid.* §. 3. p. 116.
Nec Bononienſis Archiepiſcopus ullo per annum tempore in eo reſidere cogitur. *ibid.*

Certitudo non incertis vocibus, & præſumptionibus, ſed indubiis argumentis, & probationibus conſtituitur. LXVI. §. 6. p. 252.

Characteribus Hieronymianis impreſſa Miſſalia, Breviaria, Tabellas &c. adhibere debet Illyricus Clerus Ritus Slavo-latini. XXXVIII. §. 1. *& ſeq.* p. 112. *& ſeq.*

Character in Conſecratione Epiſcopali impreſſus, an ſit alius, atque diſtinctus a Charactere in Presbyteratu impreſſo, vel potius ejuſdem extenſio, diſputant nonnulli. LXVII. §. 10. p. 257.

Chorepiscopi an ſimplices Sacerdotes fuerint, vel potius Ordine Epiſcopali inſigniti, anve potuerit iiſdem Eccleſiarum conſecratio a Diœceſano Epiſcopo delegari? *In Append.* III. §. 6. & 7. p. XI.

Chrisma ex oleo, & balſamo, tamquam neceſſaria materia, conficitur; licèt apud Græcos alia quoque aromata admiſceantur. LVII. §. 49. p. 204.
In Chriſmatis Sacramento adminiſtrando nulla apud Græcos mentio de impoſitione manuum. *ibid.* §. 50.
Diſſidentium Theologorum ſententiæ de materia hujus Sacramenti recenſentur, ac in ſua probabilitate relinquuntur. *ibid.* §. 51. p. 205. *& ſeq.*
Deficiente autem vero balſamo, quandoque Romani Pontifices indulſerunt, ut in Chriſmate conficiendo, alius liquor pro balſamo communiter acceptus adhiberetur. *ibid.* §. 52. p. 205.
Græci præter oleum, & balſamum, quot aliis liquoribus utantur? *ibid.* p. 205. Vid. *Confirmationis forma.*

Christianorum ſepulcra, quibus ſignis, ſive inſcriptionibus notari conſueverint, & quænam ex ipſis ſint indubia ſanctitatis ſigna? *In Append.* II. §. 8. p. IV.
Chriſtianorum olim facta diſtinctio in duas claſſes, & quæ? *In Append.* §. 10. p. V.
Christus quomodo Patrem pro nobis oret, nobiſque proficua impetret? LI. §. 9. p. 170.
Ciborum diſtinctio in mundos, & immundos fuit cæremoniale præceptum Legis veteris per adventum Chriſti ſublatum. LVIII. §. 65. *& ſeq.* p. 209.
Apoſtolicum interdictum a ſanguine, & ſuffocato evulgatum fuit ad ſupprimenda diſſidia inter Fideles recenter ex Judæis, & Gentilibus converſos; ideoque ſublatâ causâ, & ipſum jamdiu obſolevit. *ibid.*
Tamen in ipſa Latina Eccleſia diu ſervata eſt diſtinctio cibi mundi, & immundi, nec non abſtinentia a ſanguine, & ſuffocato, non tamquam præceptum Legis veteris, ſed uti religioſa a Patribus tranſmiſſa obſervatio, & conſuetudo. *ibid.* §. 64. *& ſeq.* pag. 208.
Nunc tamen in Latina Eccleſia, & apud Armenos penitus obſolevit; viget autem adhuc in Eccleſia Græca. *ibid.* §. 66. p. 209.
Licita eſt Græcis diſtinctio ciborum, uſuſque precum ad immunditiam legalem inde contractam abſtergendam, & quare? *ibid.* §. 59. ad 64. p. 207. *& ſeq.* Vid. *Præcepta Cæremonialia.*

Ciborum vetitorum Indultum, pro quadrageſimalibus, aliiſque eſurialibus diebus, Capitulum Veronenſe concedit degentibus intra diſtrictum ſubjectarum ſibi Eccleſiarum. LXII. §. 28. p. 243.

S. Clara quomodo Aſſiſium a Saracenorum incurſione liberaverit? LI. §. 7. p. 168.

Claves cubiculorum, in quibus aſſervantur ſpolia Prælatorum Neapolitani Regni, penes quos debeant cuſtodiri? LIX. §. 8. *& ſeq.* p. 220. Vid. *Spolia.*

Clausuræ cuſtodia, viſitatio, correctio Monaſterii Monialium Ordinis S. Benedicti Aquilejenſis Civitatis privativè Delegato Apoſtolico eſt reſervata. LX. §. 18. p. 249.

Clodiensis Eccleſia, vulgo *Chiozza*, ob ſubmerſam marinis fluctibus inſulam Metamauci, vulgo *Malamocco*, fuit in Epiſcopalem Cathedram conſtituta. XVIII. §. 2. p. 57.

Coemeterium *Pontiani*, dictum quoque *Sanctorum Abdon, & Sennen*, atque etiam ad *Urſum Pileatum* quam celebre habitum ſemper fuerit? XLVIII. §. 2. p. 141. & 142.
De *Cœmeterio SS. Martyrum, & veterum Chriſtianorum* eruditum opus Marci Antonii Boldetti. XLIV. §. 12. p. 126. Vid. *Catacumbarum origo.*

Collegia ad erudiendos Clericos ſæculares pro Anglicanis Nationibus erecta. XVI. §. 2. p. 49.

Collegia pro Græcis Armenis, & Maronitis in Urbe erexit Gregorius XIII. ea lege, ut Alumni proprios Ritus retinerent. L. §. 14. p. 154.

Collegii Wilnenſis Alumni commendantur Epiſcopis, & Archiepiſcopis Nationis Ruthenæ in Regno Poloniæ, ut propoſitis iiſdem Eccleſiaſticis muneribus, ad ſtudia, laboreſque alliciantur. XX. §. 3. p. 63. & 64.

Collegium Wilnenſe erectum fuit a Gregorio XIII. pro ſolis Ruthenis, & Moſcovitis. XIV. §. 1. p. 45.
Excluſis adoleſcentibus Latini Ritus, Rutheni tantummodo, & Moſcovitæ impoſterum recipi jubentur. *ibid.* §. 4. p. 45.
Si Moſcovitæ ingredi nolint, ſubrogandi ſunt Rutheni. *ibid.*
Hi quibus ex Diœceſibus cooptandi? *ibid. & §.* 7. p. 46.
Viginti Adoleſcentes ad minus deinceps in Collegio alendi, & inſtituendi. *ibid.* §. 6. p. 46.

Commemoratio Epiſcopi Diœceſani ejus Loci, in quo Sacerdos Latinus celebrat, facienda eſt, non autem alterius cujuſcumque Epiſcopi, vel Superioris, Epiſcopali Ordine deſtituti. LVII. §. 19. p. 196.
Commemoratio Metropolitanorum, & Patriarcharum in Sacrificio Miſſæ, apud Græcos Orientales ex vetuſtiſſima conſuetudine fieri conſuevit. *ibid.* §. 22. p. 197.
Excipe, ſi ſchiſmatici ſint; nam tunc pro iis orare in Miſſa iteratis Decretis vetitum eſt. *ibid.* §. 23. p. 198.
Commemoratio Imperatorum, Regumque inter Miſſarum Solemnia an eodem modo obtinuerit in Latina, ac in Græca Eccleſia? LVII. §. 26. *& ſeq.* p. 198. *& ſeq.*
Quomodo Græcis licere poſſit etiam nunc orare in Miſſa pro Rege, & Imperatore? *ibid.* §. 27. & 28. p. 198. & 199.

Anti-

Antiquitus tàm in Latina, quàm in Græca Ecclesia inter Missarum solemnia oratio fiebat pro Imperatore, & Regibus. LVII. §. 24. *& seq.* pag. 198. *& seq.*

Quam disciplinam hac in re nunc servet utraque Ecclesia? *ibid.* §. 25. p. 198. *& seq.*

COMMEMORATIO Romani Pontificis in Sacrificio Missæ apud Latinos antiquissima comprobatur. LVII. §. 10. p. 194.

Antiquissima itidem demonstratur in Græca Ecclesia. *ibid.* §. 11. p. 194.

Indubium est Catholicæ unitatis, & consensionis signum, nec non agnitionis Romani Pontificis in Vicarium Christi, & Caput Ecclesiæ. *ibid.* §. 12. *& seq.* p. 195.

Ideoque occasione schismatis semper intermissa, & in tractanda unione præ cæteris volita. *ibid.* §. 13. *& seq.* p. 195. Vid. *Missa.*

COMMENDÆ Ordinis S. Joannis Hierosolymitani sunt ab omnibus reservationibus exemptæ. XIII. §. 14. p. 42.

Ideoque semper omnino a Magno Magistro, vel alio ad id facultatem habente, de iis disponi debet. *ibid.*

Expectativæ, Coadjutoriæ, vel mandata de providendo, sine consensu Magni Magistri obtenta, nulla declarantur. *ibid.*

Commendarum resignationes acceptare potest Magnus Magister. *ibid.* §. 15. p. 42. & 43.

Ac etiam reservare pensiones super illis perpetuas, & ad successores transitorias. *ibid.*

Solis tamen Militibus hujusmodi pensiones reservari possunt. *ibid.* §. 16. p. 43.

COMMISSIONES appellationis in Congregatione Boni Regiminis quomodo signari debeant? XXV. §. 24. p. 78.

COMMIXTIO Græci Ritus cum Latino quandonam induci proprie dicatur. L. §. 33. *& seq.* p. 162.

COMMUNIO sub utraque specie laicis Hominibus secundum Græcum, & Orientalem Ritum ministratur. L. §. 25. p. 158. Vid. *Eucharistia.*

Communionem sumere nequit, nisi qui naturaliter jejunus est a præcedenti media nocte. LVIII. §. 3. p. 212. Vid. *Jejunium naturale.*

COMMUNIO privilegiorum universi Ordinis Sancti Benedicti, & præsertim Congregationis Cassinen. S. Justinæ Patavinæ, Congregationi Olivetanæ conceditur. XLVI. §. 2. & 4. p. 138.

COMMUNITATIVIS oneribus realibus, & personalibus exempti sunt Sac. Inquisitionis Officiales privilegiati. XLIX. §. 14. p. 146.

Item Equites Jerosolymitani. XIII. §. 8. p. 40.

COMMUNITATUM onera, seu gravamina quo ordine, & ratione tolli debeant? XXV. §. 9. p. 75. Vid. *Congregatio Boni Regiminis, Lites, Manus Regia.*

CONCELEBRANDI Ritus qualis fuerit antea, & nunc obtineat in Ecclesia Latina, & Orientali. L. §. 38. p. 164.

CONCHÆ Latifundium ab Apostolica Camera avulsum Romanæ Inquisitionis Domui fuit à Pio IV. concessum. XLIX. §. 47. p. 150.

Quibus privilegiis tum ipsum Latifundium, tum Conductores, tum & ad colendum necessarii Villici fruantur? *ibid.* §. 40. *& seq.* p. 149. *& seq.*

CONCILII Tridentini Decretum *cap.* 11. *sess.* 25. *de Regularibus* expenditur. XVI. §. 13. & 14. p. 52.

CONCILIO Florentino Græcorum schisma sublatum; Armenorum, Jacobitarumque Ecclesiæ ad unitatem redactæ. L. §. 5. & 12. p. 152. & 154.

CONCILIUM Lugdunense sub Gregorio X. celebratum Græcos habuit reduces. *ibid.* §. 11. p. 153.

CONCIONATORIS adprobatio in Locis subjectis Monasterio Aquilejensi Monialium B. M. Virginis Ordinis S. Benedicti, Delegato Apostolico est privativè reservata. LXIV. §. 15. p. 249.

CONFERENTIIS Casuum an & quando interesse debeant Regulares Confessarii non Parochi? XLIII. §. 2. p. 118.

CONFESSARII Regulares non Parochi an cogi possint ab Episcopis, ut statutis conferentiis casuum interfint. *ibid.* pag. 119.

Confessarii ad audiendas Confessiones in Ecclesiis subjectis Monasterio Monialium Ordinis S. Benedicti prope muros Aquilejæ, quomodo assumendi? LXIV. §. 12. & 15. p. 249.

Ad audiendas verò ipsarum Monialium confessiones qui & quomodo cooptandi. *ibid.* §. 14.

CONFESSARIORUM onus est investigandi, num Pœnitentes ea teneant, quæ sunt ad salutem necessaria. XXXV. §. 4. p. 109. & 110.

CONFESSIONES sæcularium audire nequit Sacerdos, sive Sæcularis, sive Regularis, qui non fuerit prævio examine ab Ordinario approbatus. XVI. §. 7. p. 50. Vid. *Approbatio, Regulares.*

CONFIRMATIO statim post Baptismum in ipsa Ecclesia Romana olim conferri consuevit. *In Append.* II. §. 9. p. v.

Confirmatio illico post Baptismum pueris confertur juxta Cophticum Ritum. L. §. 22. p. 157.

CONFIRMATIONIS administratio ita est uni Episcopo reservata, ut ex sola Apostolica concessione possit simplici Sacerdoti delegari. *In Append.* III. §. 1. p. x.

Confirmationis forma apud Græcos est: *Signaculum doni S. Spiritus.* LVII. §. 54. p. 205.

Sacramentum hoc, sicuti & reliqua characterem imprimentia, iterari non potest. *ibid.* §. 50. p. 204.

Iteratio Sacramenti Confirmationis non fuit in Decreto S. Methodii demandata. *ibid.* §. 55. *& seq.* p. 206.

Canon septimus Concilii Constantinopolitani primi, eos tantùm Hæreticos sacro Chrismate reconciliari præcipit, apud quos nullo modo, aut nulliter Sacramentum Confirmationis ministrabatur. *ibid.*

Græca Euchologia, nec non Decretum S. Methodii, corrupta probantur, qua parte iterationem Confirmationis inducere videntur. *ibid.* §. 57. p. 207. Vid. *Chrisma.*

CONFRATRES Societatis *S. Mariæ Virginis de Succursu contra Infideles Januæ erectæ*, omnibus Quadragesimæ diebus ovis, & lacticiniis vesci permittuntur. II. §. 2. p. 8.

Iidem gaudent privilegio eligendi Confessarium, qui eosdem a reservatis absolvat. *ibid.* §. 3. p. 9.

Quomodo intelligendum hujusmodi Indultum explicatur. *ibid.* p. 9. Vid. *Privilegium.*

CONGREGATIO A. C. in Criminalibus. Vid. *Auditor Generalis Cameræ.*

CONGREGATIO *Boni Regiminis* ex tribus Cardinalibus fuit a Clemente VIII. primùm instituta. XXV. §. 1. p. 73.

Paulus V. numerum Cardinalium duplicavit; Consultores, & Secretarium addidit, ejusque jurisdictionem definivit. *ibid.* §. 2. p. 73.

Insuper eidem Congregationi univit alteram Congregationem pro sublevandis gravaminibus Status Ecclesiastici, a Sixto V. institutam. *ibid.*

Subsecutæ ad hæc usque tempora mutationes distertè recensentur. *ibid.* §. 3. p. 73.

Præfectum eidem primus præposuit Clemens XI. certis datis facultatibus. *ibid.*

Prælati Ponentes dicti, & Secretarius, quænam munera hactenus obierint? *ibid.*

Præsentem statum Congregationis, munera, jurisdictionem, ac statuta confirmat Pontifex. *ibid.* §. 5. p. 74.

Oeconomica negotia levioris momenti expedienda in Congregatione particulari coram solo Card. Præfecto. *ibid.* §. 6. p. 74. & 75.

Quando periculum est in mora, quomodo providendum? *ibid.*

Graviora verò negotia in Congregatione Generali proponenda, & definienda, inde definitionis approbatio a Pontifice expetenda. *ibid.* §. 7. & 11. p. 75. & 76.

Nonnulla ex ejuſmodi gravioribus negotiis in Congregatione generali expediendis recenſentur. XXV. §. 8. ad 11. p. 175. & ſeq.

Tabellæ, ſeu rationes dati, & accepti quotannis a Communitatibus ad Congregationem tranſmittendæ. *ibid.* §. 8. p. 175.

Extraordinariæ expenſæ abſque Congregationis Generalis licentia fieri non poſſunt a Communitatibus. *ibid.* §. 9. p. 75.

Congregationis ejuſdem eſt etiam agrorum culturam, artes, opificia curare, atque urgere. *ibid.*

Congregatio Boni Regiminis non poteſt, etiam de conſenſu Partium, vel ratione connexionis, cognoſcere eas cauſas, quæ non fuerint in Pontificiis Conſtitutionibus eidem delegatæ. XXV. §. 15. p. 76.

Cognoſcit tamen cauſas ſuper exactione onerum Cameralium, & Communitativorum, quæ ſint in Tabella deſcripta. *ibid.* §. 17. p. 77.

Itidemque cauſas ſuper exactione Canonum, Livellorum, aliorumque proventuum Communitatum. *ibid.* §. 19. p. 77.

Si privilegium proferatur, aut appellatio interponatur, ubinam cauſa cognoſcenda? *ibid.* §. 18. & 19. p. 76.

Si res ſit contra Tertium, per ſe non obligatum, inhibitionem dotalem, aut cautelam Angeli allegantem, coram Judice inhibente, lis agenda. *ibid.* §. 20. p. 78.

Congregatio tamen cognoſcit cauſas vertentes ſuper natura, & qualitate onerum. *ibid.* §. 21. p. 78.

Itidemque ſuper electione Miniſtrorum Communitatum, & redditione rationum ab ipſis exhibenda. *ibid.* §. 22. p. 78.

Utriuſque generis cauſæ, veluti graviores, primò coram Secretario, inde in Congregatione diſcutiendæ. *ibid.* §. 21. & 22. *ibid.*

Eodemque ordine definiuntur lites excitatæ ſuper locationibus bonorum, & proventuum Communitatum. *ibid.* §. 23. p. 78.

Congregatio *Indicis* a S. Pio V. inſtituta. XIX. *in princ.* p. 59.

Præcipuum ejuſdem munus in proſcribendis noxiis Libris. *ibid.* §. 8. p. 59.

Quibus præcipuè conſtituatur. *ibid.* §. 6. p. 60.

Congregationis diſtinctio in parvam, ſeu præparatoriam, & generalem. *ibid.*

Quandoque coram Pontifice habetur. *ibid.* §. 11. p. 61.

Idem in ea ſervandum ſilentium, ſive ſecretum, quod in Congregatione S. Inquiſitionis. *ibid.* §. 12. p. 61.

Quales eſſe debeant Reviſores, & Conſultores in eam aſſumendi. *ibid.* §. 13. p. 161. & ſeq.

Regulæ in examine, ac judicio de Libris ferendo ab ipſis ſervandæ, præſcribuntur. *ibid.* §. 15. p. 61. & ſeq. Vid. *Libri.*

Congregatio S. Inquiſitionis. Vid. *S. Officii.*

Congregatio Romanæ univerſalis Inquiſitionis libros quandoque proſcribit. XIX. §. 1. & 4. p. 59.

Quinam Congregationem ipſam efforment? *ibid.* §. 4.

Congregationis Monachorum Montis Oliveti privilegia confirmantur, ampliantur, noviſque ſuperadditis cumulantur. XLVI. p. 137. & ſeq. Vid. *Olivetana Congregatio.*

Conſecratio, ſive diſtributio Corporis Chriſti in nonnullis veteribus monumentis attributa Diaconis, qualem ſenſum habeat? LVII. §. 42. p. 202. & 203.

Conſecratio Epiſcopalis ſuſcipienda eſt intra trimeſtre a die confirmatæ electionis. LXVII. §. 2. p. 253.

Conſecratio Epiſcopalis die Dominico, vel natalitio Apoſtolorum eſt ſumenda, niſi Papa diſpenſarit. *ibid.* §. 20. p. 262.

Conſecratio Epiſcoporum juxta vetuſtiorem diſciplinam a Metropolitano peragebatur, eoque tantummodo injuſtè eam denegante, Romanus Pontifex conſecrationis munus impendebat. *ibid.* §. 15. p. 259.

Nunc temporis jus conſecrandi Epiſcopos per ſe, vel alium, ad Romanum Pontificem eſt devolutum. *ibid.* & §. 17. p. 261.

Conſecrationis Epiſcopalis delegationem quomodo moderari voluerit Benedictus XIII., quaſque in idipſum regulas præſcripſerit Sanctiſſimus Pontifex Benedictus XIV.? *ibid.* §. 16. p. 260.

Presbyter, ſive a Pontifice Maximo, ſive a quocumque alio Epiſcopo ordinatus, conſecrari nequit Epiſcopus ſine ſpeciali mandato Romani Pontificis. *ibid.* §. 17. p. 261. Vid. *Epiſcoporum Conſecratio.*

Conſecrationis, ſeu Dedicationis Eccleſiarum vetuſtiſſimus uſus unde in Eccleſiam invectus, quibuſque Ritibus perficiatur? *In Append.* IV. §. 3. p. XIV.

Conſecrationis Eccleſiarum quænam ſit materia, & quæ forma, juxta ſententiam Theologorum Moralium? *In Append.* IV. §. 14. p. XVI.

Conſecratio Eccleſiarum munus eſt Epiſcopali dignitati reſervatum. *ibid.* III. §. 1. p. X.

Diœceſano Epiſcopo ita competit Conſecratio Eccleſiarum ſuæ Diœceſis, ut extraneo cuicumque Epiſcopo abſque Diœceſani delegatione licere non poſſit. *ibid.* §. 2. p. XI.

Simplici presbytero ne quidem ex delegatione Diœceſani Epiſcopi competere poteſt facultas conſecrandi Eccleſias. *ibid.* §. 2. & ſeq.

Quid de Chorepiſcopis hac de re ſtatuendum ſit? *ibid.* §. 6. & 7.

Ex Pontificia tamen delegatione hujuſmodi Conſecrationis munus ſimplici Presbytero competere poteſt. *ibid.* §. 1. & 12. p. X. & ſeq.

Afferuntur nonnulla Pontificiæ hujuſmodi Delegationis exempla, eaque expenduntur. *ibid.* §. 10. & ſeq. p. XII.

Quid interſit diſcriminis inter facultatem conſecrandi Eccleſias, Epiſcopo competentem, & facultatem ſimplici Presbytero delegatam. *ibid.* §. 8. p. XI.

Conſecratio Eccleſiarum numquam Epiſcopo ſimul cum ſimplici Presbytero, vel Abbate delegata reperitur, & quare? *ibid.* §. 21. & ſeq. p. XIV. Vid. *Eccleſias.*

Immò Missionarii ipsi in iis Regionibus degentes, ab ejus observatione, quandoque exempti fuerunt. *ibid.*

L.

Laici in Orientali, Græcaque Ecclesia quomodo Communionem suscipiant sub utraque specie. L. §. 25. p. 158.

Lambertinæ Gentis devotio, ac liberalitas in Franciscanam Familiam jam inde ab hujus incunabulis. XXXII. §. 3. p. 97.

Lateranensis Ecclesia iteratis vicibus igne consumpta, restituta, & noviſſimè a Benedicto XIII. solemniter consecrata. LXI. §. 8. p. 227.

Latifundium Conchæ. Vid. *Conchæ Latifundium.*

Latinus Ritus est cæteris omnibus præferendus. L. §. 20. p. 156.
Latinis, etiam inter Græcos commorantibus, non licet a Latino ad Græcum Ritum transire. *ibid.*
Immò ne Græcis quidem semel ad Latinum Ritum jure translatis permittitur ad Græcum Ritum regressus, nisi ex gravioribus quibusdam causis. *ibid.*
Latinos Ritus tanquam improbos damnantes, ac reprobantes, sunt hoc ipso hæretici. *ibid.* §. 22. p. 157.
Latinorum Ecclesias in Jerosolymitano Patriarchatu, ac alibi sitas, abserari jussit Michael Cerularius. *ibid.* §. 7. p. 153.

Latriæ cultum non externi actus per se, sed interni animi sensus, constituunt. LVII. §. 37. pag. 200. *& seq.*
Excipe sacrificium, vel alium quemlibet actum publica auctoritate ad hujusmodi finem institutum. *ibid.*

Lavare se antequam Ecclesiam ingrederentur, & manus, dum librum Evangeliorum sumpturi erant, usitatum fuit primis Christifidelibus. *ibid.* §. 74. p. 211.

Legalia præcepta Legis veteris. Vid. *Præcepta Cæremonialia.*

S. Leo Pontifex quantum scientia claruerit. XL. §. 2. p. 115.
Missa, & Officium sub Ritu Sanctorum Doctorum eidem decernitur. *ibid.* §. 3. p. 215. & 216.

Leonis IX. Pontificis præclarum moderationis exemplum. L. §. 7. p. 153.

Libanensis Synodus. Vid. *Synodus Libanensis.*

Liber duobus tomis constans Gallico idiomate absque Auctoris nomine, & impressionis loco editus, damnatur. VII. §. 20. *& seq.*

Liber, cui titulus: *Principes sur l'essence, la distinction, & les limites des deux puissances spirituelle, & temporelle, Ouvrage posthume du Pere la Borde de l'Oratoire*: iterata censura proscribitur, & sub certis pœnis haberi, legique prohibetur. XLV. §. 2. p. 137.

Liberiana Basilica fuit a Xisto III. Pontifice consecrata. LXI. §. 6. pag. 224. & 225.

Libri noxii tam a Congregatione Universalis Inquisitionis, quàm a Congregatione Indicis proscribuntur. XIX. §. 1. & 4. p. 59.
Utraque summa maturitate, & consilio utitur in proscriptione evulganda. *ibid.* §. 1. p. 59.
Methodus a Congregatione Inquisitionis servata in proscribendis libris. *ibid.* §. 4. p. 59.
Si Auctoris Catholici liber proscribendus, ulteriores cautelæ adhibendæ. *ibid.* §. 6. p. 60.
In Congregatione verò Indicis, quomodo ad proscriptionem librorum sit procedendum, disertè definitur. *ibid.* §. 8. p. 60.
Clausula *donec corrigatur, seu expurgetur* quandonam sit Decreto proscriptionis addenda. *ibid.* §. 9. pag. 60. & 61.
Auctores Catholici in Librorum proscriptione, non quidem necessariò, sed rectè audiuntur, vel defensor Operis ex officio designantur. *ibid.* §. 10. p. 61.
A datis regulis recedi permittitur, si Liber Hæretici Dogmata Catholica impetentis, vel bonis moribus apertè repugnans, sit proscribendus. *ibid.* §. 11. p. 61.
Quinque regulæ a Relatoribus, & Consultoribus, in Librorum examine, ac judicio super iis efformando, servandæ proponuntur. *ibid.* §. 15. ad 19. p. 61.

Libri, in quibus damnata aliorum dogmata, vel systemata historicè referuntur, nec refutantur, sunt proscribendi. *ibid.* §. 21. p. 62.
Quid de Libris, in quibus Auctores, contra bonos mores, & Christianam charitatem, conviciis, & probris se se invicem petunt. *ibid.* §. 21. *& seq.* p. 62.

Lites instituere, vel prosequi nequeunt Communitates Status Ecclesiastici, absque licentia Præfecti Congregationis Boni Regiminis. XXV. *num.* 26. p. 78. 79.
Quandonam hujusmodi licentiam concedere debeat Præfectus, vel denegare, aut cautionem præstandi indemnem Communitatem ab illius hominibus exigere. *ibid.* §. 26.

Lites intereſſe Communitatum respicientes, & in Congregatione Boni Regiminis introductæ, qua methodo definiendæ. XXV. §. 24. p. 78. *& seqq.* Vid. *Congregatio Boni Regiminis.*

Litteræ A Ω sepulchris inscriptæ quid significarent. *In Append.* II. §. 8. p. v.

Litteræ Pl. Ms. sepulchris inscriptæ ad indicandam ætatem. *In Append. ibid.*

Locumtenens Generalis in Criminalibus Auditoris Cameræ habet votum decisivum in Congregatione Criminali. XXVI. §. 1. p. 80.
Substituti verò Locumtenentes tantummodo votum consultivum. *ibid.* §. 5. p. 80.
Coram Locumtenente Generali fieri debent actus omnes præparatorii judicii. *ibid.* §. 8. p. 81.
Ab ipsius Decretis ea occasione editis, ad Auditorem Sanctissimi, vel Signaturæ Justitiæ, non verò ad ipsam Signaturam, vel Auditorem Cameræ, est provocandum. *ibid.* §. 8. Vid. *Auditor Cameræ.*

Lotio Altarium in feria sexta majoris Hebdomadæ. Vid. *Altaria.*

Lucensis Respublica de Apostolica Sede optimè merita. XXXIV. §. 2. p. 106. & 107.
Decem millia aureorum tribuit in augmentum Dotis Archiepiscopalis Lucensis Ecclesiæ. *ibid.* §. 3. p. 107.
Ipsi Reipublicæ conceditur, ut in successivis Lucensis Ecclesiæ vacationibus, tres Viros idoneos nominet Romano Pontifici, ex quibus ipse eliget unum ad vacantem Ecclesiam. *ibid.* §. 4. p. 107.

M.

MAGNUS MAGISTER Religionis Jerosolymitanæ potest acceptare resignationes Commendarum, aliorumque Officiorum, ac pensiones perpetuas super illis reservare. *Const.* XIII. §. 15. pag. 43.
Privilegia quæcumque exemptiva a jurisdictione, & subjectione Magni Magistri abrogantur. *ibid.* §. 9. p. 40. Vid. *Jerosolymitana Religio: Commendæ Ordinis Jerosolymitani.*

MANDATA in aliis Tribunalibus obtenta adversus Patentatos privilegiatos Sac. Inquisitionis, quo ordine exequenda. XLIX. §. 24. & 25. p. 147.

MANSIONARII, & Cappellani Ecclesiæ Utinensis sunt amovibiles ad nutum Capituli, & Canonicorum. IX. §. 14. p. 27.

MANUS REGIÆ decretum quandonam relaxandum contra Debitores Communitatum. XXV. §. 17. & 19. p. 77.
Ejusdem exequutio per quascumque inhibitiones non suspenditur. *ibid.* §. 17. & 19.
Nec ex prætensione defalcationis; quamvis devolutiva appellatio concedatur, soluto integro debito. *ibid.* §. 17.
Allegatio Privilegii exequutionem ipsam remoratur, nisi Communitas sit in quasi possessione exigendi. *ibid.* §. 17. Vid. *Congregatio Boni Regiminis.*

MANUUM impositio an materia sit Sacramenti Confirmationis, quæstio est inter Theologos? LVII. §. 51. *& seq.* p. 205.
De manuum impositione in conficiendo Sacramento nulla mentio apud Græcos. *ibid.* §. 50.
Sola manuum impositione non conficitur Sacramentum Confirmationis. *ibid.* §. 56. p. 206. Vid. *Confirmatio, Chrisma.*

MARCUS Archiepiscopus Ephesinus Auctor novi schismatis post Concilium Florentinum. L. §. 5. p. 151.

S. MARIA AD MARTYRES. Vid. *Pantheon Urbis.*

S. MARO veluti Hæreticus temerè traductus fuit a Patriarcha Græco-Melchita. XXIV. §. 1. p. 70.
Ejusdem Sanctitas vindicatur. *ibid.* §. 3. *& seqq.* p. 71.
Vita S. Maronis scripta a Theodoreto, plurimæ auctoritatis habita ab eruditioribus Viris. *ibid.* §. 3. *& seq.*
S. Maronis Cœnobium planè insigne fuit. *ibid.* §. 5. p. 71.
Quæ scripserunt Willelmus Archiepiscopus Tyri, & Eutychius Alexandrinus de Marone Monacho Hæretico. *ib.* §. 8. p. 72.
Veritati consentanea non esse, probatur. *ibid.* §. 9.
Vel forte dicendum duos Abbates Marones extitisse, & quare. *ibid.* §. 10. p. 72.

Maronis hæretici errores de una in Christo voluntate, atque operatione. XXIV. §. 8. p. 72.
Alius hic fuit a S. Marone Abbate, perenni cultu, plurimorumque insignium virorum scriptis, & laudibus celebrato. *ibid.* §. 10. *& seq.* p. 72.

MARONITÆ Pontificales, & Sacerdotales vestes adhibent ejus formæ, qua Latini utuntur. L. §. 31. p. 31. p. 161. & 162.
Latinum quoque Ritum amplexi sunt quoad Missam Præsanctificatorum. *ibid.*

Maronitæ utuntur Azimo, & sacris indumentis simillimis iis, quæ adhibentur in Latina Ecclesia. LXXII. p. 276.

Maronitarum Episcopis carnibus vesci prohibitum est. L. §. 47. p. 161.

Maronitarum Patriarcha electus Tobias Gazenius confirmatur, & Latino Pallio donatur. LXXII. p. 276.

Maronitæ an unquam a Catholica fide desciverint. XXIV. §. 7. & 9. p. 70. & 71. Vid. *S. Maro.*

MARTYRES sunt Pueri ante usum rationis in odium Christi occisi. XLIV. §. 10. *& seq.* pag. 124. *& 125.*
Martyrum triplex distinctio. *ibid.* §. 15. p. 129. Vid. *Pueri in Odium Christi occisi.*

MARTYRII indubia signa quænam habeantur apud eruditos. XLVIII. §. 2. p. 142. & 143.
Martyrium quomodo a Theologis communiter definiatur. LXIV. §. 10. p. 124. & 125.
Martyrii Signum sive indubia nota est ampulla sanguinea. *ibid.* §. 12. & 20. p. 126. & 131. *& in Append.* II. §. 14. p. VIII.

MARTYROLOGIO ROMANO Canonizatorum nomina tantummodo inscribenda sunt. XLIV. §. 5. p. 122. *& seq.*
Non tamen ex eo tantum Canonizatus quis fuisse probatur, quod ipsius nomen fuerit in Martyrologium Romanum illatum. *ibid.* §. 21. p. 133.
In Martyrologio Romano plura inscripta leguntur nomina Infantium, qui in odium Christi fuerunt occisi. *ibid.* §. 11. p. 125. & 126.
Martyrologia celebriora recensentur. *In Append.* II. §. 15. p. VIII.

MATHELICA Oppidum in Piceno antiquissima fundatione, & præstantium Virorum famâ illustre. XXIII. §. 1. p. 69.
Titulo, honoribus, & juribus Civitatis jam inde a vetustioribus temporibus gavisa. *ibid.* §. 2. p. 69.
Ad primævum Civitatis statum, & jura redintegratur. *ibid.* §. 3. p. 70.

MATRIMONIUM contractum inter Conjunctos tertio, & quarto duplicibus, obtenta dispensatione super tertio, & quarto simpliciter, est nullum. LIII. §. 6. p. 183.
Matrimonium contractum non expeditis litteris super gradu proximiore in dispensatione non expresso, est illicitum, sed tamen validum. LIII. §. 6. p. 183.

MATRIMONIALES causæ duobus saltem conformibus sententiis, vel decretis definiri debent. *ibid.* §. 2. p. 181. & 182.
Ex justis causis ab hujusmodi lege Pontifex Oratores quandoque absolvit. *ibid.*
Matrimonialibus dispensationibus quandoque justam præstat causam probabilis timor, ne iis denegatis, Oratores in Apostasiam prolabantur. XXXIII. §. 6. p. 104. & 105.
Matrimoniales causas Personarum degentium in Parochiis Capitulo Veronensi subjectis cognoscere, est privativæ jurisdictionis Veronensis Episcopi. LXII. §. 29. p. 243.
Matrimonii impedimenta an, & quando tollere, vel super illis dispensare possint Sacerdotes Soc. Jesu Missionarii per Indias Orientales, & Occidentales. LXX. *per tot.* p. 267. *& seq.*
Matrimonium quoad Dispensationem in radice. Vid. *Dispensatio Matrimonii in radice.*

MAXIMIANUS ædificium Thermarum Diocletiani aggressus est, & quo concilio. *In Append.* II. §. 12. p. VI.

MENSTRUATAS Mulieres ab Ecclesia, & ab Eucharistica Communione, etiam in discrimine mortis constitutas, olim repellebant Græci. LVII. §. 71. p. 210.

MERIDES sunt minores quædam portiones panis in Missa, juxta Orientalis Ecclesiæ Ritum, offerendi, & consecrandi. LVII. §. 39. *& seq.* p. 202. *& seq.*
De harum particularum consecratione temerè dubitavit Simeon Archiepiscopus Thessalonicensis Schismaticus. *ibid.* §. 40. p. 202.

S. METHODII Patriarchæ Constantinopolitani Decretum de reconciliandis Apostatis, iterationem Confirmationis non inducit. LVII. §. 55. p. 206.

METROPOLITIS olim privativo jure reservata erat auctoritas consecrandi Ecclesias per Diœceses Suffraganeorum, & siquo detinerentur impedimento, poterant alteri sibi benè viso functionem delegare. LXI. §. 28. p. 236. Vid. *Consecratio.*

METROPOLITICUM jus Ecclesiæ Moguntinæ. Vid. *Moguntina Archiepiscopalis Ecclesia.*

MICHAEL

MICHAEL PALÆOLOGUS Conſtantinopolitanus Imperator iteratò Græcæ Eccleſiæ unionem cum Latina curavit. LVII. §. 14. p. 195.

MICHAEL CERULARIUS ſchiſmatis inſtaurator. L. §. 5. p. 152.

Michael Cerularius improbus Photiani ſchiſmatis inſtaurator. LVII. §. 13. p. 195.

Ejus litteræ ad Petrum Patriarcham Antiochenum, illiuſque ad ipſum reſponſio, de Commemoratione Romani Pontificis in Miſſa. *ibid.* Vid. *Commemoratio Romani Pontificis.*

MINIMORUM S. Franciſci de Paula Electiones, aliaque negotia, poſt tertium ſcrutinium, ob ſuffragiorum paritatem non abſoluta, judicio Correctoris, ſive Generalis, ſive Provincialis dirimuntur. XXX. §. 2. & 3. p. 93. & 94.

MINIMIS S. Franciſci de Paula tam Fratribus, quam Monialibus præcipitur, ut in Choro, aliiſque quibuſcumque functionibus Eccleſiaſticis Cantum Gregorianum adhibeant. XXIX. §. 3. p. 92.

MINISTER Ordinarius Sacramenti Confirmationis idem ipſe eſt Ordinarius Miniſter Confecrationis Eccleſiarum. *In Append.* III. §. 1. p. x.

MIRACULORUM varius numerus pro caſuum diverſitate ad Canonizationem requiſitus. XLIV. §. 7. p. 123. Vid. *Canonizatio.*

MISSA, ET OFFICIUM ſub Ritu SS. Doctorum S. Leoni I. Papæ decernitur. XL. §. 3. p. 114.

MISSA propria alicujus Beati non conceditur, niſi prævio Proceſſu ſuper Virtutibus, miraculis, & Cultu immemorabili ejuſdem. XLIV. §. 1. p. 121.

Quandoque à generali hac regula licet recedere, & quando. *ibid.* §. 2.

Miſſas tres in Nativitate Domini, Armenis, & univerſim Sacerdotibus Orientalibus celebrare non licet. LV. §. 2. *& ſeq.* p. 188. *& ſeq.*

Miſſa in Pontificio Sacello Nocte Nativitatis Domini celebratur à Cardinali plerumque non jejuno à præcedenti media nocte. LVIII. §. 9. & 10. p. 214. & 215.

Id fit ex tacita, non autem expreſſa diſpenſatione Pontificis. *ibid.*

Miſſam ut etiam non jejuni celebrare poſſent Sacerdotes per Indias Regi Luſitaniæ ſubjectas, ex certis cauſis indulſit Pius IV. LVIII. §. 9. & 10. p. 214. & 215. Vid. *Jejunium.*

Miſſam aliquando bis uno die celebrare poſſunt Miſſionarii in Anglia, cum aſſenſu Vicariorum Apoſtolicorum. XVI. §. 11. p. 51. & 52.

Miſſa ad Altare, ad quod celebravit Epiſcopus, nequit eodem die celebrari à ſimplici Presbytero, abſque ejuſdem Epiſcopi licentia. LXVII. §. 9. p. 257.

Quid hac in re obtineat quoad Altaria Pontificia, in Baſilicis Urbis, vel alibi exiſtentia. *ibid.* §. 9. p. 256. & 257.

Miſſam cum Epiſcopo tam in Latina, quàm in Græca Eccleſia, Sacerdotes juxtà veterem Ritum conceiebrabant. L. §. 38. p. 164.

Unde hæc diſciplina deſumpta fuerit. *ibid.*

Non ideo tamen privatæ Miſſæ uſus apud Græcos hauditus. *ibid.* §. 39. p. 164.

Miſſam celebranti Sacerdoti non poſſunt miniſtrare Mulieres. L. §. 29. p. 160.

Miſſam unum ſolummodo in die ad ſingula Altaria, juxta Græcam diſciplinam, celebrare licet. *ibid.* p. 163. Vid. *Altaria plura.*

MISSA: Græci æquè ac Latini debent in Miſſa commemorationem facere Romani Pontificis. LVII. §. 9. *& ſeq.* p. 194. *& ſeq.* Vid. *Commemoratio.*

Epiſcopi Diœceſani loci, in quo Miſſa celebratur, fieri debet commemoratio, non autem alterius cujuſcumque Epiſcopi, vel ſuperioris non inſigniti ordine Epiſcopali. *ibid.* §. 19. p. 196.

Romæ ſolius Pontificis commemoratio fit in Sacrificio Miſſæ. *ibid.* §. 20. p. 196. & 197.

Pontifex cæterique Epiſcopi, quomodo pro ſe ipſi orent in Miſſa. *ibid.*

Pro Archiepiſcopo, quâ Metropolitano, Commemoratio non fit in Canone apud Latinos, etiam cum Epiſcopalis Sedes vacat. *ibid.*

Italo-Græci latinæ diſciplinæ hac in re debent omnino adhærere. *ibid.* §. 21. p. 197.

Miſſa de Spiritu Sancto cum certis Orationibus, ſeu collectis, in Utinenſi Metropolitanâ Eccleſia, in die annuæ commemorationis Beati Bertrandi Patriarchæ Aquilejenſis, celebrari conceditur. LXIII. §. 3. p. 245.

Miſſa Præſanctificatorum, quo Ritu, quibuſve diebus apud Orientales celebretur. LVII. §. 32. p. 199. Vid. *Præſanctificatorum Miſſa.*

MISSALE, & Breviarium Dominicanum cur in Armenam Linguam verſa fuerint. LV. §. 7. p. 190.

Miſſale Copthicum, Illyricum, Maronitarum, aliaque Miſſalia nonnullorum malitiâ corrupta, emendari recudique curarunt Romani Pontifices. L. §. 18. p. 155.

MISSIONARIOS mutuæ charitatis, & concordiæ officium maximè decet. XVI. *in Proœmio* p. 49.

MISSIONIBUS Anglicanis quatuor Vicarii Apoſtolici præficiuntur. XVI. §. 1. p. 49.

Miſſionibus per Angliam obeundis inſtituuntur Alumni in Collegiis ad id erectis in Urbe, Gallia, Hiſpania, Luſitania. *ibid.* §. 2. p. 49.

Quænam methodus in his Alumnis erudiendis ſervanda. *ibid.*

Ad Anglicanas Miſſiones, nec omnes indiſcriminatim, nec ex omnibus Ordinibus, Regulares ablegari debent. *ibid.* §. 3. p. 49. & 50.

Immò nec Sacerdotes Hiberni, niſi in ſubſidium, & vocati à Vicariis Apoſtolicis, Anglicanas Miſſiones obeunt. *ibid.* p. 49. *& ſeq.*

Miſſionariorum per Orientem munus eſt, ut ſchiſmaticos ad unitatem adducant. L. §. 19. p. 155. & 156.

Quomodo quibuſque potiſſimum argumentis id conſequi poſſint. L. §. 19. p. 155. & 156.

Græcum, Orientaleſque Ritus omnes, intervertere non debent Miſſionarii, nec ad unitatem converſis tranſitum ad Latinum Ritum ſuadere. *ibid.* & §. 21. p. 156.

MISSIONARII non poſſunt diſpenſare cum Catholicis Orientalibus ſuper obſervatione jejunii, aliarumque, quæ in ipſorum Ritu præſcribuntur. L. §. 3. p. 152.

Miſſionariis latinis in Orientalibus Regionibus degentibus, quandoque datum eſt, ut veteri Kalendario uti poſſent. *ibid.* §. 46. p. 166.

Miſſionarii Sacramenta ſæcularibus miniſtrare non poſſunt, niſi Epiſcopi, Vicarii Apoſtolici, vel cujuſque alterius Ordinarii loci impetrata licentia. XVI. §. 10. p. 51.

Miſſionarii Regulares in Anglia, in iis, quæ curam animarum ſpectant, & adminiſtrationem Sacramentorum, ſubjiciuntur Vicariis Apoſtolicis. *ibid.* §. 12. p. 52.

Contraria quæcumque Regularium privilegia ſuſtulit Tridentinum Concilium. *ibid.* §. 13.

Ejuſque Decreto non ſolùm afficiuntur Regulares Parochi, ſed & cæteri, qui unum, vel plura Sacramenta, renuente, vel irrequiſito Ordinario, ſæcularibus miniſtrant. *ibid.* §. 14. p. 52.

In iis tamen, quæ Regularem obſervantiam reſpiciunt, ſuis ſuperioribus, non autem Vicariis Apoſtolicis, ſubjiciuntur. *ibid.* §. 15. & 16. p. 53.

Perinde enim habendi Miſſionarii Regulares in Anglia commorantes, ac ſi intra Monaſterium degerent. *ibid.* §. 15. & 18. p. 53.

Immo verò in iis, quæ curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum ſpectant, etiam à Superioribus Regularibus corrigi, ac puniri poſſunt. *ibid.* §. 16. & 17. p. 53.

Vicarii tamen Apoſtolici judicium, ſententiæ Superioris Regularis ex jure cumulativo concurrentis, præpollet. *ibid.* §. 17.

Cæterum

Cæterum Vicarius Apoſtolicus poteſt Miſſionarium Regularem ab Officio ſuſpendere, vel removere, quin Superiori Regulari cauſam pandere teneatur. XVI. §. 17. & 21. p. 53. & 54.

Eademque facultas competit quoque Superiori Regulari. *ibid.*

A Decreto Suſpenſionis, vel Remotionis non conceditur Miſſionario Regulari ſuſpenſiva appellatio. *ibid.* §. 17. p. 53. Vid. *Regularibus Miſſionariis.*

Miſſionarii Regulares ad Anglos, cum primum illò advenerint, debent ſe ſiſtere Vicariis Apoſtolicis, eiſque teſtimoniales litteras ſuorum Superiorum exhibere. XVI. §. 6. p. 50.

Deberent inſuper, jure communi inſpecto, examinari, & approbari a Vicariis Apoſtolicis ad audiendas ſæcularium Confeſſiones. *ibid.* §. 7. & 8. p. 50.

Ex ſpeciali indulto iiſdem datur, ut examen, vel coram Ordinario Loci, ubi ſitum eſt Monaſterium, vel Bruxellis coram Nuncio Apoſtolicæ Sedis, ſubire poſſint. *ibid.* §. 8. p. 50.

Facultas tamen audiendi Confeſſiones a Vicariis Apoſtolicis impetranda. *ibid.* & §. 9. p. 51.

Quæ ad ſexennium concedi debet, & ſubinde ad aliud ſexennium prorogari ſine examine. *ibid.* §. 9. p. 51.

A relato onere Regulares quantumvis privilegiati non ſunt immunes. *ibid.* §. 10.

Et a Vicariis Apoſtolicis itidem debent expetere, & accipere facultates Formulæ ſecundæ. *ibid.* §. 12. p. 52. Vid. *Vicariis Apoſtolicis.*

Miſſionarii in Anglia ad audiendas Confeſſiones, cæteraque Sacramenta miniſtranda, a Vicariis Apoſtolicis approbantur. XVI. §. 10. & 21. p. 51. & 54.

Quomodo hac facultate uti poſſint in Civitatibus, & Oppidis muro circumdatis, ac Ruri. *ibid.* §. 20. p. 54.

Congruit, ut Miſſionariis quoque in Agris commorantibus amplior fiat Sacramenta adminiſtrandi facultas. *ibid.* p. 54.

Miſſionarii Societatis Jeſu per Indias tàm Orientales, quàm Occidentales, quibus facultatibus fruantur diſpenſandi ſuper impedimentis Matrimonialibus, & quomodo iiſdem facultatibus uti debeant. LXX. *per tot.* p. 267. *& ſeq.*

Mitra, et Annulo utuntur Decanus, & Præpoſiti Fuldenſes, cum Epiſcopo Pontificalia exercenti aſſiſtunt. IV. §. 7. p. 16. Vid. *Abbatia Fuldenſis.*

Moguntina Archiepiſcopalis Eccleſia Metropolitico jure fruitur in univerſam Diœceſim Fuldenſem, ejuſque Populum, & Clerum. LXV. §. 2. p. 251.

Abbatialis tamen Eccleſia, Monaſterium, cæteræque eidem adnexæ Eccleſiæ, veteris exemptionis prærogativas retinent. *ibid.*

Moguntinum Archiepiſcopum inter, & Epiſcopum, ſimulque Abbatem Fuldenſem, inita concordia, ejuſque confirmatio. LXXIV. p. 278. & 279.

Monasterium Monialium Ordinis S. Benedicti prope muros Civitatis Aquilejenſis, ampliſſima exemptione fruitur, una cum ſubjectis, adnexiſque locis. LXIV. §. 2. *& ſeq.* pag. 246. Vid. *Aquilejenſe Monaſterium.*

Monaſterium S. Mariæ in Organis, quam juriſdictionem poſſit exercere in Parochos, aliaſque perſonas miniſtrantes in Parochiis ſibi ſubjectis. LXII. §. 36. p. 243.

Monaſterium Sublacenſe. Vid. *Sublacum.*

Moniales Monaſterii B. M. Virginis, Ordinis S. Benedicti, erecti prope muros Civitatis Aquilejenſis. Vid. *Delegato Apoſtolico. Aquilejenſe Monaſterium.*

Monetas aureas tondentes ultimi ſupplicii pœna plectuntur. LXVIII. §. 2. p. 263.

Pœnam hanc ad tondentes monetas argenteas ampliavit S. Pius V. Pontifex. *ibid.*

Urbanus autem VIII. hujuſmodi pœnali ſanctioni obnoxios fecit Eccleſiaſticos quoſcumque tàm ſæculares, quàm Regulares, intra Italiam, & Inſulas adjacentes. *ibid.* §. 3. pag. 263. Vid. *Cedulas.*

Monogramma *Pro Chriſto* ſepulchris inſcriptum, quid indicaret. *In Append.* II. §. 8. p. v.

Montis Pietatis, vel Banci S. Spiritus Cedulas corrumpentes, vel falſantes, aut eas ſic corruptas ſcienter expendentes, ultimo ſupplicio puniuntur, ſive Laici ſint, ſive Eccleſiaſtici Sæculares, aut cujuſvis Ordinis Regulares. LXVIII. §. 4. & 5. p. 263. & 264. Vid. *Cedulas.*

Mulieres Altari miniſtrare prohibentur. L. §. 29. p. 160.

Mulierum Purificatio. Vid. *Purificationis præceptum.*

Mutinensis Cathedralis Eccleſia fuit a Lucio III. Pontifice conſecrata. LXI. §. 6. p. 224. & 225.

N.

Natalis nomine non ſolum Martyrum obitus, ſed etiam Eccleſiarum Dedicationes, Sedium Epiſcopalium Conſtitutiones, ipſæque Sacrorum Paſtorum Conſecrationes deſignari conſueverunt. LXXI. §. 2. p. 271.

Natali Christi die a Latinis tantum, non autem ab Armenis, reliquiſque Orientalis Eccleſiæ Sacerdotibus, poſſunt tres Miſſæ celebrari. LV. §. 2. *& ſeq.* p. 188. *& ſeq.*

Naturale jejunium ex præcepto Eccleſiaſtico Sacræ Communioni eſt præmittendum. LVIII. §. 3. p. 212.

In nonnullis Eccleſiis per Africam Chriſtifideles Feria V. majoris Hebdomadæ non jejuni Sacram Communionem ſumebant, ſed id ſubinde vetitum. *ibid.* §. 6. & 7. p. 213. *& ſeq.*

S. Joannem Chryſoſtomum Communionem miniſtraſſe naturaliter non jejunis non probat ejuſdem Epiſtola 125. ad Cyriacum Epiſcopum. *ibid.* §. 8. p. 214.

Fabuloſa narratio eſt, quod S. Uldericus Auguſtæ Epiſcopus poſt prandium Miſſam celebraverit. *ibid.* §. 8.

Pueris licèt non jejunis antiquitùs ſtatim poſt Baptiſmum miniſtrabatur Communio, ſed hic uſus in Occidentali Eccleſia omnino, in Orientali verò penè obſolevit. *ibid.* §. 6. p. 213. Vid. *Jejunium naturale*, *Miſſa*, *Euchariſtia.*

Neapolitanum Hoſpitale S. Angeli a Nido unà cum Eccleſia, Bonis, pertinentiis omnibus, nec non certo Miniſtrorum numero, eſt omnimoda Archiepiſcoporum tàm Ordinaria, quàm delegata juriſdictione exemptum. LIV. §. 4. *& ſeq.* p. 184. *& ſeq.*

Neapolitani Regni Præſules. Vid. *Spolia.*

Nicæno Symbolo jure, ac merito ſuperaddita fuit particula *Filioque*. L. §. 30. p. 161. Vid. *Symbolo Nicæno.*

Nicolai I. Pontificis Conſtitutio de Bonis Eccleſiaſticis ab injuſtis occupatoribus vindicandis. XXXIII. §. 8. p. 105. & 106.

Nomina quædam, modo in ſenſu appellativo, modo in ſenſu proprio a veteribus adhibita inveniuntur. XLVIII. §. 3. *& ſeq.* p. 142.

Nomina in Sanctorum ſepulchris impreſſa, propria cenſeri debent. §. 7. p. 143.

Nomina appellativa, Corporibus, ſeu minutioribus Reliquiis Sanctorum, quorum nomen proprium ignorabatur, cur imponere conſueverit Eccleſia. *In Append.* II. §. 3. p. 11. *& ſeq.*

Nomina quædam Sanctorum Martyrum Reliquiis ſine proprio nomine repertis rectè imponuntur. XLVIII. §. 3. p. 142.

Nomina Turcica an liceat Chriſtifidelibus aſſumere. Vid. *Turcica, ſeu Mahumetana nomina.*

Nominis identitas, perſonarum identitatem non probat. XXIV. §. 11. p. 72.

Nomen Romani Pontificis a ſacris Diptychis ſæpe abraſum, & in tractanda unione Græcæ Eccleſiæ cum Latina, primum omnium reſtitutum. LVII. §. 11. *& ſeq.* p. 194.

Nominatio, seu Præsentatio ad Patriarchalem Ecclesiam Venetiarum, Duci, & Reipublicæ Venetæ jam concessa confirmatur, ac simile jus ad Ecclesias Torcellanam, Caprulanam, & Clodiensem, exceptis vacationibus in Curia Romana ex integro tribuitur. XVIII. §. 4. p. 57. & 58.

Nonantulanæ Ecclesiæ unà cum Monasterio ab Hungaris combustæ restitutio, & Consecratio recensetur. LXI. §. 8. p. 226. & 227.

Nonantulana Ecclesia, an fuerit a Sergio Ravennatensi Archiepiscopo, seu potius ab Abbate Anselmo consecrata. *In Append.* III. §. 10. p. XII.

Notarius, licet ex alio titulo Officialis privilegiatus S. Officii, non gaudet Fori privilegio in iis, quæ Officium Notariatus respiciunt. XLIX. §. 29. p. 148.

Notorium quotuplex, variaque ejusdem demonstratio. LXVI. §. 5. p. 252.

Nuntio Apostolico Neapoli pro tempore existenti, tanquam speciali Sedis Apostolicæ Delegato, subjiciuntur Hospitale S. Angeli a Nido, omnesque ejusdem Ministri ab Archiepiscoporum jurisdictione exempti. LIV. §. 20. p. 186.

O.

Oblatio panis consecrandi, quo ritu fiat ad Prothesim in Græca Ecclesia. LVII. §. 29. p. 199.

Diaconi ministrantes, suam & ipsi oblationem ad eamdem Prothesim faciunt. *ibid.*

Diaconalis hæc oblatio, an, & quomodo licita esse possit in Græca Ecclesia. *ibid.* §. 41. *& seq.* pag. 202. *& seq.*

Obsessi a Dæmone, admotis eorum corpori Sanctorum Reliquiis, nunquam verò Sanctissima Eucharistia, exorcizari permittuntur. LI. §. 15. p. 175.

Occidentalium Indiarum Parochiæ. Vid. *Parochiæ, Regulares.*

Occultus Peccator præmonendus quidem, sed non est a Sacramentorum participatione repellendus. LXVI. §. 9. p. 252.

Oeconomi in Ecclesiis Parochialibus subjectis Monasterio Monialium Ordinis S. Benedicti Aquilejensis Civitatis, quomodo constituendi. LXIV. §. 17. p. 249.

Officialem sæcularem sibi constituere debent Episcopi Rutheni, si inter Clerum Sæcularem idoneum aliquem ad id muneris repererint. XX. §. 4. p. 64.

Officialium, Ministrorum, ac quarumcumque personarum inservientium Hospitali S. Angeli a Nido, ejusque Ecclesia, quomodo, & a quibus peragenda sit electio. LIV. §. 5. *& seq.* p. 184. *& seq.* Vid. *Hospitale S. Angeli.*

Officii, Missæque propriæ concessionem in honorem Beatorum præcedere debet Processus super virtutibus, miraculis, & cultu immemoriali. XLIV. §. 1. p. 120. *& seq.*

Quandonam hujusmodi processus non sit necessariò præmittendus. *ibid.* §. 2. p. 121.

Officium Dedicationis Ecclesiæ, si Consecratio casu aliquo sit deperdita, an sit recitandum. LXI. §. 22. p. 232. Vid. *Consecratio.*

Oleum Infirmorum in Græca Ecclesia non a solo Episcopo, sed etiam a simplicibus Presbyteris benedicitur. LVII. §. 46. p. 204.

Eodem extra casum infirmitatis se inungere, interdictum est Græcis æquè ac Latinis, licet Sacramenti forma non proferatur. *ibid.* §. 47. p. 204.

Multoque magis interdictum est, inunctionem cum Oleo Infirmorum imponere sacramentaliter confessis, in satisfactionem sacramentalem. *ibid.* §. 48. p. 204.

Unctio cum Oleo Infirmorum, an unquam extra casum infirmitatis fuerit apud Græcos, & quibus casibus, usitata. *ibid.* Vid. *Extrema Unctio.*

Oleo lampadis ad id in Ecclesia asservato apud Græcos inunguntur Energumeni, aliique plurimi devotionis causa, vel ut aliquo incommodo liberentur. LVII. §. 47. p. 204.

Olivetana Congregatio communionem obtinuit a Pio II. omnium privilegiorum, quæ eo usque Congregationi S. Justinæ Patavinæ fuerant concessa. XLVI. §. 2. p. 138.

Ampliatur illa per Pontificem ad gratias, & indulta subinde concessa universo Ordini Sancti Benedicti, & præcipuè eidem Congregationi S. Justinæ, seu Cassinensi. *ibid.* §. 4. p. 138.

Aliud superadditur privilegium Pontificalia exercendi die festo S. Franciscæ Romanæ in Ecclesiis Conventualibus Regularis observantiæ. *ibid.* p. 138.

Onera, seu gravamina Communitatum, quo ordine, & ratione tolli debeant. XXV. §. 9. p. 75.

Ab Oneribus Communitativis realibus, & personalibus eximuntur Patentati Sac. Inquisitionis. XLIX. §. 14. *& seq.* p. 146. *& seq.*

Id tamen obtinet quoad Patentatos Privilegiatos, secus verò quoad simplices familiares. *ibid.* & §. 35. p. 149.

Opifices, Mercatoresque, Patentati Sac. Inquisitionis, in iis, quæ eorum artificium respiciunt, Judicibus Ordinariis, artisque statutis subjiciuntur. XLIX. §. 29. p. 148.

Oppidum Mathelicæ in Picæno ad primævum Civitatis statum, & jura restituitur, & quatenus opus esset ex integro in Civitatem cum omnibus juribus, & honoribus, erigitur. XXIII. §. 4. p. 70. Vid. *Mathelica.*

Orare publicè pro Excommunicatis non licet, privatim tamen eorum conversionem implorare nullibi prohibitum. LVII. §. 23. p. 197.

Orare pro se in Sacrificio Missæ, qua formula soleant Romanus Pontifex, cæterique Episcopi. *ibid.* §. 20. p. 196. *& seq.* Vid. *Commemoratio.*

Ordinare potest Episcopus in aliena Diœcesi, accedente Ordinarii Loci licentia, exterum quemque sui Ordinarii Litteras Dimissorias afferentem. XI. §. 6. p. 31. Vid. *Pontificalia.*

Ordinari à quo debeant subditi Episcopis Suburbicariis. XI. §. 11. & 12. p. 32. *& seq.* Vid. *Cardinales Episcopi Suburbicarii.*

Ordinari a quo debeant Exteri in Urbe commorantes. XI. §. 10. p. 32.

Ordinari a Pontifice possunt Clerici de quacumque Ecclesia, sive Diœcesi, non solum, ut eorum opera utatur, sed etiam honoris causa. LXVII. §. 6. p. 254. & 255.

Dictatum S. Gregorii de Ordinatis a Pontifice quomodo sit intelligendum. *ibid.*

Ordinaria a quo debeant subditi Episcopis Suburbicariis. XI. §. 11. & 12. p. 32. *& seq.* Vid. *Cardinales Episcopi Suburbicarii.*

Ordinariis Locorum ab A. C. committi debet confectio Processus informativi, quamvis fuerint tanquam suspecti a Reis recusatis. XXVI. §. 16. p. 82. Vid. *Processus. Auditor Generalis.*

Ordinationes ad Ordines Majores in Cathedrali, vel insigniori Diœcesis Ecclesia haberi debent. XI. §. 17. p. 35.

Id tamen intelligendum de Ordinationibus generalibus. *ibid.* §. 18. p. 35. & 36.

An, quod de Cappella Episcopi, idipsum dicendum sit hac in re de Cappella Cardinalis Episcopi Suburbicarii, in Urbis Palatio sita. XI. §. 20. p. 36. Vid. *Cardinales Episcopi Suburbicarii.*

Ordinatus a Papa non est propterea a Jurisdictione sui Episcopi exemptus. LXVII. §. 18. p. 261.

An idem, justa urgente causa, suspendi possit ab Ordinario, inconsulto Pontifice, disputant Doctores in varias sententias abeuntes. *ibid.* p. 261. & 262.

Ordinatus a Papa, etiam honoris causa, sine licentia Papæ non potest ab Inferiori ad superiores Ordines promoveri. LXVII. §. 3. *& seq.* p. 253. *& seq.*

Sententia hæc quamvis vera, haud tamen satis comprobatur ex *Cap. Cum in distribuendis de tempor. Ordinat.* *ibid.* §. 4. *& seq.* pag. 254.

Afferuntur alia jura, quibus præmissa sententia constabilitur. LXVII. §. 7. p. 255.

An idipsum obtineat quoad Consecrationem Episcopalem, adeout ordinatus Presbyter a Papa, a nemine, præter quam ab ipso Papa, vel alio de ejusdem licentia, consecrari possit Episcopus. *ibid.* a §. 10. *ad fin.* p. 257. *& seq.*

Ordines, a quibus recipiant Italo-Græci. L. §. 15. p. 154. Vid. *Italo-Græci.*

Ordinum Minorum collatio simplicibus Sacerdotibus ex Pontificia concessione sæpe delegata reperitur. *In Append.* III. §. 9. p. XII.

Orientales Ritus intactos servari, ac custodiri summopere curarunt Romani Pontifices. L. §. 6. *& seqq.* p. 152.

Compluribus allatis exemplis res illustratur. *ibid.* §. 7. *& seq.* p. 153.

Orientalis Ecclesia quatuor Ritibus constat, & quinam hi sint. *ibid.* §. 3. p. 152.

Orientalis Ecclesiæ Sacerdotibus, non licet Natali Christi die tres Missas more Latinorum Sacerdotum celebrare. LV. §. 2. p. 188.

P.

Pallium a Romano Pontifice ad emeritos Præsules transmitti solitum. V. §. 1. p. 17.

Pallii mysticæ significationes. *ibid.*

Pallio donantur Herbipolenses Episcopi. *ibid.* §. 2. p. 17.

Pallium nonnisi insignium Ecclesiarum Præsulibus indulgetur. XXXIX. §. 1. p. 113. & 114.

A quibus solemne juramentum obedientiæ, & fidelitatis in ipso concessionis actu præstandum est. *ibid.* Vid. *Quinqueccleſienſis Eccleſia.*

Pallio Latino Patriarchæ Orientales Græci Ritus sæpe donati fuerunt. LXXII. p. 275. *& seq.*

Pantheon Urbis a Marco Vipsanio Agrippa in Campo Martio extra Urbem fuit extructum. LXXI. §. 1. pag. 271.

Bonifacius IV. Pontifex ipsum a Phoca Imperatore obtentum, vero Deo dicavit sub invocatione Beatæ Mariæ Virginis Martyrum Reginæ. *ibid.* §. 2.

Insignium Reliquiarum ibi conditarum numero, singulari Christifidelium cultu, aliisque nominibus præclarum demonstratur. *ibid.* §. 2. *& seq.* p. 271. *& seq.*

Cappellæ Pontificiæ nomen olim obtinuit, & quare. *ibid.* §. 4. p. 272.

Nunc Ecclesia Collegialis est, & Cardinalis Diaconi Titulus. *ibid.*

A Constante Imperatore direptum, temporis, tempestatumque injuria vitiatum, sedula Pontificum cura, & expensis, sæpius restauratur, ac etiam ornatur. *ibid.* §. 5. *& seq.* p. 272.

Panthei iterum vitiati, iterum instaurandi, & ornandi curam suscipit Pontifex, perpetuæque ædificii conservationi, ac manutentioni opportunè prospicit. *ibid.* §. 7. p. 272.

Rei peragendæ præponitur existens pro tempore Apostolicarum Ædium Præfectus, qui opportunas restaurationes, Palatii Apostolici sumptibus, conficiendas curet. *ibid.* §. 9. p. 272. & 273.

Papa est supremus Dispensator bonorum Ecclesiæ. XXXIII. §. 4. p. 102. & 103.

Immò Canonistæ communiori suffragio Dominum eum agnoscunt. *ibid.*

Papa, quà Supremus Dispensator, quomodo debeat, & possit de Ecclesiæ Bonis disponere. *ibid.* §. 4. p. 102. & 103.

Potest eadem injustis Detentoribus concedere, quoties id Religionis utilitas, & detentorum salus postulare videatur. *ibid.* §. 5. & 6. p. 103. & 104.

Exempla in id afferuntur Prædecessorum Pontificum. *ibid.*

Id autem Pontifex jure potest non solùm cum res est de Hæreticis ad Ecclesiam revocandis, sed etiam cum Christifideles a probabili apostatandi periculo revocantur. *ibid.* §. 6. & 7. pag. 104. & 105.

Papa potest Ecclesias quibuscumque in Diœcesibus sitas, per se, vel quatenus nolit, vel non possit, per suum Delegatum, irrequisitis Locorum Ordinariis, consecrare. LXI. §. 25. & 28. p. 234. & 236.

Immò olim privativa fuit ipsi auctoritas consecrandi Ecclesias. *ibid.*

Opposita cujusdam Historici assertio falsa demonstratur, ratione, auctoritate, & exemplis. *ibid.* §. 26. p. 235.

Paraclesiæ Græcorum quid sint, & quo consilio erectæ. L. §. 39. p. 164.

Latini Presbyteri in iis celebrare non possunt. *ibid.* §. 40. p. 164.

Parietibus Ecclesiæ potissimum adhæret consecratio, ideoque iis combustis, vel etiam interius, exteriusque decrustatis, Ecclesia est iterum consecranda. LXI. §. 7. p. 226.

Quid si iidem parietes non insimul, unoque tempore, sed per partes, seu successivis temporibus reficiantur. *ibid.* §. 11. p. 228. Vid. *Consecratio.*

Paritas Suffragiorum. Vid. *Suffragiorum paritas.*

Parochiæ, aliaque curata Beneficia Capitulo Veronen. vel Monasterio S. Mariæ in Organis subjecta, quomodo provideri debeant. LXII. §. 19. & 36. p. 241. & 243.

Parochiæ, aliaque Curata Beneficia, & Officia Indiarum Occidentalium, Regularibus in subsidium tantum, ablato asserto privativo eorum jure, commendari deinceps permittuntur. XVII. §. 2. p. 56. *& seq.* Vid. *Indiarum Occidentalium Regulares.*

Parochialibus Ecclesiis Basilicæ Assisiensi Sancti Francisci unitis, præficiendi sunt Vicarii sæculares ad nutum amovibiles. XXXII. §. 16. p. 99.

Parochi, ante, vel post Missam Parochialem, recitare debent elata voce actus Fidei, Spei, & Charitatis, Populo verba iterante. XXXV. §. 4. pag. 109. & 110.

Parochus etiam extra Diœcesim potest audire Confessionem sui Parochiani. XVI. §. 22. p. 54.

Pascha quando, & quomodo celebrari deberet, definitum fuit a Pio, & Victore Pontificibus, nec non in Nicæna Synodo. L. §. 43. p. 165.

Patentes Litteræ, seu Privilegia quæcumque, delatoribus armorum vetitorum nihil prodesse voluit Alexander VIII. Vid. *Arma.*

Patentes Litteræ Officialibus, & Ministris Privilegiatis Inquisitionis, gratis omnino, sub certis temporalibus, & spiritualibus pœnis expediri jubentur. XLIX. §. 10. p. 146.

In Cancellaria Romanæ Inquisitionis adnotari, & hujusce actus individuam notam præseferre debent. *ibid.* §. 37. p. 149.

Patentati Tribunalis Sacræ Inquisitionis alii privilegiati dicuntur, alii autem simplices, & quod inter ipsos intercedat discrimen. XLIX. §. 4. *& seq.* p. 145. *& seq.* §. 35. *& seq.* p. 149. *& seq.*

Privilegiati in locis, ubi residunt Inquisitores, non ultra quinque, ubi verò Vicarii Foranei, tres tantummodo esse possunt. *ibid.* §. 4.

Quinam hi sint, a quibus, & quomodo deputandi. *ibid.* §. 4. *& seq.*

Necessariæ in ipsis qualitates distinctim recensentur. *ibid.* §. 7. *& seq.* p. 145.

Et onera ab iisdem diligenter subeunda. *ibid.* §. 11. p. 146.

Nec non complura privilegia, quibus justa retributio eorum incommodis redditur. *ibid.* §. 13. p. 146. *& seqq.* Vid. *S. Inquisitionis Officiales.*

Patriarchæ Venetiarum nominatio, Duci, & Reipublicæ Venetæ concessa fuit a Pio IV. Pontifice. XVIII. §. 1. p. 57.

Paulus IV. Vicariatum Urbis univit Collegio Cardinalium. XI. §. 9. p. 32.

PAULI Cardinalis Buralis causa Beatificationis, & Canonizationis, quoad virtutes, quo decreto absoluta. LVI. pag. 191. *& seq.*

PECCATORES publici, & notorii, non sunt ad Eucharistiæ participationem admittendi. LXVI. §. 3. *& seq.* p. 251. *& seq.*

Publici, & notorii peccatores, qui censeri debeant, ad hoc, ut ipsis deneganda sit Eucharistia, atque etiam Sanctissimum Viaticum. *ibid.* §. 4. *& seq.* p. 252. *& seq.*

PECUNIÆ superextantes Communitatum ubi asservandæ, & quomodo expendendæ. XXV. §. 9. p. 75.

PERSONARUM identitas ex nominis identitate non satis demonstratur. XXIV. §. 11. p. 72.

B. PETRUS *Igneus* dictus, per ardentes flammas illæsus pertransiit. LI. §. 11. p. 171. *& seq.*

PHILOCALI nomen quid re ipsa significet. XLVIII. §. 3. p. 142.

Philocali nomen, sicuti & cætera hujusmodi, licèt sæpè appellativa deteganrur, nonnunquam tamen propria comprobantur, adhibita nimirum ad designandam certam personam. *ibid.* §. 4. *& seq.* p. 142. *& seq.*

Philocali verum, ac proprium esse nomen illius Martyris, cujus Corpus Pontifex ad Neptem transmittit, pluribus comprobatur. *ibid.* §. 7. p. 143.

PHOTIUS invasor Sedis Constantinopolitanæ. L. §. 5. p. 152.

PICTURÆ, SCULPTURÆque Tyronibus consulitur, erecta in Ædibus Capitolinis publica Academia, seu Gymnasio. XXXI. §. 5. p. 95.

PINGENDI, fingendique ars unde potissimum addiscenda. *ibid.* §. 4. p. 94.

Ad hanc excolendam Academia erigitur in Ædibus Capitolinis. *ibid.* §. 5. p. 95.

Certusque ipsi addicitur annuus proventus. *ibid.* §. 6. p. 95.

PISCES, jejunii diebus, comedere nequeunt Armeni, & Syri. L. §. 47. p. 166.

PIUS V. Corchæ latifundium, a Camera Apostolica avulsum, piæ domui Romanæ Inquisitionis concessit. XLVII. §. 47. p. 150.

PIXIS Sacram Eucharistiam includens non est è Tabernaculo educenda, ut cum ea, ad ignem extinguendum, fugandas tempestates, aliudque simile quid præcavendum, benedicatur. LI. *per tot.* p. 167. *& seq.*

POENÆ in deferentes, tenentes, vendentesque arma vetita sancitæ. VIII. p. 21. *& seq.* Vid. *Arma.*

Pœna ultimi supplicii statuta est contra tondentes monetas aureas, vel argenteas, sive Ecclesiastici sint, sive sæculares. LXVIII. §. 2. & 3. p. 263. Vid. *Cedulas, Monetas.*

POENÆ in eos, qui ad Sacerdotium non promoti Missas celebrant, aut Fidelium Confessiones excipiunt, statutæ recensentur, reprobatâque benigniori praxi, quæ in Tribunalibus invaluerat, Apostolicarum Constitutionum rigor restituitur. LXXV. §. 2. *& seq.* pag..... & LXXVI. §. 3. *& seq.* p. 287.

POENITENTIÆ Sacramentum sacrilego ausu ministrare, licet nulliter, attentantes, quum Sacerdotali Ordine non sint initiati, quomodo plectendi sint. LXXV. §. 2. *& seq.* p. 284. *& seq.* & LXXVI. §. 3. *& seq.* p. 287. *& seq.* Vid. *Sacrificium Missæ.*

POENITENTIA, sive satisfactio sacramentaliter confessis imponenda, constare debet potissimum jejuniis, precibus, & eleemosynis. LVII. §. 48. p. 204.

Ideoque non licet, loco pœnitentiæ, vel satisfactionis, injungere Pœnitenti, ut Infirmorum Oleo inungatur. *ibid.*

POENITENTIARIIS in Assisiensi Basilica jam constitutis tres superadduntur. XXXII. §. 11. p. 98.

POLLUTA ECCLESIA, a quo reconciliari possit, si eadem consecrata sit, vel tantummodo benedicta. *In Append.* III. §. 11. p. XII.

PONENTES Congregationis Boni Regiminis quomodo Provincias Status Ecclesiastici inter se distribuant. XXV. §. 12. pag. 76.

Curare quisque debet, ut a singulis sibi adsignatis Communitatibus *Tabella* quotannis transmittatur. *ibid.* §. 13. p. 76.

Tabellam ipse primum recognoscere, unà cum Ratiocinatore, & inde ad Congregationem referre debet. *ibid.*

Ac denique Decretorum Congregationis exequutionem urgere. *ibid.* Vid. *Congregatio Boni Regiminis.*

PONTIFEX ROMANUS. Vid. *Papa, Romanus Pontifex.*

PONTIFICALIA re ipsa exercentur in collatione Tonsuræ, ac Minorum Ordinum. XI. §. 8. p. 31.

Pontificalium appellatione quænam functiones contineantur. *ibid.*

Pontificalia possunt Abbates Congregationis Olivetanæ habere in die festo S. Franciscæ Romanæ. XLVI. §. 5. p. 138. Vid. *Olivetana Congregatio.*

Pontificalia in aliena Diœcesi exercens Episcopus, non præobtenta licentia Ordinarii Loci, est ipso jure suspensus a Pontificalium exercitio. XI. §. 2. p. 30.

Si verò licentiam obtinuit, permittitur Pontificalia exercere in personas tantummodo Loci Ordinario subjectas. *ibid.* §. 3. p. 30.

Ideo alienum subditum, licet dimissoriis litteris Ordinarii sui instructum, ordinare posse negant. *ibid.* §. 4. p. 30.

Contrariam tamen sententiam amplexa est Congregregatio Concilii. *ibid.* §. 5. & 6. p. 31.

Pontificalia in locis subjectis Monasterio Monialium Ordinis S. Benedicti prope muros Civitatis Aquilejensis, quis peragere debeat. LXIV. §. 21. p. 249.

PONTIFICUM ROMANORUM perpetuum studium, ut Græci Ritus intacti serventur. L. §. 5. *& plurib. seq.* p. 152.

PRÆCEPTA COEREMONIALIA Legis veteris, per adventum Christi sublata manserunt, adeoque sine dispendio salutis observari, tamquam adhuc vigentia, non possint. LVIII. §. 59. & 61. p. 207. & 208.

Potest tamen Ecclesia cæremonialia præcepta innovare: exceptis iis, quæ venturum Messiam referebant. *ibid.* §. 63. p. 208. Vid. *Ciborum distinctio.*

PRÆDICATORUM Ordinis Institutum nonnulli Armeni per Orientem sunt amplexi. LV. §. 7. p. 109. Vid. *Armeni.*

PRÆFECTI Apostolicarum Ædium curæ demandata est perpetua manutentio Panthei Urbis, expensis Palatii Apostolici procuranda. LXXI. §. 9. p. 272. Vid. *Pantheon.*

PRÆLATITIUS habitus. Vid. *Habitus.*

PRÆLATORUM spolia. Vid. *Spolia.*

PRÆMONSTRATENSIS ORDINIS Canonici, & Moniales sunt a jurisdictione cujuscumque Ordinarii exempti, & S. Sedi immediatè subjecti. XXII. §. 1. *& seq.* p. 66.

Eodem privilegio gaudent Monasteria, Prioratus, Ecclesiæ, Prædia, & res quæcumque ad eundem Ordinem pertinentes. *ibid.* §. 5. & 7. p. 67.

Hac tamen exemptione non utuntur Canonici Curæ animarum addicti, in iis, quæ ipsam Curam respiciunt. *ibid.* §. 8. p. 67. & 68.

PRÆSANCTIFICATORUM Missa, quibus diebus, quoque Ritu in Orientali Ecclesia celebretur. L. §. 31. p. 161. & LVII. §. 39. p. 202.

Maronitæ hac in re Latinum Ritum amplexi sunt. *ibid.*

PRIVILEGIA œconomicum Reipublicæ statum perturbantia, reformari debent. XXVIII. *in princip.* p. 88.

Privilegia Ferrariensium exemptiva a Datiis. Vid. *Ferrariensium privilegia.*

PRIVILEGIO FORI, ad instar Clericorum, gaudent Patentati Sacræ Inquisitionis. XLIX. §. 28. p. 148.

Privilegio Fori in criminalibus cauſis Patentati Sac. Inquiſitionis renunciare non poſſunt. XLIX. §. 27. pag. 148.

Privilegium *abſolvendi a reſervatis, etiam Sedi Apoſtolicæ*, non complectitur reſervata Ordinario. XI. §. 3. p. 9.

Proceſſio Kalendis Auguſti ab Eccleſia S. Franciſci Aſſiſien. ad Eccleſiam S. Mariæ Angelorum, ad formam veterum Indultorum, approbatur, & confirmatur. XXXII. §. 10. p. 98.

Proceſſionibus publicis, quocumque jure, ſeu auctoritate indictis ab Archiepiſcopo Neopolitano, intereſſe non tenentur Rector, aliique Clerici, ſeu Presbyteri actu inſervientes in Hoſpitali S. Angeli a Nido Neopolitanæ Civitatis. LIV. §. 15. p. 186.

Processus Criminales in Cauſis ab A. C. cognoſcendis a quibus efformentur. XXVI. §. 6. p. 80. & 81.

Proceſſuum compendia, tum a Locumtenente generali, tum a Subſtituto, ſubſcribi debent. *ibid.* §. 7. p. 81.

Et quindecim dies ante propoſitionem Cauſæ, ad A. C., ejuſque Aſſeſſores tranſmitti. *ibid.* §. 10. p. 81. Vid. *Auditor Generalis Cameræ.*

Proceſſus informativi confectio, ſeu abſolutio, ab A. C. ſemper eſt deleganda Ordinario; quamvis Reus ipſum ſuſpectum dicat. XXVI. §. 16. p. 82. Vid. *Reus, Auditor Cameræ.*

Processus tum ſuper ſtatu Eccleſiarum in partibus Infidelium exiſtentium, & Populum fidelem habentium, quarum proviſiones in Congregatione de Propaganda Fide proponuntur; tum ſuper meritis præficiendorum, quomodo conficiendi. LXIX. *per tot.* p. 264. *& ſeq.*

Pro Vicariis Apoſtolicis cum titulo Epiſcopali conſtituendis, an, & quando conficiendi Proceſſus. *ibid.* §. 5. p. 267.

Hujuſmodi proceſſus, ubi, & coram quo conficiendi. *ibid.*

Processus ſuper fama virtutum, miraculorum, cultuſque immemoralis alicujus Servi Dei, quando ſit omnino conficiendus. XLIV. §. 2. p. 121.

